BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
32
4 A
17
Sc. Sup. 22. Pl. 5.
4. A. 13.

Sangalleti

A

Digitized by Google

32-4-A-17

AD SANCTISSIMVM PATREM & Dominum noſtrum Paulum tertium Pontificem Maximum,

B

Franciſci Quignonij Tituli Sanctæ Crucis in Ieruſalem presbyteri Cardinalis, in Breuiarium proxime confectum, ac denuo recognitum.

PRÆFATIO.

BReuiarium Romanum nuper à nobis felicis recordationis Clementis. VII. Pontifi. Maximi hortatu confectum, ac potius in ampliorem ſacrarum ſcripturarum lectionem, ad veterem ſanctorũ patrum, & conciliorum antiquorũ formam reuocatum, tuaq; voluntate ſanctiſſime pater editũ, graues pleroſq; ac doctos viros ita probaſſe & recepiſſe intellexi, vt nihil in eo mutandũ exiſtimarent. Alios item animaduerti graues etiam, & prudentes homines, qui eius rationem magnopere probantes, nonnihil tamen in eo deſiderari affirmarent. Illud vero nunq̃ dubitaui, fore in tanta multitudine nõnullos ex ijs videlicet, qui in diuerſo precandi ritu conſenuiſſent, quibus labor ille noſter non eſſet perinde gratus, exiſtimantibus ab inueterata illa cõſuetudine precandi nulla ratione clericis eſſe diſcedendũ. Imo vero nobis primã editionem Breuiarij, non tanquã promulgationem legis eſſe placuerat, ſed quaſi publicam quandã deliberationẽ: vt ſic propoſita noſtra ſententia, iudicia multorũ exquireremus, & quod omniũ cõmodiſſimũ, & religioni, ac pietati cõuenientiſſimum pleriſq; prudentibus, grauibusq́; viris viſum eſſet, ſequeremur. Nihil enim humano elaboratũ ingenio tam exactũ initio unquã fuit, quin poſtea multorum accedente iudicio perfectius reddi poſſit, vt in ipſis etiã eccleſiaſticis inſtitutis, circa primitiuã præſertim eccleſiam contigiſſe videmus. Itaq; multorũ ſententiis

collatis, quæ nobis partim vocibus, partim ſcriptis innotuerunt, iudicium eorum ſecuti, qui omnium prudentiſſime ſentire viſi ſunt, libenter quędam addidimus, alia mutauimus, & omnia diligẽter recognouimus, retenta tamen ſumma forma Breuiarii. Sed quoniam ſic fert natura rerum, vt nihil ſit tam rectum, nihil tanta ratione in vitam vſumq; hominum inductum, cuius nouitas non ſit aliquibus ingrata, non temere facturi eſſe videmur, ſi rationem totius inſtituti noſtri à nobis prius ſummatim redditam, nunc accuratius recognito Breuiario, paulo latius explicabimus. Mihi enim (vt ſæpe ſum profeſſus) cogitanti, atq; animo repetenti initia veteris inſtituti, quo ſancitum eſt, vt clerici ſacris initiati, vel ſacerdotiis præſidentes, ſingulis diebus perlegant horarias preces, quas Canonicas etiam appellamus, tres præcipue cauſæ ſpectatæ fuiſſe videri ſolent. Quarum ea prima eſt, ꝙ cum cæteri homines in quaq; ciuitate, aut ſuum quiſq; negocium agant, aut in Republica adminiſtranda ſint occupati, clericis ex eo vocatis, ꝙ ſortis Domini ſint, quiq; bonis eccleſiaſticis aluntur, hoc potiſſimum negocium diuinis, & humanis legibus eſt iniunctum; vt Deum habere propitiũ in cõmiſſum ſibi populũ, ac de ſe bene merentem cunctis rationibus enitãtur: quod non ſolum ſacrificiis efficitur, ſed etiã precibus, quæ à pio corde proficiſcãtur. ipſi enim (vt teſtimonio verſibusq; vtar beati Alexandri papæ & martyris) pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent, atq; cõſumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro quibus neceſſitatibus clamant, exaudiuntur. Quod teſtimonio probat Iacobi Apoſtoli, qui nos ad precandũ cohortans, Orate (inquit) pro inuicem vt ſaluemini. multũ enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Altera cauſa eſt, vt qui reliquo populo exemplo debent eſſe virtutis & ſanctimoniæ, aſſidua precatione Deum alloquentes, minus opportuni reddantur tentatori diabolo, ſi eos inuenerit, vt Hieronymus ait, occupatos, & à cogitationibus caducarum rerũ ſubinde auocati, contẽplationi diuinarũ aſſueſcant. Tertia, vt religionis quoq; futuri magiſtri quotidiana ſacræ ſcripturæ, & eccleſiaſticarũ hiſtoriarũ lectione erudiantur, complectanturq; (vt Paulus ait) eum, qui ſecundũ doctrinã eſt, fidelem

ſermonem, & potentes ſint exhortari in doctrina ſana, & eos, qui
contradicunt, arguere. Et profecto ſi quis modū precandi olim
à maioribus traditū diligenter cōſideret, plane intelligat horum
omniū præcipuā ab ipſis habitā eſſe rationē. Sed factū eſt neſcio
quo pacto precantiū negligentia, vt paulatim à ſanctiſſimis illis
veterum patrū inſtitutis diſcederetur. Nam libri ſcripturę ſacræ,
qui ſtatis anni temporibus legendi erant more maiorū (vt eſt in
monumentis Gelaſii papæ, & concilii Romani. lxx. epiſcoporū)
vixdum incepti omittuntur in alio Breuiario. Tum hiſtoriæ ſan
ctorū quędā tam incultę, & tam ſine delectu ſcriptæ habentur in
eodē, vt nec authoritatē habere videantur, nec grauitatē. Accedit
tam perplexus ordo, tamq; difficilis precandi ratio, vt interdum
paulo minor opera in requirendo ponatur, q̄, cū inueneris, in le-
gendo. Quibus rebus animaduerſis, felicis recordationis Cle-
mens. VII. Pontifex Maxi. cum intelligeret officii ſui eſſe, cum
aliorum Chriſtianorū cōmoditatibus proſpicere, tum in primis
clericorū, quibus miniſtris vteretur in cōmiſſo ſibi grege admi-
niſtrando, me hortatus eſt, negociumq; dedit, vt quantū cura, &
diligētia niti poſſem, preces horarias ita diſponerē, & ad veterem
illam formam, quoad fieri poſſet, redigerem: vt difficultatibus,
diſpendiiſq; ſublatis, nec à ſumma rationis olim ab antiquis ſan
ctiſq; patribus inſtitutæ, diſcederetur: nec rurſum clerici ab offi-
cio precandi deterrerentur laboris magnitudine. Quam ego pro
uinciā libētiſsime ſuſcepi, ſimul vt Chriſti vicario honeſtiſsima
precipienti parerem, ſimul vt bono publico pro mea virili parte
ſeruirē. Adhibitis igitur quibuſdā meorū domeſticorū pruden-
tibus hominibus, ac ſacrarū literarū & pontificii iuris doctrina
præditis, eiſdemq; Græce & Latine eruditis, dedi operam q̄ maxi
me potui, vt commode ac ex vtilitate publica rem conficerem.
Ac illud ante omnia viſum nobis eſt in cōſuetudinē reuocare, vt
ſcriptura ſacra maxime omniū toto anno, & oēs pſalmi ſingulis
ſeptimanis perlegerent. Vtrūq; enim veteribus patribus ſumma
ratione placuiſſe videbamus, qui pleroſq; libros (vt ſupra dictū
eſt) vtriuſq; teſtamenti per anni tempora legendos diſpoſuerant
in Breuiario, & per dies ſic pſalmos diſtribuerāt, vt ſingulis ſepti-

manis totũ pſalteriũ legeretur, quod ſingulis diebus in primitiua eccleſia perlegi ſolitum eſſe tradit Speculator. Sed(vt ſupra diximus)precantiũ negligẽtia factũ erat, vt minima pars ſcripturæ ſacræ legeretur, & pſalmorũ pleriſq; omiſſis, pauci ſingulis fere diebus repeterentur. Quod eis accidit, dum officij ferialis optime ſanctiſſimeq; à maioribus inſtituti longitudinẽ & laborẽ refugerent. Ad quẽ vitandũ, varia cõpendia excogitantes, cõſuetudinẽ induxerunt omiſſis feriis, toto fere anno ſctõrũ feſta celebrandi, etiã in quadrageſima. quod quantũ ſit cõtra veterum inſtituta, declarat conciliũ Laodicenũ, quo cautũ eſt, ne in quadrageſima martyrũ natalitia celebrentur, & item Toletanũ decimũ, in quo traditur, nihil eſſe in quadrageſima de ſctõrũ ſolennitatibus celebrandum, idq; de antiquitate regulari cautum eſſe. Quod ipſi animaduertẽtes, cõditionemq; temporũ & infirmitatẽ clericorũ ſpectantes, rationẽ ineundã putauimus, vt pari propemodũ labore, vt cum feſtũ celebrabatur, ſed minore q̃ cũ agebatur de feria veteris teſtamenti, magna & vtiliſſima pars, & totũ nouũ, præter partẽ Apocalypſis, in anno, & ſingulis Septimanis pſalmi omnes perlegerentur, terni ſingulis horis, vnius longitudine cũ alterius breuitate ſic cõpenſata, vt labor legendi diurnus par propemodũ ſit omnibus diebus, ſiue feria ſit, ſiue feſtum celebretur, habita quoq; in diſtribuẽdo, quoad fieri potuit, ratione feriarũ, feſtorũ nõ perinde, nec enim ſi cuius pſalmi vnũ aut alterũ verbũ poteſt ad aliquod feſtũ accõmodari, idcirco mutandus erat ordo cõmodiſſimus, quo nullus pſalmorũ in hebdomada prætermittitur, vt nõ illa verba ſolum, ſed cætera omnia in ipſis cõtenta myſteria, liceat intelligentibus ſeptimo quoq; die contemplari. Nam ad pſalteriũ perlegendũ, ſi veterem illã rectam & ſanctã pſalmorũ diſtributionẽ ferialẽ, in qua pſalmi quidã quotidie repetuntur, retinuiſſemus, longitudo officij perinde vt antea clericos deterreret, qui hac cõmodiſſima, & ad vetus inſtitutum afformata mediocritate, multum, vt iam experti ſumus, alliciuntur. Nam licet opera cõſueta legẽdi ſcripturas, parum minuatur in hoc Breuiario, pręſertim cum pleraq; omnia ex libro legi ſit neceſſe, curauimus tamen, vt ordine longe ſimpliciore, & expeditiore magna

pars

pars laboris minueretur, ſublato tædio & difficultate, pſalmos, & alia hincinde cum mora & moleſtia perquirendi, & difficillimā rationē longo tempore perdiſcendi. Verſiculos, reſponſoria, & capitula omittere idcirco viſum eſt, non ꝙ hæc ſuperuacanea aut inutilia viderentur (augent enim pietatē, & ſunt ſcripturæ ſacræ particulæ) ſed qm̄ cum introductæ ſint ad cantus potiſſimū modulandos, & legentes ſæpe morentur cum moleſtia quæritandi, locū relinqui voluimus continenti lectioni ſcripturæ ſacræ, quæ magis facit ad pietatē atq; doctrinā priuatim legentiū, quorum hac quidē in parte maiorē rationem haberi voluimus, q̄ concinentiū. Nec enim ad precandū cuncta vtilia & ſalubria congeri debent, ne clerici grauentur iniquiori pondere. Atq; vtinam tam robuſti eſſemus, vt totū etiā vetus teſtamentū in anno perlegere non grauaremur, libenter enim oēs illius libros legendos proponeremus: ſed (vt dictū eſt) habenda fuit ratio, ne precandi labor in tanta clericorū infirmitate modū excederet. Officium beatæ virginis in alio Breuiario vſitatum omittitur, nec propterea minuitur ipſius honor. Nam paucis feſtis exceptis, quotidie variis cōmemorationibus adoratur, & obſecratur: atq; eius memoria multis dicatis eidem feſtis, & octauis pro cuiuſq; ratione celebratur, ipſiſq; ſolidū officiū tribuitur ſabbatis fere omnib⁹ præter q̄ in Quadrageſima, in qua ne ipſum quidē Annuntiationis feſtū celebrari placuit veteribus patribus: vt docet idem Concilium, quod ſupra diximus, Toletanū. Et profecto quorundā Pſalmorum grauem pleriſq; repetitionē omitti, nō tam moleſtum eſſe virgini matri credi par eſt, q̄ gratum illud, quod clerici ad ipſius filii Ieſu Chriſti diuinū cultum cōmodiſſima & expedita ratione alliciantur. Ex ſctōrū hiſtoriis diligenter cōſideratis, quaſdā elegimus, ex probatis authoribus Græcis & Latinis fere decerptas, & has cultiore ſtylo non tamen fucato, ſed potius ex induſtria & iuſſu Clementis pontificis attemperato, diſpoſuimus per annū totum. Nam licet veteribus in quadrageſima nulla (vt diximus) ſctōrū feſta celebrari placuerit, tamen à iunioribus tam multa in ea quoq; celebrātur, vt à nobis ne tum quidē omnino ſaltem ſolennia ſine aliquo puſillorum offendiculo vitari

poſſe putauerimus. Vt igitur quaſdã ſanctorũ hiſtorias retinuimus, aut repoſuimus denuo conquiſitas, ſic quaſdã omiſimus illis nec probabilitate, nec grauitate pares, temeritate videlicet priuata quorundã introductas, qui dum fugerent officii ferialis longitudinẽ, feſta ſctõrũ ſtudioſe conquirentes, quaſdã in Breuiario præter publicã authoritatẽ inconſultis Pontificibus inſerendas curauerunt, quas Pontifices ipſi haud dubie in vſum eccleſiæ nõ admiſiſſent. Sunt enim nõnullæ (niſi fallimur) ex earũ genere, quę publico ſanctiſsimoq; decreto ab eccleſia reiiciuntur, & quidem in eo loco ſiue capite celeberrimo in quo ſancta Romana eccleſia quas ſcripturas clericis legendas admittat, & rurſus quas reiiciat, explicatur. Vbi cum multa ſummo iudicio ſancita, tum illud habetur ſanctiſsime & grauiſsime à ſanctis patribus inſtitutum de hiſtoriis ſctõrũ, quarũ authores ignorantur. Ibi enim Gelaſius papa ex ſynodo ſeptuaginta epiſcoporũ, Geſta (inquit) ſctõrũ martyrum, qui multiplicibus tormentorũ cruciatibus, & mirabilibus cõfeſsionũ triumphis irradiant, quis ita eſſe catholicorũ dubitet? & maiora eos in agone fuiſſe perpeſſos? nec ſuis viribus, ſed Dei gratia & adiutorio vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundũ authoritatẽ antiquã & cõſuetudinẽ in ſancta Romana eccleſia nõ leguntur: quia eorum, qui ſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut dictis ſuperflua, aut minus apta q̃ rei ordo fuerit ſcripta eſſe putantur. Hactenus Gelaſius papa. Qui ſtatim ſubiiciẽs exempla quorundã ſctõrũ, quorũ hiſtoriæ ab hæreticis probabãtur eſſe cõſcriptæ, rurſus ait: Propter quod, vt dictũ eſt, ne vel leuius ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur, ſic Gelaſius. Contra hæc igitur, quæ ſumma ratione fuerãt à ſanctis patribus inſtituta, animaduertentes quędã, temeritate quorundã priuata irrepſiſſe, diligenter curauimus, vt, quæ publico eccleſiæ decreto reiiciuntur, omnino vitaremus, & in quibuſdã aliis reſecatis, quæ ad rem minus pertinerent, probatiſsima quæq; conſectaremur, iuxta præceptũ Pauli, quẽ his quoq; in rebus authorẽ adhibere iubemur ibidem ab eccleſia. Gelaſius enim in eodẽ loco de nonnullis hiſtoriis certitudinis nõ admodum exploratæ, quæ à catholicis legerentur,

loquutus,

loquutus, hæc ſubiicit. Sed cum hoc ad catholicorũ manus peruenerit, beati Pauli Apoſtoli ſentẽtia præcedat: Omnia probate: quod bonũ eſt tenete. Precum pro Pontificib⁹ & regibus, & fideliũ bonis ſpiritalibus ac tẽporalibus, diligẽter eſt adhibita ratio. Nam ſingulis diebus ad Matutinũ & Veſperã, noſtris tẽporibus pacem, eccleſiæ iuſtitiã & ſanctitatẽ precamur, & fideles oẽs tum viuentes, tum etiã defunctos Deo cõmendamus. Quod impenſius etiã efficitur, cum officiũ defunctorũ, ſiue pſalmi pœnitentiales cũ litania & orationibus legũtur, vt ſæpe fit in quadrageſima, quod prius tũc fiebat duntaxat cũ ageretur de feria. Sed hoc tam rarum erat cõſuetudine clericorũ feſta pro feriis celebrãtiũ, vt pleriq; ipſorũ vix ſemel aut iterũ toto anno legerent officium feriale. Itaq; ſi quis diligenter animaduerterit, & vetus patrum conciliũ inſtitutũq; cõſiderauerit, plane intelliget, hoc Breuiariũ non tam eſſe nouũ inuentũ, q̃ Breuiarij antiqui adhibito quodã temperamento reſtitutionẽ. Habet igitur hæc precandi ratio tres maximas cõmoditates. Primã, ꝙ precantibus ſimul acquiritur vtriuſq; teſtamẽti peritia. Secundã, ꝙ res eſt expeditiſsima propter ſummam ordinis ſimplicitatẽ, & nonnullã breuitatem. Tertiam, ꝙ hiſtoriæ ſctõrũ ſic conſcriptæ ſunt, vt nihil habeant, quod graues & doctas aures offendat. Si cui ergo laborioſum in hoc Breuiario videbitur, pleraq; omnia ex libro legi, cum multa in alio, quæ propter frequentẽ repetitionẽ ediſcuntur, memoriter pronuntientur, compenſet cum hoc labore cognitionẽ ſacræ ſcripturæ, quæ ſic in dies augeſcit, & intentionem animi, quam Deus ante omnia in precantibus requirit (hanc enim maiorem legentibus, q̃ memoriter proferentibus adeſſe neceſſe eſt) & huiuſmodi laborem nõ modo fructuoſum, ſed etiã ſalutarem iudicabit. Orandum eſt enim, vt Paulus ait, ſpiritu, & mente. Nam ſine fructu mens eius eſt, qui orat lingua tantum, id eſt qui ſine attentione, ac velut aliud agens precatur, quod fere accidit iis, qui pſalmos memoriter percurrunt. Habes, pater ſanctiſsime, inſtituti noſtri rationẽ, habes formulam Breuiarij. Supereſt vt quemadmodũ cœpiſti, aſpires cœptis noſtris, labori faueas, publicæ commoditatis cauſa ſuſcepto. Vale.

Tabula literarum Dominicalium. 1564.

b	g	f	e	d	b	A	g	f	d	c	b	A	f
A				c				e				g	
e	d	c	A	g	f	e	c	b	A	g	e	d	c
		b				d				f			

IN Tabula ſupraſcripta, literā Dn̄icalē ſingulis annis hoc pacto inuenies. Primā literam, quæ eſt b a tribue anno. 1564. Sequentē, quæ eſt g tribue anno. 1565. Sicq; deinceps progredere quouſq; peruenias ad numerū anni, cuius literā ſcire vis. Quia litera ſuper quam cadit numerus illius anni, erit litera Dn̄icalis. Quæ ſi vnica occurrerit, annū cōmunē eſſe intelliges: ſi duplex, Biſſextilem. Et tūc prior, id eſt, ſuperior, vſq; ad feſtum Mathiæ apoſtoli deſeruiet. Inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Sciendum autem ꝙ finitis. 28. annis, redeundum eſt ad principium cum annis tunc currentibus.

Aureus numerus.

7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.1.2.3.4.5.6.7.8.
9.10.11.12.13.14.15.

SImili modo, vt dictum eſt de litera Dn̄icali deprehendes etiā aureum numerum in ſupraſcripta numerorum ſerie. Nam primum numerum, qui eſt. 7. tribue anno. 1564. Sequentē qui eſt. 8. tribue anno. 1565. & ſic deinceps, donec ad annum tuum peruenias: & finitis. 19. annis, regredere iterum ad principium.

Nouiluniorum Canon.

NOuilunium ſingulis menſibus ſic reperitur: Habito aureo numero anni tui, vbicunq; ille in ordine aurei numeri in Calen. poſito tibi occurrerit, à loco illius diei iuxta poſiti ſequentium verborū ſyllabas ſurſum cōputa. In cœlis eſt hic. vnicuiq; diei accōmodando ſyllabā vnam. Dieſq;, ille ſupra quē ſyllaba, hic. ceciderit, dies eſt Nouilunii. In ſequenti Calend. cuilibet feſto habenti aliquid proprium apponitur, quoto folio id inueniatur. Alia vero feſta, quibus non apponitur fol. nihil habent proprium. Item in quibuſdam diebus aſſignantur tertiæ lectiones repetendæ ex epiſtolis cum fit officium de feria, quarū nonnullæ in quibuſdam annis omittuntur, in aliis autem leguntur, vt infra in regulis generalibus videbitur.

F

IANVARIVS HABET DIES XXXI.

Au.nu.				Dies	
iij	A	Calendis		1	Circuncifio Chriſti duplex maius. 443.
	b	iiij	no.	2	Octaua ſancti Stephani duplex mi. 443.
xj	c	iij	no.	3	Octaua ſancti Ioānis euan. du. ma. 443.
	d	prid.	no.	4	Octaua ſanctorū Innocen. dup. mi. 444.
xix	e	Nonis		5	De vigilia epiphaniæ. 444.
viij	f	viij	id.	6	Epiphania Chriſti duplex maius. 444.
	g	vij	id.	7	De octaua Epiphaniæ. 446.
xvj	A	vj	id.	8	De octaua Epiphaniæ. 446.
v	b	v	id.	9	De octaua Epiphaniæ. 446.
	c	iiij	id.	10	De octaua Epiphaniæ. 446.
xiij	d	iij	id.	11	De octaua Epiphaniæ. 447.
ij	e	pridi.	id.	12	De octaua Epiphaniæ. 447.
	f	Idibus		13	De octaua Epiphaniæ duplex mi. 447.
x	g	xix	cal.	14	Baſilius epiſcopus cōfeſ. Fuit. 1. hu. 448.
	A	xviij	cal.	15	Martina virg. marty. Fuit. 2. hu. 448.
xviij	b	xvij	cal.	16	Marcellus papa martyr. 448.
vij	c	xvj	cal.	17	Antonius abbas duplex minus. 449.
	d	xv	cal.	18	Cathedra Romana Petri dup. ma. 449.
xv	e	xiiij	cal.	19	Teleſpho. papa mart. Fuit. 5. hu. 450.
iiij	f	xiij	cal.	20	Fabian⁹ papa & Sebaſt. mar. du. mi. 450.
	g	xij	cal.	21	Agnes virgo mar. duplex minus. 450.
xij	A	xj	cal.	22	Vincentius & Anaſtaſius mar. 451.
j	b	x	cal.	23	Alphonſus archiepiſcopus confeſ. 451.
	c	ix	cal.	24	Timotheus epiſcopus marty. 451.
ix	d	viij	cal.	25	Conuerſio Pauli apoſtoli dup. ma. 452.
	e	vij	cal.	26	Polycarpus epiſcopus marty. 452.
xvij	f	vj	cal.	27	Ioannes Chryſoſtomus eps confeſ. 453.
vj	g	v	cal.	28	Lucianus preſby. mar. Fuit. 7. hu. 453.
	A	iiij	cal.	29	Paulus prim⁹ eremita. Fuit. 10. hu. 453.
xiiij	b	iij	cal.	30	Iginius papa mar. Fuit. 11. hu. 454.
	c	prid.	cal.	31	Hilarius eps confeſ. Fuit. 13. hu. 454.

FEBRVA. HABET DIES XXVIII.

Et ſi fuerit Biſſextus. XXIX.

Au. nu.				Dies	
	d	Calendis		1	Ignatius epiſcopus martyr. folio.454.
xi	c	iiii	no.	2	Purificatio Mariæ virginis du.ma. 454.
xix	f	iii	no.	3	Blaſius epiſcopus martyr.455.
viii	g	prid.	no.	4	Phileas epiſc. & Philoromus mar.455.
	A	Nonis		5	Agata virgo martyr.455.
xvi	b	viii.	id.	6	Dorothea virgo martyr.
v	c	vii	id.	7	Adauctus, & ſocii martyres.456.
	d	vi	id.	8	Cointha virgo martyr.456.
xiii	e	v	id.	9	Apollonia virgo martyr.456.
ii	f	iiii	id.	10	Scholaſtica virgo.
	g	iii	id.	11	Priſca virgo mar. quæ fuit.18.Ian. 456.
x	A	prid.	id.	12	Eulalia virgo martyr.
	b	Idibus		13	Ex epiſt.i.Petri. Propter quod.433.
xviii	c	xvi	cal.	14	Valentinus preſbyter martyr.
vii	d	xv	cal.	15	Fauſtinus, & Iouita marty.
	e	xiiii	cal.	16	Iuliana virgo martyr.
xv	f	xiii	cal.	17	Ex epiſt.i.Petri. Deponentes.433.
iiii	g	xii	cal.	18	Ex epiſt.i.Petri. Chariſsimi.434.
	A	xi	cal.	19	Gabinus preſbyter martyr.
xii	b	x	cal.	20	Ex epiſt.i.Petri. Similiter.435.
i	c	ix	cal.	21	Ex epiſt.i.Petri. Chriſto igitur.436.
	d	viii	cal.	22	Cathedra Antioch.Pet.apo.du.ma. 449.
ix	e	vii	cal.	23	Ex epiſt.i.Petri. Seniores. Vigilia. 436.
	f	vi	cal.	24	Mathias apoſto.duplex maius.457.
xvii	g	v	cal.	25	Epiſt.Pauli ad Phil. Paulus.395.
vi	A	iiii	cal.	26	Ex epiſt.Pauli ad Philip. Mihi.396.
	b	iii	cal.	27	Iulianus, & Eunus martyres.457.
xiiii	c	prid.cal.		28	Ex epiſt.Pauli ad Philip. Itaque.397.

MARTIVS HABET DIES XXXI.

Au. nu.			Dies	
iii	d	Calendis	1	Ex epiſt. Pauli ad Phil. De cæte. fo. 398.
	e	iiii no.	2	Ex epiſt. Pauli ad Philip. Itaq; frẽs. 399.
xi	f	iii no.	3	Emete. & Cel. & Aſte. marty. 457.
	g	prid. no.	4	Lucius papa martyr. 458.
xix	A	Nonis	5	Epiſtola ad Coloſſ. Paulus. 422.
viii	b	viii id.	6	Ex epiſt. ad Coloſſ. Et vos. 423.
	c	vii id.	7	Thomas Aquin. confeſſor. 458.
xvi	d	vi id.	8	Ex epiſt. ad Coloſſ. Videte. 423.
v	e	v id.	9	Quadraginta milites marty. 458.
	f	iiii id.	10	Æquinoctium.
xiii	g	iii id.	11	
ii	A	pridi. id.	12	Gregorius papa confeſ. duplex mi. 459.
	b	Idibus	13	
x	c	xix cal.	14	
	d	xviii cal.	15	
xviii	e	xvii cal.	16	
vii	f	xvi cal.	17	
	g	xv cal.	18	
xv	A	xiiii cal.	19	Ioſeph confeſſor duplex minus. 459.
iiii	b	xiii cal.	20	
	c	xii cal.	21	Benedictus abbas duplex minus. 459.
xii	d	xi cal.	22	
i	e	x cal.	23	
	f	ix cal.	24	
ix	g	viii cal.	25	Annuntiatio Mariæ virgi. du. ma. 460.
	A	vii cal.	26	
xvii	b	vi cal.	27	
vi	c	v cal.	28	
	d	iiii cal.	29	
xiiii	e	iii cal.	30	Ex epiſt. ad Coloſſ. Igitur ſi. 424.
iii	f	prid. cal.	31	Ex epiſt. ad Coloſſ. Domini quod. 425.

APRILIS HABET DIES XXX.

Au.nu				Dies	
	g	Calendis		1	Ex epiſt.j.ad Theſſ. Paulus. fol. 130.
xj	A	iiij	no.	2	Ex epiſt.ad Theſſ. Ideo & nos. 131.
	b	iij	no.	3	Pancratius martyr.
xix	c	prid.	no.	4	Iſidorus epiſcopus confeſſor. 460.
viij	d	Nonis		5	Vincentius confeſſor ordinis prædi.
xvj	e	viij	id.	6	Xyſtus papa martyr. 460.
v	f	vij	id.	7	Ex epiſt.prima ad Theſſ. De cętero. 132.
	g	vj	id.	8	Dionyſius epiſcopus confeſſor.
xiij	A	v	id.	9	Ex epiſt.prima ad Theſ. De tempo. 137.
ij	b	iiij	id.	10	Ex epiſt.ſecunda ad Theſſ. Paulus. 134.
	c	iij	id.	11	Leo primus papa confeſſ. 460.
x	d	pridi.	id.	12	Ex epiſt.ſecũda ad Theſ. Rogam⁹. 134.
	e	Idibus		13	Iuſtinus philoſophus martyr. 461.
xviij	f	xviij	cal.	14	Valerian.Tybur.&c.martyres. 461.
vij	g	xvij	cal.	15	Ex epiſt.ſecũda ad Theſ. De cętero. 135.
	A	xvj	cal.	16	Ex epiſt.ad Epheſi. Paulus. 123.
xv	b	xv	cal.	17	Anicetus papa martyr.
iiij	c	xiiij	cal.	18	Apollonius Senator marty. 461.
	d	xiij	cal.	19	Ex epiſt.ad Epheſi. Et vos. 124.
xij	e	xij	cal.	20	Ex epiſt.ad Epheſ. Huius rei. 125.
j	f	xj	cal.	21	Ex epiſt.ad Epheſ. Obſecro. 126.
	g	x	cal.	22	Caius papa martyr. 462.
ix	A	ix	cal.	23	Georgius martyr.
	b	viij	cal.	24	Ex epiſt.ad Epheſ. Renouamini. 127.
xvij	c	vij	cal.	25	Marcus euangeliſta duplex maius. 462.
vj	d	vj	cal.	26	Cletus & Marcel. papæ, & mar. 462.
	e	v	cal.	27	Anaſtaſius papa confeſſor.
xiiij	f	iiij	cal.	28	Vitalis martyr.
iij	g	iij	cal.	29	Petrus ordinis prædica.mart. 462.
	A	prid.	cal.	30	Ex epiſtola ad Epheſ. Videte. 128.

MAIVS HABET DIES XXXI.

Au. nu				Dies	
xi	b	Calendis		1	Philippi & Iacobi apoſt. du.ma. fol. 463.
	c	vi	no.	2	Athanaſius epiſcopus confeſ. 463.
xix	d	v	no.	3	Inuentio ſanctę Crucis duplex ma. 464.
viii	e	iiii	no.	4	Monica mater ſancti Auguſtini.
	f	iii	no.	5	Alexander papa mar. Fuit. 3. huius. 465.
xvi	g	prid. no.		6	Ioannis ante portã Latinã dup. mi. 465.
v	A	Nonis		7	Ex epiſt. ad Epheſ. Filii obed. 129.
	b	viii	id.	8	Apparitio ſctĩ Michaelis dup. mi. 493.
xiii	c	vii	id.	9	Grego. Nazianze. epiſcopus confeſ. 466.
ii	d	vi	id.	10	Gordianus & Epimachus marty.
	e	v	id.	11	Epiſt. Iacobi. Iacobus. 189.
x	f	iiii	id.	12	Nereus, Achileus, & Pancra. marty.
	g	iii	id.	13	Ex epiſt. Iacobi. Eſtote. 190.
xviii	A	pridi.	id.	14	Victor & Corona martyres. 466.
vii	b	Idibus		15	Ex epiſt. Iacobi. Quicunq;. 192.
	c	xvii	cal.	16	Ex epiſt. Iacobi. Nolite. 193.
xv	d	xvi	cal.	17	Ex epiſt. Iacobi. Vnde bella. 194.
iiii	e	xv	cal.	18	Ex epiſt. Iacobi. Agite nunc. 195.
	f	xiiii	cal.	19	Potentiana virgo. 466.
xii	g	xiii	cal.	20	Bernardinus confeſſor. 466.
i	A	xii	cal.	21	Iuo preſbyt. confeſ. Fuit. 19. huius.
	b	xi	cal.	22	Ex epiſt. ad Philip. Paul⁹ & Timot. 395.
ix	c	x	cal.	23	Ex epiſt. ad Philip. Mihi enim. 396.
	d	ix	cal.	24	Ex epiſt. ad Philip. Itaque. 397.
xvii	e	viii	cal.	25	Vrbanus papa martyr. 467.
vi	f	vii	cal.	26	Eleuterius papa martyr.
	g	vi	cal.	27	Ioannes papa marty.
xiiii	A	v	cal.	28	Germanus epiſcopus confeſſor.
iii	b	iiii	cal.	29	Ex epiſt. ad Philip. De cætero. 398.
	c	iii	cal.	30	Felix papa marty. 467.
xi	d	prid.	cal.	31	Petronilla virgo.

IVNIVS HABET DIES XXX.

Au.nu.			Dies	
·	e	Calendis	1	Pamphilus preſbyter martyr. fol'.467.
xix	f	iiii no.	2	Marcellinus, & Petrus martyres.467.
viii	g	iii no.	3	Ex epiſt.ad Philip. Itaque.399.
xvi	A	prid. no.	4	Ex epiſt.i.Ioan. Quod fuit. 180.
v	b	Nonis	5	Ex epiſt.i.Ioan.Filioli mei.181.
·	c	viii id.	6	Ex epiſt.i.Ioan.Filioli nouiſſ.182.
xiii	d	vii id.	7	Ex epiſt.i.Ioan.Videte.183.
ii	e	vi id.	8	Ex epiſt.i.Ioan.Chariſsimi.184.
·	f	v id.	9	Primus,& Felicianus martyres.
x	g	iiii id.	10	Ex epiſt.i.Ioan. Omnis qui.186.
	A	iii id.	11	Barnabas apoſtol' du.ma.Solſtitiū. 468.
xviii	b	pridi. id.	12	Baſilides,Cyrinus,&c.martyres.
vii	c	Idibus	13	Antonius confeſ.ordinis mino.468.
	d	xviii cal.	14	Ex epiſt.ii.Ioan.Senior elect.187.
xv	e	xvii cal.	15	Vitus,Modeſtus & Creſcen.martyres.
iiii	f	xvi cal.	16	Ex epiſt.iii.Ioan.Senior Caio.188.
	g	xv cal.	17	Ex epiſt.i.ad Coloſſ.Paulus.422.
xii	A	xiiii cal.	18	Marcus,& Marcellianus mar.468.
i	b	xiii cal.	19	Geruaſius,& Prothaſius marty.469.
	c	xii cal.	20	Siluerius papa martyr.
ix	d	xi cal.	21	Ex epiſt ad Coloſſ.Et vos cum.423.
·	e	x cal.	22	Paulinus epiſcopus confeſſor.
xvii	f	ix cal.	23	Ex epiſt.ad Coloſſ.Videte. Vigilia 423.
vi	g	viii cal.	24	Natiuitas ſancti Ioan. Bap.du.ma. 469.
	A	vii cal.	25	De octaua ſancti Ioannis.470.
xiiii	b	vi cal.	26	Ioannis & Pauli mar.dup.mi. 470.
iii	c	v cal.	27	De octaua ſancti Ioannis.470.
	d	iiii cal.	28	De octaua ſancti Ioannis. Vigilia. 471.
xi	e	iii cal.	29	Petri & Pauli apoſtoli dup.ma. 471.
	f	prid. cal.	30	Cõmemo.Pauli apoſtoli dup.mi. 472.

IVLIVS HABET DIES XXXI.

Au.nu.				Dies	
xix	g	Calendis		1	Octa.nati.ſcti Ioan.Bap.du.mi.fol.472.
viii	A	vi	no.	2	Viſitatio Mariæ virginis dup.ma. 473.
	b	v	no.	3	De octaua Viſitationis.473.
xvi	c	iiii	no.	4	De octaua Viſitationis.474.
v	d	iii	no.	5	De octaua Viſitationis.474.
	e	prid.	no.	6	Oſta.apoſt.Petri & Pauli dup.mi.474.
xiii	f	Nonis		7	De octaua Viſitationis.475.
ii	g	viii	id.	8	De octaua Viſitationis.475.
	A	vii	id.	9	Octaua Viſitationis duplex mi.475.
x	b	vi	id.	10	Septem fratres martyres.475.
	c	v	id.	11	Pius papa confeſſor.476.
xviii	d	iiii	id.	12	Nabor & Felix martyres.
vii	e	iii	id.	13	Anacletus papa martyr.476.
	f	pridi.	id.	14	Proceſſus & Martini. Fuit.2.huius. 476.
xv	g	Idibus		15	Bonauē.card.epiſc.cōf. Fuit.15.hu. 476.
iiii	A	xvii	cal.	16	Euſtachius epiſcopus confeſſor.
	b	xvi	cal.	17	Alexius confeſſor.
xii	c	xv	cal.	18	Symphoroſa cum ſeptem fil.mar.477.
j	d	xiiii	cal.	19	Iuſta & Ruffina virgi. martyres.
	e	xiii	cal.	20	Margareta virgo martyr.
ix	f	xii	cal.	21	Praxedis virgo.477.
	g	xi	cal.	22	Maria Magdalena duplex mi. 477.
xvii	A	x	cal.	23	Apollinaris epiſcopus martyr.
vi	b	ix	cal.	24	Chriſtina virgo martyr. Vigilia.
	c	viii	cal.	25	Iacobus apoſtolus duplex maius. 478.
xiiii	d	vii	cal.	26	Anna mater Mariæ virgi.dup.mi. 478.
iii	e	vi	cal.	27	Pantaleon martyr.
	f	v	cal.	28	Nazarius & ſocij martyr.
xi	g	iiii	cal.	29	Martha virgo.479.
xix	A	iii	cal.	30	Abdon & Sennen martyres.
	b	prid.	cal.	31	Nemeſi' & Lucilla ma. Fuit.25.hu 479.

AVGVSTVS HABET DIES XXXI.

Au.nu.				Dies	
	c	Calendis		1	Vincula ſancti Petri duplex mi.479.
xvi	d	iiii	no.	2	Stephanus papa martyr.497.
v	e	iii	no.	3	Inuentio ſancti Stepha.protomar.480.
	f	prid.	no.	4	Dominicus confeſ.duplex mi.480.
xiii	g	Nonis		5	Sanctæ Mariæ ad niues duplex mi.480.
ii	A	viii	id.	6	Transfiguratio Domini dup.ma.481.
	b	vii	id.	7	Iuſtinus pſbyter mar. Fuit.4.hu⁹.481.
x	c	vi	id.	8	Cyriacus,Largus,&c.martyres.
	d	v	id.	9	Xyſtus.ij.pa.ma. Fuit.6.hu. Vigil.482.
xviii	e	iiii	id.	10	Laurentius martyr duplex ma.482.
vii	f	iii	id.	11	De octaua ſancti Laurentij.482.
	g	pridi.	id.	12	Clara virgo duplex minus.483.
xv	A	Idibus		13	De octaua ſancti Laurentij.483.
iiii	b	xix	cal.	14	De octaua ſctī Laurentij. Vigilia.483.
	c	xviii	cal.	15	Aſſumptio Mariæ virginis du.ma.484.
xii	d	xvii	cal.	16	De octaua Aſſumptionis.484.
i	e	xvi	cal.	17	Octaua ſancti Laurentij dup.mi.485.
	f	xv	cal.	18	De octaua Aſſumptionis.485.
ix	g	xiiii	cal.	19	De octaua Aſſumptionis.485.
	A	xiii	cal.	20	De octaua Aſſumptionis.485.
xvii	b	xii	cal.	21	De octaua Aſſumptionis.486.
vi	c	xi	cal.	22	Octaua Aſſumptionis duplex mi.486.
	d	x	cal.	23	Bernard.abbas. Fuit.20.hu. Vigil.486.
xiiii	e	ix	cal.	24	Bartholo.apoſto.duplex ma.486.
iii	f	viii	cal.	25	Ludouicus rex Francorum confeſſor.
	g	vii	cal.	26	Zepherinus papa martyr.487.
xi	A	vi	cal.	27	Rufus martyr.
xix	b	v	cal.	28	Auguſtinus epiſc.confeſ.dup.mi.487.
	c	iiii	cal.	29	Decollatio Ioānis Baptiſtæ du.ma.487.
viii	d	iii	cal.	30	Felix & Adauctus martyr.
	e	prid.	cal.	31	Ex epiſt.ad Coloſſ. Igitur ſi cōſur.424.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Au.nu.				Dies	
xvi	f	Calendis		1	Ægidius abbas
v	g	iiii	no.	2	Ex epiſt.ad Coloſſ. Domini quod. 425.
	A	iii	no.	3	Seraphia virgo martyr. 488.
xiii	b	prid.	no.	4	Ex epiſt.i.ad Timot. Paulus. 136.
ii	c	Nonis		5	Ex epiſt.i.ad Timot. Obſecro. 137.
	d	viii	id.	6	Ex epiſt.i.ad Timot. Fidelis. 138.
x	e	vii	id.	7	Ex epiſt.i.ad Timot. Spiritus. 139.
	f	vi	id.	8	Natiui. Mariæ virginis duplex ma. 488.
xviii	g	v	id.	9	De octaua Natiuitatis. 489.
vii	A	iiii	id.	10	De octaua Natiuitatis. 489.
	b	iii	id.	11	De octaua Natiuitatis. 490.
xv	c	pridi.	id.	12	De octaua Natiuitatis. 490.
iiii	d	Idibus		13	De octa. Natiuitatis. Æquinoctiũ. 490.
	e	xviii	cal.	14	Exaltatio ſanctę Crucis duplex ma. 490.
xii	f	xvii	cal.	15	Octaua Natiui. virgi. duplex mi. 491.
i	g	xvi	cal.	16	Pet.dor.& G.mar. Fuerunt. 9. hu. 491.
	A	xv	cal.	17	Cor.& Cyp.mar. Fuerunt. 14. hu. 491.
ix	b	xiiii	cal.	18	Methodius epiſcopus martyr.
	c	xiii	cal.	19	Ianuarius & ſocij martyres.
xvii	d	xii	cal.	20	Euſtachius & ſocij marty. Vigilia.
vi	e	xi	cal.	21	Matthæus apoſtolus & euang. dup. 492.
	f	x	cal.	22	Mauricius & ſocij marty. 492.
xiiii	g	ix	cal.	23	Linus papa martyr. 493.
iii	A	viii	cal.	24	Tecla virgo martyr.
	b	vii	cal.	25	Ex epiſt.i.ad Timot. Seniorem. 139.
xi	c	vi	cal.	26	Ex epiſt.i.ad Timot. Quicunque. 140.
xix	d	v	cal.	27	Coſmas & Damianus martyr. 493.
	e	iiii	cal.	28	Epiſtola ad Philem. Paulus. 141.
viii	f	iii	cal.	29	Dedicatio Mich. archan. dup. ma. 493.
	g	prid.	cal.	30	Hieronymus preſby. confeſſ. du. mi. 494.

OCTOBER HABET DIES XXXI.

Au.nu.				Dies	
xvj	A	Calendis		1	Remigius epiſcopus confeſ. folio.
v	b	vj	no.	2	Ex epiſt.ij.ad Timot. Paulus.426.
xiij	c	v	no.	3	Ex epiſt.ij.ad Timot. Tu ergo.427.
ii	d	iiij	no.	4	Franciſcus confeſſ. duplex minus. 495.
	e	iij	no.	5	Ex epiſt.ij.ad Timot. Hoc autem.428.
x	f	prid.	no.	6	Ex epiſt.ij.ad Timot. Teſtificor.429.
	g	Nonis		7	Marcus papa confeſſor.495.
xviij	A	viij	id.	8	Ex epiſt.ad Titum. Paulus.429.
vii	b	vij	id.	9	Dionyſij, Ruſti.& c.marty.495.
	c	vj	id.	10	Ex epiſt.ad Titum. Tu autem.430.
xv	d	v	id.	11	Ex epiſt.ad Titum. Admone.431.
iiij	e	iiij	id.	12	Ex epiſt.j.ad Corint. Paulus.247.
	f	iij	id.	13	Ex epiſt.j.ad Corint. Videte.249.
xii	g	pridi.	id.	14	Caliſtus papa martyr.496.
i	A	Idibus		15	Ex epiſt.j.ad Corint. Et ego.249.
	b	xvij	cal.	16	Ex epiſt.j.ad Corint. Sic nos.250.
ix	c	xvj	cal.	17	Ex epiſt.j.ad Corint. Rogo.251.
	d	xv	cal.	18	Lucas euangeliſta duplex maius 496.
xvii	e	xiiij	cal.	19	Ptolomæus & Lucius marty.496.
vj	f	xiij	cal.	20	Ex epiſt.j.ad Corint. Audet.252.
	g	xij	cal.	21	Vrſula & ſociæ virgi.& marty.
xiiii	A	xj	cal.	22	Hilarion abbas. [illegible] 497.
iij	b	x	cal.	23	Ex epiſt.j.ad Corint. De quibus.253.
	c	ix	cal.	24	Ex epiſt.j.ad Corint. De virgi.253.
xi	d	viij	cal.	25	Chryſanthus & Daria marty.
xix	e	vij	cal.	26	Euariſtus papa martyr.497.
	f	vj	cal.	27	Ex epiſt.j.ad Corint. De iis. Vigil. 255.
viij	g	v	cal.	28	Simon & Iudas apoſtoli dup.ma. 497.
	A	iiij	cal.	29	Marcellus martyr.497.
xvj	b	iij	cal.	30	Ex epiſt.j.ad Corint. Non ſum.255.
v	c	prid.	cal.	31	Ex epiſt.j.ad Cor. Et factus. Vigil. 256.

NOVEMBER HABET DIES XXX.

Au. nu.			Dies	
	d	Calendis	1	Feſtum omnium ſanct. du. ma. foll. 498.
xiij	e	iiij no.	2	De octaua. Item cōmemo. defun. 499.
ij	f	iij no.	3	De octaua. 499.
	g	prid. no.	4	De octaua. 499.
x	A	Nonis	5	De octaua. 499.
	b	viij id.	6	De octaua. 500.
xviii	c	vij id.	7	De octaua. 500.
vij	d	vj id.	8	Octaua omniū ſanctorum dup. mi. 500.
	e	v id.	9	Dedicatio Baſilicæ Salua. dup. mi. 500.
xv	f	iiij id.	10	Triphon, & ſocij martyres. 501.
iiii	g	iij id.	11	Martinus epiſcopus cōfeſſor du. mi. 501.
	A	pridi. id.	12	Martinus papa martyr.
xii	b	Idibus	13	Britius epiſcopus confeſſor.
i	c	xviij cal.	14	Vital. & Agric. marty. Fuit. 4. huius 502.
	d	xvij cal.	15	Ex epiſt. j. ad Corint. Propter. 257.
ix	e	xvj cal.	16	Ex epiſt. j. ad Corint. Imitatores. 259.
	f	xv cal.	17	Ex epiſt. j. ad Corint. Ego enim. 260.
xvii	g	xiiij cal.	18	Dedica. Baſi. Petri & Pauli dup. mi. 500.
vi	A	xiij cal.	19	Pontianus papa martyr. 502.
	b	xij cal.	20	Eliſabeth vidua. Fuit heri. 502.
xiiii	c	xj cal.	21	Præſentatio Mariæ virgi. dup. ma. 502.
iii	d	x cal.	22	Cæcilia virgo martyr. 503.
	e	ix cal.	23	Clemens papa martyr. 503.
xi	f	viij cal.	24	Chriſogonus papa martyr. 503.
xix	g	vij cal.	25	Catharina virg. mar. dup. mi. 504.
	A	vj cal.	26	Petrus epiſcopus martyr. 504.
viii	b	v cal.	27	Ex epiſt. j. ad Corint. Sicut enim. 261.
	c	iiij cal.	28	Ex epiſt. j. ad Corint. Si linguis. 262.
xvi	d	iij cal.	29	Saturni. & Siſinnius mar. Vigilia. 504.
v	e	prid. cal.	30	Andreas apoſtolus duplex maius. 505.

DECEMBER HABET DIES XXXI.

Au. nu.				Dies	
xiii	f	Calendis		1	Ex epiſt. j. ad Corin. Nunc aſit. fol. 263.
ii	g	iiii	no.	2	Bibiana virgo martyr. 505.
	A	iii	no.	3	
x	b	prid.	no.	4	Barbara virgo martyr.
	c	Nonis		5	
xviii	d	viii	id.	6	Nicolaus epiſc. confeſ. duplex mi. 505.
vii	e	vii	id.	7	Ambroſius epiſc. confeſſor dup. mi. 506.
	f	vi	id.	8	Conceptio Mariæ virginis dup. ma. 506.
xv	g	v	id.	9	
iiii	A	iiii	id.	10	Melchiades papa martyr. 507.
	b	iii	id.	11	Damaſus papa confeſſor. Solſtitiū. 507.
xii	c	pridi.	id.	12	
i	d	Idibus		13	Lucia virgo mar. duplex minus. 507.
	e	xix	cal.	14	
ix	f	xviii	cal.	15	
	g	xvii	cal.	16	
xvii	A	xvi	cal.	17	
vi	b	xv	cal.	18	
	c	xiiii	cal.	19	
xiiii	d	xiii	cal.	20	Vigilia.
iii	e	xii	cal.	21	Thomas apoſtolus duplex maius. 508.
	f	xi	cal.	22	
xi	g	x	cal.	23	
xix	A	ix	cal.	24	Vigilia Natiuitatis Domini. 508.
	b	viii	cal.	25	Natiuitas Domini duplex maius. 509.
viii	c	vii	cal.	26	Stephanus protomar. duplex ma. 510.
	d	vi	cal.	27	Ioannes apoſtolus & euāg. du. ma. 511.
xvi	e	v	cal.	28	Innocentes martyres duplex mi. 511.
v	f	iiii	cal.	29	Thomas archiepiſcopus mar. 512.
	g	iii	cal.	30	De octaua Natiuitatis. 512.
xiii	A	prid.	cal.	31	Syluester papa confeſſor. 513.

H.

Canon ſequentis Tabulæ ad feſta mobilia perpetuo inuenienda.

IN tabula infraſcripta ſic feſta mobilia ſingulis annis inuenies. Primo quęre aureum numerum anni cuius feſta perquiris, deinde ſub eius linea quęre etiam literam Dominicalem eiuſdem anni, quæ primo occurrerit: & notanter dicitur ſub linea: nam litera Dominicalis quæ è regione aurei numeri fuerit, eidem numero non inſeruit, ſed ſolum ſuperioribus. Poſtea in eadem linea tranſuerſali, in qua literam Dominicalem inueniſti, inuenies etiam quo menſe, & quo die ſingula feſta mobilia incidant, & quot Dominicæ Vagantes ſint ante Septuageſimam, quot etiã Dominicæ ſint inter Pentecoſten & Aduentum, omnia hæc ſub ſuis titulis. In anno autem biſſextili quot Dominicæ Vagantes occurrant ante Septuageſimam, item quo die Septuageſima ipſa incidat, & quo Feria quarta Cinerum, inuenies per priorem eius anni literam, quæ inſeruit vſque ad feſtum Mathiæ. Reliqua vero omnia per poſteriorem exquiruntur. Sed has duas literas anni biſſextilis ſic accipere oportet, vt neutra earum ſit è regione aurei numeri, nam tunc omiſſis illis, recurrendum eſt ad alias ſimiles inferius primo loco occurrentes. Præterea ſi in anno biſſextili dies Cinerum in menſe Martio incidiſſe ſupradicta ratione deprehendatur, per vnum diem retrahenda erit. In proximis tamen triginta annis non erit neceſſe inſpicere hanc tabulam, ſed ſolum indicem, qui poſt eam poſitus eſt. qui eſt a 1564, vſq; ad 1593.

Tabula feſtorum mobilium iuxta vſum Romanæ eccleſiæ.

Au. nu.	lra do.	lxx. ianuarij	Cinis Febr.	paſch. martij	aſcēſi. aprilis	pente. maij.	cor. do. maij.	dñice pº tri.	aduētus nouēbris
5	d	18	4	22	30	10	21	27	29
	e	19	5	23	1 maij	11	22	27	30
13	f	20	6	24	2	12	23	27	1 decē.
2	g	21	7	25	3	13	24	27	2
	A	22	8	26	4	14	25	27	3
10	b	23	9	27	5	15	26	26	27 nouē.
	c	24	10	28	6	16	27	26	28
18	d	25	11	29	7	17	28	26	29
7	e	16	12	30	8	18	29	26	30
	f	27	13	31	9	19	30	26	1 decē.
15	g	28	14	1 apri.	10	20	31	26	2
4	A	29	15	2	11	21	1 iunij	26	3
	b	30	26	3	12	22	2	25	27 nouē.
12	c	31	17	4	13	23	3	25	28
1	d	1 febr.	18	5	14	24	4	25	28
	e	2	19	6	15	25	5	25	30
9	f	3	20	7	16	26	6	25	1 decē.
	g	4	21	8	17	27	7	25	2
17	A	5	22	9	18	28	8	25	3
6	b	6	23	10	19	29	9	24	27 nouē.
	c	7	24	11	20	30	10	24	28
14	d	8	25	12	21	31	11	24	29
3	e	9	26	13	22	1 iunij	12	24	30
	f	10	27	14	23	2	13	24	1 dec ē
11	g	11	28	15	24	3	14	24	2
	A	12	1 mar.	16	25	4	15	24	3
19	b	13	2	17	26	5	16	23	27 nouē.
8	c	14	3	18	27	6	17	23	28
	d	15	4	19	28	7	18	23	29
	e	16	5	20	29	8	19	23	30
	f	17	6	21	30	9	20	23	1 decē.
	g	18	7	22	31	10	21	23	2
	A	19	8	23	1 iunij	11	22	23	3
	b	20	9	24	2	12	23	22	27 nouē.
16	c	21	10	25	3	13	24	22	29

Index feſtorum mobilium

Anni currẽtes	Aur. nũerꝰ	Lr̃a dñicalis	ſeptuageſima	Primꝰ dies q̃drage.	Paſcha reſurrectionis.	Aſcẽſio domini.	Pẽtecoſtes
1564	7	b A	30 Ia.	16 Fe.	2 apri.	11 maij	21 maij
1565	8	g	18 Fe.	7 ma.	22 apri.	31 maij	10 iunij
1566	9	f	10 Fe.	27 Fe.	14 apri.	23 maij	2 iunij
1567	10	e	26 Ia.	12 Fe.	30 mar.	8 maij	18 maij
1568	11	d c	15 Fe.	3 ma.	18 apri.	27 maij	6 iunij
1569	12	b	6 Fe.	23 Fe.	10 apri.	19 maij	29 maij
1570	13	A	22 Ia.	8 Fe.	26 mar.	4 maij	14 maij
1571	14	g	11 Fe.	28 Fe.	15 apri.	24 maij	3 iunij
1572	15	f e	3 Fe.	20 Fe.	6 apri.	15 maij	25 maij
1573	16	d	18 Ia.	4 Fe.	22 mar.	30 apri.	10 maij
1574	17	c	7 Fe.	24 Fe.	11 apri.	20 maij	30 maij
1575	18	b	30 Ia.	16 Fe.	3 apri.	12 maij	22 maij
1576	19	A g	19 Fe.	7 ma.	22 apri.	31 maij	10 iunij
1577	1	f	3 Fe.	20 Fe.	7 apri.	16 maij	26 maij
1578	2	e	26 Ia.	12 Fe.	30 mar.	8 maij	18 maij
1579	3	d	15 Fe.	4 ma.	19 apri.	28 maij	7 iunij
1580	4	c b	31 Ia.	17 Fe.	3 apri.	12 maij	22 maij
1581	5	A	22 Ia.	8 Fe.	26 mar.	4 maij	14 maij
1582	6	g	11 Fe.	28 Fe.	15 apri.	24 maij	3 iunij
1583	7	f	27 Ia.	13 Fe.	31 mar.	9 maij	19 maij
1584	8	e d	16 Fe.	4 ma.	19 apri.	28 maij	7 iunij
1585	9	c	7 Fe.	24 Fe.	11 apri.	20 maij	30 maij
1586	10	b	30 Ia.	16 Fe.	3 apri.	12 maij	22 maij
1587	11	A	12 Fe.	1 ma.	16 apri.	25 maij	4 iunij
1588	12	g f	4 Fe.	21 Fe.	7 apri.	16 maij	26 maij
1589	13	e	26 Ia.	12 Fe.	30 mar.	8 maij	18 maij
1590	14	d	15 Fe.	4 ma.	19 apri.	28 maij	7 iunij
1591	15	c	31 Ia.	17 Fe.	4 apri.	13 maij	23 maij
1592	16	b A	23 Ia.	9 Fe.	26 mar.	4 maij	14 maij
1593	17	g	11 Fe.	29 Fe.	15 apri.	24 maij	3 iunij

INDEX LIBRORVM VETERIS

Teſtamenti, qui in primis lectionibus legendi ſunt, quorum Geneſis,& primus Regum leguntur integri,ex aliis vero capita quędam.

Geneſis 142
Exodus 293
Primus Regum 339
Secundus Regum 404
Ex tertio Regum 406
Quartus Regum 412
Tobias 431
Iudith 437
Eſther 438
Iob 440
Prouerbia Salomonis 99
Eccleſiaſtes 109
Liber Sapientiæ 110
Eccleſiaſticus 117
Ex Iſaia magna pars variis in locis 66
Ex Ieremia variis in locis.
Ex Ezechiele.
Ex Daniele in variis locis.
Ex omnibus fere duodecim prophetis ponuntur capita quędam in variis locis.

INDEX LIBRORVM NOVI

Teſtamenti, qui omnes in ſecundis lectionibus leguntur integri præter Apocalypſim.

Matthæi euangelium 340
Marci euangelium 399
Lucæ euangelium 67
Ioannis euangelium 142
Acta Apoſtolorum 269

Pauli epiſtolæ.

Ad Romanos 228
Ad Corinthios prima 247
Ad Corinthios ſecunda 327
Ad Galatas 117
Ad Epheſios 123
Ad Philippenſes 395
Ad Coloſſenſes 422
Ad Theſſalonicen. prima 130
Ad Theſſalonicē. ſecunda 134
Ad Timotheum prima 136
Ad Timotheum ſecunda 426
Ad Titum 429
Ad Philemonem 141
Ad Hebræos 38
Iacobi epiſtola 189
Petri epiſtola prima 432
Petri epiſtola ſecunda 437
Ioannis epiſtola prima 180
Ioannis epiſtola ſecunda 187
Ioannis epiſtola tertia 188
Iudæ epiſtola 369
Apocalypſis 440

REGVLÆ GENERALES
ad inſtructionem diuini Officij.

PRIMA REGVLA.

Quomodo dicendæ ſint Horæ, & in quo conſiſtat diuerſitas Officij.

ANte omnia ſciendum eſt, ꝙ omnes horæ dicuntur per totum annum, quemadmodum explicatur in Dominica prima Aduentus. Item, ꝙ ad ſingulas horas ſinguli tantum dicendi ſunt Hymni ante Pſalmos, & ideo ad Laudes nõ dicitur Hymnus, quia Matutinũ & Laudes pro vna hora reputantur. Sciendũ prętera, ꝙ Pſalmi ſingulis diebus totius anni ſine vlla exceptione dicuntur ad omnes horas, quemadmodum diſtribnti ſunt in Pſalterio. Similiter prima & ſecunda lect. ſemper dicuntur vt diſpoſitæ ſunt in Dominicali, prȩterquã in die Natiuitatis Domini, & in die Epiphaniæ, quia tunc aſſignantur aliæ lectiones. Aduertendũ inſup, ꝙ Hymni aſſignati in Dñica prima Aduentus ad Primã, Tertiã, Sextam, Nonã, & Cõpletoriũ. Itẽ orationes Domine Deus omnipotens. ad Primam. & Viſita quæſumus. ad Cõpletoriũ, necnon Antiph. Salua nos ad Cõpletoriũ nunq̃ omittuntur in toto anno, præterquã in triduo ante Paſcha. Similiter Antiphonę aſſignatę in Pſalterio ad Primã, Tertiã, Sextã, & Nonã nunquã mutantur, præterquã à Feria. v. in cœna Dñi vſq; ad Aſcenſionẽ, vt ſuis locis videbitur. Itaq; cum prædicta ſemper dicantur eodẽ modo ſiue celebretur Feſtũ, ſiue Dñica vel Feria, intelligendũ eſt, ꝙ cum dicimus, Hodie fieri debet officiũ de tali Feſto, perinde eſt, ac ſi dicamus, ꝙ ad Matutinũ Inuit. Hymnus, Antiphonę, & Tertia lectio: ad Laudes Aña, & Oratio (quę dicenda eſt etiam ad reliquas horas, præter primã & Completorium) Ad Veſperas Hymnus, & Antiphona dicuntur de ipſo feſto, & in horum mutatione tantum conſiſtit diuerſitas officij.

Secunda

SECVNDA REGVLA.

Vnde incipiendum ſit Officium ſingulis diebus.

NOtandum, quod quandocunq; fit officium de Dominica, vel de Feria, aut feſto ſimplici. Item de cõmuni beatæ virginis in Sabbatis, ſemper incipitur officium à Matutino. Quando autem celebratur feſtum duplex, ſemper eius officium incipitur à Veſperis in die præcedenti, niſi dicendæ ſint de alio duplici maiore. Exempli gratia. Si craſtina die inciderit feſtũ duplex, & nullũ aliud duplex hodie celebretur, Veſperæ hodie dicendæ ſunt de feſto duplici diei craſtinæ: & ſimiliter ſi hodie celebretur feſtũ duplex minus, & craſtina die occurrat aliud duplex, quodcunq; ſit, ſiue minus, ſiue maius, Veſperæ hodie dicendæ ſunt de feſto duplici diei craſtinę: & finita ei⁹ oratione, ſtatim præmiſſo Oremus dicenda eſt oratio feſti duplicis hodierni pro eius cõmemoratione. Deinde Benedicamus do. &c. Fidelium animæ, &c. Et eodem modo faciendum eſt, quando aliquod duplex maius, ſequitur immediate poſt aliud duplex maius. Si aũt hodie celebratur duplex maius, & craſtina die occurreret duplex minus, Veſperæ hodie dicẽdæ ſunt de duplici maiore hodierno: & finita eius Oratione, ſtatim pro cõmemoratione duplicis minoris diei craſtinæ dicuntur eius Antiphona, & Oratio propriæ (ſi eas habuerit) alioquin de communi. Et ſupra dicta intelligenda ſunt, exceptis quibuſdam feſtis, & Octauis duplicibus, in quibus aliter ordinatur, vt ſuis locis videbitur. Notandum autẽ, ꝙ nunq̃ debet fieri commemoratio de feſto ſimplici, aut de Feria in Laudibus & Veſperis, præterq̃ de feriis Quadrageſimæ, vt in feria quarta Cinerum explicatur. De Dñica vero fit cõmemoratio per orationem tantum in Laudibus & Veſperis ipſius Dñicæ, quando in ea celebratur aliquod feſtũ duplex, aut octaua ex iis, quæ continentur in Calendario, exceptis Dñicis, quibus non eſt aſſignata oratio. Et ſimiliter quando infra aliquã octauã celebratur aliud feſtum duplex, fit cõmemoratio de octaua per Orationem tantum, niſi in aliqua earum aliud ſpecialiter ordinetur.

TERTIA REGVLA.

Quando feſta duplicia ſint transferenda, & quomodo.

NOtandum, ꝙ ſi in Dominicis Aduentus, aut in Dominica in Septuageſima, & ſequentibus Dominicis vſq; ad Dñicā Palmarum incluſiue inciderit aliquod feſtum duplex, officium fiet de Dñica, & feſtum duplex transferendū eſt in feriam ſecundam: ita ꝙ in Dñica Veſperæ dicantur de feſto duplici, & poſt eius Orationem dicatur etiam Oratio Dñicæ pro eius cōmemoratione. Aduertendum tamen, quod ſi in Feria ſecunda inciderit aliud feſtū duplex, tunc feſtum duplex occurrens in Dominica transferendum eſt in tertiam Feriam, aut in quartam, ſi etiam in tertia inciderit aliud duplex. Et eodem modo feſtum duplex occurrens in feria quarta Cinerum, transferendū eſt in proximā quintam Feriam. Similiter quodcunq; feſtū duplex inciderit in Calendario à Feria quinta in Cœna Domini vſque ad octauam Paſchæ, transferendum eſt in proximū diem poſt octauam eodem modo vt ſupra. Et ſi contigerit plura feſta duplicia incidere infra eandem octauā, transferentur per ordinem: ita ꝙ primum celebretur prius, ſecundum poſterius. Si autem feſtum duplex alicuius ſancti occurrerit die Pentecoſtes vſque ad Dominicam Trinitatis incluſiue, transferendum eſt in proximum diem poſt ipſam Dominicam, ſed tunc è diuerſo Veſperæ dicendæ ſunt De trinitate: & poſt eius Orationem fiet commemoratio per Antiphonam & Orationem de feſto duplici tranſlato, quod celebrandum eſt in die ſequenti. Et ſimiliter faciendum eſt, quando in die Aſcenſionis, aut in die Corporis Chriſti inciderit feſtum duplex alicuius ſancti, quod transferendum eſt in proximum ſequentem diem. Aduertendum autem, quod ſi in Calendario inciderit feſtum ſimplex in die, quo celebrandum eſt feſtum duplex tranſlatum ex alio die, non fit officium de feſto ſimplici, ſed tantum commemoratio per Orationem in fine Primæ, vt in Dominica prima Aduentus explicatur.

QVARTA REGVLA.

Quomodo debeat fieri officium in octauis.

NOtandum, quod quando in Calendario vel in Dominicali ordinatur officium fieri de aliqua octaua, tũc Inuitatoriũ, Hymni, Antiphonæ, & Oratio dicenda ſunt ſicut in feſto principali, niſi aliquid prædictorũ aliter in aliqua octaua aſſignetur: tertia autẽ lectio ſemper aſſignatur propria cuilibet diei per totã octauã. Et eſt aduertendũ, quod Antiphona aſſignata in ſecũdis veſperis feſti principalis, dicenda eſt ſemper ad veſperas per totã octauam, niſi alia ſpecialiter aſſignetur. Aduertendum inſuper, quod Antiphonæ ad Matutinũ, Laudes & Veſperas nõ duplicantur infra octauas, ſed tantum in ipſa die octaua, vt infra dicetur. Notandũ etiã, quod ſi cõcurrerẽt ſimul octaua Corporis Chriſti cum octaua ſancti Ioannis (quod tamen rariſſime cõtinget) officium fiet de octaua Corporis Chriſti, cũ cõmemoratione ſancti Ioannis per orationẽ tantum. Sunt etiã quædam aliæ octauæ, de quibus nõ fit officiũ, quia cõcurrunt cum aliis feſtis duplicibus, aut octauis: ſed quid tunc fieri debeat, ſuis locis videbitur.

QVINTA REGVLA.

Quot Dominicæ ſint in anno, & quomodo appellentur.

NOtandum, ꝙ annus à prima Dñica Aduentus ad aliã ſimiliter primã Aduentus excluſiue computando, habet cõmuniter quinquaginta duas Dñicas in hunc modum diſtributas, videlicet, Quatuor de Aduentu, inter quas & Septuageſimã neceſſario ad minus incidunt tres, quæ appellantur poſt Aduentũ. Sunt etiã aliæ tres, Septuageſimæ, Sexageſimę & Quinquageſimæ. Nec nõ quatuor Quadrageſimę, cũ aliis duabus de paſſione & Palmarũ. Deinde Paſcha, & aliæ quinq; poſt Paſcha. Item alia intra octauã Aſcenſionis. Proximo loco Pentecoſtes, inter quam & primã Aduentus nõ poſſunt eſſe pauciores q̃ vigintitres

Dñicæ,

Dn̄icæ,quæ appellantur poſt Pentecoſten. Sunt præterea quinq; aliæ,quas idcirco Vagantes viſum eſt appellare,quia propter varietatem Septuageſimę nō ſemper habent eandē ſedem: ſed quibuſdā annis incidunt omnes quoq; ſimul ante Septuageſimam, quibuſdā vero poſt Pentecoſten, aliis autē annis(quod frequentius contingit)non oēs quinq; ſimul, ſed tantū pars earū incidit ante Septuageſimam,& reliqua pars poſt Pentecoſten. Quia tamen rariſſime contingit, vt quinta Vagantium legenda ſit ante Septuageſimā ideo in Breuiario eam adiunximus vigintitribus poſt Pentecoſten,& appellatur vigeſima quarta. Alias autē quatuor Vagantes poſuimus inter tertiā poſt Aduentū,& Septuageſimam,diſtribuendas ſingulis annis vt inciderint, quod quemadmodum fieri debeat, inuenies regulam ante Dn̄icam primam Vagantiū. Item aliam regulā cum Indice ante Dn̄icam tertiam poſt Pentecoſten. & ibi etiā ſine difficultate inuenies, quemadmodum repetenda ſit poſt Pentecoſten vna ex Vagantibus, jlla videlicet,quæ vltimo loco lecta fuit ante Septuageſimā,quando in anno fuerint quinquaginta tres Dominicę. Quod tamen non frequentius,quàm ſexto quoq; anno contingere poteſt.

SEXTA REGVLA.

Quando agendum ſit Officium de Dominica, & quando de feſto aut octaua in ea occurrenti.

NOtandum, quod in Dominicis,in quibus nō occurrit feſtū duplex aut octaua, vel vigilia Natiuitatis Dn̄i, aut vigilia Epiphaniæ,ſemper fit officium de Dn̄ica,& ſi feſtum ſimplex in Dominica inciderit, omittitur eius officium:& fit commemoratio de eo per Orationē tantum in fine Primæ, antequā dicatur, Precioſa. Præterq̄ in Dominicis Reſurrectionis, Pentecoſtes & Trinitatis: quia tunc nulla debet fieri commemoratio de feſto ſimplici. Quando vero feſtum duplex in Dominica occurrerit, tunc in prædictis tribus Dominicis, & in Dominicis Aduentus, Item in Dn̄ica Septuageſimæ & ſequentibus vſq; ad octauam Paſchæ,transferendum eſt, vt ſupra in tertia regula continetur.

In aliis autem Dominicis ſemper quando in Calendario incidit feſtum duplex in Dñica, fit officium de feſto duplici cum cõmemoratione Dñicæ in Laudibus & Veſperis per orationẽ tantum, niſi ſit de Dominicis, quibus non ſit aſſignata Oratio. Et ſimiliter quando Dominica incidit intra aliquã octauam, ſemper fit officium de octaua cum cõmemoratione Dñicæ, vt ſupra: niſi ſit de Vagantibus, quæ interponuntur poſt Pentecoſten, aut de incidentibus intra octauas Natiuitatis Chriſti, & feſtorum eius mobilium, quia tunc non debet fieri cõmemoratio Dominicæ. Tertia aũt lectio aſſignata Dñicæ in Dñicali ſemper omittitur, quando in ea fit officium de aliquo feſto duplici, aut de octaua ex iis, quæ continentur in Calendario, præterq̃ in Dominica incidenti infra octauam Epiphaniæ, vt in ea videbitur.

SEPTIMA REGVLA.

Quando agendum ſit officium de feria.

NOtandum, q; quãdo in aliqua feria nullum inciderit feſtũ, aut octaua, officiũ fiet de Feria, & tũc inuitatoriũ, Hymni, Antiphonæ & Oratio dicenda ſunt, ſicut dicta fuerint in Dñica, quæ proxime præceſſerit, niſi forte in dicta Dñica celebratũ fuerit aliquod feſtũ duplex, aut octaua. Tunc enim ſupradicta dicenda ſunt, quemadmodum dicta fuiſſent, ſi in Dñica non incidiſſet feſtũ duplex, aut octaua. Quædã tamen ſunt Feriæ, in quibus nõ ſicut in præcedenti Dñica, ſed aliud aſſignatur officium, vt ſuis locis videbitur. Tertia aũt lectio legenda eſt ex Epiſtolis, vt occurrerit aſſignata in Calendario. Excipiuntur tamẽ ab hac regula Feriæ oẽs Quadrageſimæ, in quibus niſi inciderit feſtum duplex, aut celebrandũ ſit tranſlatum ex Feria quarta Cinerum, vel ex aliqua Dñica, ſemper fit officiũ de Feria, vt latius explicatur in Feria quarta Cinerum, & cuilibet Feriæ aſſignantur tunc tertia lectio & Oratio propriæ. Similiter in Aduentu cuilibet Feriæ, quando nullum incidit feſtum, aſſignatur tertia lectio ex ſermonibus ſanctorum Ambroſij, & Auguſtini.

OCTAVA REGVLA.

Quando tertiæ lectiones occurrentes in Calendario ex Epiſtolis; & officia feſtorum ſimplicium ſunt omittenda.

NOtandum, ꝙ tertiæ lectiones aſſignatæ in Calendario ex Epiſtolis omittendæ ſunt per totum Aduentũ, & per totam Quadrageſimã, item in omnibus Dñicis, & in omnib' Sabbatis totius anni, & quãdocunq; fit officiũ de aliquo ex feſtis Dñi, aut eorum octauis, quæ cõtinentur in dñicali: quia in prædictis diebus aliæ ſunt tertiæ lectiones aſſignatæ, vt ſuis locis videbitur. Item omittenda ſunt officia feſtorũ ſimplicium occurrentiũ in prædictis omnibus diebus, præterq̃ in Ferijs aduentus. Si quis tamen extraordinarie voluerit etiam legere lectionem feſti ſimplicis, præſertim cum fuerit propria, laudabiliter faciet.

NONA REGVLA.

Quomodo dicendæ ſunt Antiphonæ.

NOtandum, ꝙ quandocunq; celebratur feſtum duplex, aut octaua duplex, itẽ à Dominica de Paſſione vſq; ad Paſcha, & etiam in officio defunctorum, Antiphonæ ad Matutinum, Laudes, & Veſperas, dicuntur integrę in principio ante pſalmos, deinde repetuntur etiam integræ finitis pſalmis. In alijs autem horis Antiphonæ incipiuntur tantũ in principio ante pſalmos, & poſtea finitis pſalmis dicuntur integre. Et eodem modo incipiuntur tantum in principio, & dicuntur integræ in fine pſalmorum in omnibus horis, quando fit officium de Dominica, ſeu de Feria aut feſto ſimplici, vel de communi beatæ virginis in Sabbatis, & etiam intra octauas, præterq̃ in ipſa die octaua, quæ ſemper eſt duplex, excepta die octaua Aſcenſionis, quia non finitur in ea officium Aſcenſionis, vt ibi videbitur.

DECIMA REGVLA.

De Oratione.

NOtandum ꝙ Oratio aſſignata ad primas Veſperas in feſtis duplicibus, dicenda eſt ad omnes horas, præter Primam & Completorium, niſi in aliquo feſto alia ſpecialiter aſſignetur. Et ſimiliter dicēda eſt Oratio aſſignata ad Laudes in Dominicis & Feriis, item in feſtis ſimplicibus, & in communi beatæ Virginis. Notandum etiam ꝙ ante Orationem ſiue dicatur principaliter, ſiue per cōmemorationem, ſemper præmittitur Oremus, præterq̄ in Orationibus, quæ dicuntur in Litania, & in officio defunctorum, quia tunc ante primam tantum Orationem dicitur Oremus, & non in aliis.

VNDECIMA REGVLA.

De anno Biſſextili.

NOtandū, ꝙ in anno Biſſextili Februarius habet dies vigintinouem, & tunc feſtum ſancti Mathiæ non vigeſimaquarta, ſed vigeſimaquinta die celebrandum eſt. Ideo tunc tam die vigeſimaquarta, q̄ die vigeſimaſexta legitur tertia lectio aſſignata in Calendario diei vigeſimæquintę. Similiter die vigeſimaſeptima legitur tertia lectio aſſignata diei vigeſimæſextæ. Die autem vigeſimaoctaua fit officium de ſanctis Iuliano, & Euno, & die vigeſimanona legitur tertia lectio aſſignata diei vigeſimæoctauæ. Supradicta vero intelligenda ſunt, cum fit officium de Feria ante Quadrageſimam. Nam ſi in aliquo ex prædictis diebus inciderit Dominica, vel Sabbatum, aut ſi fuerit Quadrageſima, vel ſi feſtum ſancti Mathiæ fuerit transferendum, tunc ſeruandæ ſunt aliæ regulæ ſuper his traditę. Quod aūt attinet ad Pſalmos, necnon ad primam, & ſecundam lectionem, nihil refert, ſit ne annus Biſſextilis, an non. Nam ſemper Dominica habet ſuos pſalmos, Feria ſecunda ſuos, tertia ſuos, & ſic de aliis: & ſimiliter habent primam, & ſecundam lectionem.

Quando recurrendum ſit ad Commune, videbis regulam in principio Communis Sanctorum.

Quomodo fieri debeat Officium in Sabbatis, vide regulam in Communi beatæ virginis circa finem Breuiarij.

Quando dicendum ſit Officium defunctorum, & quando etiam dicendi ſint Septem pſalmi, videbis regulas in eorum principiis in fine Breuiarij.

De Aduentu.

NOtandũ, ꝙ Aduentus Domini ſemper celebratur vbicunq; Dominica inciderit inter quintum Calendas Decembris, & tertium nonas eiuſdem menſis, & erit ſemper Dominica proxima feſto ſancti Andreæ, ſæpe etiam dictum feſtum occurrit in ipſa eadem Dominica.

Quando Quatuor tempora celebrentur.

NOtandum, quòd quatuor tempora ſemper celebrantur in feriis quartis proximis poſt dies ſanctę Luciæ, & Cinerum, & Pentecoſtes, & Exaltationis ſanctæ Crucis. in officio autem diuino nihil propterea additur aut minuitur, ſed ſolum hic ponuntur, vt ſcias quando celebrantur, propter ieiunium, & ea quæ in Miſſæ celebratione in eis dicenda ſunt.

Quid ſingulis diebus aduertendum ſit anteq̃ dicatur Officium.

DIcturus ergo officium diuinum ſingulis diebus animaduertere debet, ſitne Dominica an Feria, aut Sabbatum, & quæ Dominica vel quæ feria. Item quotus dies menſis ſit. Deinde inſpiciat, quid eo die occurrat in Calendario vel in Dominicali: & ſic ex ſupraſcriptis Regulis erit ei facillimum ſcire, quod officium agere, quos item Pſalmos, & quas lectiones legere debeat.

INDEX INVITATORIORVM & Hymnorum, qui dicendi ſunt per totum annum, quando fit Officium de Dominica vel de Feria.

In aduentu Inuita. Domine prçſtolamur. Hym. Vox clara. 65. Aña. Veniet ecce rex. Ad laudes antiphona. Emitte agnum. Ad veſperas hymnus. Conditor. Aña. Rorate cœli. 70.

Ab octaua epipha. vſq; ad ſeptuag. Et à Dominica prima poſt pentecoſten vſq; ad Aduentũ. 279. Inuit. Dñm qui fecit nos. Hym. Nocte ſurg. Añ. Seruite dño. Ad lau. añ. Iubilate Deo. Ad veſperas hym. O lux beata. Aña. Veſpertina oratio. 281.

A Dñica Septuageſi. vſque ad feriam quartam Cinerum. 142. Inui. Prçoccupem' faciẽ. Hym. Primo dierũ. Añ. Inuocabo. Ad laudes añ. Per ſingulos dies. Ad veſperas hym. Lucis creator. Aña. In tribulatione mea inuocaui dominum. 143.

A feria quarta Cinerum vſq; ad dominicã paſſio. 157. Inuitat. Hodie ſi vocẽ. Hym. Ex more. Ad lau. añ. Ecce nũc tempus. Ad veſperas hym. Audi benigne. Añ. Derelinquat impi. 159

A Dñica paſſionis vſq; ad feriã quintã in cœna dñi. 196. Inuita. Chriſtũ Dei filium. Hym. Pange lingua. Añ. Popule meus. Ad laudes aña. Circundederunt me. Ad veſperas hymnus. Vexilla regis. Aña. Multiplicati ſunt ſuper capillos. 198.

A Paſcha vſque ad Aſcenſio. 219. Inuitato. Surrexit dñs. Hym. Aurora lucis. Aña. Ego dormiui. Ad laudes aña. Haleluiah. Exurrexi & adhuc tecum. Ad veſperas hym. Ad cœnã agni. Aña. Haleluiah. Gauiſi ſunt diſcipuli. 221.

Item in ſupradictis foliis inuenientur etiam antiphonç dicendæ ad Matutinum, Laudes, & Veſperas in prædictis temporibus: quæ tamen nonnunquam mutandæ ſunt, vt ſuis locis videbitur. Inuitatoria autem, & Hymni, necnon Antiphonæ feſtiuæ non indigent indice, quia propria reperientur in feſtiuitatibus propriis, communia vero in Communibus Sanctorum.

INDEX EVANGELIORVM,

& Epiſtolarum, quæ in eccleſia recitantur: & in hoc Breuiario continentur, quorum initium erit vbi fuerit † intus: cum litera foris in margine aſſignata, & finis, hoc ſignum.]

Dominica prima aduentus.
Epiſtola † Scientes. 244.C
Euãgeliũ † Erunt ſigna. 116.F
Dominica ſecunda.
Epiſt. † Quecunq; ſcri. 245.B
Euange. † Ioannes aũt. 353.A
Dominica tertia.
Epiſtola † Gaudete in. 399.C
Euang. † Miſerunt Iu. 144.C
Feria. iij. quatuor temporũ.
Epiſtola † Et erit in. 73. A
Epiſt. † Locutus eſt dñs. 76.B
Euange. † Miſſus eſt. 72.C
Feria ſexta.
Epiſtola † Et egredietur. 77.A
Euange. † Exurgens. 72.D
Sabbato.
Epiſtola † Lætabitur. 79.A
Item Epiſt. † Super mon. 81.B
Epiſtola † Rogamus. 134.A
Euãg. † Anno quintode. 79.A
Dñica quarta aduentus.
Epiſto. † Sic nos exiſti. 250.A
Euangelium. Anno. 79.
Vigilia Natiuitatis.
Epiſt. Paulus ſeruus. 228.A
Euang. Cũ eſſet deſpon. 340.C
In nocte.
Epiſto. Apparuit enim. 430.B
Euang. Exiit edictum. 75.A
In aurora.
Epiſt. Benignitas & hu. 431.B
Euãg. Paſtores loqueban. 75.B
In die natalis Domini.
Epiſt. Multifariam. 380.A
Euang. In principio. 142.A
Sancti Stephani.
Epiſt. Stephanus autẽ. 281.B
Euang. Ecce ego mitto. 455.D
Sancti Ioannis.
Epiſt. Qui timet Deũ. 139.A
Euang. Sequere me. 227.C
S. Innocentum.
Euan. Angelus domini. 341.B
S. Thomæ.
Epiſt. Omnis nanq;. 384.A
Euang. Ego ſum paſtor. 162.B
Dñica infra octa. Natiui.
Epiſt. Quanto tempore. 121.A
Euãg. Et erãt pr̃ ei'. 76. & 77.E
In circunciſione.
Epiſt. vt in nocte Natiui. 430.
Euang. Poſtq̃ cõſumma. 76.D

Vigilia Epiphaniæ.
Euang. Defuncto. autē. 341.C
Die Epiphaniæ.
Epiſt. Surge illuminare. 45.A
Euāg. Eſt ſecūda lectio. 341.A
Dñica infra octā. Epipha.
Epiſt. Obſecro itaq; vos. 243.A
Euang. Et cum factus. 78.H
Octaua Epipha.
Epiſt. Surge, vt in ipſo. 45.A
Euang. vidit Ioannes. 144.D
Dñica. ij. poſt Epipha.
Epiſt. Habentes dona. 243.B
Euang. Nuptiæ ſactæ. 145.A
Dñica. iij. poſt Epipha.
Epiſt. Nolite eſſe. 243.C
Euang. Cum autem. 349.A
Dñica. iiij. poſt Epipha.
Epiſt. Nemini quicquā. 244.B
Euang. Et Aſcendente. 350.D
Dñica. v. poſt Epipha.
Epiſt. Induite vos. 424.B
Euang. Simile factū eſt. 358.D
Dñica in ſeptuage.
Epiſt. Neſcitis quod. 256.B
Euang. Simile eſt. 368.A
Dñica in ſexage.
Epiſt. Libenter enim. 337.C
Euang. Cum autē turba. 90.B
Dñica in quinquage.
Epiſt. Si linguis. 262.C
Euang. Aſſumpſit. 111.E
Feria. iiij. Cinerum.
Epiſt. Conuertimini. 157.C
Euang. Cum autē ieiu. 346.C
Feria. v. poſt Cineres.
Euang. Cum autem in. 349.B
Feria ſexta.
Epiſt. Clama ne ceſſes. 87.A
Euang. Audiſtis quia. 345.E
Sabbato poſt Cineres.
Euang. Cum ſero eſſet. 409.E
Dñica quadrage.
Epiſt. Exhortamur. 331.A
Euang. Ductus eſt. 342.A
Feria ſecunda.
Epiſt. Ecce ego ipſe requi. 92.B
Euang. Cum autē vene. 378.D
Feria tertia.
Euang. Et cum intraſſet. 369.B
Feria quarta.
Epiſt. Aſcende ad me. 339.A
Itē Epiſt. Venitq; in Ber. 411.B
Euang. Tunc reſponde. 357.C
Feria quinta.
Euang. Et egreſſus inde. 362.B
Feria ſexta.
Euang. Poſt hæc erat. 150.A
Sabbato.
Epiſt. Rogamus. 133.B
Euang. Aſſumpſit Ieſus. 369.A
Dñica. ij. quadrage.
Epiſt. Rogamus vos. 132.A
Euang. Aſſumpſit. 369.A
Feria ſecunda.
Euāg. Ego vado & quę. 157.C
Feria tertia.
Epiſt. Factus eſt ergo. 406.B
Euang. Super cathedrā. 373.A
Feria quarta.

Euang.

Euang. Aſcendēs Ieſus. 368.B
Feria quinta.
Euang. Homo quidam. 107.C
Feria ſexta.
Epiſt. Dixitq; Ioſeph. 249.B
Euang. Homo erat pa. 371.D
Sabbato.
Epiſt. Dixit filio ſuo. 226.A
Abiit & attulit. 226.B
Euang. Homo quidam. 107.C
Dñica iij. quadrage.
Epiſt. Eſtote ergo imita. 127.A
Euang. Et erat eiiciens. 98.C
Feria ſecunda.
Epiſt. Naaman autem. 422.A
Euang. Quāta audi. 81.&, 82.B
Feria tertia.
Epiſt. Mulier autem. 418.A
Euang. Si aūt peccaue. 265.C
Feria quarta.
Epiſt. Honora patrem. 332.B
Euang. Tūc acceſſerūt. 361.A
Feria quinta.
Euang. Surgens autē Ie. 82.E
Feria ſexta.
Euang. Venit ergo in. 147.B
Sabbato.
Euang. Ieſus autē perre. 156.A
Dñica.iiij.quadrage.
Epiſt. Scriptū eſt enim. 121.C
Euang. Poſt hæc abiit. 151.A
Feria ſecunda.
Euang. Et prope erat. 145.C
Feria tertia.
Euang. Iam aūt die fe. 154.B
Feria quarta.
Epiſt. Lauamini. 72.E
Euang. Et præteriēs Ie. 159.A
Feria quinta.
Epiſt. Profecta eſt igit. 420.D
Euang. Ibat Ieſus in. 88.B
Feria ſexta.
Epiſt. Æ rotauit filius. 407.D
Euang. Erat aūt quidā. 164.A
Sabbato.
Euang. Ego ſum lux. 156.B
Dñica in Paſſione.
Epiſt. Chriſtus autem. 388.B
Euang. Quis ex vobis. 158.F
Feria ſecunda.
Euang. Miſerunt prin. 155.E
Feria tertia.
Euang. Ambulabat Ie. 154.A
Feria quarta.
Euang. Facta ſunt aūt. 163.D
Feria quinta.
Euang. Rogabat autem. 89.F
Feria ſexta.
Euang. Collegerūt ergo. 167.E
Sabbato.
Euang. Cogitauerunt. 168.B

DOMINICA IN ramis Palmarum.

In benedictione palmarum.
Epiſt. Veneruntautem. 324.D
Euang. Et cum appro. 369.A
Ad Miſſam.
Epiſt. Hoc enim ſentite. 396.B
Paſſiō. Dixit diſc.ſ.Sci. 197.A

Feria ſecunda.
Epiſt. Dñs Deus aperuit. 207.B
Euang. Ieſus ergo ante. 168 A
Feria tertia.
Epiſt. Tu autem dñe. 204.D
Paſſio. Erat autem. 204.A
Feria quarta.
Epiſt. Quis credidit. 201.A
Paſſio Appropinqua. 210.A
Feria quinta.
Epiſt. Conuenientibus. 259.B
Euang. Ante diem feſtũ. 171.A
Feria vj. paraſce.
Epiſt. In tribulatione. 202.A
Paſſio. Egreſſus. 215.A
Sabbato ſancto.
Epiſt. In principio crea. 142.A
Epiſt. Noe vero. 150.C
Epiſt. Vigilia matutina. 322.D
Epiſt. Si conſurrexiſtis. 424.D
Euang. Veſpere autem. 219.A
Die ſancto Paſchæ.
Epiſt. Expurgate vetus. 251.B
Euang. Maria Magda. 221.A
Feria ſecunda.
Epiſt. Vos ſcitis quod. 292.C
Euang. Duo ex diſci. 222.B
Feria iij. Paſchæ.
Epiſt. Viri fratres, filij. 300.C
Euang. Stetit Ieſus in. 224.D
Feria quarta.
Epiſt. Viri Iſraeli. 275.B
Euang. Poſtea maniſe. 227.A
Feria quinta Paſchæ.
Epiſt. Angelus autẽ do. 287.F
Euang. Maria autẽ ſtab. 225.B
Feria ſexta.
Epiſt. Chriſtus ſemel. 435.D
Euang. Vndecim autẽ. 220.C
Sabbato in albis.
Epiſt. Deponẽtes igitur. 433.A
Euang. Vna autem ſab. 225.A
Dñica in albis.
Epiſt. Omne quod na. 186.A
Euang. Cum ergo ſero. 226.C
Dñica. ij. poſt Paſc.
Epiſt. Chriſtus paſſus. 434.C
Euang. Ego ſum paſtor. 162.B
Dñica tertia.
Epiſt. Chariſſi. obſecro. 434,B
Euang. Modicũ & iam. 178.D
Dñica quarta.
Epiſt. Omne datum opt. 189.B
Euang. Vado ad eum. 176.B
Dñica. v. poſt Paſcha.
Epiſt. Eſtote autem fact. 190.C
Euang. Amen amen. 178.E
In rogationibus.
Epiſt. Confitemini. 196.B
Euang. Quis veſtrum. 98.B
Vigilia Aſcenſionis.
Epiſt. Vnicuiq; noſtrũ. 126.B
Euãg. Subleuatis oculis. 179.A
ASCENSIO.
Epiſt. Primum quidem. 269.A
Euang. Recumbẽtibus. 221.C
Dñica infra octa.
Epiſt. Eſtote itaq, pru. 436.B
Euang. Cum autem ve. 176.D

Vigilia Penteco.
Epiſt. Factum eſt autē. 311.B
Euang. Si diligitis me. 174.C
PENTECOSTE.
Epiſt. Et cum comple. 271.A
Euang. Si quis diligit. 174.E
Feria ſecunda.
Epiſt. Et præcepit. 292.D
Euang. Sic enim Deus. 146.B
Feria.iij.Penteco.
Epiſt. Cum autem au. 286.D
Euang. Amen amen. 162.A
Feria quarta.
Epiſt. Stans. 272.B
Epiſt. Per manus. 279.B
Euang. Nemo poteſt. 152.F
Feria quinta.
Epiſt. Philippus autem. 286.B
Euang. Conuocatis. 93.A
Feria.vj.Penteco.
Epiſt. Et filij 269.A
Euang. Et factum eſt. 79.C
Sabbato.
Epiſt. Effundam ſpiri. 269.C
Epiſt. Iuſtificati ergo. 233.A
Euang. Surgens autem. 82.E
Feſtum Trinitatis.
Epiſt. O altitudo. 242.C
Euang. Cum autem. 176.D
Feria.ij.dñicæ.j.poſt Pente.
Epiſt. Deus charitas. 185.B
Euang. Eſtote ergo. 86.D
IN FESTO CORporis Chriſti.
Epiſt. Ego enim. 260.C
Euang. Caro enim. 153.I
Dñica.ij.poſt Penteco.
Epiſt. Nolite mirari. 183.B
Euang. Homo quidam. 104.C
Dñica tertia.
Epiſt. Humiliamini. 436.B
Euang. Erāt autē appro. 105.A
Dñica.iiij.poſt Penteco.
Epiſt. Exiſtimo. 237.C
Euang. Cum turbę. 83.A
Dñica quinta.
Epiſt. Omnes vnanimes. 435.B
Euang. Niſi abundaue. 344.C
Dñica.vj.poſt Penteco.
Epiſt. Quicunq; bapti. 234.A
Euang. Cum turba mul. 411.A
Dñica ſeptima.
Epiſt. Humanum dico. 235.C
Euang. Attendite à fal. 348.C
Dñica octaua.
Epiſt. Debitores. 237.B
Euang. Homo quidam. 107.A
Dñica nona.
Epiſt. Non ſimus. 256.C
Enang. Et vt appropin. 113.C
Dñica decima.
Epiſt. Scitis autem. 260.A
Euang. Dixit autem. 110.B
Dominica.xi.
Epiſt. Notum autem. 264.A
Euang. Et iterū exiens. 410.D
Dominica.xii.
Epiſt. Fiduciam. 329.A
Euang. Beati oculi. 97.D
Dominica.xiii.

Epiſt. Abrahæ dictæ. 120.B
Euang. Et factum eſt. 108.B
Dominica. xiiij.
Epiſt. Spiritu ambulate. 122.B
Euang. Nemo poteſt. 346.E
Dominica. xv.
Epiſt. Si ſpiritu viuimus. 122.C
Euang. Ibat Ieſus. 88.B
Dominica. xvj.
Epiſt. Peto ne deficiatis. 126.B
Euang. Et factum. 104.A
Dominica. xvij.
Epiſt. Obſecro. 126.A
Euang. Cõuenerunt in. 372.D
Dominica. xviij.
Epiſt. Gratias ago. 247.A
Euang. Et aſcendens. 350.A
Dominica. xix.
Epiſt. Renouamini. 127.D
Euang. Simile ſemen ⁊c. 371.A
Dominica. xx.
Epiſt. Videte itaque. 128.C
Euang. Erat quidam. 149.E
Dominica. xxj.
Epiſt. Confortamini. 129.B
Euang. Aſſimilatum. 366.D
Dominica. xxij.
Epiſt. Confidens hoc. 395.B
Euang. Tunc abeunt. 372.B
Dominica. xxiij.
Epiſt. Imitatores. 398.D
Euang. Ecce princeps. 351.C
Dominica. xxiiij.
Epiſt. Non ceſſamus. 422.B
Euang. Cum ergo vide. 375.B

IN FESTIS.
Sanctorum.
Vigilia ſancti Andreæ.
Euang. Altera die iterũ. 144.E
Sancti Andreæ.
Epiſt. Corde enim. 240.B
Euang. Ambulans aũt. 343.C
Conceptio beatæ Mariæ.
Epiſt. Dñs poſſedit. 108.B
Epiſt. Factum eſt. 99.D
Sancti Thomæ.
Euang. Thomas autẽ. 226.D
Conuerſio ſancti Pauli.
Epiſt. Saulus autem. 288.A
Euang. Ecce nos. 367.B
Purificatio.
Epiſt. Ecce ego mitto. 97.A
Euang. Et poſtquã im. 76.D
Cathedra Petri.
Epiſt. Petrus apoſtolus. 432.A
Euang. Venit autem. 363.B
In feſto ſancti Mathi.
Epiſt. Exurgens Petrus. 271.C
Euang. In illo tpe cõſi. 355.C
Annuntiatio.
Epiſt. Et adiecit dominus. 76.B
Euang. Miſſus eſt. 72.C
Philippus & Iacobus.
Epiſt. Tunc ſtabunt. 113.A
Euang. Non turbetur. 173.A
Inuentio ſanctę Crucis.
Epiſt. Hoc enim ſentite. 396.B
Euang. Erat aũt homo. 146.A
Ioannis ante portã latinam.
Epiſt. Tunc ſtabunt. 113.A

Euang. Acceſſit ad eum. 369.C
Vigilia ſancti Ioannis.
Euang. Fuit in diebus. 67.A
Sancti Ioannis Baptiſtæ.
Epiſt. Audite inſulæ. 83.A
Euang. Eliſabeth autem. 73.F
Vigil. S. Petri, & Pauli.
Epiſt. Petrus autem. 274.A
Euang. Dicit Simoni Pe. 227.B
In die.
Epiſt. Miſit Herodes. 294.A
Euang. Venit aũt Ieſus. 363.
Comemo. ſancti Pauli.
Epiſt. Notum enim. 117.B
Euang. Ecce nos reliq. 367.B
Viſitatio.
Euang. Exurgens autem. 72.D
Maria Magdalena.
Euang. Rogabat autem. 89.F
Sancti Iacobi apoſtoli.
Acceſſit ad Ieſum. 369.C
Transfiguratio.
Epiſt. Non enim doctas. 438.D
Euã. Aſſumpſit Ieſus Pe. 364.A
S. Laurentius.
Epiſt. Qui parce. 335.B
Euang. Niſi granum. 169.D
Aſſumptio.
Epiſt. In omnibus. 519.C
Euang. Intrauit in. 97.E
Decollatio ſancti Ioannis.
Euang. Herodes miſit. 408.C
Natiuita. beatæ Mariæ.
Epiſt. Domin. poſſ. 108.
Euang. Liber generatio. 340 A
Exaltatio. S. Crucis.
Epiſt. Factus obed. 396.C
Euang. Nunc iudiciũ eſt. 169.F
Feria. iiij. quatuor temporũ.
Euang. Et reſpondens. 413.C
Feria. vj. quatuor temporũ.
Euang. Rogabat autem. 89.F
Sabbato. iiij. temp. Sept.
Epiſt. Tabernaculum. 388.A
Euang. Arborem fici. 102.B
S. Matthæus.
Euang. Vidit hominem. 150.B
S. Michael.
Epiſt. Quæ oportet. 440.A
Euang. Acceſſerunt. 165.A
S. Franciſci.
Epiſt. Mihi autẽ abſit. 123.A
Euãg. Cõfiteor tibi dñe. 355.C
FESTVM OMNIVM
Sanctorum.
Epiſ. Pars extrema. Vidi. 500.C
Euang. Videns Ieſus tur. 343.A
Cõmemo. Defunct.
Epiſt. Nolumus autem. 132.C
Item. Ecce myſteriũ. 267.E
Euang. Dixit ergo. 165.B
Itẽ Euãg. Omne quod. 152.D
Itẽ Euãg. Amen amen. 150.D
COMMVNE
Sanctorum.
In vigilia Apoſtolorum.
Epiſt. Per manus. 279.B
Item Epiſt. Benedictus. 123.A
Item Epiſt. Spectaculũ. 250.C
Euang. Ego ſum vitis. 175.A

In feſtis Apoſtolorum.
Epiſt. Iam non. 125.D
Item Epiſt. Vnicuiq;. 126.B
Euang. Ecce ego mitto. 352.B
Item Euang. Hæc man. 176.C
Item Euang. Deſignauit. 96.A
Vnius martyris.
Epiſt. Beatus homo. 101.B
Item Epiſt. Benedictus. 327.A
Euang. Nolite arbitrari. 353.D
Item Euág. Niſi granũ. 169.D
Plurium martyrum.
Epiſt. Iuſtorum animæ. 111.A
Item Epiſt. Qui per. 392.B
Euang. Videns Ieſus. 343.A
Item Euág. Attendite á. 100.A
Confeſſorum.
Epiſt. Iuſtus autem. 113.C
Item Epiſt. Teſtificor. 429.A
Euang. Vigilate ergo. 376.E
Item Euág. Sicut enim. 377.B
Vos eſtis ſal terre. 344.
Virginum.
Epiſt. Qui auté gloriať. 336.D
Item Epiſt. De virginib⁹. 253.B
Euang. Simile erit. 377.A
Item Euang. Simile eſt. 377.F
Dedicatio.
Euang. Et ingreſſus. 112.A

FINIS.

INDEX PSALMORVM

AD dñm cũ tri. ps. cxix. f. 38
Ad te dñe cla. ps. xxvii. 42
Ad te leuaui pſalmus. cxxii. 44
Ad te dñe pſalmus. xxiiii. 26.
Afferte domino pſal. xxviii. 26
Attendite popule ps. lxxvii. 30
Audite hęc pſalmus. xlviii. 30
Audite cœli quæ loquor. 58
B
Beatus vir qui nõ abiit ps. i. 1
Beati omnes q pſal. cxxvii. 62
Beati quorum pſalm⁹. xxxi. 26
Beati immaculati pſal. cxviii. 6
Beatus vir q timet pſal. cxi. 111
Beatus vir q intelligit ps. xl. 28
Benedicá domi. pſal. xxxiii. 28
Benedic anima mea ps. ciii. 15
Benedic anima mea ps. cii. 41
Benedixiſti pſalm⁹. lxxxiiii. 63
Benedictus pſalmus. cxliii. 63
Bonitatem pſalmus. cxviii. 8
Bonum eſt cõfiteri pſal. xci. 43
Benedictus dñs Deus Iſrael. 5
Benedicite omnia opera. 5
C
Cantate domino pſal. xcvii. 15
Cantate domino pſal. xcv. 5
Cantate domino pſal. cxlix. 49
Cœli enarrãt pſalmus. xviii. 17
Clamaui in toto pſal. cxviii. 10

Confi-

Confitemini pſalmus.ciiii. 14
Confitemini pſalmus.cxvii. 34
Confitemini pſalmus.cv. 56
Confitemini pſalmus.cvi. 57
Confitemini pſalm⁹.cxxxv. 60
Confitebimur pſaľ.lxxiiii. 44
Confitebor tibi pſalmus.cx. 11
Cõfitebor tibi pſaľ.cxxxvii. 54
Confitebor tibi dñe Iſa. 16
Confitebor tibi dñe pſaľ.ix. 1
Conſerua me pſalmus.xv. 29
Credidi propter pſaľ.cxv. 20
Cum inuocarem pſaľ.iiii. 12
Cantemus domino.v. 41

D

Deus in adiutoriũ pſaľ.lxix. 53
Deus, quis pſalmus.lxxxii. 45
Deus, venerunt pſaľ.lxxviii. 61
Deus, repuliſti pſalmus.lix. 35
Deus, in nomine pſaľ.liii. 6
Deus ſtetit pſalmus.lxxxi. 36
Deus auribus pſalmus.xliii. 22
Deus laudem pſalmus.cviii. 23
Deus, iudicium pſalm⁹.lxxi. 26
Deus deus meus pſalm⁹.lxii. 59
Deus miſereatur no.p̃s.lxvi. 59
Deus deus meus, reſpice in me, quare me pſalmus.xxi. 47
Deus Deorum pſalm⁹.xlix 44
Deus noſter refu.pſaľ.xlv. 46
Deus vltionum pſaľ.xciii. 36
Defecit in ſalutari p̃s.cxxviii. 9
De profundis pſalľ.cxxix. 64
Diligam te domine p̃s.xvii. 2
Dilexi q̃m exaudiet dñs vocem orationis meæ pſaľ.cxiiii. 19
Dixi, cuſtodiã pſaľ.lxxviii. 18
Dixit dñs dño meo p̃s.cix. 11
Dixit inſipiens pſalm⁹.xiii. 17
Dixit inſipiens pſalmus.lii. 26
Dixit iniuſtus pſaľ.xxxv. 44
Dñe Deus ſalu.pſaľ.lxxxvii. 61
Dñe refugium pſaľ.lxxxix. 26
Dñe dñs noſter pſaľ.viii. 42
Dñe Deus meus pſalm⁹.vii. 21
Domine exaudi pſaľ.cxlii. 20
Domine exaudi ora.pſaľ.ci. 62
Dñe quis habitabit p̃s.xiiii. 21
Domine, in virtute pſaľ.xx. 25
Dñe, non eſt exal.pſaľ.cxxx. 34
Dñe ne in furore pſaľ.vi. 33
Dñe, clamaui pſalmus.cxl. 55
Dñe quid multi.pſaľ.iii. 51
Dñe ne in furore p̃s.xxxvii. 31
Dñe probaſti pſaľ.cxxxviii. 54
Dñs regnauit, iraſ.p̃s.xcviii. 19
Dñs regnauit decorẽ p̃s.xcii. 43
Dñs regnauit, exul.p̃s.xcvi. 27
Dñs regit me pſalmus.xxii. 16
Dñs illuminatio pſaľ.xxvi. 42
Dñi eſt terra pſalmus.xxiii. 16
Dñe audiui auditionem. 49

E

Ecce, q̃ bonum pſaľ.cxxxii. 62
Ecce nũc bene.pſaľ.cxxxiii. 38
Eripe me de inimi.pſaľ.lviii. 30
Eripe me dñe pſaľ.cxxxix. 52
Eructauit cor meũ p̃s.xliiii. 34
Exaltabo te pſalmus.cxliiii. 24
Exaltabo te pſalmus.xxix. 29

Exaudi

Exaudi domine pſal.xvj. 24
Exaudiat te pſalmus.xix. 18
Exaudi De⁹ orationē ps.liiij. 55
Exaudi De⁹ orōnē ps.lxiij. 52
Exaudi Deus de.pſal.lx. 53
Exultate iuſti pſalm⁹.xxxij. 37
Exultate Deo pſalm⁹.lxxx. 32
Exurgat Deus pſal.lxvij. 38
Expectans expect.ps.xxxix. 38
Ego dixi in dimidio. 24
Exultauit cor meum. 33

F

Fundamenta pſal.lxxxvj. 36

I

Inclina domine pſal lxxxv. 55
In cōuertēdo dn̄s pſal.cxxv. 19
In domino confido pſal.x. 29
In exitu Iſrael pſalm⁹.cxiij. 11
Iniquos odio pſalm⁹.cxviij. 9
In te dn̄e ſperaui pſal xxx. 12
In te dn̄e ſperaui pſal.xxx. 13
In te dn̄e ſperaui pſal.lxx. 48
Iudica dn̄e nocē.ps.xxxiiij. 13
Iudica me dn̄e quo.ps.xxv. 25
Iudica me Deus pſal.xlij. 34
Iubilate Deo omnis ps.lxv. 4
Iubilate Deo omnis ps.xcix. 41

L

Lauda anima mea ps.cxlv. 46
Lauda Ieruſalē pſal.cxlvij. 63
Laudate dn̄m pſal.cxlvj. 63
Laudate pueri dom.ps.cxij. 29
Laudate nomen ps.cxxxiij. 32
Laudate dn̄m in ſanc.ps.cl. 8
Laudate dn̄m oēs ps.cxvj. 58
Laudate dominum de cœlis pſalmus.cxlviij. 49
Legē pone mihi pſal.cxviij. 8
Lætatus ſum in his ps.cxxj. 36
Leuaui oculos meos ps.cxx. 27

M

Magnus dn̄s pſalmus.xlvij. 46
Memento domine Dauid pſalmus.cxxxj. 45
Memor eſto ver.tui ps.cxviij. 8
Miſericordiam pſalmus.c. 45
Miſericor.pſal.lxxxviij. 40
Miſerere mei pſalmus.lv. 52
Miſerere mei pſalmus.l. 50
Miſerere mei pſalmus.lvj. 52
Mirabilia teſti.pſal.cxviij. 10
Magnificat anima mea. 11

N

Niſi quia dn̄s pſal.cxxiij. 61
Niſi dn̄s ædifi.pſal.cxxvj. 28
Noli æmulari pſal.xxxvj. 21
Nonne Deo pſalmus.lxj. 18
Notus in Iudæa pſal.lxxv. 61
Nunc dimittis ſeruum. 12

O

Omnes gentes pſalm⁹.xlvj. 46

P

Paratum cor meū pſal.cvij. 43
Principes perſe.pſal.cxviij. 10

Q

Quare fremuerūt gen.ps.ij. 50
Quàm bonus Iſrael ps lxxij. 38
Quàm dilecta pſal.lxxxiij. 37
Quemadmodum pſal.xlj. 35
Qui confidunt pſal.cxxiiij. 21

Quid

Quid gloriaris pſalmus.lj. 60
Qui regis Iſrael pſal.lxxix. 19
Qui habitat in adiu.ps.xc. 12
Quomodo dile.pſal.cxviij. 9
Quicunq; vult ſaluus eſſe. 6
R
Retribue ſeruo pſal.cxviij. 6
S
Saluum me fac pſalm⁹.xj. 50.
Saluum me fac pſal.lxviij. 48
Sæpe expugna.pſal.cxxviij. 64
Si vere vtique pſalmus.lvij. 60
Super flumina pſal.cxxxvj. 46
T
Te decet hym.pſal.lxiiij. 35
Te Deum laudamus. 4
V
Verba mea auribus pſal.v. 24
Venite exultemus pſal.xiiij. 23
Voce mea ad do.pſal.lxxvj. 20
Voce mea pſalmus.cxlj. 54
Vſquequo domine pſal.xij. 55
Vt quid Deus rep.ps.lxxiij. 53

He duæ orationes ſunt ad libitum.

Oro ante inchoationẽ officij.

LIberator animarum mundi redemptor Ieſu Chriſte rex ęterne & immortalis: quęſo immenſam clementiam tuam, vt per modulationem pſalmorum, quos ego peccator indignus decantare propono: liberes animã meam à peccato: & cor meum à prauis cogitationibus, ac inſidijs omnibus diabolicis auerte: libera quęſo dñe animã meã à ſeruitute peccati: repelle à me carnalem concupiſcentiã: eripe me de omni impedimẽto ſathanę: & miniſtrorum eius, & inimicorũ meorũ viſibiliũ, & inuiſibiliũ, quęrẽtiũ animã meam: ſaluator mundi Deus. Qui viuis & regnas. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

Poſt peractũ officium. Oratio.

SVſcipe clementiſſime Deus, precibus & meritis beatæ Mariæ ſemper virginis, beati Michaelis archãgeli, beati Ioãnis Baptiſtę, ſanctorum apoſtolorum tuorum Petri & Pauli, ac omnium electorũ tuorum obſequium ſeruitutis meæ: & ſi in hoc tuo ſacro officio aliquid dignum peregi, propitius reſpice, & quod negligenter per me actum eſt, vel imperfecte, clementer ignoſce: & me famulum tuum N. vtinam dignum ab omni aduerſitate cuſtodi: & in tuorum ſemitam mandatorum dirige: vt ad gaudia paradiſi peruenire valeam. Amen.


DAVID
NATAN

PSALTERIVM DAVID

diſpoſitum in Dies, & Horas, ordine quo totum ſingulis Hebdomadis dicitur per totum annum.

DOMINICA

Ad matutinum.



Pater noſter, qui es in cœlis, ſancti ficetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Ave Maria gratia plena. Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater Dei, Ora pro nobis peccatoribus. Amẽ.

Confiteor Deo omnipotẽti, beatę Marię ſemper virgini, beato Michaeli archangelo, beato Ioanni Baptiſtę, ſanctis apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & tibi pater, quia peccaui nimis cogitatione, verbo & opere. Mea culpa, Mea culpa, Mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariã ſemper virginem, beatum Michaelem archangelum, beatũ Ioãnẽ Baptiſtã, ſanctos Apoſtolos Petrũ & Paulũ, omnes ſanctos, & te pater orate pro me.

Abſolutio.

Miſereatur tui omnipotẽs Deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. ℟. Amen. ℣.

Indulgentiã, abſolutionẽ & remiſſionem peccatorũ noſtrorum tribuat nobis omnipotens & miſericors dominus. ℟. Amen.

Domine labia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri & filio. Sicut erat. Haleluiah.

Inuitatorium ſi ab vno, ſemel dicitur. Si à duobus replicatur.

Venite exultemus dño iubilemus Deo ſalutari noſtro, præoccupemus faciẽ eius in confeſſione & in pſalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus dñs & rex magnus ſuper oẽs Deos: quoniam non repellet dñs plebem ſuam, quia in manu eius ſunt omnes fines terrę, & altitudines montium ipſe conſpicit.

Quoniã ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deũ ploremus coram dño, qui fecit nos: quia ipſe eſt dñs deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcuę eius.

Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundũ diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errant corde, ipſi vero nõ cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam. Gloria patri & filio. Sicut erat.

Repetitur inuitatorium.

Hymnus competens dicitur. Quo finito Aña pronũciatur.

Pſalmus primus.

Beatus vir qui nõ abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum nõ ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.

Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquã lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructũ ſuum dabit in tempore ſuo.

Et folium eius non defluet: & omnia quęcunq; faciet, proſperabuntur.

Non ſic impij, non ſic: ſed tanquam puluis, quẽ proijcit ventus à facie terræ.

Ideo non reſurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in conſilio iuſtorum.

Quoniã nouit dominus viam iuſtorum: & iter impiorum peribit.

peribit. Deinde dicitur.
Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nũc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.
Prædicto modo dicitur Gloria patri. &c. in fine omnium Pſalmorum, & canticorũ per totum annum, præterquam in triduo ante Paſcha, & in officio defunctorum, & in cantico trium puerorum. pſalmus 9.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lętabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo altiſſime.
In conuertendo inimicũ meũ retrorſum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
Quoniã feciſti iudiciũ meum, & cauſam meam: ſediſti ſuper thronũ, qui iudicas iuſtitiam.
Increpaſti gentes, & perijt impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi.
Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum deſtruxiſti.
Perijt memoria eorũ cũ ſonitu, & dñs in æternũ permanet.
Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudicabit orbem terræ in ęquitate, iudicabit populos in iuſtitia.
Et factus eſt dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et ſperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniã non dereliquiſti quęrentes te dñe.
Pſallite domino qui habitat in Sion: annuntiate inter gentes ſtudia eius.
Quoniã requirẽs ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.
Miſerere mei dñe: vide humilitatem meã de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem oẽs laudationes tuas in portis filiæ Sion.
Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt gentes in interitu, quã fecerunt.
In laqueo iſto, quẽ abſconderunt, cõprehenſus eſt pes eorũ.
Cognoſcetur dominus iudicia faciens: in operib' manuũ ſuarum cõprehenſus eſt peccator.
Cõuertentur peccatores in infernum, omnes gẽtes quę obliuiſcuntur Deum.
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.
Exurge domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo.

Protector meus, & cornu ſalu-
tis meæ, & ſuſceptor meus.
Laudans inuocabo dominũ:
& ab inimicis meis ſaluus ero.
Circundederunt me dolores
mortis: & torrentes iniquitatis
conturbauerunt me.
Dolores inferni circundede-
runt me: pręoccupauerunt me
laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui
dominum, & ad Deum meum
clamaui.
Et exaudiuit de templo ſancto
ſuo vocem meam: & clamor
meus in conſpectu eius introi-
uit in aures eius.
Cõmota eſt & contremuit ter-
ra: fundamenta montium con
turbata ſunt, & commota ſunt,
quoniam iratus eſt eis.
Aſcendit fumus in ira eius: &
ignis à facie eius exarſit: carbo
nes ſuccenſi ſunt ab eo.
Inclinauit cœlos, & deſcendit:
& caligo ſub pedibus eius.
Et aſcendit ſuper Cherubim
& volauit: volauit ſuper pen-
nas ventorum.
Et poſuit tenebras latibulum
ſuum, in circuitu eius taberna
culum eius, tenebroſa aqua in
nubibus aeris.
Præ fulgore in conſpectu eius
nubes tranſierunt, grando, &
carbones ignis.
Et intonuit de cœlo dominus,
& altiſſimus dedit vocẽ ſuam:
grando & carbones ignis.
Et miſit ſagittas ſuas, & diſſi-
pauit eos: fulgura multiplica-
uit, & conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aqua-
rum, & reuelata ſunt funda-
menta orbis terrarum.
Ab increpatione tua domine,
ab inſpiratione ſpiritus irę tuę.
Miſit de ſummo, & accepit
me: & aſſumpſit me de aquis
multis.
Eripuit me de inimicis meis
fortiſſimis, & ab his, qui ode-
runt me: quoniam confortati
ſunt ſuper me.
Præuenerunt me in die affli-
ctionis meæ: & factus eſt do-
minus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem:
ſaluũ me fecit, qm̃ voluit me.
Et retribuet mihi dominus ſe-
cundum iuſtitiam meam: & ſe
cundum puritatem manuum
mearum retribuet mihi.
Quia cuſtodiui vias domini,
nec impie geſſi à Deo meo.
Quoniam omnia iudicia eius
in conſpectu meo: & iuſtitias
eius non repuli à me.
Et ero immaculatus cum eo:
& obſeruabo me ab iniquita-

te mea.
Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiã meã: & ſecundum puritatẽ manuũ mearũ in conſpectu oculorum eius.
Cum ſancto ſanctus eris: & cũ viro innocente innocens eris.
Et cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris.
Quoniam tu populum humilem ſaluum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meã domine: Deus meus illumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo tranſgrediar murum.
Deus meus impolluta via eius eloquia domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.
Quoniã quis deus præter dominum? aut quis deus præter Deum noſtrum?
Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatã viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorũ: & ſuper excelſa ſtatuens me.
Qui docet man⁹ meas ad prælium: & poſuiſti vt arcũ ęreum brachia mea.
Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ: & dextera tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebit.
Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & non ſunt infirmata veſtigia mea.
Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.
Confringã illos, nec poterunt ſtare: cadẽt ſubtus pedes meos.
Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.
Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: & odientes me diſperdidiſti.
Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret: ad dominum, nec exaudiuit eos.
Et comminuam eos vt puluerem ante faciẽ venti: vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus populi: cõſtitues me in caput gentium.
Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.
Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.
Viuit dominus, & benedictus

Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Propterea cōfitebor tibi in nationibꝰ domine: & nomini tuo pſalmum dicam.

Magnificās ſalutes regis eius, & faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſeculum.

¶ Sequens hym. dr finitis tribꝰ lectionibꝰ ad matu. per totum annū præterquā in aduentu, & dñica in ſeptuageſima vſque ad Paſcha: & etiam tunc dicitur ſi agatur de aliquo ſancto.

¶ Canticum ſanctorum Ambroſii & Auguſtini. Hymnus.

TE Deum laudamus: te dominum confitemur.

Te æternum patrem, omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli, tibi cœli, & vniuerſæ poteſtates.

Tibi Cherubim, & Seraphim inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus deus ſabaoth.

Pleni ſunt cœli & terra, maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te prophetarū laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum ſancta confitetur eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis.

Venerandum tuum verum, & vnicum filium.

Sanctum quoque paracletum ſpiritum.

Tu rex gloriæ Chriſte.

Tu patris ſempiternꝰ es filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, nō horruiſti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibꝰ regna cœlorū.

Tu ad dexteram Dei ſedes in gloria patris.

Iudex crederis eſſe venturus.

Te ergo quæſumus famulis tuis ſubueni, quos pretioſo ſanguine redemiſti.

Æterna fac cum ſanctis tuis in gloria numerari.

Saluū fac populū tuum dñe, & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos vſq; in æternum.

Per ſingulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.
Dignare domine die iſto, ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.
In te domine ſperaui, non confundar in æternum.

AD LAVDES.

Deus in adiuto. Aña. Pſalꝰ. 65.

Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriã laudi eiꝰ.
Dicite Deo, Quàm terribilia ſunt opera tua domine? in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo.
Venite, & videte opera Dei, terribilis in conſilijs ſuper filios hominnm.
Qui cõuertit mare in aridam, in flumine pertranſibũt pede: ibi lętabimur in ipſo.
Qui dominatur in virtute ſua in æternũ, oculi eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis.
Benedicite gentes Deum noſtrum: & auditam facite vocem laudis eius.
Qui poſuit animã meam ad vitam: & non dedit in cõmotionem pedes meos.
Quoniam probaſti nos Deus: igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum.
Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes ĩ dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.
Tranſiuimꝰ per ignẽ & aquã: & eduxiſti nos in refrigerium.
Introibo in domũ tuam in holocauſtis: reddã tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.
Et locutũ eſt os meum in tribulatione mea.
Holocauſta medullata offerã tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite, audite: & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.
Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea.
Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit Deus: & attẽdit voci deprecatiõis meæ.
Benedictus Deus, qui nõ amouit orationem meam, & miſericordiã ſuã à me. Pſalmꝰ. 95.

CAntate domino canticũ nouum: cantate domino omnis terra.
Cantate domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem ſalutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes Deos.
Quoniam omnes dij gentiũ dæmonia: dñs autẽ cœlos fecit.
Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius.
Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem: afferte dño gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias, & introite in atria eius: Adorate dominum in atrio ſancto eius.
Cõmoueatur à facie eius vniuerſa terra. Dicite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc exultabũt omnia ligna ſyluarũ à facie dñi: quia venit, quoniã venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrę in ęquitate, & populos in veritate ſua.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate, & ſuperexaltate eũ in ſecula. Dañ. 3.
Benedicite angeli domini domino, benedicite cœli dño.
Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt dño: benedicite omnes virtutes dñi dño.
Benedicite ſol, & luna domino: benedicite ſtellæ cœli dño.
Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis ſpiritus Dei domino.
Benedicite ignis & æſtus dño benedicite fruges & æſtas dño.
Benedicite rores & pruina domino: benedicite gelu & frigus domino.
Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino.
Benedicite lux, & tenebræ domino: benedicite fulgura, & nubes domino.
Benedicat terra dñm: laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite montes, & colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.

Benedicite

Benedicite fontes dño: benedicite maria, & flumina dño.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis dño: benedicite oēs volucres cœli dño.

Benedicite omnes beſtię & pecora domino: benedicite filij hominum domino.

Benedicat Iſrael dñm: laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite ſacerdotes dñi domino: bñdicite ſerui dñi dño.

Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum dño: benedicite ſancti & humiles corde domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael dominum, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicamus patrē, & filium cū ſancto ſpiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſecula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: & laudabilis & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſecula. Amen.

¶ Canticū Zacharię pphetę. Et dicitur quotidie ad laudes.

Benedictus dñs deꝰ Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui à ſeculo ſunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris, & de manu oīum q̄ oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribꝰ noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris.

Et tu puer, propheta altiſſimi vocaberis: pręibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Ana. & Oro. &c. Sub tuū pręſidiū. vt in .i. dñica aduen.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium meum. Hym.

IAm lucis orto ſydere: Deū precemur ſupplices: Vt ī diurnis actibus: Nos ſeruet à no-

à nocentibus.
Linguam refrenans temperet, Ne litis horror inſonet: Viſum fouendo contegat, Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima, Abſiſtat & vecordia: Carnis terat ſuperbiam, Potus cibiq; parcitas.
Vt cum dies abſceſſerit, Noctemq; ſors reduxerit: Mundi per abſtinentiam, Ipſi canam' gloriam.
Deo patri ſit gloria, Eiuſq; ſoli filio: cum ſpiritu paracleto, Et nunc & in perpetuum. Amen.
Aña. Vtinam. Pſalmus 53.
DEus in nomine tuo ſaluũ me fac, & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationẽ meam: aurib' percipe verba oris mei.
Quoniam alieni inſurrexerũt aduerſum me, & fortes quęſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.
Ecce enim deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.
Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt.
Qm̃ ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſup inimicos meos deſpexit ocul' meus. ps. 118.
BEati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Nõ enim qui operãtur iniquitatẽ, in vijs eius ambulauerũt.
Tu mandaſti mandata tua, cuſtodiri nimis.
Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.
Tunc nõ confundar: cum perſpexero in oĩbus mãdatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo ꝙ didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
Iuſtificationes tuas cuſtodiã; nõ me derelinquas vſq;quaq;.
In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.
In toto corde meo exqſiui te: ne repellas me à mãdatis tuis.
In corde meo abſcõdi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedict' es domine: doce me iuſtificationes tuas.
In labijs meis pronũtiaui, omnia iudicia oris tui.
In via teſtimoniorũ tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs.

In mandatis tuis exercebor:& conſiderabo vias tuas.

In iuſtificationibus tuis meditabor:non obliuiſcar ſermones tuos. Ex pſalmo. 118.

Retribue ſeruo tuo,viuifica me : & cuſtodiam ſermones tuos.

Reuela oculos meos : & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego ſum in terra : non abſcondas à mę mandata tua.

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore.

Increpaſti ſuperbos : maledicti,qui declinãt à mãdatis tuis.

Aufer à mę opprobriũ & contemptum:quia teſtimonia tua exquiſiui.

Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur : ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt : & cõſiliũ meum iuſtificationes tuæ.

Adhæſit pauimento aĩa mea: viuifica me ſecundũ verbum tuum.

Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me : doce me iuſtificationes tuas.

Viam iuſtificationum tuarũ inſtrue me:& exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea prętędio:cõfirma me in verbis tuis.

Viã iniquitatis amoue à me: & de lege tua miſerere mei.

Viam veritatis elegi : iudicia tua non ſum oblitus.

Adhæſi teſtimonijs tuis dominę : noli me confundere.

Viam mandatorũ tuorum cucurri : cum dilataſti cor meũ.

Symbolũ Athanaſij Epiſcopi.

Quicunq; vult ſaluus eſſe: ante omnia opus eſt,vt teneat catholicã fidem.

Quam niſi quiſq; integram, inuiolatamq; ſeruauerit,abſq; dubio in æternum peribit.

Fides autem catholica hęc eſt, vt vnũ Deũ in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.

Neq; confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſona Patris, alia filij, alia Spiritus ſancti.

Sed Patris, & filij, & Spiritus ſancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria,coæterna maieſtas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus.

Increatus Pater, increatus Filius,increatus Spiritus ſanctus.

Immenſus Pater, immẽſus Filius,immenſus Spiritus ſctũs.

Æternus Pater,ęternus Filius,

æternus

æternus Spiritus ſanctus.
Et tamen non tres æterni: ſed vnus æternus.
Sicut nõ tres increati, nec tres immenſi, ſed vnus increatus, & vnus immenſus.
Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotẽs Spiritus ſanctus.
Et tamen non tres omnipotentes: ſed vnus omnipotens.
Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus.
Et tamen nõ tres dij: ſed vnus eſt deus.
Ita dominus Pater, dominus Filius, dñs Spiritus ſanctus.
Et tamen nõ tres domini: ſed vnus eſt dominus.
Quia ſicut ſingillatim vnamquamq; perſonam, Deum, ac dominum cõfiteri Chriſtiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut dominos dicere, catholica religione ꝓhibemur.
Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus.
Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus.
Spiritus ſanctus à Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.
Vnus ergo Pater, non tres patres, vnus filius, non tres filij: vnus Spiritus ſanctus, non tres ſpiritus ſancti.
Et in hac Trinitate nihil pri⁹, aut poſterius, nihil maius, aut minus: ſed totę tres perſonę coæternæ ſibi ſunt & coæquales.
Ita vt per omnia, ſicut iam ſupradictum eſt, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda ſit.
Qui vult ergo ſaluus eſſe, ita de Trinitate ſentiat
Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt incarnationẽ quoq; dñi noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.
Eſt ergo fides recta, vt credamus & confiteamur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus, & homo eſt.
Deus eſt ex ſubſtãtia patris ante ſecula genit⁹: & homo eſt ex ſuſtãtia matris in ſeculo natus.
Perfectus Deus perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.
Æqualis Patri ſecundum diuinitatem: minor Patre ſecundum humanitatem.
Qui licet Deus ſit, & homo: nõ duo tñ, ſed vnus eſt Chriſtus.
Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnẽ: ſed aſſumptione humanitatis in Deum.
Vnus omnino nõ confuſione ſubſtantię, ſed vnitate perſonę.

Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: ita deus & homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcēdit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum oēs homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem ęternum.

Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſq; fideliter, firmiterq; crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Gloria patri. Sicut erat.

Añ. Vtinā dirigantur viæ meę, ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Domine deus omnipotens qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti: tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatum: ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendā, noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuū, qui tecū viuit & regnat in vnitate ſpūs ſancti de⁹: per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Benedicam⁹ domino. Fideliū.

Vide num de ſancto ſit facienda commemoratio.

Pretioſa in conſpectu dñi. ℟. Mors ſanctorum eius. Oratio.

Sancta Maria & omnes ſancti intercedāt pro nobis ad dñm: vt nos mereamur ab eo adiuuari & ſaluari, qui viuit & regnat in ſcl'a ſcl'orū. ℟. Amē.

℣. Dies & actus noſtros in ſua pace diſponat dñs oṗs. ℟. Am̄.

¶ Prædictum ſymbolum dicitur ad primā dominicis diebus per totum annum, ſiue fiat officiū de dñica, ſiue de aliquo feſto aut octaua in eā incidente.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium meum. Hymn.

Nunc ſancte nobis ſpirit⁹ Vnum patri cum filio, Dignare promptus ingeri, Noſtro refuſus pectori.

Os, lingua, mens, ſenſus, vigor Confeſſionem perſonent Flammeſcat igne charitas Accendat ardor proximos.

Præſta pater pijſſime Patriq; compar

compar

compar vnice Cum ſpiritu paracletó Regnans per omne ſeculum. Amen. Antiphona.
Da mihi. Pſalmus. 118.

LEgem pone mihi domine viam iuſtificationum tuarum: & exquiram eã ſemper.
Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuã: & cuſtodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in ſemitã mandatorum tuorũ: quia ipſam volui.
Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videãt vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquiũ tuũ, in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.
Et veniat ſuper me miſericordia tua domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.
Et reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq;: qa in iudicijs tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legẽ tuam ſemper: in ſeculum & in ſeculum ſeculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.
Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & nõ confundebãr.
Et meditabar in mãdatis tuis: quæ dilexi.
Et leuaui manus meus ad mãdata tua, quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.

Pſalmus. 118.

MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpẽ dediſti.
Hæc me conſolata eſt in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebant vſquequaque: à lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo domine: & conſolatus ſum.
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legẽ tuam.
Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui domine: & cuſtodiui legem tuam.
Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

P ortio mea domine: dixi cuſtodire legem tuam.
D eprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundum eloquiũ tuum.
C ogitaui vias meas: & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua.
P aratus ſum & nõ ſum turbatus: vt cuſtodiã mandata tua.
F unes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.
M edia nocte ſurgebã ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.
P articeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientiũ mandata tua.
M iſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. Ex pſalmo 118

B Onitatem feciſti cum ſeruo tuo domine ſecundũ verbum tuum.
B onitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
P riuſquã humiliarer ego deliqui: propterea eloquiũ tuum cuſtodiui.
B onus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.
M ultiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autẽ in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
C oagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus ſum.
B onum mihi, quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.
B onum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.
M anus tuæ fecerũt me & plaſmauerunt me: da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.
Q ui timent te videbunt me, & lętabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui.
C ognoui domine, quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.
F iat miſericordia tua, vt conſoletur me: ſecundũ eloquium tuum ſeruo tuo.
V eniãt mihi miſerationes tuę, & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.
C onfundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
C õuertantur mihi timẽtes te: & qui nouerũt teſtimonia tua.
F iat cor meum immaculatũ in iuſtificationibus tuis: vt nõ confundar. Aña Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam. Oratio.

Ad

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium meum. Hym. Rector potens verax De⁹, Qui tẽperas rerũ vices: Splendore mane inſtruis, Et ignibus meridiem.

Extingue flammas litium, Aufer calorem noxium, Confer ſalutem corporum, Veramq; pacem cordium.

Preſta pater piiſſime, Patriq; cõpar vnice, cũ ſpũ paracleto, Regnans per oẽ ſeculũ. Amen.

An. Tuus ſum. Pſalmus 118.

Defecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, quando conſolaberis me?

Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus.

Quot ſunt dies ſerui tui, quando facies de perſequẽtibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed nõ vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: iniqui perſequuti ſunt me, adiuua me.

Paulominus conſummauerũt me in terra: ego autẽ non dereliqui mandata tua.

Secundum miſericordiã tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

In æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo.

In generationẽ & generationem veritas tua: fundaſti terram, & permanet.

Ordinatiõe tua pſeuerat dies: quoniã omnia ſeruiunt tibi.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periiſſem in humilitate mea.

In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.

Tuus ſum ego ſaluũ me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.

Me expectauerunt peccatores vt perderẽt me: teſtimonia tua intellexi.

Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatũ tuum nimis. Pſalmus. 118.

Quomodo dilexi legẽ tuã domine? tota die meditatio mea eſt.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.

Super omnes docẽtes me intellexi: quia teſtimonia tua me-

ditatio mea eſt.
Super ſenes intellexi: qa mandata tua quęſiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: ſup mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedib⁹ meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.
Iuraui & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.
Humiliatus ſum vſquequaq; domine: viuifica me ſecundũ verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.
Poſuerunt peccatores laqueũ mihi: & de mandatis tuis non erraui.
Hęreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.
Inclinaui cor meũ, ad faciẽdas iuſtificationes tuas in æternũ: propter retributionẽ. Ps. 118.

INiquos odio habui, & legẽ tuam dilexi.
Adiutor & ſuſceptor me⁹ es tu: & in verbũ tuũ ſuperſperaui.
Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.
Suſcipe me ſecundũ eloquiũ tuum, & viuam: & nõ confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.
Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.
Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua.
Cõfige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium & iuſtitiam: nõ tradas me calumniãtibus me.
Suſcipe ſeruũ tuum in bonũ: nõ calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.
Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.
Tempus faciẽdi domine: diſſipauerunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquã odio habui. Añ. Tuus ſum ego, ſaluum me fac. Oro.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium meum. Hym.

RErum de⁹ tenax vigor, Immotus in te permanẽs, Lucis diurnę tẽpora, Succeſſib⁹ determinans.

Largire clarum veſpere, Quo vita nuſq̃ decidat, Sed pręmiũ mortis ſacrę, Perennis inſtet gloria.

Præſta pater piiſſime, Patriq; compar vnice, Cum ſpiritu paracleto, Regnans per omne ſeculum. Amen. Antiphona. Declaratio. Pſalmus 118.

MIrabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Declaratio ſermonum tuorũ illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecundũ eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Redime me à calũnijs hominum, vt cuſtodiã mãdata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

Iuſtus es domine: & rectum iudicium tuum.

Mandaſti iuſtitiã teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus me⁹: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitũ eloquiũ tuũ vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego & cõtemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Iuſtitia tua iuſtitia in æternũ: & lex tua veritas.

Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam. Pſalmus 118.

CLamaui in toto corde exaudi me domine: iuſtificationes tuas requiram.

Clamaui ad te, ſalui me fac: vt cuſtodiam mandata tua.
Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.
Prçuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloqa tua.
Vocem meã audi ſecundũ miſericordiã tuã dñe: & ſecundũ iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt pſequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti ſunt.
Prope es tu domine, & omnes viæ tuæ veritas.
Initio cognoui de teſtimonijs tuis: qa in æternũ fundaſti ea.
Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam nõ ſum oblitus.
Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.
Miſericordiæ tuæ multæ domine: ſecundũ iudiciũ tuum viuifica me.
Multi qui perſequuntur me, & tribulant me, à teſtimonijs tuis non declinaui.
Vidi præuaricantes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in miſericordia tua viuifica me.
Principium verborũ tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitię tuæ. Pſalm. 118.

Principes perſequuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
Lętabor ego ſup eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.
Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum: legem aũt tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.
Pax multa diligẽtibus legem tuã: & non eſt illis ſcandalum.
Expectabam ſalutare tuũ domine: & mandata tua dilexi.
Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in cõſpectu tuo dñe: iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectum.
Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo, ſecundum eloquiũ tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas.

Pronun-

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuũ, quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua, vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

Cócupiui ſalutare tuum dñe: & lex tua meditatio mea eſt.

Viuet aĩa mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui ſicut ouis, quæ perijt: quęre ſeruum tuũ, quia mandata tua non ſum oblitus.

Antiphona. Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Oĩo.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue ma. Deus in adiu. Hym. aña. Pſalmus. 109.

DIxit dominus domino meo: ſede à dextris meis.

Donec ponã inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

Iurauit dñs, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternũ, ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech.

Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. Pſ. 110.

COnfitebor tibi dñe in toto corde meo: in concilio iuſtorum, & congregatione.

Magna opera domini: exquiſita in omnes voluntates eius.

Cõfeſſio & magnificẽtia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Memoriam fecit mirabilium ſuorũ, miſericors & miſerator dñs: eſcam dedit timentibꝰ ſe.

Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui: virtutem operũ ſuorum annuntiabit populo ſuo.

Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius, veritas, & iudicium.

Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſeculum ſeculi: facta in veritate & æquitate.

Redemptionẽ miſit dominus populo ſuo: mandauit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctũ & terribile nomẽ eius: initium ſapientiæ timor dñi.

Intellectus bonus omnibus facientibus eũ: laudatio eius manet in ſeculũ ſeculi. Pſalſ. 113.

IN exitu Iſrael de ęgypto, domus Iacob de pplo barbaro.

Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: Iſrael poteſtas eius.
Mare vidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum.
Montes exultauerunt vt arietes: & colles ſicut agni ouium.
Quid eſt tibi mare quod fugiſti? & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?
Montes exultaſtis ſicut arietes: & colles ſicut agni ouium.
A facie domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.
Qui conuertit petram in ſtagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine, nõ nobis: ſed nomini tuo da gloriam.
Super miſeridordia tua & veritate tua: ne quãdo dicãt gentes, vbi eſt deus eorum?
Deus autẽ noſter in cœlo: omnia quæcunq; voluit fecit.
Simulachra gentiũ argentũ & aurũ: opera manuũ hominũ.
Os habent & non loquentur: oculos habent & nõ videbunt.
Aures habẽt, & nõ audiẽt: nares habent, & non odorabunt.
Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture ſuo.
Similes illis fiant qui faciũt ea: & omnes qui confidunt in eis.
Domus Iſrael ſperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.
Domus Aaron ſperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.
Qui timent dominum ſperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.
Dominus memor fui noſtri: & benedixit nobis.
Benedixit domui Iſrael, benedixit domui Aaron.
Benedixit omnibus qui timẽt dñm: puſillis cum maioribus.
Adijciat dñs ſuper vos: ſuper vos & ſuper filios veſtros.
Benedicti vos à domino: qui fecit cœlum terram.
Cœlum cœli domino: terram autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabunt te domine: neq; omnes qui deſcendunt in infernum.
Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Canticum beatæ virgi. Mariæ & dicitur quotidie ad veſper.

Magnificat anima mea dominum. Lu. 1.
Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc

beatam

beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna q potens eſt, & ſanctũ nomen eius.
Et miſericordia ei⁹ à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiá in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham: & ſemini eius in ſecula. Añа & Oratio, & Sub tuum preſi. vt in j. dñica adue.

AD COMPLETORIVM.

Pater noſter. Aue maria. Conuerte nos deus ſalutaris noſter.
℟. Et auerte iram tuã à nobis.
℣. Deus in adiutorium. Hym.



TE lucis ante terminum, Rerum creator poſcim⁹: Vt ſolita clementia, Sis preſul ad cuſtodiam.
Procul recedãt ſomnia, Et noctium phãtaſmata: Hoſtemq; noſtrum comprime, Ne polluantur corpora.
Præſta pater omnipotens, per Ieſum Chriſtum dñm: Qui tecum in perpetuũ, Regnat cum ſancto ſpiritu. Amẽ. Antiphõa. Salua nos. Pſalmus.

CVm inuocarẽ exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi.
Miſerere mei: & exaudi orationem meam.
Filij hominũ, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium?
Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.
Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.
Sacrificate ſacrificiũ iuſtitię, & ſperate in dño: multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona?
Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine: dediſti lętitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.
In pace in idipſum: dormiam & requieſcam.
Quoniá tu dñe ſingulariter in ſpe, cõſtituiſti me. Pſalm⁹. 30.
IN te domine ſperaui non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: vt ſaluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.

Educes me de laqueo hoc quẽ abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meũ: redemiſti me dñe deus veritatis. Pſalmus 90.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione Dei cœli cõmorabitur.

Dicet domino, ſuſceptor meus es tu: & refugium meum, deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circũdabit te veritas eiꝰ: nõ timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die: à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem nõ appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniã tu es dñe ſpes mea: altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiãt te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegã eum, quoniam cognouit nomen meũ.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Longitudine dierũ replebo eũ & oſtendã illi ſalutare meum.

Canticũ ſimeonis prophetę, & dicit quotidie ad completoriũ.

NVnc dimittis ſeruũ tuum domine: ſecundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.

Quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Lumen

Lumen ad reuelationem gentiũ : & gloriã plebis tuæ Iſrael. Aña Salua nos dñe vigilantes, cuſtodi nos dormientes, vt vigilemus cũ Chriſto, & requieſcamus in pace. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. Oremus.

Viſita queſumus dñe habitationẽ iſtam : & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle : angeli tui ſancti habitẽt in ea : qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per dominum. Benedicamus do. Fideliũ aĩę. Salue regina. Loco ſuo.

FERIA SECVNDA. ad matutinum.

Pater noſter. Aue ma. Confiteor. Miſereatur. Indulgẽ. Dñe labia. Deus in adiuto. Inuita. Venite exul. Inuita. Hymnus. Antiphona. Pſalmus. 30.



IN te domine ſperaui: nõ cõfundar in æternũ : in iuſtitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuã accelera vt eruas me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij : vt ſaluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu : & propter nomẽ tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quẽ abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me domine deus veritatis.

Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue.

Ego autem in domino ſperaui : exultabo, & lætabor in miſericordia tua.

Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.

Nec concluſiſti me in manibus inimici : ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.

Miſerere mei dñe, qm̃ tribulor : cõturbat⁹ eſt in ira oculus meus, aĩa mea & venter meus.

Quoniã defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt.

Super oẽs inimicos meos fact⁹ ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis.

Qui

Qui videbant me foras fugerunt à me: obliuioni dat⁹ ſum tanquam mortuus à corde.
Factus ſum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.
In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animã meam conſiliati ſunt.
Ego autem in te ſperaui domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ.
Eripe me de manu inimicorũ meorũ, & à perſequẽtibus me.
Illuſtra faciẽ tuã ſuper ſeruũ tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua domine, non confundar, quoniam inuocaui te.
Erubeſcant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia doloſa.
Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſuperbia & in abuſione.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te?
Perfeciſti eis qui ſperãt in te, in conſpectu filiorũ hominum.
Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo, a cõtradictione linguarũ.
Benedictus dominus: quoniã mirificauit miſericordiã ſuam mihi in ciuitate munita.
Ego autẽ dixi in exceſſu mentis meæ, Proiectus ſum à facie oculorum tuorum.
Ideo exaudiſti vocem orationis meę, dum clamarem ad te.
Diligite dominũ omnes ſancti eius, quoniam veritatem requiret dñs, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.
Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in domino. Pſalmus. 34.

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameam, & concludo aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.
Confundantur, & reuereantur quęrentes animam meam.
Auertantur retrorſum, & confundant cogitãtes mihi mala.
Fiant tanquã puluis ante faciem venti, & angelus domini coarctans eos.
Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum: & angelus domini perſequens eos.
Quoniam gratis abſcõderunt mihi interitum laquei ſui; ſuperuacue

peruacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quẽ ignorat, & captio quam abſcondit apprehendat eũ: & in laqueũ cadat in ipſum.

Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.

Omnia oſſa mea dicent, domine, quis ſimilis tibi?

Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.

Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabã, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animę meę.

Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: quaſi lugens, & contriſtatus, ſic humiliabar.

Et aduerſum me lætati ſunt & conuenerunt: cõgregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.

Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſup me dentibus ſuis.

Domine quando reſpicies: reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.

Confitebor tibi in eccleſia magna, in pplo graui laudabo te.

Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniã mihi quidẽ pacifice loquebãtur: & in iracundia terrę loquentes, dolos cogitabãt.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum, dixerunt, euge, euge, viderunt oculi noſtri.

Vidiſti, domine, ne ſileas, domine ne diſcedas à me.

Exurge, & intẽde iudicio meo: Deus meus, & dominus meus in cauſam meam.

Iudica me ſecundum iuſtitiã tuã domine deus meus: & non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis, euge, euge, animæ noſtræ: nec dicant, Deuorabimus eum.

Erubeſcãt, & reuereant ſimul qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſione & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me.

Exultent, & lætentur qui volunt iuſtitiam meam: & dicãt ſemper, Magnificetur domin9, qui volunt pacem ſerui eius.

Et

Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam. Pſalmus.104.

COnfitemini dño,& inuocate nomen eius:annunciate inter gentes opera eius.

Cantate ei,& pſallite ei:narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quęrentium dominum.

Quærite dñm,& confirmamini:quęrite faciẽ eius ſemper.

Mementote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.

Semen Abraham, ſerui eius: filij Iacob electi eius.

Ipſe dominus deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.

Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes.

Quod diſpoſuit ad Abraham: & iuramenti ſui ad Iſaac.

Et ſtatuit illud Iacob in præceptum: & Iſrael in teſtamentum æternum.

Dicens, Tibi dabo terrã Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ.

Cũ eſſent numero breui, pauciſſimi, & incolæ eius.

Et pertranſierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum.

Nõ reliquit hominem nocere eis,& corripuit pro eis reges.

Nolite tãgere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit.

Miſit ante eos virum:in ſeruũ venundatus eſt Ioſeph.

Humiliauerũt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſijt animã eius, donec veniret verbum eius.

Eloquium dñi inflãmauit eũ: miſit rex, & ſoluit eũ, princeps populorum:& dimiſit eum.

Conſtituit eum dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ.

Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: & ſenes eius prudentiam doceret.

Et intrauit Iſrael in Aegyptũ: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum ſuum vehementer:& firmauit eum ſuper inimicos eius.

Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: & dolum facerent in ſeruos eius.

Miſit Moyſen ſeruum ſuum: Aaron quem elegit ipſum.

Poſuit

Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum: & prodigiorum in terra Cham.

Miſit tenebras, & obſcurauit: & non exacerbauit ſermones ſuos.

Conuertit aquas eorũ in ſanguinẽ: & occidit piſces eorum.

Edidit terra eorũ ranas, in penetralibus regum ipſorum.

Dixit, & venit cynomya, & ciniphes in omnibus finibus eorũ.

Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipſorum.

Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.

Dixit, & venit locuſta, & brucus, cuius non erat numerus.

Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnẽ fructum terræ eorum.

Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.

Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.

Læta eſt Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum ſuper eos.

Expandit nubem in protectionem eorum: & ignem, vt luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit coturnix: & pane cœli ſaturauit eos.

Dirupit petram, & fluxerunt aquę: abierũt in ſicco flumina.

Quoniã memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum.

Et eduxit populũ ſuũ in exultatione: & electos ſuos ĩ lętitia.

Et dedit illis regiones gẽtiũ: & labores populorũ poſſederunt.

Vt cuſtodiant iuſtificationes eius: & legẽ eius exquirãt. Añ.

AD LAVDES.

Deus in adiu. Aña. Pſalmꝰ. 97.

CAntate domino cãticũ nouum: quia mirabilia fecit.

Saluabit ſibi dextera eius, & brachiũ ſctm̃ eius.

Notum fecit dominus ſalutare ſuum in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ, ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite dño in cithara, in cithara, & voce pſalmi, in tubis ductilibꝰ, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in cõſpectu regis domini:

mini: moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.
F lumina plaudẽt manu, ſimul montes exultabunt à cõſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.
I udicabit orbẽ terrarũ in iuſtitia: & pplos ĩ ęquitate. ps. 103.
B Enedic anima mea dño: Domine deus meus magnificatus es vehementer.
C õfeſſionẽ & decorẽ induiſti: amict⁹ lumine ſicut veſtimẽto.
E xtendens cœlũ ſicut pellem: qui tegis aquis ſuperiora eius.
Q ui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.
Q ui facis angelos tuos ſpũs, & miniſtros tuos ignẽ vrentem.
Q ui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſeculum ſeculi.
A byſſus ſicut veſtimentũ amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ.
A b increpatione tua fugiẽt: à voce tonitrui tui formidabũt.
A ſcendunt montes: & deſcendunt campi in locum, quem fundaſti eis.
T erminum poſuiſti, quem nõ tranſgredientur: neq; conuertentur operire terram.
Q ui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertranſibunt aquæ.
P otabunt omnes beſtiæ agri, expectabunt onagri in ſiti ſua.
S uper ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.
R igans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſatiabitur terra.
P roducens fœnum iumentis: & herbam ſeruituti hominũ.
V t educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.
V t exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.
S aturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: illic paſſeres nidificabunt.
H erodij domus dux eſt eorũ montes excelſi ceruis: petra refugium herinacijs.
F ecit Lunam in tempora: Sol cognouit occaſum ſuum.
P oſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ.
C atuli leonum rugientes vt rapiant, & quęrãt à Deo eſcã ſibi.
O rtus eſt Sol, & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur.
E xibit homo ad opus ſuum: & ad operationem ſuam vſq; ad

ad veſperam.
Quam magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.
Hoc mare magnum, & ſpatioſum manib⁹: illic reptilia: quorum non eſt numerus.
Animalia puſilla cũ magnis, illic naues pertranſibunt.
Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.
Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
Auertente autẽ te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur.
Emitte ſpm̃ tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.
Sit gloria dñi in ſeculum: lętabitur dñs in operibus ſuis.
Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.
Cantabo domino in vita mea: pſallã Deo meo quandiu ſum.
Iucundum ſit ei eloquiũ meũ: ego vero delectabor in dño.
Deficient peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint: benedic anima mea domino.

Canticũ Iſaiæ prophetæ.

COnfitebor tibi dñe, qm̃
irat⁹ es mihi: cõuerſus eſt Iſa.
furor tuus, & conſolatus es me. 12.
Ecce deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & non timebo.
Quia fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, & dicetis in illa die, Confitemini domino, & inuocate nomen eius.
Notas facite in populis adinuentiones eius: memẽtote quoniam excelſum eſt nomen ei⁹.
Cantate domino, quoniã magnifice fecit: annuntiate hoc in vniuerſa terra.
Exulta, & lauda habitatio Siõ: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Deinde canticum: Benedictus. folio. 5. Añã Orõ. & Commemoratio.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Iam lucis orto. ℣.
Añã. Vias tuas. Pſalmus 22.

DOmin⁹ regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.
Super aquã refectionis educauit me: animã meã conuertit.
Deduxit

R eduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.
N am etſi ambulauero in medio vmbrę mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.
V irga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.
P araſti in cōſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me.
I mpinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebriās quàm præclarus eſt.
E t miſericordia tua ſubſequetur me, oībus diebus vitę meę.
E t vt inhabitē in domo dñi, in longitudinē dierū. Pſalm⁹. 23.

D Omini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarū, & vniuerſi qui habitant in eo.
Q uia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.
Q uis aſcēdet in montem dñi? aut quis ſtabit in loco ſctō ei⁹.
I nnocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo
H ic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiā à Deo ſalutari ſuo.
H æc eſt generatio quęrentiū eum, quęrentium faciem Dei Iàcob.
A ttollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
Q uis eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.
A ttollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
Q uis eſt iſte rex glorię? dñs virtutū ipſe eſt Rex glorię. Pſ. 24.

A D te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam.
N eq; irrideāt me inimici mei, etenim vniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur.
C onfundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue.
V ias tuas dñe demonſtra mihi, & ſemitas tua edoce me.
D irige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſaluator me⁹, & te ſuſtinui tota die.
R eminiſcere miſerationū tuarum domine, & miſericordiarum tuarū, quæ à ſeculo ſunt.
D elicta iuuētutis meæ & ignorantias meas ne memineris.
S ecundum miſericordiā tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.
D ulcis, & rectus dominus: propter hoc, legem dabit delinquentibus in via.

Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.
Vniuerſæ viæ domini, miſericordia, & veritas requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim.
Quis eſt homo qui timet dominum? legem ſtatuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: & ſemen eius hæreditabit terram.
Firmamentum eſt dominus timentibus eum: & teſtamentũ ipſius vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice ĩ me, & miſerere mei: q̃a vnicus, & pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animã meam, & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperaui in te
Innocentes, & recti adhæſerũt mihi, quia ſuſtinui te.
Libera deus, Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis. Aña. Vias tuas dñe demõſtra mihi.

Symbolum Apoſtolorum.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, dñm noſtrum, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos. Tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.
Credo in ſpiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiã catholicã, Sanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Vitam æternam. Amen.

¶ Prædictum ſymbolum dicitur ſemper ad Primã in omnibus diebus præterq̃ in Dominicis, ac in triduo ante Paſcha.
Domine exaudi ora. Oremus. Domine deus omnipotens. Benedicamus domi. Fidelium. Pretioſa. Sancta maria. Dies & actus noſtros in ſua pace.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiuto. Nūc ſancte. 7. Aña. Ab occultis. Pſalmus. 13.

DIxit inſipiens in corde ſuo: non eſt deus.

Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum.

Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonū, non eſt vſq; ad vnū.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoſcēt omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis?

Dominum nō inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam dominus in generatione iuſta eſt, cōſilium inopis cōfudiſtis: quoniam dominus ſpes eius eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cū auerterit dn̄s captiuitatē plebis ſuę, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael. Pſalm'. 18.

COeli enarrāt gloriā Dei, & opera manuū eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbū: & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ neq; ſermones, quorum nō audiantur voces eorum.

In omnem terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquā ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendam viā, à ſummo cœlo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſq; ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcōdat à calore eius.

Lex domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.

Iuſtitiæ domini rectæ, lætificantes corda: præceptum dñi lucidum, illuminans oculos.
Timor dñi ſanctus permanet in ſeculum ſeculi: iudicia dñi vera, iuſtificata in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multũ: & dulciora ſuper mel, & fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatꝰ ero, & emundabor à delicto maximo.
Et erunt, vt cõplaceãt eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus, & redemptor meus. Pſalmus. 19.

EXaudiat te dominꝰ in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxiliũ de ſancto: & de Sion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holocauſtũ tuũ pingue fiat.
Tribuat tibi ſecundũ cor tuũ, & omne cõſiliũ tuũ cõfirmet.
Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.
Impleat dominus omnes petitiones tuas: nũc cognoui, quoniam ſaluum fecit dñs Chriſtum ſuum.
Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ eius.
Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini Dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt, & ceciderũt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.
Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Añã. Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Oratio.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rector potens. 9. Añã. In Deo. Pſalmus 38.

DIxi, cuſtodiã vias meas: vt non delinquam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiam, cum cõſiſteret peccator aduerſum me.
Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: & dolor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.

Loquutus ſum in lingua mea: notum fac mihi domine finẽ meam.
Et numerũ dierũ meorũ quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi?
Ecce, mẽſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtãtia mea tanquã nihilum ante te.
Veruntamẽ vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.
Veruntamen in imagine pertranſit homo: ſed & fruſtra cõturbatur.
Theſaurizat: & ignorat cui cõgregabit ea.
Et nunc, quæ eſt expectatio mea? nonne dominus, & ſubſtantia mea apud te eſt?
Ab omnibus iniquitatib' meis erue me, opprobrium inſipienti dediſti me.
Obmutui, & non aperui os meum, quoniã tu feciſti: amoue à me plagas tuas.
A fortitudine man' tuę ego defeci in increpationib': propter iniquitatẽ corripuiſti hominẽ.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animã eius: veruntamẽ vane conturbat' omnis homo.
Exaudi orationem meam dñe & deprecationẽ meam, aurib' percipe lachrymas meas.
Ne ſileas quoniã aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer prius, quàm abeam, & amplius non ero. Pſalmus 61.

NOnne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.
Nam & ipſe deus meus, & ſalutaris meus: ſuſceptor meus, nõ mouebor amplius.
Quouſq; irruitis in hominẽ? interficitis vniuerſi vos: tanquã parieti inclinato, & maceriæ depulſæ?
Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.
Veruntamẽ Deo ſubiecta eſto anima mea: quoniam ab ipſo patientia mea.
Quia ipſe Deus meus, & ſaluator meus: adiutor meus, non emigrabo.
In Deo ſalutare meum, & gloria mea, Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt.
Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra: Deus adiutor noſter in æternum.
Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominũ in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.

Nolite

Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Semel loquutus eſt deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Pſalmus 114.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem, & dolorẽ inueni: & nomen dñi inuocaui.

O domine libera animã meã: miſericors dominus, & iuſtus: & deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuã: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapſu.

Placebo domino in regione viuorum. Añā. In Deo ſalutare meum, & gloria mea. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rerum deus. 10.

Antipho. Deus. Pſalmus. 79.

Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph.

Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare corã Ephraim, Beniamin, & Manaſſe.

Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos.

Deus conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

Dñe deus virtutũ, quouſq; iraſceris ſuper orationẽ ſerui tui?

Cibabis nos pane lachrymarũ: & potum dabis nobis in lachrymis in menſura.

Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.

Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

Vineam de Ægypto tranſtuliſti: eieciſti gentes, & plantaſti eam.

Dux itineris fuiſti in cõſpectu eius: & plantaſti radices eius, & impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius: & arbuſta eius cedros Dei.

Extendit palmites ſuos vſque ad mare: & vſq; ad flumen propagines eius.

Vt quid deſtruxiſti maceriam eius: & vindemiāt eam omnes qui prætergrediuntur viam?

Exterminauit eam aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.

Deus virtutum conuertere: reſpice de cœlo: & vide, & viſita vineam iſtam.

Et perfice eam, quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis, quē confirmaſti tibi.

Incenſa igni, & ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribūt.

Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.

Et non diſcedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

Domine deus virtutū conuerte nos: & oſtēde faciem tuam, & ſalui erimus. Pſalmus. 98.

Dominus regnauit, iraſcātur populi: qui ſedes ſup Cherubim, moueatur terra.

Dominus in Sion magnus: & excelſus ſuper omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & ſanctum eſt; & honor regis iudicium diligit.

Tu paraſti directiones: iudicium, & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.

Exaltate dnm Deum noſtrū, & adorate ſcabellū pedū eius, quoniam ſanctum eſt.

Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.

Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Cuſtodiebāt teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

Domine deus noſter tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.

Exaltate dominum Deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius: quoniā ſanctus dominus deus noſter. Pſalmus. 125.

IN cōuertendo dominus captiuitatem Sion: facti ſum' ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes, Magnificauit dn̄s facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiſcū: facti ſumus lętantes.

Conuerte dn̄e captiuitatē noſtram, ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lachrymis, in

exulta-

exultatione metent.
Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua.
Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Antipho. Deus virtutum conuerte nos. Oratio.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiuto. Hym. Añ. Pſalẽ. 76.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
In die tribulationis meę Deũ exquiſiui, manibus meis nocte contra eũ: & nõ ſum deceptus.
Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum: & defecit ſpiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum loquutus.
Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.
Et meditatus ſum nocte cum corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.
Nunquid in æternũ proijciet deus? aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?
Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem?
Aut obliuiſcetur miſereri de'? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?
Et dixi, Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi.
Memor fui operum domini quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in ſancto via tua: quis deus magn' ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia.
Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioſeph.
Viderunt te aquæ deus, viderunt te aquæ, & timuerunt: & turbatæ ſunt abyſſi.
Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim ſagittę tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: cõmota eſt, & contremuit terra.
In mari via tua, & ſemitę tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.
Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manu Moyſi & Aaron. Pſalmus. 115.

CRedidi, propter quod lo quutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

E go dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.

Q uid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?

C alicem ſalutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

V ota mea domino reddam coram omni populo eius: precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

O domine quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

D irupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomen domini inuocabo.

V ota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini: in medio tui Ieruſalem. Pſalm. 142.

DOmine exaudi orationẽ meã: auribus percipe obſecrationẽ meã in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.

E t non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens.

Q uia perſequutus eſt inimicus animã meam, humiliauit in terra vitam meam.

C ollocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum.

M emor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

E xpandi manus meas ad te: anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.

V elociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

N on auertas faciẽ tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

A uditã fac mihi mane miſericordiã tuã: quia in te ſperaui.

N otam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

E ripe me de inimicis meis: domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.

S piritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

E duces de tribulatione animã meã: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

E t perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Deinde. Magnificat. folio. 10.

Aña. Oro. & Cõmemoratio.

AD COMPLETORIVM

Pater nr̄. Aue maria. Cōuerte. Deus. Te lucis. Salua nos. P̄s. 7.

DOmine de⁹ me⁹ in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat, vt leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neq; qui ſaluū faciat.

Dn̄e deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

Perſequatur inimicus animā meam, & cōprehendat, & conculcet in terra vitā meā, & gloriam meā in puluerē deducat.

Exurge dn̄e in ira tua: & exaltare in finib⁹ inimicoꝝ meorū.

Et exurge dn̄e deus me⁹ in prę cepto quod mādaſti: & ſynagoga populorum circundabit te.

Et propter hanc in altū regredere: dn̄s iudicat populos.

Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me.

Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum, ſcrutans corda & renes deus.

Iuſtum adiutoriū meū à dn̄o, qui ſaluos facit rectos corde.

Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcitur per ſingulos dies?

Niſi cōuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum.

Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.

Ecce parturijt iniuſtitiā, concepit dolorem: & peperit iniquitatem.

Lacū aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.

Confitebor dn̄o ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini dn̄i altiſſimi. Pſalmus. 14.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut qs requieſcet in monte ſctō tuo?

Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.

Qui loquitur veritatē in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malū, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilū deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, & nō

BIBLIOTECA NA

decipit,qui pecuniam ſuā non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.

Q ui facit hæc,non mouebitur in æternum. Pſalmus.124.

QVi confidunt in domino: ſicut mons Sion,nō commouebitur in æternū, qui habitat in Ieruſalem.

M ontes in circuitu eius:& dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nūc & vſq; in ſeculum.

Q uia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum : vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

B enefac domine bonis, & rectis corde.

D eclinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem:pax ſuper Iſrael.

Deinde. Nunc dimittis. fo.12. Salua nos. Dn̄e exaudi Orem⁹ Viſita quęſumus.domine. Benedica. Fidelium Salue regina mater miſericordię vita dulce.

FERIA TERTIA.
Ad matutinum.

P ater noſter. Aue maria. Confiteor. Miſereatur. Indulgen. Domine labia. Deus in adiutorium. Inuitato Venite exulte. Inuita. Hym. An̄a. Pſalm⁹.36.



NOli æmulari in malignātib⁹,neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Q uoniā tanq̄ fœnum velociter areſcēt,& quem admodum olera herbarum cito decident.

S pera in domino, & fac bonitatem,& inhabita terrā, & paſceris in diuitijs eius.

D electare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

R euela domino viam tuam, & ſpera in eo:& ipſe faciet.

E t educet quaſi lumen iuſtitiā tuam:& iudiciū tuum tanquā meridiem:ſubditus eſto domino, & ora eum.

N oli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias.

D eſine ab ira, & derelinque furorem : noli æmulari, vt maligneris.

Q uoniam qui malignantur, exterminabuntur : ſuſtinentes autem dominum ipſi hæreditabunt terram.

Et adhuc puſillum, & non erit peccator: quęres locum eius, & non inuenies.

Manſueti autem hæreditabũt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis.

Obſeruabit peccator iuſtũ: & ſtridebit ſup eum dentib⁹ ſuis.

Dñs autem irridebit eum: qm̃ proſpicit, ꝙ veniet dies eius.

Gladiũ euaginauerunt peccatores, intenderũt arcum ſuum.

Vt decipiant pauperẽ & inopẽ, vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorũ confringatur.

Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorũ multas.

Quoniam brachia peccatorũ conterentur: confirmat autem iuſtos dominus.

Nouit dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.

Non cõfundentur in tempore malo, & in dieb⁹ famis ſaturabuntur: qa peccatores peribũt.

Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.

Mutuabitur peccator, & non ſoluet: iuſtus autem miſeretur, & tribuet.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terrã: maledicentes autem ei, diſperibunt.

Apud dñm greſſus hominis dirigentur: & viam eius volet.

Cum ceciderit, nõ collidetur: quia dominus ſupponit manum ſuam.

Iunior fui, etenim ſenui: & nõ vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quęrens panem.

Tota die miſeretur, & commodat: & ſemen illius in benedictione erit.

Declina à malo, & fac bonũ: & inhabita in ſeculum ſeculi.

Quia dñs amat iudicium: & nõ dereliuquet ſanctos ſuos in æternum conſeruabuntur.

Iniuſti punientur: & ſemẽ impiorum peribit.

Iuſti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius.

Conſiderat peccator iuſtum: & quęrit mortificare eum.

Dñs autem nõ derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta dn̄m, & cuſtodi viam eius: & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.
Vidi impium ſuperexaltatū, & eleuatum, ſicut cedros libani.
Et tranſiui, & ecce non erat: quęſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.
Cuſtodi innocentiam, & vide ęquitatem quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.
Iniuſti aūt diſperibunt: ſimul reliquiæ impiorum peribunt.
Salus autem iuſtorum à domino: & protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo. Pſalm⁹. 43.

Deus, auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annuntiauerunt nobis.
Opus, quod operatus es in diebus eorū, & in diebus antiquis.
Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos, afflixiſti populos, & expuliſti eos.
Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos.
Sed dextera tua, & brachium tuū, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.
Tu es ipſe rex me⁹, & de⁹ meus: qui mandas ſalutes Iacob.
In te inimicos noſtros ventilabim⁹ cornu: & in noīe tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſaluabit me.
Saluaſti enim nos de affligētib⁹ nos: & odiētes nos cōfudiſti.
In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cōfitebimur in ſeculum.
Nunc autem repuliſti, & confudiſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.
Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderūt nos diripiebant ſibi.
Dediſti nos tanq̄ oues eſcarū: & in gentibus diſperſiſti nos.
Vendidiſti populum tuū ſine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.
Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.
Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me eſt, & cōfuſio faciei meę cooperuit me.
A voce exprobrantis & obloquentis,

quentis, à facie inimici & perſequentis.

Hęc omnia venerunt ſup nos, nec obliti ſumus te: & inique nō egimus in teſtamento tuo.

Et nō receſſit retro cor noſtrū: & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.

Quoniā humiliaſti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti ſumus nomen Dei noſtri: & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum.

Nonne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis.

Exurge, quare obdormis dñe? exurge, & ne repellas in finem.

Quare faciem tuā auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?

Quoniā humiliata eſt in puluere anima noſtra: cōglutinatus eſt in terra venter noſter.

Exurge domine adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum. Pſalmus. 108.

Deus laudē meā ne tacueris: quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertū eſt.

Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederūt me, & expugnauerunt me gratis.

Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego aūt orabam.

Et poſuerūt aduerſum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.

Conſtitue ſuper eū peccatorē: & diabolus ſtet à dextris eius.

Cum iudicatur, exeat cōdēnatus: & oratio eius fiat in pctm̄.

Fiant dies eius pauci: & epiſcopatum eius accipiat alter.

Fiant filij ei⁹ orphani, & vxor eius vidua.

Nutantes trāsferantur filij ei⁹, & mendicent: & eijciantur de habitationibus ſuis.

Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius: & diripiant alieni labores eius.

Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.

Fiant nati eius in interitū: in generatione vna deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini: & peccatū matris eius non deleatur.

Fiant contra dñm ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quod nō eſt recordatus facere miſericordiam.

Et perſequutus eſt hominem inopem,

inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei: & noluit benedictionẽ, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur: & ſicut zona qua ſemper præcingitur.
Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi apud dñm: & qui loquuntur mala aduerſus aĩam meã.
Et tu domine domine fac mecum propter nomen tuũ, quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me, quia egenus & pauper ego ſum: & cor meum conturbatum eſt intra me.
Sicut vmbra cũ declinat, ablatus ſum: & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.
Genua mea infirmata ſunt à ieiunio: & caro mea immutata eſt propter oleum.
Et ego fact' ſum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita ſua.
Adiuua me domine de' meus: ſaluum me fac ſecundum miſericordiam tuam.
Et ſciant, quia manus tua hęc: & tu domine feciſti eã.
Maledicẽt illi, & tu benedices: qui inſurgũt in me, cõfundantur: ſeruus aũt tuus lętabitur.
Induantur, qui detrahunt mihi pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.
Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorũ laudabo eum.
Quia aſtitit à dextris pauperis: vt ſaluam faceret à perſequentibus animã meam. Añ.

AD LAVDES.

Deus in adiu. Añ. Pſalmus 94.

Venite, exultemus domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro.
Præoccupemus faciem eius in cõfeſſione, & in Pſalmis iubilemus ei.
Quoniã deus magnus dñs, & rex magnus, ſup omnes Deos.
Quia in manu eius ſunt fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerunt.
Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter.
Et nos populus paſcuæ eius & oues manus eius.

Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.
Sicut in irritatione ſecundum diem tentationis in deſerto.
Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt, & viderunt opera mea.
Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: & dixi, ſemper hi errant corde.
Et iſti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, Si introibũt in requiẽ meã. ps. 144.

EXaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculũ ſeculi.
Per ſingulos dies benedicã tibi: & laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.
Magnus dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non eſt finis.
Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiã tuam pronuntiabunt.
Magnificentiam glorię ſanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abundantię ſuauitatis tuę eructabunt: & iuſtitia tua exultabunt.
Miſerator, & miſericors dñs: patiens, & multum miſericors.
Suauis dominus vniuerſis: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.
Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & ſancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicẽt: & potentiam tuam loquentur.
Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.
Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generatione.
Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
Alleuat dominus omnes, qui corruũt: & erigit omnes eliſos.
Oculi omniũ in te ſperant domine: & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.
Aperis tu manũ tuã: & imples omne animal benedictione.
Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
Prope eſt dominus omnibus inuocãtibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet; & ſaluos faciet eos.

Cuſtodit

Cuſtodit dñs omnes diligẽtes ſe: & oẽs peccatores diſperdet.

Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Canticum Ezechiæ.

Iſa. 38. EGo dixi, In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduum annorum meorũ: Dixi, Nõ videbo dñm Deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominẽ vltra: & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt: & cõuoluta eſt à me, quaſi tabernacula paſtorum.

Præciſa eſt, velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de mane vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſq; ad mane, quaſi leo ſic contriuit oĩa oſſa mea.

De mane vſq; ad veſperam finies me. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei, ſuſpicientes in excelſum.

Dñe, vim patior, reſponde pro me. Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cũ ipſe fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.

Domine, ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me ecce, in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autẽ eruiſti animã meã vt nõ periret, proiecisti poſt tergum tuũ omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatẽ tuam.

Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Dñe ſaluũ me fac, & pſalmos noſtros cantabim' cunctis diebus vitæ noſtræ in domo dñi.

Deinde. Benedictus. folio. 5.

Aña. Orõ. & Commemoratio.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Iam lucis. 5. Aña. Mane aſtabo. Pſalmus. 5.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorẽ meũ.

Intẽde voci orationis meæ, Rex meus & deus meus.

Quoniã ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane

Mane aſtabo tibi; & videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es.
Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes, qui operantur iniquitaté: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Virum ſanguinũ, & doloſum abominabitur dominus.
Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.
Introibo in domum tuã: adorabo ad templũ ſanctum tuũ in timore tuo.
Dñe, deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.
Quoniã non eſt in ore eorum veritas; cor eorum vanum eſt.
Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos deus.
Decidãt à cogitationibus ſuis, ſecundũ multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes, qui ſperãt in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuũ, quoniam tu benedices iuſto.
Dñe, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ, coronaſti nos. Pſalm°. 16.
Exaudi dñe iuſtitiã meam: intẽde deprecationẽ meã. Auribꝰ percipe orationẽ meã, non in labijs doloſis.
De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat, oculi tui videãt ęquitatẽ.
Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & nõ eſt inuẽta in me iniquitas.
Vt nõ loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.
Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.
Ego clamaui, quoniam exaudiſti me deus: inclina aurẽ tuã mihi, & exaudi verba mea.
Mirifica miſericordias tuas, q̃ ſaluos facis ſperantes in te.
A reſiſtentibus dexterę tuę, cuſtodi me vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarũ protege me à facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meam circundederunt, adipem ſuum cõcluſerunt: os eorum loquutum eſt ſuperbiam.
Proijcientes me, nunc circundederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
Suſceperũt me ſicut leo paratus

tus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge dñe, præueni eum, & ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuã ab inimicis manus tuæ.
Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.
Saturati sũt filijs: & dimiſerũt reliquias ſuas paruulis ſuis.
Ego autẽ in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cũ apparuerit gloria tua. Pſalꝰ.25.
IVdica me domine, quoniã ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperans non infirmabor.
Proba me dñe, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.
Quoniã miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.
Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.
Odiui eccleſiam malignãtiũ, & cum impijs non ſedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine.
Vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuerſa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
Ne perdas cũ impijs Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.
Ego autem in innocẽtia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei.
Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicã te domine.
Antiphona. Mane aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Deinde. Credo in Deum. &c. Dñe exau. Oremus. Dñe deus omnipotẽs. Benedica. Fideliũ. Pretioſa. Sctã ma. Dies & actus.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium. Nũc ſancte. 7.
Añ. Cantabimus. Pſalmꝰ. 20.
DOmine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer.
Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
Quoniam præueniſti eum in benedictionibꝰ dulcedinis: po-

ſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Vitam petijt à te:& tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum,& in ſeculum ſeculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam,& magnum decorem impones ſuper eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex ſperat in domino:& in miſericordia altiſſimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderũt.

Pones eos vt clibanũ ignis in tempore vultus tui: dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Fructum eorũ de terra perdes: & ſemen eorũ à filijs hominũ.

Quoniam declinauerũt in te mala: cogitauerũt cõſilia quæ non potuerunt ſtabilire.

Quoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare domine in virute tua, cantabimus, & pſallemus virtutes tuas. Pſalmus. 28.

Afferte dño filij Dei: afferte dño filios arietum.

Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriã nomini eius: adorate dominũ in atrio ſancto eius.

Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros libani.

Et cõminuet eas, tanquã vitulum libani: & dilect⁹ quemadmodum filius vnicornium.

Vox dñi intercidentis flammã ignis: vox domini concutientis deſertum: & cõmouebit dominus deſertum cades.

Vox dñi præparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriã.

Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit dominus rex in æternum.

Dominus virtutẽ populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Pſalmus. 31.

Beati, quorũ remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniã tacui inueterauerunt

 oſſa

oſſa mea: dũ clamarẽ tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam dño: & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me: exultatio mea: erue me à circundantibus me.

Intellectũ tibi dabo, & inſtruã te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri, ſicut equus, & mulus: quibus non eſt intellectus.

In chamo & fręno maxillas eorum cõſtringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in domino miſericordia circundabit.

Lętamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

Antipho. Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas. Oratio.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rector potens. 9.

Aña. Sit nomen. Pſalmus. 52

Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.

Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deũ.

Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt vſq; ad vnũ.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatẽ, qui deuorãt plebem meã vt cibum panis?

Deum nõ inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorũ qui hominibus placẽt: cõfuſi ſunt, qm̃ deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cũ cõuerterit deꝰ captiuitatẽ plebis ſuę, exultabit Iacob, & lętabitur Iſrael. Pſalmꝰ. 71.

Deus iudiciũ tuũ Regi da: & iuſtitiã tuã filio regis.

Iudicare populũ tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.
Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generationem & generationem.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur Luna.
Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.
Corá illo procidēt Æthiopes: & inimici eius terram lingent.
Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent.
Et adorabunt eũ omnes reges terrę, omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui nō erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.
Et erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper libanū fructus eius & florebunt de ciuitate, ſicut fœnum terræ.
Sit nomen eius benedictum in ſecula: ante Solem permanet nomen eius.
Et benedicētur in ipſo omnes tribus terrę: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dn̄s deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat. Pſalmus. 120.

Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meũ à domino, qui fecit cœlum, & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet, qui cuſtodit te.
Ecce nō dormitabit, neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, domin⁹ protectio tua: ſuper manũ dexteram tuam.
Per diem Sol non vret te: neq; Luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animã tuam dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſeculum.

Aña. Sit nomen domini benedictum in ſecula. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiut. Rerũ deus tenax. 10.

Añ. Sit ſplendor. Pſalmus. 89.

DOmine, refugiũ factus es nobis: à generatione in generationem.

Prius q̃ montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à ſeculo, & vſq; in ſeculum tu es Deus.

Ne auertas hominem in humilitatem: & dixiſti, conuertimini filij hominum.

Quoniã mille anni ante oculos tuos, tanquã dies heſterna quæ præterijt.

Et cuſtodia in nocte: q̃ pro nihilo habentur, eorũ anni erũt.

Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat, & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.

Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrũ in illuminatione vultus tui.

Quoniã oẽs dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Anni noſtri, ſicut aranea meditabũtur: dies annorũ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam ſuperuenit manſuetudo: & corripiemur.

Quis nouit poteſtatẽ iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuã ſic notam fac: & eruditos corde in ſapientia.

Cõuertere domine, vſquequo: & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus omnibus diebus noſtris.

Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

Reſpice in ſeruos tuos: & in opera tua: & dirige filios eorũ.

Et ſit ſplẽdor dñi Dei noſtri ſuper nos, & opera manuũ noſtrarum dirige ſup nos: & opus manuũ noſtrarũ dirige. Pſal. 96.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur inſulę multæ.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iuſtitia, & iudicium correctio ſedis eius.

Ignis

I gnis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
A lluxerũt fulgura ei⁹ orbi terræ: vidit, & cõmota eſt terra.
M ontes, ſicut cera, fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra.
A nnuntiauerunt cœli iuſtitiã eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
C onfundãtur omnes, qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.
A dorate eum oẽs angeli eius: audiuit, & lętata eſt Sion.
E t exultauerũt filię Iudę, propter iudicia tua domine.
Q uoniam tu dñs altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.
Q ui diligitis dominum, odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorũ ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.
L ux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.
L ætamini iuſti in domino: & confitemini memoriæ ſanctificationis eius. Pſalmus. 127.
N Iſi dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.
N iſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eã.
V anum eſt vobis ante lucẽ ſurgere: ſurgite poſtquã ſederitis, qui manducatis panẽ doloris.
C um dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce, hæreditas domini, filij, merces fructus ventris.
S icut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.
B eatus vir, qui impleuit deſiderium ſuũ ex ipſis: nõ confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. Aña. Sit ſplendor dñi Dei noſtri ſuper nos. Oratio.

AD VESPERAS.

P ater noſter. Aue maria. Deus in adiu. Hym. Añ. Pſalm⁹. 33.
B Enedicam dñm in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.
I n domino laudabitur anima mea: audiant manſueti, & lętentur.
M agnificate dñm mecum, & exaltem⁹ nomẽ ei⁹ in idipſum.
E xquiſiui dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
A ccedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur.
I ſte pauper clamauit: & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.

Immittet angelus dñi in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
Guſtate,& videte, quoniã ſuauis eſt dominus: beatus vir,qui ſperat in eo.
Timete dominum omnes ſancti eius:quoniã non eſt inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt,& eſurierũt: inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono.
Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos.
Quis eſt homo qui vult vitã, diligit dies videre bonos?
Prohibe linguã tuã à malo, & labia tua ne loquãtur dolum.
Diuerte à malo,& fac bonũ:inquire pacẽ, & perſequere eam.
Oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.
Vultus autem domini ſuper facientes mala:vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerũt iuſti,& dñs exaudiuit eos:& ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos.
Iuxta eſt dominus ijs, qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.
Multæ tribulationes iuſtorũ: & de omnib⁹ his liberabit eos dominus.
Cuſtodit dñs omnia oſſa eorũ: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtũ,delinquent.
Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorum:& nõ delinquent oẽs, qui ſperant in eo. Pſalm⁹ 40.

Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperẽ: in die mala liberabit eum dñs.
Dominus conſeruet eum,& viuificet eum, & beatum faciat eum in terra:& nõ tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi ſuper lectũ doloris eius: vniuerſum ſtratum eius, verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi,dñe miſerere mei: ſana aĩam meã, qa peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt mala mihi, Quãdo morietur,& peribit nomen eius?
Et ſi ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur cor eius:congregauit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras: & loquebatur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabãt omnes inimici mei:aduerſum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum cõſtituerũt aduerſum me,Nunquid q dormit,non adijciet, vt reſurgat?
Et enim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos:

meos: magnificauit ſuper me ſupplantationem.
Tu autem domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.
In hoc cognoui, quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.
Me autem propter innocentiā ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
Benedictus domin⁹ deus Iſrael à ſeculo, & vſque in ſeculum: fiat, fiat. Pſalmus. 112.
LAudate pueri dominū: laudate nomen domini.
Sit nomē dn̄i benedictum: ex hoc, nunc, & vſq; in ſeculum.
A ſolis ortu vſq; ad occaſum, laudabile nomen domini.
Excelſus ſuper omnes gentes dn̄s: & ſuper cœlos gloria eius.
Quis ſicut dn̄s deus noſter qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cœlo, & in terra?
Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Deinde canticum.
Magnificat. folio. 11. An. Oro. & Commemoratio.

AD COMPLETORIVM.

Pater nr̄. Aue maria. Cōuerte nos. De⁹ ī adiu. Te lucis añ. 12.
Aña. Salua nos. Pſalmus. 10.
IN domino cōfido: quomodo dicitis animę meę, Trāſmigra ī mōtem ſicut paſſer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittēt in obſcuro rectos corde.
Quoniā, quæ perfeciſti, deſtruxerūt: iuſtus autem quid fecit?
Dominus in tēplo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogāt filios hominum.
Dominus interrogat iuſtū & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
Pluet ſup peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.
Quoniam iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Pſalmus. 15.
COnſerua me dn̄e, quoniā ſperaui in te: dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis, qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas

meas in eis.
Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
Dñs, pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in prę claris: etenim hæreditas meà præclara eſt mihi.
Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, inſuper & vſq; ad noctem increpuerũt me renes mei.
Prouidebam dñm in cõſpectu meo ſemper: quoniá à dextris eſt mihi, ne commouear.
Propter hoc lætatum eſt cor meũ, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lętitia cũ vultu tuo: delectationes in dextera tua vſq; in finem. Pſalm⁹. 29.
Exaltabo te dñe, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.
Domine Deus meus clamaui ad te: & ſanaſti me.
Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.
Pſallite dño ſancti eius, & cõfitemini memoriæ ſctĩtatis eius.
Quoniam ira in indignationẽ eius: & vita in voluntate eius.
Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lętitia.
Ego autem dixi in abundãtia mea, Non mouebor in ęternũ.
Domine in voluntate tua pręſtitiſti decori meo virtutem.
Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum couturbatus.
Ad te domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.
Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionẽ?
Nunquid cõfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
Audiuit dominus, & miſertus eſt mei: domin⁹ factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.
Vt cantet tibi gloria mea, & nõ compungar: domine Deus meus in æternũ cõfitebor tibi.
Deinde. Nunc dimittis. fo. 11.

Salua

Salua nos. Dñe exau. Oremus
Viſita qs do. Benedica. Fideliũ.

FERIA QVARTA.
Ad matutinum.

Pater noſter. Aue maria. Confiteor. Miſereatur. Indulgen. Dñe labia. Deus in adiu. Inuit. Venite. Inuit. Hym. Añ. ps. 48.



AVdite hæc oẽs gentes: auribus percipite oẽs, qui habitatis orbem.

Quique terrigenę & filij hominum; ſimul in vnum diues & pauper.

Os meũ loquet̃ ſapiẽtiã: & meditatio cordis mei prudentiã.

Inclinabo in parabolã aurem meã, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.

Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.

Frater non redimet, redimet homo? non dabit Deo placationem ſuam.

Et pretium redemptionis animæ ſuæ: & laborabit in æternum: & viuet adhuc in finem.

Non videbit interitũ, cũ viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt.

Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerũt nomina ſua in terris ſuis.

Et homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis.

Hæc via illorum ſcandalum ipſis: & poſtea in ore ſuo complacebunt.

Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.

Et dominabũtur eorum iuſti in matutino: & auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.

Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.

Ne timueris, cum diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit, non ſumet omnia: neq; deſcendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipſius benedi-

tus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge dñe, præueni eum, & ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuã ab inimicis manus tuæ.

Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.

Saturati sũt filijs: & dimiſerũt reliquias ſuas paruulis ſuis.

Ego autẽ in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cũ apparuerit gloria tua. Pſalſ.25.

IVdica me domine, quoniã ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperans non infirmabor.

Proba me dñe, & tenta me: vrenes meos, & cor meum.

Quoniã miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.

Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui eccleſiam malignãtiũ, & cum impijs non ſedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cũ impijs Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocẽtia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicã te domine.

Antiphona. Mane aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Deinde. Credo in Deum. &c. Dñe exau. Oremus. Dñe deus omnipotẽs. Benedica. Fideliũ. Pretioſa. Sctã ma. Dies & actus.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium. Nũc ſancte. 7.

Añ. Cantabimus. Pſalm'.20.

DOmine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer.

Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

Quoniam præueniſti eum in benedictionib' dulcedinis: poſuiſti

ſuiſti

ſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.
V itam petijt à te: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.
M agna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones ſuper eum.
Q uoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Q uoniam rex ſperat in domino: & in miſericordia altiſſimi non commouebitur.
I nueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderũt.
P ones eos vt clibanũ ignis in tempore vultus tui: dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
F ructum eorũ de terra perdes: & ſemen eorũ à filijs hominũ.
Q uoniam declinauerũt in te mala: cogitauerũt cõſilia quæ non potuerunt ſtabilire.
Q uoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
E xaltare domine in virute tua, cantabimus, & pſallemus virtutes tuas. Pſalmus 28.

A Fferte dño filij Dei: afferte dño filios arietum.
A fferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriã nomini eius: adorate dominũ in atrio ſancto eius.
V ox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.
V ox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
V ox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros libani.
E t cõminuet eas, tanquã vitulum libani: & dilect⁹ quemadmodum filius vnicornium.
V ox dñi intercidentis flammã ignis: vox domini concutientis deſertum: & cõmouebit dominus deſertum cades.
V ox dñi præparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriã.
D ominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit dominus rex in æternum.
D ominus virtutẽ populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Pſalmus 31.

B Eati, quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.
B eatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Quoniã tacui inueterauerunt

oſſa mea: dũ clamarẽ tota die.
Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.
Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.
Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam dño: & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me: exultatio mea: erue me à circundantibus me.
Intellectũ tibi dabo, & inſtruã te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri, ſicut equus, & mulus: quibus non eſt intellectus.
In chamo & frẹno maxillas eorum cõſtringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in domino miſericordia circundabit.
Lẹtamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.
Antipho. Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas. Oratio.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rector potens. 9.
Aña. Sit nomen. Pſalmus. 52

DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.
Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.
Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deũ.
Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt vſq; ad vnũ.
Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatẽ, qui deuorãt plebem meã vt cibum panis?
Deum nõ inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorũ qui hominibus placẽt: cõfuſi ſunt, qm̃ deus ſpreuit eos.
Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cũ cõuerterit de⁹ captiuitatẽ plebis ſuẹ, exultabit Iacob, & lẹtabitur Iſrael. Pſalm⁹. 71.

DEus iudiciũ tuũ Regi da: & iuſtitiã tuã filio regis.
Iudicare populũ tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant

Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.
Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generationem & generationem.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur Luna.
Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.
Corã illo procidẽt Æthiopes: & inimici eius terram lingent.
Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent.
Et adorabunt eũ omnes reges terrę, omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui nõ erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.
Et erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper libanũ fructus eius & florebunt de ciuitate, ſicut fœnum terræ.
Sit nomen eius benedictum in ſecula: ante Solem permanet nomen eius.
Et benedicẽtur in ipſo omnes tribus terrę: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dñs deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat. Pſalmus. 120.

Euaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meũ à domino, qui fecit cœlum, & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet, qui cuſtodit te.
Ecce nõ dormitabit, neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, domin⁹ protectio tua: ſuper manũ dexteram tuam.
Per diem Sol non vret te: neq; Luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animã tuam dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſeculum.

Aña. Sit nomen domini benedictum in ſecula. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiut. Rerũ deus tenax. 10.

Añ. Sit ſplendor. Pſalmus. 89.

Domine, refugiũ factus es nobis: à generatione in generationem.

Prius q̃ montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à ſeculo, & vſq; in ſeculum tu es Deus.

Ne auertas hominem in humilitatem: & dixiſti, conuertimini filij hominum.

Quoniã mille anni ante oculos tuos, tanquã dies heſterna quæ præterijt.

Et cuſtodia in nocte: q̃ pro nihilo habentur, eorũ anni erũt.

Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat, & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.

Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrũ in illuminatione vultus tui.

Quoniã oẽs dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Anni noſtri, ſicut aranea meditabũtur: dies annorũ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam ſuperuenit manſuetudo: & corripiemur.

Quis nouit poteſtatẽ iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuã ſic notam fac: & eruditos corde in ſapientia.

Conuertere domine, vſquequo: & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus omnibus diebus noſtris.

Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

Reſpice in ſeruos tuos: & in opera tua: & dirige filios eorũ.

Et ſit ſplẽdor dñi Dei noſtri ſuper nos, & opera manuũ noſtrarum dirige ſup nos: & opus manuũ noſtrarũ dirige. Pſal. 96.

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur inſulę multæ.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iuſtitia, & iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerũt fulgura eiꝰ orbi terræ: vidit, & cõmota eſt terra.

Montes, ſicut cera, fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra.

Annuntiauerunt cœli iuſtitiã eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundãtur omnes, qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

Adorate eum oẽs angeli eius: audiuit, & lętata eſt Sion.

Et exultauerũt filię Iudę, propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dñs altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.

Qui diligitis dominum, odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorũ ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.

Lætamini iuſti in domino: & confitemini memoriæ ſanctificationis eius. Pſalmus. 127.

Niſi dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eã.

Vanum eſt vobis ante lucẽ ſurgere: ſurgite poſtquã ſederitis, qui manducatis panẽ doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce, hæreditas domini, filij, merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuũ ex ipſis: nõ confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. Aña. Sit ſplendor dñi Dei noſtri ſuper nos. Oratio.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiu. Hym. Añ. Pſalmꝰ. 33.

Benedicam dñm in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo,

In domino laudabitur anima mea: audiant manſueti, & lętentur.

Magnificate dñm mecum, & exaltemꝰ nomẽ eiꝰ in idipſum.

Exquiſiui dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur.

Iſte pauper clamauit: & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.

Immittet angelus dñi in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
Guſtate,& videte, quoniã ſuauis eſt dominus: beatus vir,qui ſperat in eo.
Timete dominum omnes ſancti eius: quoniã non eſt inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt,& eſurierũt: inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono.
Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos.
Quis eſt homo qui vult vitã, diligit dies videre bonos?
Prohibe linguã tuã à malo, & labia tua ne loquãtur dolum.
Diuerte à malo,& fac bonũ: inquire pacẽ, & perſequere eam.
Oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.
Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerũt iuſti,& dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos.
Iuxta eſt dominus ijs, qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.
Multæ tribulationes iuſtorũ: & de omnib⁹ his liberabit eos dominus.
Cuſtodit dñs omnia oſſa eorũ: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtũ, delinquent.
Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorum: & nõ delinquent oẽs, qui ſperant in eo. Pſalm⁹ 40.

Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperẽ: in die mala liberabit eum dñs.
Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & nõ tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi ſuper lectũ doloris eius: vniuerſum ſtratum eius, verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi, dñe miſerere mei: ſana aĩam meã, qa peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt mala mihi, Quãdo morietur,& peribit nomen eius?
Et ſi ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras: & loquebatur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabãt omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum cõſtituerũt aduerſum me, Nunquid q dormit, non adijciet, vt reſurgat?
Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos:

meos: magnificauit ſuper me ſupplantationem.

Tu autem domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.

In hoc cognoui, quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.

Me autem propter innocentiá ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus domin⁹ deus Iſrael à ſeculo, & vſque in ſeculum: fiat, fiat. Pſalmus. 112.

LAudate pueri dominũ: laudate nomen domini.

Sit nomẽ dñi benedictum: ex hoc, nunc, & vſq; in ſeculum.

A ſolis ortu vſq; ad occaſum, laudabile nomen domini.

Excelſus ſuper omnes gentes dñs: & ſuper cœlos gloria eius.

Quis ſicut dñs deus noſter qui ĩn altis habitat: & humilia reſpicit in cœlo, & in terra?

Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Deinde canticum. Magnificat. folio. 11. An. Oro. & Commemoratio.

AD COMPLETORIVM.

Pater nr̃. Aue maria. Cõuerte nos. De⁹ ĩ adiu. Te lucis añ. 12.

Aña. Salua nos. Pſalmus. 10.

IN domino cõfido: quomodo dicitis animę meę, Trãſmigra ĩ mõtem ſicut paſſer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittẽt in obſcuro rectos corde.

Quoniã, quæ perfeciſti, deſtruxerũt: iuſtus autem quid fecit?

Dominus in tẽplo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogãt filios hominum.

Dominus interrogat iuſtũ & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Pluet ſup peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Pſalmus. 15.

COnſerua me dñe, quoniã ſperaui in te: dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas

meas in eis.
M ultiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.
N on congregabo conuenticu la eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
D n̄s, pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.
F unes ceciderunt mihi in prę claris: etenim hæreditas meà præclara eſt mihi.
B enedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, inſuper & vſq; ad noctem increpuerūt me renes mei.
P rouidebam dn̄m in cōſpectu meo ſemper: quoniā à dextris eſt mihi, ne commouear.
P ropter hoc lætatum eſt cor meū, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
Q uoniam nō derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
N otas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lętitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vſq; in finem. Pſalm⁹. 29.
E Xaltabo te dn̄e, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.
D omine Deus meus clamaui ad te: & ſanaſti me.
D omine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.
P ſallite dn̄o ſancti eius, & cōfitemini memoriæ ſctītatis eius.
Q uoniam ira in indignationē eius: & vita in voluntate eius.
A d veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lętitia.
E go autem dixi in abundātia mea, Non mouebor in ęternū.
D omine in voluntate tua prę ſtitiſti decori meo virtutem.
A uertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.
A d te domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.
Q uæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionē?
N unquid cōfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
A udiuit dominus, & miſertus eſt mei: domin⁹ factus eſt adiutor meus.
C onuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.
V t cantet tibi gloria mea, & nō compungar: domine Deus meus in ęternū cōfitebor tibi.
Deinde. Nunc dimittis. fo. 11.

Salua

Salua nos. Dñe exau. Oremus
Viſita q̄s do. Benedica. Fideliū.

FERIA QVARTA.
Ad matutinum.

Pater noſter. Aue maria. Confiteor. Miſereatur. Indulgen. Dñe labia. Deus in adiu. Inuit. Venite. Inuit. Hym. Añ. ps. 48.



Audite hæc oēs gentes: auribus percipite oēs, qui habitatis orbem.

Quique terrigenę & filij hominum: ſimul in vnum diues & pauper.

Os meū loquet ſapiētiā: & meditatio cordis mei prudentiā.

Inclinabo in parabolā aurem meā, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.

Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.

Frater non redimet, redimet homo? non dabit Deo placationem ſuam.

Et pretium redemptionis animæ ſuæ: & laborabit in æternum: & viuet adhuc in finem.

Non videbit interitū, cū viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt.

Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerūt nomina ſua in terris ſuis.

Et homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis.

Hæc via illorum ſcandalum ipſis: & poſtea in ore ſuo complacebunt.

Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.

Et dominabūtur eorum iuſti in matutino: & auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.

Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.

Ne timueris, cum diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit, non ſumet omnia: neq; deſcendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipſius benedi-

benedicetur: confitebitur tibi, cum beneſeceris ei.

Introibit vſq; in progenies patrum ſuorum: & vſq; in æternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Pſalmus. 58.

ERipe me de inimicis meis Deus me⁹: & ab inſurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris ſanguinũ ſalua me.

Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.

Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum domine, ſine ini quitate cucurri, & direxi.

Exurge in occurſum meũ, & vide, & tu domine Deus virtutum Deus Iſrael.

Intende ad viſitandas omnes gentes, nõ miſerearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad veſperam, & famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?

Et tu dñe deridebis eos: & ad nihilũ deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia deus ſuſceptor meus es: Deus meus, miſericordia eius pręueniet me.

Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos: ne qñ obliuiſcantur populi mei.

Diſperge illos in virtute tua: & depone eos protector me⁹ dñe.

Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorũ, & comprehendantur in ſuperbia ſua.

Et de execratione, & mendacio annuntiabuntur in cõſum matione, in ira conſummationis, & non erunt.

Et ſcient, quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ.

Conuertentur ad veſperam, & famem patientur, vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati, murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane miſericordiam tuam.

Quia factus es ſuſceptor me⁹, & refugium meum in die tribulationis meæ.

Adiutor meus tibi pſallã, quia deus ſuſceptor meus es: Deus me⁹ miſericordia mea. ps. 77.

ATtendite popule meus legem meã: inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei.

Aperiam

Aperiam in parabolis os meū: loquar ꝓpoſitiones ab initio.
Quanta audiuimus, & cognouimus ea: & patres noſtri narrauerunt nobis?
Non ſunt occultata à filijs eorum, in generatione altera.
Narrantes laudes domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit.
Et ſuſcitauit teſtimoniū in Iacob: & legem poſuit in Iſrael.
Quāta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio altera?
Filij qui naſcentur, & exurgēt & narrabunt filijs ſuis.
Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & nō obliuiſcantur operū Dei, & mandata eius exquirant.
Ne fiant ſicut patres eorū, generatio praua & exaſperans.
Generatio quæ nō direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.
Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum: cōuerſi ſunt in die belli.
Non cuſtodierunt teſtamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt benefactorum eius: & mirabilium eius, quæ oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.
Interrupit mare, & ꝑduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyſſo multa.
Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquā flumina aquas.
Et appoſuerunt adhuc peccare ei in iram: excitauerunt excelſum in inaquoſo.
Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis.
Et male loquuti ſunt de Deo: dixerūt, nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?
Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ: & torrentes inundauerunt.
Nunquid & panē poterit dare, aut parare mēſam populo ſuo?
Ideo audiuit dominus, & diſtulit: & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael.
Quia nō crediderunt in Deo, nec ſperauerūt in ſalutari eius.
Et mādauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit.
Et pluit illis manna ad mādu candū: & panē cœli dedit eis.

Panem angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia.
Tranſtulit Auſtrũ de cœlo: & induxit in virtute ſua Africũ.
Et pluit ſuper eos, ſicut puluerem, carnes: & ſicut arenam maris, volatilia pennata.
Et ceciderũt ĩ medio caſtrorũ eorũ, circa tabernacula eorũ.
Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.
Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcendit ſuper eos.
Et occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum feſtinatione.
Cum occideret eos, quęrebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati ſunt, quia de⁹ adiutor eſt eorum, & Deus excelſus redemptor eorum eſt.
Et dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei.
Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.
Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non diſperdet eos.
Et abundauit, vt auerteret irã ſuam: & non accendit omnem iram ſuam.
Et recordat⁹ eſt, qa caro ſunt: ſpiritus vadens, & non rediens.
Quoties exacerbauerunt eum in deſerto: in iram concitauerunt eum in inaquoſo?
Et cõuerſi ſunt, & tentauerunt Deum: & ſanctum Iſrael exacerbauerunt.
Non ſunt recordati man⁹ eius, die, qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.
Et conuertit in ſanguinem flumina eorum & imbres eorum, ne biberent.
Miſit in eos cynomyam, & comedit eos, & ranam, & diſperdidit eos.
Et dedit ærugini fructus eorũ & labores eorum locuſtæ.
Et occidit ĩ grãdine vineas eorum: & moros eorũ in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorũ: & poſſeſſiones eorũ igni.
Miſit in eos iram indignationis ſuæ: indignationẽ, & iram

& vi-

& tribulationem: immiſſiones per angelos malos.
Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, & non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte concluſit.
Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
Et abſtulit, ſicut oues populũ ſuum, & perduxit eos tanq̃ gregem in deſerto.
Et eduxit eos in ſpe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuę: montẽ, quem acquiſiuit dextera eius.
Et eiecit à facie eorum gentes: & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſrael.
Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelſum: & teſtimonia eius non cuſtodierunt.
Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum: quemadmodum patres eorũ, conuerſi ſunt in arcum prauum.
In iram cõcitauerunt eum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad ęmulationem eum prouocauerunt.
Audiuit deus, & ſpreuit: & ad nihilum redegit valde Iſrael.
Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatẽ virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
Et concluſit in gladio populũ ſuũ, & hæreditatẽ ſuã ſpreuit.
Iuuenes eorũ comedit ignis: & virgines eorum non ſunt lamentatæ.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum nõ plorabantur.
Et excitatus eſt tanquam dormiens dominus: tanq̃ potens crapulatus à vino.
Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioſeph: & tribum Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit.
Et ędificauit, ſicut vnicorniũ, ſanctificium ſuũ in terra: quã fundauit in ſecula.
Et elegit Dauid ſeruũ ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouiũ, de poſt fœtantes accepit eum.
Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.

Et

Et pauit eos in innocentia cordis ſui: & in intellectibus manuum ſuarũ deduxit eos. Añ.

AD LAVDES.

Deus in adiu. Añ. Pſalmus. 80.

EXultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.

Sumite pſalmũ, & date tympanum: pſalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in neomenia tuba, in inſigni die ſolẽnitatis veſtrę.

Quia præceptum in Iſrael eſt, & iudicium Deo Iacob.

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cum exiret de terra Ægypti: linguam, quam non nouerat, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorſum eius: manus eius in cophino ſeruierunt.

In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tẽpeſtatis: probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus, & conteſtabor te: Iſrael, ſi audieris me, non erit in te deus recens, neq; adorabis Deum alienum.

Ego enim ſum dñs deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuũ, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meam: & Iſrael non intendit mihi.

Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.

Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi ĩ vijs meis ambulaſſet.

Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

Inimici dñi mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in ſecula.

Et cibauit eos ex adipe frumenti; & de petra, melle ſaturauit eos. Pſalmus. 134.

LAudate nomen dñi, laudate ſerui dominum.

Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus Dei noſtri.

Laudate dominum, quia bonus dominus: pſallite nomini eius, quoniam ſuaue.

Quoniã Iacob elegit ſibi dñs, Iſrael in poſſeſſionem ſibi.

Quia ego cognoui, quod magnus eſt dominus: & deus noſter præ omnibus dijs.

Omnia, quęcunq; voluit dñs, fecit in cœlo, & in terra: in mari, & in omnibus abyſſis.

Educẽs nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſſit primogenita

mogenita Ægypti ab homine vſq; ad pecus.
Et miſit ſigna, & prodigia in medio tui Ægypte: in Pharaonem, & in omnes ſeruos eius.
Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes.
Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaan.
Et dedit terram eorum hæreditatem, hęreditatem Iſrael populo ſuo.
Domine, nomen tuum in ęternum: Dñe, memoriale tuũ in generationẽ, & generationem.
Quia iudicabit dominus populum ſuum: & in ſeruis ſuis deprecabitur.
Simulachra gentiũ argentũ & aurũ, opera manuũ hominũ.
Os habent, & non loquentur: oculos habent, & nõ videbunt.
Aures habent, & non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
Similes illis fiant, qui faciunt ea: & oẽs qui confidunt in eis.
Domus Iſrael benedicite dño: domus Aaron benedicite dño.
Domus leui benedicite domino; qui timetis dominum, benedicite domino.
Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ieruſalem.

Canticum Annæ.

Exultauit cor meum in domino: & exaltatum eſt cornu meum in domino. j.reg. 2.
Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: qa lętata ſum in ſalutari tuo.
Nõ eſt ſanctus, vt eſt dñs: neq; enim eſt alius extra te: & non eſt fortis, ſicut deus noſter.
Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes.
Recedant vetera de ore veſtro, quia deus ſcientiarũ dñs eſt: & ipſi præparantur cogitationes.
Arcus fortium ſuperatus eſt: & infirmi accincti ſunt robore.
Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt.
Donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.
Dñs mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit.
Dominus pauperẽ facit, & ditat: humiliat, & ſubleuat.
Suſcitat de puluere egenum: & de ſtercore eleuat pauperẽ.
Vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.
Dñi enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.
Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent:

ticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduerſarij eius: & ſuper ipſos in cœlis tonabit.

Domin⁹ iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

Deinde cāticū. Bñdictus. fo. 5.

Aña. Oratio. Commemoratio.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriū. Iam lucis orto. 5.

Antiphona. Deus. Pſalmus. 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, neq; ī iratua corripias me.

Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine, quoniā conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo?

Conuertere domine, & eripe animā meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam nō eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratū meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dn̄s vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant, & cōturbentur vehementer omnes inimici mei, cōuertantur, & erubeſcant valde velociter. Pſalmus. 117.

COnfitemini dn̄o quoniā bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Dicat nūc Iſrael quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Dicat nūc domus Aaron: qm̄ in ſeculum miſericordia eius.

Dicant nunc, qui timent dominum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

De tribulatione inuocaui: dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.

Dominus mihi adiutor: nō timebo, quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.

Bonum eſt confidere in dn̄o: quàm confidere in homine.

Bonū eſt ſperare in domino: quàm ſperare in principibus.

Omnes gentes circuierūt me: & in

& in nomine domini, quia vltus ſum in eos.
Circundantes circundederunt me:& in nomine domini,quia vltus ſum in eos.
Circundederũt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis:& in nomine domini, quia vltus ſum in eos.
Impulſus euerſus ſum, vt caderem:& dominus ſuſcepit me.
Fortitudo mea, & laus mea dominus: & factus eſt mihi in ſalutem.
Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.
Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me:dextera domini fecit virtutem.
Non moriar,ſed viuam:& narrabo opera domini.
Caſtigans caſtigauit me dñs: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor domino: hæc porta domini,iuſti intrabunt in eam.
Confitebor tibi, q̃m exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutẽ.
Lapidem,quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.
A domino factum eſt iſtud:& eſt mirabile in oculis noſtris.
Hæc eſt dies, quam fecit dñs: exultemus, & lætemur in ea.
O domine ſaluũ me fac, o dñe bene proſperare:benedict⁹ qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini:Deus dominus,& illuxit nobis.
Cõſtituite diẽ ſolennẽ in condenſis:vſq; ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
Confitemini domino quoniã bonus:quoniã in ſeculum miſericordia eius. Pſalmus 130.

Domine nõ eſt exaltatum cor meũ:neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſup matre ſua, ita retributio in aĩa mea.
Speret Iſrael in domino, ex hoc nunc, & vſq; in ſeculum.
Antipho. Deus domin⁹,& illuxit nobis. Deinde Symbolum. Credo in vnum Deum. &c. Dñe exau. Oremus. Dñe deus omnipotẽs.Bñdicam⁹. Fideliũ. Pretioſa.Sctã ma.Dies & actus.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiuto. Nũc ſancte nobis. 7.

Aña. Emitte. Pſalmus. 42.

IVdica me deus, & diſcerne cauſam meã de gente nõ ſancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuã, & veritatẽ tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerũt in montẽ ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Cõfitebor tibi in cithara deus de⁹ me⁹: quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & deus meus. Pſalm⁹. 44.

ERuctauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.

Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime.

Specie tua, & pulchritudine tua, intende proſpere, procede, & regna.

Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadẽt) in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię, præ conſortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.

Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã: & obliuiſcere populũ tuum, & domum patris tui.

Et cõcupiſcet rex decorẽ tuũ: quoniã ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri, in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis

Omnis gloria eius filiæ regis abintus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eã: proximę ei⁹ afferentur tibi.

Afferentur in lętitia, & exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memores erũt nominis tui domine in omni generatione, & generatione.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi. Pſalmus. 59.

Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es: & miſertus es nobis.

Cõmouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt.

Oſtẽdiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.

Dediſti metuentibus te ſignificationẽ: vt fugiãt à facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui: ſaluũ fac dextera tua, & exaudi me.

Deus loquutus eſt in ſancto ſuo, lętabor, & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor.

Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes: & Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda Rex meus: Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ ſubditi ſunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitã? quis deducet me vſq; in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repuliſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus noſtris?

Da nobis auxilium de tribulatione: qa vana ſalus hominis.

In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. Aña. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Oro.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rector potens. 9. Antiphona Spera. Pſalm⁹. 41.

Quemadmodũ deſiderat ceru⁹ ad fontes aquarũ; ita deſiderat aĩa mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie, vbi eſt de⁹ tuus?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniã

trãſibo in locũ tabernaculi admirabilis vſq; ad domũ Dei.

In voce exultationis, & confeſſionis, ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.

Abyſſus abyſſum inuocat, in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

In die mandauit dominus miſericordiam ſuã, & nocte canticum eius.

Apud me, oratio deo vitę meę: dicam Deo, ſuſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare cõtriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum cõfringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicũt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt deus tuus? quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & deus meus. Pſalm. 64.

TE decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorũ pręualuerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuę: ſanctum eſt templũ tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finiũ terræ, & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui cõturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos, à ſignis tuis: exitus matutini, & veſperæ delectabis.

Viſitaſti terrã, & inebriaſti eã: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletũ eſt aquis, paraſti cibum illorũ: quoniã ita eſt præparatio eius.

Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius, lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

Pingue-

Pingueſcẽt ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingẽtur.

Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent. Pſalmus. 121.

LÆtatus ſum in his quę dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri, in atrijs tuis Ieruſalem.

Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderũt tribus, tribus domini: teſtimonium Iſrael, ad confitendum nomini domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſup domũ Dauid.

Rogate, quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.

Propter domum domini Dei noſtri, quęſiui bona tibi. Aña. Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rerum deus. 10.

Aña. Glorioſa. Pſalmus. 81.

DEus ſtetit in ſynagoga deorũ: in medio autem Deos diiudicat.

Vſquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum ſumitis?

Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperẽ iuſtificate.

Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

Neſcierunt, neq; intellexerũt, in tenebris ambulãt: mouebũtur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.

Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terrã: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Pſalmus. 86.

FVndamenta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob.

Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei.

Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me.

Ecce alienigenę, & Tyrus, & populus Æthiopũ: hi fuerũt illic.

Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe

fundauit eam altiſſimus?
Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omnium, habitatio eſt in te. Pſalmus.93.
DEus vltionum dñs: Deus vltionum libere egit.
Exaltare, qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.
Vſquequo peccatores domine, vſquequo peccatores gloriabuntur?
Effabuntur, & loquentur iniquitatẽ: loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam?
Populum tuum domine humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt.
Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.
Et dixerunt, Non videbit dñs: nec intelliget deus Iacob.
Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite.
Qui plantauit aurem, non audiet, aut qui finxit oculum, nõ conſiderat?
Qui corripit gẽtes, nõ arguet: qui docet hominẽ ſcientiam?
Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.
Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatᷣ peccatori fouea.
Quia nõ repellet dominus plebem ſuam, & hæreditatẽ ſuam non derelinquet.
Quoaduſq; iuſtitia conuertatur in iudiciũ: & qui iuxta illã? omnes qui recto ſunt corde?
Quis cõſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operãtes iniquitatem?
Niſi quia domin⁹ adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea.
Si dicebã, Motus eſt pes meus: miſericordia tua domine adiuuabat me.
Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?
Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem cõdemnabunt.
Et factus eſt mihi dominus in refugiũ: & deus meus in adiutorium ſpei meæ.
Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos dñs deus noſter. Añ. Glorioſa dicta

ſunt

ſunt de te ciuitas Dei. Oratio.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiu. Hym. Añ. Pſalm⁹. 32.

EXultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio.

Cõfitemini domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi.

Cantate ei canticũ nouum: bene pſallite ei in vociferatione.

Quia rectum eſt verbum dñi, & omnia opera eius in fide.

Diligit miſericordiam, & iudicium: miſericordia domini plena eſt terra.

Verbo dñi cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregans, ſicut in vtre, aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.

Timeat dominum omnis terra: ab eo autem cõmoueantur omnes inhabitantes orbem.

Qm̃ ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.

Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.

Conſilium autem domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generationẽ, & generationem.

Beata gens, cuius eſt dominus Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem ſibi.

De cœlo reſpexit dominus: vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes: qui habitant terram.

Qui finxit ſingillatim corda eorũ: qui intelligit omnia opera eorum.

Non ſaluatur rex per multam virtutẽ: & gigas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ.

Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuę non ſaluabitur.

Ecce oculi domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.

Anima noſtra ſuſtinet dominum: quoniam adiutor, & protector noſter eſt.

Quia in eo lætabitur cor noſtrum: & in nomine ſancto ei⁹ ſperauimus.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Pſalmus. 83.

QVàm dilecta tabernacula tua domine virtutũ: concupiſcit

cupiſcit & deficit anima mea in atria domini.

C or meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

E tenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum vbi reponat pullos ſuos.

A ltaria tua domine virtutum: Rex meus, & Deus meus.

B eati, qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

B eatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, in loco, quem poſuit.

E tenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

D omine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

P rotector noſter aſpice deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.

Q uia melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſuper millia.

E legi abiect⁹ eſſe in domo Dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum.

Q uia miſericordiam, & veritatem diligit deus: gratiam, & gloriam dabit dominus.

N on priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te. Pſalmus. 111.

B Eatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis.

P otens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

G loria, & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

E xortum eſt in tenebris lumē rectis: miſericors & miſerator & iuſtus.

I ucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non cōmouebitur.

I n memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.

P aratū cor eius ſperare in domino confirmatū eſt cor eius: non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

D iſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

P eccator videbit & iraſcetur dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit. Deinde canticum. Magnificat anima. folio. 11.

Aña. Oratio. Commemoratio,

Ad

AD COMPLETORIVM

Pater noſter. Aue maria. Conuerte nos. Deus in adiuto. Te lucis. 12. Salua nos. Pſalm'. 39.

EXpectans expectaui dñm,& intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos,& direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meũ canticũ nouum, carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in domino.

Beatus vir,cuius eſt nomen domini ſpes eius:& nõ reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua : & cogitationibus tuis non eſt, qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiaui,& loquutus ſum: multiplicati ſunt ſuꝑ numerũ.

Sacrificiũ, & oblationẽ noluiſti:aures autẽ perfeciſti mihi.

Holocauſtũ & pro peccato nõ poſtulaſti:tũc dixi,Ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatẽ tuã: Deus meus volui, & legem tuã in medio cordis mei.

Annuntiaui iuſtitiã tuã in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Dñe tu ſciſti.

Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo,veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam,& veritatem tuam à concilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quoniam circundederũt me mala,quorũ non eſt numerus: cõprehenderũt me iniquitates meæ:& non potui vt viderem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei : & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine vt eruas me:domine ad adiuuandum me reſpice.

Confundantur,& reuereantur ſimul, qui quærunt animam meam,vt auferant eam.

Conuertantur retrorſum,& reuereantur, q̃ volũt mihi mala.

Ferãt cõfeſtim cõfuſionẽ ſuã, qui dicunt mihi, Euge,Euge.

Exultent, & lætentur ſuper te omnes quęrentes te: & dicant ſemper, Magnificetur dñs,qui diligunt ſalutare tuum.

Ego autẽ medicus ſum,& pauper:dñs ſolicitus eſt mei.

Adiutor meus,& protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. Pſalmus 119.

AD dñm,cū tribularer, clamaui:& exaudiuit me.

Dñe libera animā meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut qd apponatur tibi ad linguā doloſam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatorijs.

Hei mihi, quia incolatus meꝰ prolongatus eſt,habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cū his qui oderunt pacē,eram pacificus:cū loquebar illis,impugnabant me gratis. ps. 133.

ECce nūc benedicite dominum,omnes ſerui dñi.

Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta:& benedicite dominum.

Benedicat tibi dominꝰ ex Sion, qui fecit cœlum, & terram.

Deinde: Nunc dimittis. fo. 12. Salua nos. Dñe exau. Oremus Viſita quæſumus domi. Benedica. Fidelium. Salue regina.

FERIA QVINTA.

Ad matutinum.

Pater noſter. Aue maria. Confiteor. Miſereatur. Indulg. Dñe labia mea. Deus in adiu. Inuit. Venite. Inuit. Hym. Añ. ps. 67.



EXurgat deus, & diſſipentur inimici eiꝰ: & fugiāt, qui oderūt eū, à facie eiꝰ.

Sicut deficit fumus, deficiāt: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereāt peccatores à facie Dei.

Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi.

Exultate in cōſpectu eius, turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarū.

Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitāt in ſepulchris.

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto.

Terra

Terra mota eſt: etenim cœli diſtillauerũt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael.
Pluuiam voluntariã ſegregabis deus hæreditati tuæ: & infirmata eſt, tu vero pfeciſti eam.
Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi deus.
Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.
Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?
Mons in quo beneplacitũ eſt Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
Currus Dei decẽ millibus multiplex, millia lętantium: dominus in eis in Sinai in ſancto.
Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.
Etenim non credentes inhabitare dominum Deum.
Benedictus dominus die quotidie: proſperũ iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum.
Deus noſter, Deꝰ ſaluos faciendi: & dñi dñi exitus mortis.
Veruntamen deus confringet capita inimicorum ſuorũ: verticem capilli perambulãtium in delictis ſuis.
Dixit dñs, Ex Baſan conuertã, conuertã in profundũ maris.
Vt intingatur pes tuus in ſanguine: & lingua canum tuorũ ex inimicis, ab ipſo.
Viderunt ingreſſus tuos deus, ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.
Præuenerunt principes cõiuncti pſallentibꝰ, in medio iuuencularum tympaniſtriarum.
In eccleſijs benedicite Deo, domino de fontibus Iſrael.
Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.
Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, & principes Nephtali.
Manda deus virtuti tuæ: confirma hoc deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Ieruſalem tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis, congregatio taurorũ in vaccis populorum: vt excludant eos, qui

probati

probati ſunt argento.
D iſſipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.
R egna terræ cantate Deo: pſallite domino.
P ſallite Deo, qui aſcẽdit ſuper cœlum cœli, ad orientem.
E cce, dabit voci ſuę vocem virtutis: date gloriam Deo, ſuper Iſrael: magnificẽtia eius, & virtus eius in nubibus.
M irabilis deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus deus. Pſalmus 7.
Q Vàm bonus Iſrael deus, his, qui recto ſunt corde?
ei autem pene mori ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.
Q uia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.
Q uia non eſt reſpectus morti eorum: & firmamentũ in plaga eorum.
I n labore hominũ nõ ſunt: & cum hoĩbus nõ flagellabũtur.
I deo tenuit eos ſupbia: operti ſunt iniqtate & impietate ſua.
P rodijt, quaſi ex adipe, iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.
C ogitauerunt, & loquuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo loquuti ſunt.
P oſuerunt in cœlũ os ſuum: & lingua eorũ tranſiuit in terra.
I deo cõuertet̃ popul⁹ me⁹ hic: & dies pleni inueniẽtur in eis.
E t dixerũt, Quomodo ſcit de⁹, & ſi eſt ſcientia in excelſo?
E cce ipſi pctõres, & abundãtes in ſeculo, obtinuerũt diuitias.
E t dixi, Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.
E t fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.
S i dicebã, Narrabo ſic: ecce nationẽ filiorũ tuorũ reprobaui.
E xiſtimabã: vt cognoſcerem hoc labor eſt ante me.
D onec intrẽ in ſanctuariũ Dei & intelligã in nouiſſimis eorũ.
V eruntamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarentur.
Q uomodo facti ſunt in deſolationẽ, ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitatẽ ſuam.
V elut ſomnium ſurgentiũ domine, in ciuitate tua imaginẽ ipſorum ad nihilum rediges.
Q uia inflammatum eſt cor meum & renes mei commutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.
V t iumentũ factus ſum apud

te: & ego ſemper tecum.
Tenuiſti manũ dexterã meã: & in voluntate tua deduxiſti me: & cũ gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terrã?
Defecit caro mea, & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea deus in æternum.
Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.
Mihi autem adhęrere Deo bonum eſt: ponere in domino Deo ſpem meam.
Vt annuntiẽ oẽs prędicationes tuas in portis filię Sion. ps. 88.
Miſericordias domini in æternum cantabo.
In generationẽ, & generationem, annuntiabo veritatem tuam in ore meo.
Quoniã dixiſti, In ęternũ miſericordia ædificabit᷑ in cœlis prępárabitur veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum.
Et ædificabo in generationẽ, & generationem ſedem tuam.
Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Quoniã quis in nubibus ęquabitur domino? ſimilis erit Deo in filijs Dei?
Deus, qui glorificatur in concilio ſanctorum: magnus, & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.
Domine deus virtutum, quis ſimilis tibi? potens es dñe, & veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliaſti, ſicut vulneratũ, ſuperbũ: in brachio virtutis tuę diſperſiſti inimicos tuos.
Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti: Aquilonem, & mare tu creaſti.
Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ.
Miſericordia, & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus, qui ſcit iubilationem.
Domine, in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorũ tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.

Q uia dñi eſt aſſumptio nr̃a, & ſancti Iſrael regis noſtri.
T unc loquutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti, Poſui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.
I nueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum.
M anus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.
N ihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.
E t concidam à facie ipſius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.
E t veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
E t ponã in mari manũ eius: & in fluminibus dexteram eius.
I pſe inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ.
E t ego primogenitũ ponã illũ: excelſum præ regibus terræ.
I n æternum ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi.
E t ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius: & thronũ eius ſicut dies cœli.
S i autẽ dereliquerint filij eius legẽ meam: & in iudicijs meis non ambulauerint.
S i iuſtitias meas prophanauerint: & mandata mea non cuſtodierint.
V iſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.
M iſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neq; nocebo in veritate mea.
N eq; prophanabo teſtamentum meũ, & quę procedunt de labijs meis, non faciam irrita.
S emel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemen eius in æternum manebit.
E t thronus eius, ſicut Sol in cõſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum: & teſtis in cœlo fidelis.
T u vero repuliſti, & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum,
A uertiſti teſtamentũ ſerui tui: prophanaſti in terra ſanctuarium eius.
D eſtruxiſti omnes ſępes eius: poſuiſti firmamentũ eius formidinem.
D iripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.
E xaltaſti dexteram deprimentium eum: lætificaſti omnes inimicos eius.
A uertiſti adiutoriũ gladij ei⁹: & non

& non es auxiliatus ei in bello.
Deſtruxiſti eum ab emundatione: & ſedem eius in terra colliſiſti.
Minoraſti dies temporis eius: perfudiſti eum confuſione.
Vſquequo dñe auertis in finẽ: exardeſcet, ſicut ignis, ira tua?
Memorare, quæ mea ſubſtantia: nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum?
Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi?
Vbi ſunt miſericordię tuæ antiquę domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?
Memor eſto dñe opprobrij ſeruorum tuorũ, quod cõtinui in ſinu meo multarum gentiũ.
Quod exprobrauerunt inimici tui dñe, quod exprobrauerũt cõmutationem Chriſti tui.
Benedictus dominus in æternum: fiat, fiat.

AD LAVDES.

Deus in adiu. Añ. Pſalmus 99.
IVbilate Deo omnis terra: ſeruite dño in lętitia.
Introite in conſpectu eiꝰ in exultatione.
Scitote qm̃ dñs ipſe eſt deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.
Populus eius, & oues paſcuæ eius: introite portas eius in cõfeſſione: atria eius in hymnis confitemini illi.
Laudate nomẽ eius, quoniam ſuauis eſt dominus, in æternũ miſericordia eius, & vſque in generationẽ, & generationem veritas eius. Pſalmus. 102.
BEnedic anima mea domino, & omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius.
Benedic anima mea domino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.
Qui replet in bonis deſideriũ tuum: renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua.
Faciens miſericordias dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſrael voluntates ſuas.
Miſerator, & miſericors dominus: longanimis, & multum miſericors.
Non in perpetuum iraſcetur: neq; in æternũ cõminabitur.
Non ſecundũ peccata noſtra

fecit nobis: neq; ſecūdū iniqui tates noſtras retribuit nobis.
Quoniam ſecundū altitudinē cœli à terra, corroborauit miſe ricordiā ſuā ſuper timentes ſe.
Quantum diſtat ortus ab occi dente: longe fecit à nobis ini quitates noſtras.
Quomodo miſeretur pater fi liorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniā ipſe co gnouit figmentum noſtrum.
Recordatus eſt quoniam pul uis ſum⁹, homo ſicut fœnum: dies eius, tanquā flos agri, ſic efflorebit.
Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locū ſuū.
Miſericordia autē domini ab æterno, & vſq; in æternum ſu per timentes eum.
Et iuſtitia illius in filios filio rum: his, qui ſeruant teſtamen tum eius.
Et memores ſunt mandatorū ipſius, ad faciendum ea
Dominus in cœlo parauit ſe dem ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur.
Benedicite dn̄o omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius.
Benedicite domino omnes vir tutes eius: miniſtri eius, qui fa citis voluntatem eius.
Benedicite dn̄o omnia opera eius: in omni loco dominatio nis eius: benedic anima mea domino. Canticum Moyſi.

Cantemus domino: glo rioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deie cit in mare.
Fortitudo mea, & laus mea dominus: & factus eſt mihi in ſalutem.
Iſte deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exal tabo eum.
Dominus quaſi vir pugnator, omnipotēs nomen eius, currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.
Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro: Abyſſi ope ruerunt eos, deſcenderunt in profundum, quaſi lapis.
Dextera tua dn̄e magnificata eſt in fortitudine: dextera tua domine percuſſit inimicum.
Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos.
Miſiſti iram tuam, quæ deuo rauit eos ſicut ſtipulam. Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ.
Stetit vnda fluens, congregatę ſunt abyſſi in medio mari.

Dixit inimicus, Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meũ, interficiet eos manus mea.

Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus domine? quis ſimilis tui? magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia?

Extendiſti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti.

Et portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculũ ſanctũ tuũ.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſtiim.

Tunc conturbati ſunt principes Edon: robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaam.

Irruat ſuper eos formido, & pauor ĩ magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles, quaſi lapis: donec pertrãſeat populus tuus dñe, donec pertranſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti.

Introduces eos, & plantabis in monte hęreditatis tuę, firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es domine.

Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuę.

Dominus regnabit in æternũ & vltra.

Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare: & reduxit ſuper eos dominus aquas maris.

Filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.

Deinde canticũ. Bñdict⁹. fol. 5.

Añа. Oratio Commemoratio.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium. Iam lucis. 5.

Aña. Dominus. Pſalmus 8.

DOmine domin⁹ noſter, q̃ admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra?

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua, ſuper cœlos.

Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum, & vltorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorũ: Lunã, & Stellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, ꝙ memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulo minus ab angelis: gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & boues vniuerſas: inſuper & pecora campi.
Volucres cœli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.
Domine dominus noſter, quã admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra? Pſalmus 26.
DOmin⁹ illuminatio mea, & ſalus mea: quẽ timebo?
Dominus protector vitę meę: à quo trepidabo?
Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas.
Qui tribulãt me inimici mei, ipſi infirmati sũt, & ceciderũt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.
Vnã petij à dño, hãc requirã: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meę.
Vt videam voluntatem domini, & viſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo, & pſalmum dicam domino.
Exaudi domine vocem meã, qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
Ne auertas faciẽ tuam à me: ne declines in ira à ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me, Deus ſalutaris meus.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus autem aſſumpſit me.
Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in ſemitã recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniã inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini, in terra viuentium.
Expecta dominũ, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Pſalmus 27.
AD te domine clamabo, Deus me⁹ ne ſileas à me: nequãdo taceas à mę, & aſſimilabor

labor deſcendentibus in lacũ.

Exaudi domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Ne ſimul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacẽ cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum.

Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum.

Secundum opera manuũ eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.

Quoniam non intellexerunt opera dñi, & opera manuum eius: deſtrues illos, & non ædificabis eos.

Benedictus dñs, quoniã exaudiuit vocẽ deprecationis meæ.

Dominus adiutor meꝰ, & protector meus: & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis ſuę: & protector ſaluationum Chriſti ſui eſt.

Saluũ fac populũ tuum dñe: & benedic hæreditati tuę: & rege eos, & extolle illos vſq; in æternum. Antiphona. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea.

Deinde Symbolũ. Credo. Dñe exau. Oremus. Dñe deus omnipotẽs. Benedicamus. Fideliũ. Prętioſa. Sctã ma. Dies & actus.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiuto. Nũc ſancte nobis. 7. Añ. Confitebor. Pſalmus. 91.

Bonum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime.

Ad annuntiandum mane miſericordiã tuã, & veritatẽ tuam per noctem.

In decachordo pſalterio cum cantico, in cithara.

Quia delectaſti me domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

Quàm magnificata ſunt opera tua dñe? nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.

Vir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatẽ.

Vt intereãt in ſeculum ſeculi: (tu autem altiſſimus in æternum domine)

Quoniam ecce inimici tui domine, quoniã ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur oẽs,

qui operantur iniquitatem.
Et exaltabitur ſicut vnicornis, cornu meum : & ſenectus mea in miſericordia vberi.
Et deſpexit oculus meus inimicos meos : & inſurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea.
Iuſtus vt palma florebit : ſicut cedrus libani multiplicabitur.
Plantati in domo dñi, in atrijs domus Dei noſtri florebunt.
Adhuc multiplicabũtur in ſenecta vberi, & bene patientes erunt : vt annuntient.
Q̃m rectus dñs deus noſter : & non eſt iniquitas in eo. ps. 92.
Dominus regnauit, decorem indutus eſt : indutus eſt dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.
Etenim firmauit orbem terræ : qui non commouebitur.
Parata ſedes tua Deus ex tũc : à ſeculo tu es.
Eleuauerunt flumina dñe : eleuauerunt flumina vocẽ ſuam.
Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris : mirabilis in altis dominus.
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis : domum tuam decet ſanctitudo dñe in longitudinem dierũ. Pſalmus. 107.
Paratum cor meum Deus, paratũ cor meũ : cantabo, & pſallam in gloria meam.
Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara : exurgã diluculo.
Cõfitebor tibi in populis dñe, & pſallam tibi in nationibus.
Quia magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua : & vſq; ad nubes veritas tua.
Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terrã gloria tua : vt liberentur dilecti tui.
Saluũ fac dextera tua, & exaudi me : Deus loquutus eſt in ſancto ſuo.
Exultabo, & diuidam Sichimam : & conuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes : & Ephraim ſuſceptio capitis mei.
Iuda Rex meus : Moab lebes ſpei meæ.
In Idumeam extendã calceamentum meum : mihi alienigenæ amici facti ſunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitã ? quis deducet me vſq; in Idumęam ?
Nonne tu Deus, qui repuliſti nos ? & non exibis deus in virtutibus noſtris.

Da nobis auxilium de tribulatione : qa vana ſalus hominis.

In Deo faciemus virtutem : & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Añ. Confitebor tibi in populis domine. Oratio.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rector potens. 9. Antipho. Immola. Pſalm'. 49.

DEus deorum dñs loquutus eſt : & vocauit terram.

A ſolis ortu vſq; ad occaſum : ex Sion ſpecies decoris eius.

Deus manifeſte veniet : Deus noſter, & non ſilebit.

Ignis in conſpectu eius exardeſcet : & in circuitu eius tempeſtas valida.

Aduocauit cœlum de ſurſum : & terram diſcernere populum ſuum.

Congregate illi ſanctos eius : qui ordinant teſtamentũ eius ſuper ſacrificia.

Et annuntiabunt cœli iuſtitiã eius : quoniam deus iudex eſt.

Audi populus me', & loquar : Iſrael, & teſtificabor tibi : Deus deus tuus ego ſum.

Non in ſacrificijs tuis arguam te : holocauſta autẽ tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

Non accipiam de domo tua vitulos : neq; de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum : iumenta in montibus, & boues.

Cognoui oĩa volatilia cœli : & pulchritudo agri mecum eſt.

Si eſuriero, non dicam tibi : meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo?

Immola Deo ſacrificium laudis : & redde altiſſimo vota tua.

Et inuoca me in die tribulationis : eruam te, & honorificabis me.

Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas ; & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuum?

Tu vero odiſti diſciplinam : & proieciſti ſermones meos retrorſum.

Si videbas furem, currebas cũ eo : & cum adulteris portionẽ tuam ponebas.

Os tuũ abundauit malitia : & lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduerſus fratrẽ tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalũ, hæc feciſti, & tacui.

Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.

Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum: ne quãdo rapiat, & non ſit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendã illi ſalutare Dei. Pſalmus.74.

COnfitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: cũ accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Dixi iniquis, Nolite inique agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.

Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; à deſertis montibus: quoniã deus Iudex eſt.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus miſto.

Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fæx eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in ſeculum: cantabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. Pſalmus.122.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus dominorũ ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibꝰ dominę ſuę: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibꝰ, & deſpectio ſuperbis.

Antiphona. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiuto. Rerũ deus tenax. 10.

Antipho. Apud te. Pſalmꝰ.35.

DIxit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius.

Quoniam doloſe egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, vt bene

he ageret.

Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ nõ bonę, malitiã autẽ non odiuit.

Dñe, in cœlo miſericordia tua: & veritas tua vſq; ad nubes.

Iuſtitia tua, ſicut montes Dei, iudicia tua abyſſus multa.

Homines, & iumenta ſaluabis dñe: quemadmodũ multiplica ſti miſericordiam tuam Deus.

Filij autem hominũ in tegmine alarum tuarum ſperabunt.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuę: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.

Prætende miſericordiã tuam ſcientibus te, & iuſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.

Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Pſalmus 82.

Deus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neque compeſcaris Deus.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populũ tuum malignauerunt conſilium: & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.

Dixerunt, Venite, & diſperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Iſrael vltra.

Quoniam cogitauerũt vnanimiter, ſimul aduerſum te teſtamentũ diſpoſuerũt tabernacula Idumæorum, & Iſmahelitæ.

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cũ illis: facti ſunt in adiutoriũ filijs Lot.

Fac illis ſicut Madian & Siſarę: ſicut Iabin in torrente Ciſſon.

Diſperierunt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terræ.

Pone principes eorum ſicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.

Omnes principes eorũ qui dixerũt, hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei.

Deus meꝰ pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulã ante faciẽ venti.

Sicut ignis, qui comburit ſyluam: & ſicut flamma comburens montes.

Ita perſequeris illos in tempeſtate tua: & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: & quęrent nomen tuum domine.

Erube-

Erubeſcant, & conturbentur in ſeculum ſeculi: & confundantur, & pereant.

Et cognoſcant quia nomen tibi dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra. Pſalmus. 100.

Miſericordiã, & iudicium cantabo tibi domine.

Pſallã, & intelligã in via immaculata: quando venies ad me?

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

Nõ proponebam ante oculos meos rem iniuſtam: facientes præuaricationes odiui.

Non adhæſit mihi cor prauũ: declinantem à me malignum non cognoſcebam.

Detrahentẽ ſecreto proximo ſuo: hunc perſequebar.

Superbo oculo, & inſatiabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, nõ direxit in conſpectu oculorũ meorũ.

In matutino interficiebã omnes peccatores terræ: vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatẽ. Añ.

Apud te eſt fons vitę, & in lumine tuo videbimꝰ lumen. Oro.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiuto. Hym. Aña. pſ. 131.

Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.

Sicut iurauit domino, votũ vouit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum dño, tabernaculum Deo Iacob.

Ecce, audiuimus eã in Ephratha: inuenimus eam in campis ſyluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.

Surge dñe in requiem tuã: tu, & arca ſanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iuſtitia: & ſancti tui exultent.

Propter Dauid ſeruum tuum, nõ auertas faciem Chriſti tui.

Iurauit dominus Dauid veritatem, & nõ fruſtrabitur eum.

De fructu ventris tui ponam ſuper

ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vſq; in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit dñs Sion: elegit eam in habitationem ſibi.
Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernã Chriſto meo.
Inimicos eius induã confuſione: ſuper ipſum autẽ efflorebit ſanctificatio mea. Pſalſ. 136.

SVper flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuim⁹, dum recordaremur tui Sion.
In ſalicibus in medio eius: ſuſpendimus organa noſtra.
Quia illic interrogauerũt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.
Et q abduxerunt nos, Hymnũ cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canticum domini, in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea.
Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi nõ meminero tui.
Si non propoſuero Ieruſalem in principio lętitię meæ.
Memor eſto domine filiorum Edom in die Ieruſalem.
Qui dicũt, Exinanite, exinanite vſq; ad fundamentũ in ea.
Filia Babylonis miſera: beat⁹, qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quam retribuiſti nobis.
Beatus, q tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. ps. 145.

LAuda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea: pſallam Deo meo, quandiu fuero.
Nolite confidere in principibus: in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.
Exibit ſpũs eius, & reuertetur in terrã ſuã: in illa die peribũt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes ei⁹ in dño Deo ipſius: qui fecit cœlũ, & terrã, mare, & omnia, quæ in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatẽ in ſeculum, facit iudicium iniuriã patientib⁹: dat eſcã eſurientibus.
Dominus ſoluit compeditos: dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.

Dominꝰ cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.

Regnabit dominus in ſecula Deus tuus Sion, in generationem, & generationē. Deinde. Magnificat. folio. 11. Añ. Orõ. Commemoratio.

AD COMPLETORIVM.

Pater noſter. Aue maria. Conuerte nos. Deꝰ in adiu. Te lucis ante. 12. Salua nos. Pſalmꝰ. 45.

DEus noſter refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea nō timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

Sonuerūt, & turbatę ſunt aquę eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eā Deus mane diluculo.

Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, & mota eſt terra.

Dominus virtutū nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Venite, & videte opera domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſq; ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

Vacate, & videte, quoniā ego ſum Deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dñs virtutum nobiſcū: ſuſceptor noſter Deus Iacob. Pſ. 46.

OMnes gētes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.

Quoniam dominus excelſus, terribilis; Rex magnus ſuper omnem terram.

Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris.

Elegit nobis hęreditatē ſuam: ſpeciem Iacob, quem dilexit.

Aſcendit deus in iubilo: & dominus in voce tubæ.

Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter.

Regnabit deꝰ ſuꝑ gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctā ſuā.

Principes populorū congregati ſunt cum Deo Abrahā: quoniam Dij fortes terrę vehemēter eleuati ſunt. Pſalmus 47.

MAgnus dñs, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri,

ſtri,in monte ſancto eius.
F undatur exultatione vniuerſæ terrę mōs Sion:latera Aquilonis,ciuitas Regis magni.
D eus in domibus eius cognoſcetur,cum ſuſcipiet eam.
Q uoniá ecce reges terrę cōgregati ſunt: cōuenerunt in vnū.
I pſi vidētes, ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, cōmoti ſunt: tremor apprehendit eos.
I bi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.
S icut audiuimus ſic vidimus in ciuitate domini virtutū, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.
S uſcepimus Deus miſericordiam tuā,in medio templi tui.
S ecundum nomē tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ:iuſtitia plena eſt dextera tua.
L ætetur mons Sion, & exultent filię Iudæ:propter iudicia tua domine.
C ircūdate Sion, & cōplectimini eā: narrate in turribus eius.
P onite corda veſtra in virtute eius:& diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.
Q uoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternū & in ſeculum ſeculi: ipſe reget nos in ſecula.
Deinde canticū. Nunc dimittis fo. 12. Salua nos. Dñe exau. Oremus. Viſita quæſumus. Benedicamus. Fidelium. Salue re.

FERIA SEXTA.
Ad matutinum.

P ater noſter. Aue maria. Confiteor. Miſereatur. Indulgen. Dñe labia. Deus in adiutoriū. Inuita. Venite exulte. Inuita. Hymnus Antipho. Pſalm⁹ 21.



D E⁹ de⁹ meus reſpice in me:quare me dereliquiſti? lōge à ſalute mea verba delictorum meorum.
D eus meus clamabo per diē, & non exaudies:& nocte, & nō ad inſipientiam mihi.
T u autem in ſancto habitas, laus Iſrael.
I n te ſperauerūt patres noſtri: ſperauerunt,& liberaſti eos.
A d te clamauerunt,& ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi.
E go autem ſum vermis, & nō homo: opprobriū hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriſerũt me: loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in dño, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne diſceſſeris à me.

Quoniam tribulatio proxima eſt, qm̃ non eſt, qui adiuuet.

Circundederũt me vituli multi: tauri pingues obſederũt me.

Aperuerũt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum, tanquã cera liqueſcens, in medio ventris mei.

Aruit, tanquam teſta, virtus mea, & lingua mea adhęſit faucibus meis: & in puluerẽ mortis deduxiſti me.

Quoniam circundederũt me: canes multi: concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerũt omnia oſſa mea.

Ipſi vero conſiderauerunt, & inſpexerunt me: diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſię laudabo te.

Qui timetis dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.

Timeat eũ omne ſemẽ Iſrael: quoniã non ſpreuit, neq; deſpexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciẽ ſuam à me: & cum clamarem ad eum, exaudiuit me.

Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum.

Edent pauperes, & ſaturabuntur: & laudabunt dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.

Reminiſcent̃, & conuertentur ad dñm vniuerſi fines terræ.

Et adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.

Quoniam dñi eſt regnum; &

ipſe dominabitur gentium.

Manducauerũt, & adorauerũt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram.

Et anima mea illi viuet: & ſemen meum ſeruiet ipſi.

Annuntiabitur dño generatio ventura: & annuntiabunt cœli iuſtitiã eius populo, qui naſcetur, quẽ fecit dñs. Pſalmus. 68.

SAluum me fac Deus, quoniam intrauerũt aquę vſq; ad animam meam.

Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia.

Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me.

Laboraui clamans, raucę factę ſunt fauces meę: defecerũt oculi mei, dum ſpero in Deũ meũ.

Multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei, q oderũt me gratis.

Confortati ſunt qui pſequuti ſunt me inimici mei iniuſte: quę nõ rapui, tũc exoluebam.

Deus tu ſcis inſipiẽtiã meam: & delicta mea à te non ſunt abſcondita.

Non erubeſcãt in me qui expectant te dñe: dñe virtutum.

Non confundantur ſuper me, qui quęrunt te, Deus Iſrael.

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.

Qm̃ zelus domus tuę comedit me: & opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimentum meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.

Aduerſum me loquebant̃ qui ſedebãt in porta: & in me pſallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationẽ meã ad te dñe: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me: in veritate ſalutis tuæ.

Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab his q oderũt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempeſtas aquæ, neq; abſorbeat me profundum: neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

Exaudi me domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundum multitudinẽ miſerationũ tuarum reſpice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

I ntende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.
T u ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam.
I n conſpectu tuo ſunt oēs qui tribulant me, improperium expectauit cor meū & miſeriam.
E t ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaretur, & non fuit: & qui cōſolaretur, & non inueni.
E t dederunt in eſcā meā fel: & in ſiti mea potauerūt me aceto
F iat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum.
O bſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorū ſemper incurua.
E ffunde ſuper eos irā tuā: & furor irę tuæ comprehendat eos.
F iat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet.
Q uoniā, quē tu percuſſiſti, perſequuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerū meorum addiderunt.
A ppone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: & nō intrent in iuſtitiam tuam.
D eleantur de libro viuentiū: & cum iuſtis non ſcribantur.
E go ſum pauper & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit me.
L audabo nomen Dei cū cantico: & magnificabo eū in laude.
E t placebit Deo ſuper vitulum nouellum: cornua producentem, & vngulas.
V ideant pauperes, & lętentur: quęrite Deum, & viuet anima veſtra.
Q m̄ exaudiuit pauperes dn̄s: & vinctos ſuos non deſpexit.
L audent illū cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
Q m̄ Deus ſaluā faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
E t inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
E t ſemen ſeruorū eius poſſidebit eam, & qui diligūt nomen eius habitabūt in ea. Pſal. 70.

I N te dn̄e ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me & eripe me.
I nclina ad me aurem tuam, & ſalua me.
E ſto mihi in Deum protectorem & in locum munitum, vt ſaluum me facias.
Q uoniam firmamētū meum & refugium meum es tu.
D eus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.
Q uoniam tu es patientia mea domine: domine ſpes mea à iuuentute mea.

In

In te confirmatus ſum ex vtero : de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea ſemper: tanquã prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude : vt cantem gloriã tuam, tota die magnitudinem tuam.

Ne proijcias me in tempore ſenectutis : cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerũt inimici mei mihi : & qui cuſtodiebant animã meã, conſiliũ fecerunt in vnũ.

Dicẽtes, Deus dereliquit eum: perſequimini, & cõprehendite eum : quia non eſt qui eripiat.

Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxiliũ meũ reſpice.

Confundantur, & deficiãt detrahẽtes animę meę : operiantur confuſione, & pudore, qui quęrunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo:& adijciã ſuper omnẽ laudẽ tuã.

Os meum annũtiabit iuſtitiã tuam: tota die ſalutare tuum.

Quoniam nõ cognoui literaturam, introibo in potẽtias domini: domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

Deus, docuiſti me à iuuentute mea : & vſq; nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et vſq; in ſenectã & ſeniũ: Deus ne derelinquas me.

Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt.

Potentiam tuam, & iuſtitiam tuam Deus vſque in altiſſima quæ feciſti, magnalia: Deus quis ſimilis tibi?

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas:& conuerſus viuificaſti me:& de abyſſis terræ iterum reduxiſti me?

Multiplicaſti magnificentiam tuam:& conuerſus conſolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam Deus: pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael.

Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi:& anima mea, quã redemiſti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam, cum confuſi, & reueriti fuerint, qui quęrunt mala mihi. Antipho.

AD LAVDES.

Deus in adiuto. Añ. Pſalſ. 148.

Laudate dñm de cęlis: laudate eũ in excelſis.

Laudate eũ omnes angeli eius: laudate

laudate eum oẽs virtutes eius.
Laudate eũ Sol,& Luna:laudate eum omnes ſtellę,& lumen.
Laudate eum cœli cœlorũ: & aquę,quę ſuper cœlos ſunt,laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternum, & in ſeculum ſeculi: præceptum poſuit, & non præteribit.
Laudate dominũ de terra:dracones,& omnes abyſſi.
Ignis,grando,nix,glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles:ligna fructifera,& omnes cedri.
Beſtiæ,& vniuerſa pecora, ſerpentes,& volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi, principes, & oẽs iudices terrę.
Iuuenes,& virgines,ſenes cum iunioribus laudent nomen domini:quia exaltatũ eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cœlum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnib⁹ ſanctis eius: filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi. Pſalmus 149.

CAntate domino canticũ nouum:laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege ſuo.
Laudẽt nomen ei⁹ in choro:in tympano & pſalterio pſallẽt ei.
Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria: lętabuntur in cubilibus ſuis.
Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudiciũ cõſcriptum:gloria hęc eſt oĩbus ſanctis eius. Canticum Habacuc.

DOmine audiui auditionem tuam,& timui. Haba.3.
Domine opus tuum in medio annorum,viuifica illud.
In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.
Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan.
Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra.
Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius.

Ubi abſcôdita eſt fortitudo ei⁹: ante faciem eius ibit mors.
Et egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit, & menſus eſt terram.
Aſpexit, & diſſoluit gentes, & contriti ſunt montes ſeculi.
Incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus ęternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.
Nunquid in fluminibus iratus es domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
Qui aſcendes ſup equos tuos: & quadrigæ tuæ ſaluatio?
Suſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ: iuramenta tribubus, quæ loquutus es.
Fluuios ſcindes terræ. Viderũt te, & doluerunt montes, gurges aquarum tranſijt.
Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit.
Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.
In fremitu conculcabis terram: & in furore obſtupefacies gentes.
Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutẽ cum Chriſto tuo.
Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum eius vſq; ad collum.
Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorũ eius, venientibus vt turbo ad diſpergendum me.
Exultatio eorum, ſicut ei⁹ qui deuorat pauperẽ in abſcõdito.
Viã feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.
Audiui, & cõturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in oſſib⁹ meis, & ſubter me ſcateat.
Vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendã ad populum accinctum noſtrum.
Ficus enim non florebit, & nõ erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.
Abſcindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præſepibus.
Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.
Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum.
Et ſuper excelſa mea deducet me victor, in pſalmis canentẽ.
Deinde canticũ Bñdict⁹. fo. 5.
Aña. Oratio. Commemoratio.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriū. Iam lucis orto. ſ.

Aña. Cor m ūdū. Pſalmus. 2.

QVare fremuerūt gentes: & populi meditati ſunt inania?

Aſtiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum aduerſum dominū, & aduerſus Chriſtum eius.

Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cœlis, irridebit eos: & dñs ſubſannabit eos.

Tunc loquet̃ ad eos in ira ſua, & ĩ furore ſuo cōturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi gentes hęreditatē tuā, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, & tanq̃ vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus: & pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira eiꝰ: beati oēs, q cōfidūt ĩ eo. pſ. 11.

SAluum me fac dñe, quoniā defecit ſctūs: qm̃ diminutæ ſunt veritates à filijs hominū.

Vana loquuti ſunt vnuſquiſq; ad proximū ſuū: labia doloſa, in corde & corde loquuti ſunt.

Diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa, & linguā magniloquā.

Qui dixerunt, linguā noſtram magnificabimꝰ: labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter dñs eſt?

Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperū, nunc exurgam, dicit dominus.

Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.

Eloquia dñi, eloquia caſta: argentū igne examinatū, probatum terrę, purgatū ſeptuplum.

Tu domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.

In circuitu impij ambulāt: ſecundū altitudinē tuā, multiplicaſti filios hominū. Pſal. 50.

MIſerere mei Deus, ſecundum magnā miſericordiam tuam.

Et ſecundū multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius

A mplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Q uoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatũ meũ contra me eſt ſemper.

T ibi ſoli peccaui, & malũ coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.

E cce enim in iniquitatibus cõceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

E cce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapiẽtię tuæ manifeſtaſti mihi.

A ſperges me domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me: & ſuper niuem dealbabor.

A uditui meo dabis gaudium, & lętitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

A uerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

C or mundũ crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

N e proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

R edde mihi lętitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

D ocebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

L ibera me de ſanguinib⁹ De⁹, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Dñe, labia mea aperies, & os meũ annuntiabit laudẽ tuam.

Q uoniam, ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtiq;: holocauſtis non delectaberis.

S acrificiũ Deo, ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

B enigne fac domine in bona voluntate tua Sion: vt ędificentur muri Ieruſalem.

T ũc acceptabis ſacrificiũ iuſtitię oblationes, & holocauſta: tunc imponẽt ſuper altare tuũ vitulos. Aña. Cor mundũ crea in me Deus. Deinde. Credo. Dñe exau. Oremus. Dñe deus oĩpotẽs. Benedicamus. Fideliũ. Prętioſa. Sctã ma. Dies & actus.

AD TERTIAM.

P ater noſter. Aue maria. Deus in adiutõ. Nũc ſancte nobis. 7.

Aña. Ne derelinquas. Pſal. 3.

D Omine, qd multiplicati ſunt, q tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me.

M ulti dicunt animę meę, Nõ eſt ſalus ipſi in Deo eius.

T u autem domine ſuſceptor

meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.
Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.
Ego dormiui, & ſoporatꝰ ſum: & exurrexi, quia dominus ſuſcepit me.
Non timebo millia populi circundãtis me: exurge domine: ſaluum me fac Deus meus.
Quoniã tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorũ contriuiſti.
Dñi eſt ſalus: & ſuper populũ tuũ benedictio tua. Pſalꝰ. 37.
DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.
Nõ eſt ſanitas in carne mea à facie irę tuæ: nõ eſt pax oſſibus meis à facie peccatorũ meorũ.
Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.
Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.
Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem: tota die cõtriſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.
Amici mei, & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.
Et qui iuxta me erãt, de longe ſteterunt: & vim faciebant, qui quęrebant animam meam.
Et qui inquirebãt mala mihi: loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te dñe ſperaui, tu exaudies me dñe Deus meus.
Quia dixi, Nequãdo ſupergaudeant mihi inimici mei: & dũ cõmouentur pedes mei, ſuper me magna loquuti ſunt.
Quoniam ego in flagella paratus

ratus ſum: & dolor meus in cō-ſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici aũt mei viuũt, & cōfirmati ſunt ſup me: & multiplicati ſunt, q oderũt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniã ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me dñe Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intẽde in adiutoriũ meũ, dñe Deus ſalutis meę. Pſalmus. 55.

Miſerere mei Deus, quoniam cōculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo.

In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperaui: nō timebo, quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabãtur: aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabũt, & abſcondẽt: ipſi calcaneum meũ obſeruabunt.

Sicut ſuſtinuerũt animã meã, pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus vitam meã annuntiaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.

Sicut & in promiſſione tua: tunc cōuertentur inimici mei retrorſum.

In quacũq; die inuocauero te: ecce cognoui, qm̃ Deus meꝰ es.

In Deo laudabo verbum, in domino laudabo ſermonẽ: in Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo.

In me ſunt Deus vota tua, quę reddam laudationes tibi.

Quoniã eripuiſti animã meã de morte, & pedes meos de lapſu: vt placeã coram Deo in lumine viuentiũ. Añ. Ne derelinquas me dñe Deus meus. Oro.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Rector potens. 9.

Aña. Clamabo. Pſalmus. 56.

Miſerere mei Deꝰ, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarũ tuarũ ſperabo: donec tranſeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altiſſimũ: Deum qui benefecit mihi.

Miſit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Miſit Deus miſericordiá ſuã, & veritatẽ ſuã, & eripuit animã meam de medio catulorũ leonum: dormiui conturbatus.

Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare ſuper cœlos Deus: & ſuper omnem terrá gloria tua.

Laqueum parauerũt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & pſalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara: exurgá diluculo.

Confitebor tibi in populis domine: & pſalmum dicam tibi in gentibus.

Quoniá magnificata eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua, & vſq; ad nubes veritas tua.

Exaltare ſup cœlos De⁹: & ſup omnẽ terrã gloria tua. Ps. 63.

EXaudi De⁹ orationẽ meã, cũ deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

Protexiſti me à conuentu malignantiũ: à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderũt arcũ, rem amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum.

Subito ſagittabunt eum, & nõ timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.

Narrauerunt, vt abſconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus.

Sagittę paruulorum factę ſunt plagę eorum: & infirmatę ſunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati ſunt oẽs, qui videbant eos: & timuit oĩs homo.

Et annuntiauerũt opera Dei, & facta eius intellexerunt.

Lętabitur iuſtus in dño, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Pſalmus. 139.

ERipe me domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die cõſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Cuſtodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
Dixi domino, Deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecationis meæ.
Domine Deus virtus ſalutis meę: obumbraſti ſuper caput meum in die belli.
Ne tradas me domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt cõtra me: ne derelinquas me, ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorũ ipſorum operiet eos.
Cadent ſuper eos carbones: in ignem deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent.
Vir linguoſus nõ dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: & vindictam pauperum.
Veruntamẽ iuſti cõfitebuntur nomini tuo: & habitabũt recti cum vultu tuo. Añ. Clamabo ad Deum altiſſimum. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiut. Rerũ deus tenax. 10. Aña. Rex noſter. Pſalmus. 63.

Exaudi Deus deprecationẽ meã: intende orationi meæ.
A finib⁹ terrę ad te clamaui, dũ anxiaretur cor meum in petra exaltaſti me.
Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.
Inhabitabo ĩ tabernaculo tuo in ſecula: protegar in velamento alarum tuarum.
Quoniã tu De⁹ meus exaudiſti orationẽ meã: dediſti hæreditatem timentibus nomen tuũ.
Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſq; in diem generationis, & generationis.
Permanet in æternum in conſpectu Dei: miſericordiam, & veritatem eius quis requiret?
Sic pſalmũ dicam nomini tuo in ſeculũ ſeculi: vt reddã vota mea de die in diem. Pſal's. 69.

Deus in adiutoriũ meum intende: dñe ad adiuuandum me feſtina.
Cõfundantur, & reuereantur, qui quęrunt animam meam.
Auertantur retrorſum & erubeſcant, qui volũt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes: q dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent, & lætentur in te omnes,

nes, qui quęrunt te: & dicant ſemper, Magnificetur dñs, qui diligunt ſalutare tuum.
Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me.
Adiutor me⁹, & liberator me⁹ es tu: dñe ne moreris. Pſal. 73.
VT quid Deus repuliſti in finẽ: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ?
Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgam hæreditatis tuæ: mons Sion in quo habitaſti in eo.
Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?
Et gloriati ſunt, qui oderunt te, in medio ſolennitatis tuæ.
Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.
Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderũt ianuas eius in idipſum: in ſecuri, & aſcia deiecerunt eam.
Incenderũt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde ſuo cognatio eorũ ſimul, Quieſcere faciamus oẽs dies feſtos Dei à terra.
Signa noſtra nõ vidimus, iam non eſt propheta: & nos non cognoſcet amplius.
Vſquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduerſari⁹ nomen tuum in finem?
Vt quid auertis manũ tuam, & dexteram tuã de medio ſinu tuo in finem?
Deus autem Rex noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem in medio terræ.
Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.
Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Æthiopum.
Tu dirupiſti fontes, & torrentes: tu ſiccaſti fluuios Ethan.
Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es aurorã, & ſolem.
Tu feciſti oẽs terminos terræ: æſtatem & ver tu plaſmaſti ea.
Memor eſto huius, inimicus improperauit dño: & populus inſipiens incitauit nomen tuũ.
Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.
Reſpice in teſtamẽtũ tuũ quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, iudica cauſam tuám: memor eſto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab inſipiente ſunt tota die.

Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorũ: ſuperbia eorũ, qui te oderũt, aſcendit ſemper. Añ. Rex noſter ante ſecula, operat⁹ eſt ſalutẽ in medio terræ. Oro.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiu. Hym. Aña. Pſal. 137.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua, & veritate tua: quoniá magnificaſti ſup omne nomen ſanctũ tuũ.

In quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi domine omnes reges terrę: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs dñi: quoniá magna eſt gloria domini.

Quoniam excelſus dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & ſuper iram inimicorũ meorũ extendiſti manum tuá, & ſaluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: domine miſericordia tua in ſeculum: opera manuum tuarum ne deſpicias. Pſalm⁹. 138.

Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.

Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meá, & funiculum meum inueſtigaſti.

Et omnes vias meas præuidiſti: quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce dñe, tu cognouiſti omnia, nouiſſima & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, & non potero ad eam.

Quo ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?

Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcẽdero in infernũ, ades.

Si ſumpſero pennas mea diluculo, & habitauero in extremis maris.

Etenim illuc man⁹ tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi, Forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delitijs meis.

Quia tenebrę nõ obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis.

Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ.

Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occideris Deus peccatores: viri ſanguinũ declinate à me.

Quia dicitis ĩ cogitatione: accipiẽt in vanitate ciuitates ſuas.

Nonne, qui oderunt te domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti ſunt mihi.

Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas.

Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna. Pſalmus. 141.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: & tribulationẽ meam ante ipſum pronuntio.

In deficiendo ex me ſpiritum meum, & tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac, qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga à me: & nõ eſt qui requirat animam meam.

Clamaui ad te domine, dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationẽ meã: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à pſequẽtibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animã meã, ad cõfitendũ noĩ tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi. Deinde. Magnificat. fo. 13.

AD COMPLETORIVM.
Pater noſter. Aue maria. Conuerte. Deꝰ in adiu. Te lucis. 12.
Aña. Salua nos. Pſalmus. 12.
VSquequo domine obliuiſceris me ĩ finẽ? vſquequo auertis faciem tuã à me?
Quandiu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?
Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me dñe Deus meus.
Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequãdo dicat inimicus meus, Præualui aduerſus eum.
Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.
Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo dño, qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini dñi altiſſimi. Pſalmus. 85.
INclina domine aurẽ tuam, & exaudi me: quoniã inops, & pauper ſum ego.
Cuſtodi animã meã, qm̃ ſanctus ſum: ſaluũ fac ſeruũ tuum Deus meus ſperantem in te.
Miſerere mei dñe, quoniã ad te clamaui tota die: lętifica animam ſerui tui, quoniam ad te domine anima mea leuaui.
Quoniam tu domine ſuauis, & mitis, & multæ miſericordię omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in dijs dñe, & non eſt ſecundũ opera tua.
Omnes gentes, quaſcunq; feciſti, venient, & adorabunt coram te domine: & glorificabũt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deꝰ ſolus.
Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuũ in ętemũ.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animã meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me: & ſynagoga potentiũ quęſierunt animam meam: & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu domine Deus miſerator, & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ, & verax.

Reſpice ĩ me, & miſerere mei, da imperiũ tuum puero tuo: & ſaluum fac filium ancillę tuæ.

Fac mecum ſignum in bonũ, vt videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu domine adiuuiſti me, & conſolatus es me. Pſalmus. 140.

DOmine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum, in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Pone dñe cuſtodiã ori meo: & oſtiũ circunſtãtiæ labiis meis.

Non declines cor meũ in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleũ autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniã adhuc, & oratio mea in beneplacitis eorũ: abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorũ.

Audient verba mea, quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te dñe, domine oculi mei, in te ſperaui non auferas animam meã.

Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem.

Cadẽt in retiaculo eiꝰ pctõres: ſingulariter ſum ego, donec trãſeã. Deinde. Nũc dimit. fo. 12.

Salua nos. Dñe exau. Oremus. Viſita quęſumus domine. Benedica. Fidelium. Salue regi.

SABBATO.

Ad matutinum.

Pater noſter. Aue maria. Confiteor. Miſereatur. Indulgen. Dñe labia. Deus in adiutoriũ. Venite exul. Inuitato. Hymnus. Aña. Pſalmus. 54.



EXaudi deus orõnẽ meam & ne deſpexeris deꝑcationẽ meã: intende mihi, & exaudi me.

Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Qm̃ declinauerũt ĩ me iniquitates: & ĩ ira moleſti erãt mihi.

Cor

Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me.
Timor, & tremor venerūt ſup me: & cōtexerunt me tenebræ.
Et dixi, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ: & volabo & requieſcam?
Ecce elongaui fugiens: & manſi in ſolitudine.
Expectabam eum, qui ſaluū me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.
Præcipita domine, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.
Die, ac nocte circundabit eam ſup muros eius: iniquitas & labor in medio eius, & iniuſtitia.
Et non defecit de plateis eius vſura, & dolus.
Quoniam ſi inimicus meus malediriſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtique.
Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus.
Qui ſimul mecū dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum conſenſu.
Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernū viuentes,
Quoniam nequitię in habitaculis eorum, in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamaui: & dominus ſaluabit me.
Veſpere, & mane, & meridie narrabo & annūtiabo, & exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animā meā ab his, q appropinquant mihi: qm̄ inter multos erāt mecum.
Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui eſt ante ſecula.
Non enim eſt illis cōmutatio, & nō timuerunt Deū: extendit manum ſuam in retribuendo.
Contaminauerūt teſtamentū ei⁹, diuiſi ſunt ab ira vultus ei⁹: & appropinquauit cor illius.
Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum: & ipſi ſunt iacula.
Iacta ſuper dn̄m curam tuam, & ipſe te enutriet: & non dabit in ęternū fluctuationem iuſto.
Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.
Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabūt dies ſuos: ego autē ſperabo in te dn̄e. Pſalm⁹. 105.

Confitemini dn̄o, quoniā bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Quis loquetur potentias dn̄i: auditas faciet oēs laudes eius?
Beati qui cuſtodiūt iudiciū, & faciūt iuſtitiā in omni tēpore.

Memento

Memento noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lętandum in lętitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua.

Peccauimus cum patribus noſtris: iniuſte egimus, iniquitatem fecimus.

Patres noſtri in Ægypto non intellexerũt mirabilia tua: nõ fuerũt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.

Et irritauerunt aſcendentes in mare, mare rubrum.

Et ſaluauit eos propter nomẽ ſuum: vt notam faceret potentiam ſuam.

Et increpuit mare rubrum, & exiccatum eſt, & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.

Et ſaluauit eos de manu odiẽtium: & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remanſit.

Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt conſilium eius.

Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto: & tentauerunt Deum in inaquoſo.

Et dedit eis petitionẽ ipſorũ: & miſit ſaturitatẽ in aĩas eorum.

Et irritauerunt Moyſen in caſtris: Aaron ſanctum domini.

Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan: & operuit ſuper congregationem Abiron.

Et exarſit ignis ĩ ſynagoga eorum: flamma cõbuſſit pctores.

Et fecerũt vitulum in Horeb: & adorauerunt ſculptile.

Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.

Obliti ſunt Deũ, qui ſaluabit eos, q̃ fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham terribilia in mari rubro.

Et dixit, vt diſperderet eos: ſi nõ Moyſes elect⁹ ei⁹ ſtetiſſet in cõfractione in conſpectu eius.

Vt auerteret iram eius ne diſperderet eos, & pro nihilo habuerũt terram deſiderabilem.

Non crediderũt verbo eius, & murmurauerũt ĩ tabernaculis ſuis: nõ exaudierunt vocẽ dñi.

Et leuauit manũ ſuã ſup eos: vt proſterneret eos in deſerto.

Et vt deijceret ſemẽ eorum in nationibus, & diſperderet eos in regionibus.

Et initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.
Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio.
Et reputatum eſt ei in iuſtitiã in generationẽ & generationẽ, vſq; in ſempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus eſt.
Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius.
Et diſtinxit in labijs ſuis, non diſperdiderunt gentes, quas dixit dominus illis.
Et cõmiſti ſunt inter gentes,& didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum:& factum eſt illis in ſcandalum.
Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.
Et effuderunt ſanguinẽ innocentẽ, ſanguinẽ filiorũ ſuorũ, & filiarũ ſuarũ: quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan.
Et infecta eſt terra in ſanguinibus,& cõtaminata eſt in operibus eorum: & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.
Et iratus eſt furore dominus in populum ſuum: & abominatus eſt hæreditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerũt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorũ: ſæpe liberauit eos.
Ipſi aũt exacerbauerunt eum in conſilio ſuo: & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
Et vidit cum tribularentur:& audiuit orationem eorum.
Et memor fuit teſtamenti ſui: & pœnituit eum ſecundũ multitudinem miſericordiæ ſuæ.
Et dedit eos in miſericordias, in conſpectu omnium qui cęperant eos.
Saluos nos fac dñe De⁹ noſter: & cõgrega nos de nationibus.
Vt cõfiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua.
Benedict⁹ dñs de⁹ Iſrael à ſeculo,& vſq; in ſeculũ: & dicet omnis populus, fiat, fiat. p̃s. 106.

Confitemini dño, quoniã bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicant, qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.
A ſolis ortu,& occaſu, ab Aquilone & mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes,& ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.

E t clamauerunt ad dominum cum tribularētur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.

E t deduxit eos in viā rectā: vt irent in ciuitatē habitationis.

C onfiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

Q uia ſatiauit animā inanē: & aīam eſurientē ſatiauit bonis.

S edentes in tenebris, & in vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.

Q uia exacerbauerūt eloquia Dei: & conſilium altiſſimi irritauerunt.

E t humiliatum eſt in laboribus cor eorum: infirmati ſunt, nec fuit, qui adiuuaret.

E t clamauerunt ad dn̄m, cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

E t eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum diſrupit.

C onfiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

Q uia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.

S uſcepit eos de via iniquitatis eorū: propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

O mnē eſcam abominata eſt anima eorū: & appropinquauerunt vſq; ad portas mortis.

E t clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

M iſit verbum ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

C onfiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

E t ſacrificent ſacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.

Q ui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

I pſi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo.

D ixit, & ſtetit ſpūs procellæ: & exaltati ſunt fluctus eius.

A ſcendūt vſq; ad cœlos, & deſcendūt vſq; ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat.

T urbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.

E t clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.

E t ſtatuit procellam eius in auram: & ſiluerunt fluctus eius.

E t lætati ſunt, quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

C onfiteantur domino miſericordiæ

cordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

E t exaltent eum in eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum.

P oſuit flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim.

T erram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.

P oſuit deſertũ in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua in exitus aquarum.

E t collocauit illic eſurientes: & conſtituerunt ciuitatem habitationis.

E t ſeminauerũt agros, & plantauerunt vineas: & fecerũt fructum natiuitatis.

E t benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

E t pauci facti ſunt, & vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore.

E ffuſa eſt cõtentio ſuper principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

E t adiuuit pauperẽ de inopia: & poſuit, ſicut oues, familias.

V idebunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os ſuum.

Q uis ſapiẽs, & cuſtodiet hęc: & intelliget miſericordias dñi.

AD LAVDES.

Deus in adiu. Añ. Pſalm⁹. 116.

LAudate dominũ omnes gentes: laudate eũ omnes populi.

Q uoniã confirmata eſt ſup nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum. Pſalmus. 150.

LAudate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

L audate eũ in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

L audate eũ in ſono tubæ: laudate eũ in pſalterio, & cithara.

L audate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.

L audate eũ in cymbalis beneſonantibus, laudate eũ in cymbalis iubilationis: omnis ſpũs laudet dñm. Canticum Moyſi.

AVdite cœli q̃ loquor: audiat terra verba oris mei.

C oncreſcat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiũ meũ.

Q uaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſup gramina, quia nomen domini inuocabo.

D ate magnificentiam Deo noſtro. Dei perfecta ſunt opera: & omnes viæ eius iudicia.

De' fidelis,& abſq; vlla iniqui tate, iuſt' & rectus: Peccauerũt ei,& non filij eius, in ſordibus.
Generatio praua, atq; peruerſa: Hæccine reddis domino popule ſtulte, & inſipiens?
Nunquid non ipſe eſt pater tuus,qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?
Memento dierum antiquorũ, cogita generationes ſingulas.
Interroga patrem tuum,& annuntiabit tibi: maiores tuos,& dicent tibi.
Quãdo diuidebat altiſſim' gẽtes: qñ ſeparabat filios Adam.
Conſtituit terminos populorũ juxta numerum filiorũ Iſrael.
Pars autẽ dñi,populus eius: Iacob funiculus hęreditatis eius.
Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis.
Circunduxit eum, & docuit: & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.
Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans.
Expandit alas ſuas: & aſſumpſit eum,atque portauit in humeris ſuis.
Dñs ſolus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus.
Conſtituit eum ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum.
Et ſugeret mel de petra, oleũq; de ſaxo duriſſimo.
Butyrum de armento,& lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan.
Et hircos cum medulla tritici, & ſanguinẽ vuæ biberent meraciſſimum.
Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus.
Dereliquit Deũ factorem ſuũ, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.
Prouocauerunt eũ in dijs alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt dæmonijs, & nõ Deo: dijs quos ignorabant.
Noui, recẽteſq; venerũt, quos non coluerunt patres eorum.
Deũ, q te genuit, dereliquiſti: & oblitus es dñi creatoris tui.
Vidit dominus, & ad iracundiam cõcitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ.
Et ait, abſcõdam faciẽ meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum.
Generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij.
Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis.

Et ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.
Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſſima.
Deuorabitq; terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.
Cõgregabo ſuper eos mala: & ſagittas meas cõplebo in eis.
Cõſumentᷣ fame, & deuorabũt eos aues morſu amariſſimo.
Dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram, atq; ſerpentium.
Foris vaſtabit eos gladiꝰ, & intus pauor, iuuenẽ ſimul ac virginẽ, lactentẽ cũ homine ſene.
Et dixi, vbinam ſunt? ceſſare faciã ex hoĩbꝰ memoriã eorũ.
Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eorum.
Et dicerẽt, manus noſtra excelſa, & non dñs, fecit hęc omnia.
Gens abſq; conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.
Quomodo perſequebatᷣ vnus mille, & duo fugarent decem millia?
Nonne ideo, qa Deus ſuus vendidit eos, & dñs concluſit illos?
Non enim eſt Deus noſter vt dij eorum: & inimici noſtri ſunt iudices.
De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ.
Vua eorũ vua fellis, & botrus amariſſimus.
Fel draconum vinum eorũ, & venenũ aſpidum inſanabile.
Nonne hæc cõdita ſunt apud me: & ſignata ĩ theſauris meis?
Mea eſt vltio, & ego retribuã eis in tẽpore, vt labatᷣ pes eorũ.
Iuxta eſt dies perditionis: & adeſſe feſtinant tempora.
Iudicabit dñs populũ ſuum: & in ſeruis ſuis miſerebitur.
Videbit, ꝙ infirmata ſit manus, & clauſi quoq; defecerũt, reſiduiq; conſumpti ſunt.
Et dicent, Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciã?
De quorum victimis comedebant adipes, & bibebãt vinum libaminum.
Surgãt, & opitulentur vobis: & in neceſſitate vos protegant.
Videte ꝙ ego ſim ſolus: & non ſit alius Deus præter me.
Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo: & nõ eſt, qui de manu mea poſſit eruere.
Leuabo ad cœlũ manũ meã: & dicã,

& dicam, Viuo ego in æternũ.

Si acuero vt fulgur gladium meum: & arripuerit iudicium manus mea.

Reddã vltionẽ hoſtib⁹ meis: & his, qui oderũt me, retribuam.

Inebriabo ſagittas meas ſanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occiſorum: & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

Laudate gẽtes populum eius: quia ſanguinẽ ſeruorum ſuorum vlciſcetur.

Et vindictã tribuet in hoſtes eorũ, & propitius erit terræ populi ſui. Deinde. Bñdict⁹. fo. 5.

Aña. Oro Commemoratio.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Iam lucis orto 5.

Antiphona Deus: Pſalm⁹. 62.

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea, q̃ multipliciter tibi caro mea

In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meũ.

Sic memor fui tui ſuper ſtratũ meũ, in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamẽto alarum tuarũ exultabo: adhęſit aĩa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum quęſierũt animã meã: introibũt in inferiora terrę, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lętabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Pſalm⁹. 66.

Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcam⁹ in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Cõfiteantur tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi omnes.

Lętentur, & exultent gentes: qm̃ iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Cõfiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi om-

nes

nes: terra dedit fructum ſuum.
B ndicat nos Deus, De⁹ noſter, benedicat nos De⁹: & metuant eum oẽs fines terrę. Pſalṁ. 135.

C Onfitemini dño, quoniã bonus: quoniam in æternum miſericordia eius.
C onfitemini Deo Deorũ: qm̃ in æternum miſericordia eius.
C õfitemini domino dominorum: quoniam in ęternum miſericordia eius.
Q ui facit mirabilia magna ſolus: quoniam in æternum miſericordia eius.
Q ui fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum miſericordia eius.
Q ui firmauit terram ſuper aquas: quoniam in ęternum miſericordia eius.
Q ui fecit luminaria magna: quoniam in æternum miſericordia eius.
S olẽ in poteſtatẽ diei: quoniã in ęternum miſericordia eius.
L unam, & ſtellas, in poteſtatem noctis: quoniam in æternum miſericordia eius.
Q ui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniã in æternum miſericordia eius.
Q ui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam in æternum miſericordia eius.
I n manu potenti, & brachio excelſo: quoniam in ęternum miſericordia eius.
Q ui diuiſit mare rubrum in diuiſiones: quoniam in ęternum miſericordia eius.
E t eduxit Iſrael per medium eius: quoniam in æternum miſericordia eius.
E t excuſſit Pharaonẽ, & virtutem eius in mari rubro: qm̃ in æternum miſericordia eius.
Q ui traduxit populum ſuum per deſertum: quoniam in ęternum miſericordia eius.
Q ui pcuſſit reges magnos: qm̃ in æternum miſericordia eius.
E t occidit reges fortes: quoniã in æternum miſericordia eius.
S eon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum miſericordia eius.
E t Og regem Baſan: quoniam in ęternum miſericordia eius.
E t dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in ęternum miſericordia eius.
H ęreditatem Iſrael ſeruo ſuo: quoniam in æternum miſericordia eius.
Q uia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniã in ęternum miſericordia eius.
E t redemit nos ab inimicis noſtris: quoniam in ęternum miſericor-

ſericordia eius.

Qui dat eſcã omni carni: qm̃ in æternum miſericordia eius.

Cõfitemini Deo cœli: quoniã in æternum miſericordia eius.

Confitemini domino dominorum: quoniam in ęternum miſericordia eius. Aña. Deus deus meus, ad te de luce vigilo.

Deinde Symbolum. Credo. Dñe exau. Oremus. Dñe deus omnipotẽs. Benedica. Fideliũ. Pretioſa. Sctã ma. Dies & actus.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutoriũ. Nũc ſancte no. 7. Antipho. Inclina. Pſalm'. 51.

Quid gloriaris in malitia, q potẽs es in iniquitate?

Tota die iniuſtitiã cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.

Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.

Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa.

Propterea Deus deſtruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.

Videbunt iuſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt: & dicent:

Ecce homo, qui nõ poſuit Deũ adiutorem ſuum.

Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: & pręualuit in vanitatę ſua.

Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei: ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſeculum ſeculi.

Confitebor tibi in ſeculũ, quia feciſti, & expectabo nomẽ tuũ, quoniã bonum eſt in cõſpectu ſanctorũ tuorum. Pſalm'. 57.

SI vere vtiq; iuſtitiam loquimini: recte iudicate filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniuſtitias manus veſtræ concinnant.

Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa.

Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdę, & obturantis aures ſuas.

Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet dominus.

Ad nihilum deueniẽt tanquã aqua decurrens: intendit arcũ ſuum, donec infirmentur.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur:

tur: ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.

P rius q̃ intelligerent ſpinę veſtrę rhamnum: ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.

L ætabitur iuſtus, cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

E t dicet homo, Si vtiq; eſt fructus iuſto? vtiq; eſt Deus iudicans eos in terra. Pſalmus. 87.

D Omine Deus ſalutis meę, in die clamaui, & nocte coram te.

I ntret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Q uia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Æ ſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

S icut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

P oſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis, & in vmbra mortis.

S uper me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

L õge feciſti notos meos à me; poſuerũt me abominationem ſibi.

T radit' ſum, & nõ egrediebar: oculi mei lãguerũt prę inopia.

C lamaui ad te dñe tota die: expandi ad te manus meas.

N unquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

N unquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiã tuam: & veritatẽ tuam in perditione?

N unquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?

E t ego ad te dñe clamaui: & mane oratio mea prę ueniet te.

V t quid dñe repellis orationẽ meã, auertis faciem tuã à me?

P auper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus.

I n me tranſierũt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

C ircundederunt me, ſicut aqua: tota die circundederunt me ſimul.

E longaſti à me amicũ, & proximũ: & notos meos à miſeria.

Antipho. Inclina aurem tuam ad precem meam. Oratio.

AD SEXTAM.

P ater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium. Rector po. 9.

Añ.

Antipho. Adiuua. Pſalm᾽. 75.

NOtus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomē eius.

E t factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

I bi cōfregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum.

I lluminans tu mirabiliter à montibus ęternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde.

D ormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

A b increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui aſcenderunt equos.

T u terribilis es, & qui reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.

D e cœlo auditum feciſti iudicium: terra tremuit, & quieuit.

C um exurgeret in iudicium Deus: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.

Q uoniā cogitatio hominis cō fitebitur tibi: & reliquię cogitationis diem feſtum agent tibi.

V ouete, & reddite dn̄o Deo veſtro: omnes, qui in circuitu eius affertis munera.

T erribili & ei, qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terræ. Pſalmus. 78.

DEus, venerunt gentes in hæreditatē tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam.

P oſuerunt morticina ſeruorū tuorū eſcas volatilib᾽ cœli: carnes ſctōrū tuorū beſtijs terræ.

E ffuderūt ſanguinem eorum tanquā aquā in circuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret.

F acti ſumus opprobriū vicinis noſtris: ſubſannatio, & illuſio his, q in circuitu noſtro ſunt.

V ſquequo dn̄e iraſceris ī finē, accendeť velut ignis zel᾽ tuus?

E ffunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Q uia comederunt Iacob: & locum eius deſolauerunt.

N e memineris iniquitatū noſtrarum antiquarū, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: qa pauperes facti ſumus nimis.

A diuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriā nominis tui domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

N e forte dicāt in gētibus, Vbi eſt Deus eorū? & innoteſcat in nationibus corā oculis noſtris.

V ltio ſanguinis ſeruoꝝ tuorū, qui

qui effuſus eſt introeat in conſpectu tuo gemitꝰ cõpeditorũ.

Secũdũ magnitudinẽ brachij tui poſſide filios mortificatorum.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: improperium ipſorum, quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuę confitebimur tibi in ſeculum.

In generatione, & generationem annuntiabimus laudem tuam. Pſalmus. 123.

NIſi quia dñs erat in nobis, dicat nũc Iſrael, niſi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent hoĩes in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertrãſiuit anima noſtra: forſitan pertrãſiſſet anima noſtra aquã intolerabilẽ.

Benedictus dñs, qui non dedit nos in captionẽ dentibus eorũ.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrũ in nomine domini, qui fecit cœlum, & terram. Añ. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Oratio.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiut. Rerũ Deus tenax 10.

Añ. Nõ auertas. Pſalm⁹. 101.

DOmine exaudi orationẽ meã: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciẽ tuã à me: in quacũq; die tribulor, inclina ad me aurẽ tuã.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt, ſicut fumus dies mei: & oſſa mea, ſicut cremium, aruerunt.

Percuſſus ſum, vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquã panem manducabam, & poculũ meũ cum fletu miſcebam.

A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt:

uerunt: & ego ſicut fœnũ arui.
T u autem dñe in æternũ permanes: & memoriale tuum in generatione, & generationem.
T u exurgẽs miſereberis, Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Q m placuerũt ſeruis tuis lapides ei⁹: & terrę ei⁹ miſerebũtur.
E t timebũt gentes nomen tuũ domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.
Q uia ædificauit dñs Sion, & videbitur in gloria ſua.
R eſpexit in orationẽ humiliũ, & non ſpreuit precem eorum.
S cribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit dominum.
Q uia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit.
V t audiret gemit⁹ cõpeditorũ, vt ſolueret filios interemptorũ.
V t annuntient in Sion nomen dñi, & laudẽ eius in Ieruſalem.
I n cõueniẽdo populos in vnũ, & reges, vt ſeruiant domino.
R eſpõdit ei in via virtutis ſuę, Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
N e reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione, & generationem anni tui.
I nitio tu dñe terrã fundaſti: & opera manuũ tuarũ ſunt cœli.
I pſi peribunt, tu autem permanes: & omnes, ſicut veſtimentum, veteraſcent.
E t ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autẽ idẽ ipſe es, & anni tui nõ deficient.
F ilij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſeculum dirigetur. Pſalmus. 127.

B Eati oẽs, qui timent dñm, qui ambulant in vijs eius.
L abores manuũ tuarũ qa mãducabis: beat⁹ es, & bñ tibi erit.
V xor tua, ſicut vitis abundãs, in lateribus domus tuæ.
F ilij tui, ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.
E cce ſic benedicetur homo, qui timet dominum.
B enedicat tibi dñs ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.
E t videas filios filiorũ tuorũ: pacem ſuper Iſrael. Pſalm. 132.

E Cce q̃ bonũ, & q̃ iucundũ habitare fratres in vnum.
S icut vnguentum in capite, quod deſcẽdit in barbam, barbam Aaron.
Q uod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montẽ Sion.
Q uoniam illic mandauit dominus benedictionẽ, & vitam

vſq;

vſq; in ſeculum. Antiphona. Non auertas faciẽ tuã à me in quacunq; die tribulor. Oratio.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue maria. Deus in adiu. Hym. Aña. Pſalſ. 143.

BEnedictus dominus Deus meus, qui docet man⁹ meas ad præliũ, & digitos meos ad bellum.

Miſericordia mea, & refugium meum: ſuſceptor meus, & liberator meus.

Protector meus, & in ipſo ſperaui: qui ſubdit populum meũ ſub me.

Domine, quid eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius, ſicut vmbra, prætereunt.

Domine, inclina cœlos tuos, & deſcende: tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruſcationẽ, & diſſipabis eos, emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.

Imitte manũ tuã de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorũ alienorũ.

Quorum os loquutum eſt vanitatem: & dextera eorũ dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi.

Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruũ tuum de gladio maligno, eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum eſt vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorũ filij, ſicut nouellę plantationes in iuuentute ſua.

Filiæ eorũ compoſitæ: circum ornatæ, vt ſimilitudo templi.

Promptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum fœtoſę, abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ.

Non eſt ruina maceriæ, neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populũ, cui hæc ſunt: beatus populus, cui⁹ dñs Deus eius. Pſalmus. 146.

LAudate dñm, qm̃ bonus eſt Pſalmus: Deo noſtro ſit iucunda, decoraq; laudatio.

Ædificans Ieruſalem dñs: diſperſiones Iſraelis cõgregabit.

Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinẽ ſtellarũ: & oĩb⁹ eis nomina vocat.

Magnus

Magnus dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientię eius non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos dominus: humilians autem peccatores vſq; ad terram.

Præcinite dño in confeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluuiam.

Qui producit in mõtib⁹ fœnũ, & herbam ſeruituti hominũ.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi volũtatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitũ eſt dño ſup timentes eũ, & in eis, qui ſperãt ſuper miſericordia eius. Pſal. 147.

LAuda Ieruſalem dominũ: lauda Deum tuum Sion.

Quoniã confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquiũ ſuum terræ, velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem, ſicut lanam: nebulã ſicut cinerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam, ſicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

Emittet verbũ ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Deinde canticum. Magnificat fol. 11. Aña. Ora.

AD COMPLETORIVM.

Pater nr̃. Aue maria. Cõuerte nos deus. De⁹ in adiu. Te lucis ante 12. Salua nos. Pſalm⁹. 84.

BEnedixiſti domine terrã tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Remiſiſti iniq̃tatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti oẽm iram tuã: auertiſti ab ira indignationis tuæ.

Cõuerte nos De⁹ ſalutaris noſter: & auerte iram tuã à nobis.

Nunquid in æternũ iraſceris nobis? aut extendes iram tuã à generatione in generationẽ?

Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericordiã tuã: & ſalutare tuum da nobis.

Audiam, quid loquatur in me

dominus Deus: quoniã loquetur pacem in plebem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos, qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.
Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cœlo proſpexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eũ ambulabit: & ponet ĩ via greſſus ſuos. pſ 128.

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael.
Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.
Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.
Fiant ſicut fœnũ tectorũ: quod prius q̃ euellatur, exaruit.
De quo nõ impleuit manum ſuam qui metet: & ſinum ſuũ, qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio domini ſuper vos, benediximus vobis in nomine domini. Pſalmus. 129.

DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſrael in dño.
Quia apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus iniquitatibus eius.
Deinde canticũ. Nunc dimittis. fo. 12. Salua nos. Dñe exau. Oremus. Viſita quęſumus. Benedica. Fidelium. Salue regi.

Finis Pſalterij.



ADVENTVS DOMINI

ſemper incipit in Dominica proxima vltimæ diei Nouẽbris ante, vel poſt: aut, in ipſa die vltima, ſi fuerit Dominica, & feſtum duplex in ea, vel in ſequentibus Dominicis Aduentus incidẽs transferendum eſt in diẽ ſequentẽ, vt ſupra in regulis generalibus.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS AD MATVTINVM.

Pater noſter qui es ĩ cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Ave Maria gratia plena. Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribꝰ. Amen.

Notandum, ꝙ Pater noſter. & Aue maria. non tantum in Matutino, ſed etiam in ſingulis alijs horis dicuntur ſemper in principio per totũ annum.

Confeſſio.

Confiteor Deo omnipotenti, beatę Marię ſemper virgini, beato Michaeli archãgelo, beato Ioãni Baptiſtæ, ſanctis apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & tibi pater, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatã Mariam ſemꝑ virginẽ, beatũ Michaelẽ archan-

archangelũ, beatum Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, omnes ſanctos, & te pater orare pro me dominum noſtrũ. Abſolutio.

Miſereatur tui oĩps Deus, & dimiſſis pctĩs tuis pducat te ad vitã ęternã. ℞. Amẽ. ℣.

Indulgentiã, abſolutionẽ, & remiſſionem peccatorũ noſtrorũ tribuat nobis omnipotẽs, & miſericors dñs. ℞. Amẽ.

¶ Notandũ quod cõfeſſio cũ abſolutione dicitur ad matutinũ tantum ſingulis diebus totius anni præterquã in triduo ante Paſcha, prædicto vel alio modo pro cuiuſq; deuotione. Eſt autem aduertendum, q̄ ſi ab vno ſolo dicatur officium, omittitur tibi pater & te pater. & in abſolutione loco tui & tuis dicitur noſtris: & noſtri, Si vero dicatur officium à duobus, aut pluribus, iteranda eſt inuicẽ confeſſio, vt fit in Miſſa.

¶ Deinde finita confeſſione dicitur Verſus.

Domine labia mea aperies. ℞. Et os meum annuntiabit laudẽ tuam. & hoc dicens interim munit ſe ſigno crucis, & ſimiliter in alijs horis cum dicit Deus in adiutorium. &c. & Conuerte nos. &c.

¶ Deinde dicitur ℣. Deus in adiutorium meum intẽde. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. Sicut erat. Haleluiah. & ſic dicit Halah. ad oẽs horas per totum annũ, preterquã à dñica in ſeptuageſima vſq; ad Paſcha, loco cuius illo tempore vſq; ad feriã quintam in cœna dñi dicitur Laus tibi domine, Rex ęternę glorię. Cõſequẽter dicitur inuita. tempori vel feſto cõueniẽs. Inuita.

Dñe præſtolamur aduentum tuum, vt cito venias, & diſſoluas iugum captiuitatis noſtrę.

¶ Hoc inuitatoriũ dicitur vſq; ad vigiliam Natiuitatis excluſiue tam in dñicis, q̄ in ferijs, niſi agatur de aliquo ſancto.

¶ Notandum aũt quod ſi officium dicatur ab vno ſolo, inuitatoriũ dicitur ſemel tantũ ante pſalmũ. Venite exultemus. & non repetitur vſq; in finem eiuſdẽ pſalmi. Si vero officium dicatur à duobus, aut pluribus, inuita. dicitur ab vno, & repetitur ſtatim ab alio, vel alijs ſimul ante prædictũ pſalmũ: & in fine aũt pſalmi oẽs ſimul dicũt inuitatoriũ ſemel tantũ. Pſal.

Venite exultemus domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro, præoccupemus faciem

ciem eius in confeſſione & in pſalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus dñs, & rex magnus ſuper oẽs Deos: quoniam non repellet dñs plebem ſuam, quia in manu eius ſunt omnes fines terrę, & altitudines montium ipſe conſpicit.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridã fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidam⁹ ante Deũ, ploremus coram domino, qui fecit nos: quia ipſe eſt domin⁹ Deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundũ diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt, & viderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: ſemper hi errant corde, ipſi vero nõ cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

Gloria patri. Sicut erat. &c.

¶ Deinde repetitur inuitato. Domine præſtolamur. &c. Prędictus pſ. modo prędicto dicitur p totũ annũ cũ Inuitatorio tẽpori, vel feſto accõmodato, pterq̃ i triduo ante Paſchã. Deinde dicitur Hymn⁹ tempori, ſeu feſto cõueniens. Hymn⁹.

VOx clara ecce intonat, Obſcura quęq; increpat: pellantur eminus ſomnia: Ab æthere Chriſtus promicat.

Mens iam reſurgat torpida, Quæ ſorde extat ſaucia: Sydus refulget iam nouum, Vt tollat omne noxium.

E ſurſum agnus mittitur, Laxare gratis debitum: Omnes pro indulgẽtia, vocem demus cum lachrymis.

Secundo vt cum fulſerit Mundumq; horror cinxerit, Non pro reatu puniat, Sed pius nos tunc protegat.

Laus, honor, virt⁹, gloria Deo patri, & filio, Sctõ ſimul paracleto, In ſeculorũ ſecula. Amẽ.

¶ Prædictus hymnus dicitur ad matutinum vſque ad vigiliam Natiuitatis incluſiue tam in Dominicis quàm in Ferijs, niſi agatur de ſctõ. Poſt hymnum incipitur añ. tempori, vel feſto accõmodata, & ſi fuerit feſtum duplex, dicit̃ integra añ. Veniet ecce rex. Deinde dicunt tres pſalmi, vt ſunt distributi in Pſalterio, qbus finitis ſemp dicitur añ. integra, ſiue ſit de feſto, ſiue de dñica vel Feria. Añ.

Veniet ecce Rex excelſus cum poteſtate magna ad ſaluandas gentes. Haſa h. Hęc añ. dicitur ad matutí vſq; ad dñicá tertiá aduentus excluſiue, quando fit officiū de dominica vel de fer. Finita añ. dicitur. Pater nr̄, &c. Et ne nos. Sed libera. Deinde dicuntur tres lcōnes, & cuilibet earū pręmittitur ℣. Iube domi ne bñdicere. Et ad primá, quæ ſemper eſt veteris teſtamenti, ſemper etiá dicitur benedictio.

Deus pater oīpotens ſit nobis propitius, & clemens. ℟. Amē.

Propheta Iſaiæ. Lectio prima.

ca. 1. VIſio Iſaiæ filij Amos, quá vidit ſuper Iudam & Ieruſalē in dieb⁹ Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regū Iuda. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniá dñs loquutus eſt, Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autē ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuū, & aſinus præſepe dñi ſui: Iſrael autē me nō cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequā, filijs ſceleratis. Dereliquerunt dñm, blaſphemauerunt ſanctū Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationē? Omne caput languidū, & omne cor mœrēs. A planta pedis vſq; ad verticē non eſt in eo ſanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens: non eſt circunligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtræ ſuccenſę ſunt igni: Regionē veſtram coram vobis alieni deuorant: & deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculū in vinea, & ſicut tuguriū in cucumerario, & ſicut ciuitas quę vaſtatur. Niſi dñs exercituū reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomortha ſimiles eſſemus. Audite verbum dñi principes Sodomorū, percipite auribus legem Dei noſtri popul⁹ Gomorrhæ, Quo mihi multitudinē victimarum veſtrarum, dicit dñs? Plen⁹ ſum: holocauſta arietū: & adipem pinguiū: & ſanguinem vitulorū, & agnorum, & hircorū nolui. Cum veniretis ante cōſpectū meū, quis quęſiuit hæc de manibus veſtris: vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltra ſacrificiū fruſtra. Incēſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiui-

feſtiuitates alias nō feram: iniqui ſunt cœtus veſtri. Calēdas veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus veſtras, auertā oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus veſtrę ſanguine plenæ ſunt. Tu autem domine miſerere noſtri. ℟. Deo grās.

Et ſic terminantur omnes lectiones per totum annum, pręterquā in triduo ante Paſcha. Ad ſecundā lectionem verſus.

Iube domine benedicere.

Benedictio. Vnigenitus Dei filius, nos benedicere, & adiuuare dignetur. ℟. Amen.

Et hæc ſimiliter bñdictio dicit per totū annū ad ſecūdā lectionē, q̄ eſt ſemꝑ noui teſtamēti.

Sanctū Ieſu Chriſti euangeliū ſecundum Lucam. Lectio. ij.

QVoniam quidē multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum, ſicut tradiderūt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerūt ſermonis: viſum eſt & mihi aſſequuto omnia, à principio diligenter ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile, vt cognoſcas eorum verborū, de quibus eruditus es, veritatem. †. Fuit in ca. 1.
diebus Herodis regis Iudęæ, ſa A
cerdos quidā nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomē eius Eliſabeth. Erāt aūt iuſti ambo ante Deū, incedentes in oībus mandatis & iuſtificationibus dñi ſine querela, & nō erat illis filius: eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autē, cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuę ante Deū, ſecundū conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt vt incenſum poneret ingreſſus in templum dñi: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. Apparuit aūt illi angelus dñi, ſtās à dextris altaris incēſi. Et Zacharias turbatus eſt, videns: & timor irruit ſup eum. Ait aūt ad illum angelus, Ne timeas Zacharia, qm̄ exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiū, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudiū tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnꝰ coram dño: & vinū & ſiceram non bibet: & ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: &

multos filiorum Iſrael conuertet ad dñm Deum ipſorum: & ipſe præcedet ante illũ in ſpiritu, & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiã iuſtorum, parare domino plebem perfe-
B ctam.] Et dixit Zacharias ad angelũ: Vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, q aſto ante Deũ: & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens, & nõ poteris loqui vſque in diem quo hæc fiant: pro eo ꝙ non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs expectãs Zachariam: & mirabantur, ꝙ tardaret ipſe in tẽplo. Egreſſus aũt non poterat loqui ad illos: & cognouerunt, ꝙ viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis: & permanſit mutus. Et factũ eſt vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domũ ſuam. Poſt hos autem dies cõcepit Eliſabeth vxor eius: & occultabat ſe menſibus quinq;, dicens: Quia ſic fecit mihi dñs in diebus quibus reſpexit auferre opprobriũ meũ inter homines. Tu aũt dñe, &c. vt ſupra.

℄ Ad tertiã lectionẽ ℣. Iube dñe benedicere. &c. Bñdictio. Spirit⁹ ſancti gratia illuminet ſenſus, & corda nr̃a. ℟. Amen.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tempore, Dixit Ieſus Lu.
diſcipulis ſuis, Erunt ſigna 21.
in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris preſſura gentium. Et reſ.

Homilia ſancti Gregorij papę.

Lectioni ſancti euangelij, quã modo veſtra fraternitas audiuit, paulo ſuperius dñs præmiſit, dicens: Exurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum: & terręmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames. Et quibuſdam interpoſitis, hoc quod modo audiſtis, adiunxit: Erũt ſigna in Sole & Luna, & Stellis: & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus: alia è proximo ventura formidam⁹. Nam gentẽ ſuper gentẽ exurgere, earumq; preſſuram terris inſiſtere, plus iam in noſtris tribulationib⁹ cernimus, q̃ in noſtris codicibus legimus. Quòd terræmotus vrbes innumeras ſubruat, ex alijs mundi partib⁹ ſcitis q̃ frequenter audiuimus. Peſtilentiã ſine ceſſatione patimur,

timur. Signa vero in Sole & Luna, & Stellis adhuc aperte minime videmus. Sed quia & hæc nõ longe ſint, ex ipſa iam aeris immutatione colligim⁹. Quanuis priusq̃ Italia gentili gladio ferieda traderet, igneas in cœlo acies vidimus, ipſum qui poſtea effuſus eſt humani generis ſanguinẽ coruſcantes. Confuſio autẽ maris & fluctuũ necdũ noua exorta eſt: Sed cũ multa iam prenũtiata cõpleta ſint: dubiũ nõ eſt, ꝙ ſequantur etiam pauca quę reſtant. Quia ſequentiũ rerum certitudo, eſt pręteritarũ exhibitio. Hęc nos fratres chariſſimi idcirco dicim⁹, vt ad cautelę ſtudiũ veſtræ mentes euigilent, ne ſecuritate torpeant, ne ignorãtia langueſcãt: ſed ſemp eas & timor ſolicitet, & ĩ bono opere ſolicitudo cõfirmet. Penſantes hoc qđ redẽptoris noſtri voce ſubiũgit, Areſcẽtib⁹ hoĩb⁹ præ timore, & expectatiõe q̃ ſuperueniẽt vniuerſo orbi. Nã virtutes cœlorũ cõmouebuntur. Tu autẽ, &c.

¶ Notandum, quòd quandocunq; agitur officiũ de dominica, ſeu de feria, aut de aliquo feſto Domini ſiue eius octaua.

¶ Item in feſtis inuentionis, & exaltationis Crucis, & in dedicationibus Baſilicarũ ad tertiã lectionẽ dicẽda eſt benedictio, Spũs ſancti gratia. &c vt ſupra.

Quando vero agitur officium de aliquo ſctõ, aut ſanctis aut eorũ octauis, dicitur bñdictio, Cuius, vel quorum, vel quarum feſtum colimus, ipſe, vel ipſi, vel ipſa, vel ipſę intercedat, vel intercedant pro nobis ad dominum. ℟. Amen.

¶ Si autem tertia lectio fuerit de beata virgine, tam in ſabbatis, q̃ in eius feſtiuitatibus, & octa. dicenda eſt benedictio. Per virginẽ matrẽ cõcedat nobis dñs ſalutẽ, & pacẽ. ℟. Amẽ.

¶ Sciendũ itẽ ꝙ quandocunq; fit offĩn de dñica p totũ annum, aut de aliquo ex feſtis dñi, mobilib⁹, ſeu eoꝝ octauis.

¶ Item quandocunq; agitur officium de feria in aduentu, & in Quadrageſima ſemper in predictis diebus tertia lectio inuenietur aſſignata in hoc dominicali ſtatim poſt ſecundã lectionẽ. Quando vero ſit officium de aliquo feſto aut octaua, ex contentis in Calendario, tertia lectio, ſi fuerit propria inuenietur in ea parte Breuiarij, quæ continet hiſtorias ſanctorum. Et ſi non fuerit aſſignata propria, dicetur de communi.

¶ Item quando agitur officiũ de feria extra Aduentum, & Quadrageſimã tertia lectio dicetur ex Epiſtolis, vt aſſignata fuerit in Calendario. Similiter in Sabbatis, in quib⁹ agitur officium de beata virgine, tertia lectio inuenietur in officio eidẽ aſſignato pro Sabbatis in fine Breuiarij. Quando aũt debeat fieri officium de dñica, ſeu de feria, aut de feſto ſupra in regulis generalibus poteris videre. Finitis tribus lectionibus in aduentu, & à dñica in ſeptuageſima vſq; ad feriã quintã ĩ cœna dñi qñ fit officiũ de dñica vel de fer. dicit̃ ps. **Miſerere. fo. 50.** Quando aũt fit de aliquo feſto in prædictis tẽporib⁹. & in toto reliquo anni tempore, ſiue fiat officiũ de dñica, ſiue de feria, ſiue de aliquo feſto aut oct. ſemper dicitur. **Te Deum laudamus, &c. fo. 5.** Præterquã in triduo ante Paſcha. Ad laud. ℣.

DEus in adiutoriũ meũ intende. ℟. Dñe ad adiuuãdum me feſti na. Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio. Haleluiah.

Et nõ dicitur hym quia laudes nõ hora diuerſa, ſed pars matutini reputantur. Poſt **Halah.** ſtatim dicit̃ añ. tẽpori vel feſto accõmodata. Añ **Emitte agnũ.** Deinde dicũtur tres pſalmi, vt in Pſalterio, quib⁹ adiungitur quotidie canticum **Benedictus** quo finito dicitur integra añ.

Emitte agnũ dñe dominatorẽ terrę, de petra deſerti ad montẽ filiæ Sion. Hæc añ. dicitur ad laudes vſq; ad dñicam tertiam aduentus quando fit officium de dñica vel de fer. Deinde ℣.

Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Deinde. **Oremus.** Oratio.

EXcita quęſum⁹ dñe potentiam tuã: & veni, vt ab imminentib⁹ pctõrũ noſtrorũ periculis: te mereamur protegẽte eripi, te liberãte ſaluari: q viuis, & regnas cũ Deo patre in vnitate ſpũs ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen.

Hæc oratio dicitur per totam hanc hebdomadam quãdo fit de feria. Et ſemper quãdo agitur officium de feria, cui nõ eſt aſſignata propria oratio, dicitur oratio dñicæ præcedentis. Notãdũ, ꝙ finita oratione diei fiunt cõmemorationes ſequentes de beata virgine, & omnibus ſanctis modo infraſcripto.

In aduẽtu añ. **Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria, ne timeas, habebis in vtero filium Dei,**

Dei, Haleluiah. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oremus. Oratio.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbũ tuũ angelo nuntiãte carnẽ ſuſcipere voluiſti, præſta ſupplicibus tuis, vt q vere eã Dei genitricẽ credim⁹, ei⁹ apud te interceſſionibus adiuuemur, per eundem Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amẽ.

Deinde pro ſanctis aña. Ecce dñs veniet, & omnes ſancti ei⁹ cum eo: & erit in die illa lux magna, Haleluiah. ℣. Ecce apparebit dominus ſuper nubem candidam. ℟. Et cum eo ſanctorum millia. Oremus. Orõ.

COnſciẽtias noſtras quęſumus dñe viſitando purifica, vt veniẽs Ieſus Chriſt⁹ filius tuus dñs noſter cum omnibus ſanctis, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem, qui tecũ viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Deinde dicit ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. ℣. Fideliũ animæ p̃ miſericordiã Dei requieſcãt in pace. ℟. Amen.

Et eſt aduertẽdũ quod oẽs horę finiunt per Benedicam⁹, &c. Halah, &c. Per totum annum prętereq̃ in triduo ante Paſcha. Poſt aduentum reliquo anni tempore fiunt cõmemorationes modo infraſcripto. Aña. Sub tuum pręſidiũ cõfugimus ſancta Dei genitrix: noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus: ſed à periculis cunctis libera nos ſemp̃ virgo glorioſa, & benedicta. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oremus. Orõ.

COncede nos famulos tuos, quęſumus dñe Deus, perpetua mẽtis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemp̃ virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & ęterna perfrui lętitia. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amẽ.

De apoſtolis, & oĩbus ſctĩs añ. Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nr̃a, omniũq; ſalute. ℣. Lætamini in dño, & exultate iuſti. ℟. Et gloriamini oẽs recti corde. Orem⁹. Orõ.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: & apoſtoloꝝ tuorũ Petri, & Pauli, & aliorũ apl̃orũ nos tuere p̃ſidijs, quorũ donaſti fideles eſſe doctrinis. Orõ.

OMnes ſancti tui, quęſumus domine, nos vbique adiuuent, vt dum eorũ merita

reco-

recolimus, patrocinia ſentiamus: & pacem tuã noſtris concede temporibus: & ab eccleſia tua cunctã repelle nequitiam: iter, actus, & volũtates noſtras, & omnium famulorũ tuorũ in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: benefactorib⁹ noſtris ſempiterna bona retribue: & oĩbus fidelibus defunctis requiẽ æternam concede. Per dominum.

¶ Prædictæ cõmemorationes prædicto modo dicuntur ſemper in laudibus & veſperis poſt orationẽ diei, præterq̃ in feſtis duplicibus, & quandocunq; fit officiũ aut cõmemo. de aliqua octaua, & ĩ triduo ante Paſcha. Eſt aũt aduertẽdũ, q̃ in ſabbatis in quib⁹ fit officiũ de beata virgine omittitur eius cõmemoratio, & fit tantũ de ſanctis. Aduertendũ præterea q̃ quando in aliqua dñica fit officium de aliquo feſto duplici, vel de aliqua octaua, poſt orationem diei dicenda eſt etiam oratio illius Dñicæ pro eius cõmemoratione in laudib⁹, & veſperis. Deinde dicit. Benedicamus. & Fidelium. vt ſupra. Ad primã. Pater noſter. Aue maria. ℣. Deus in adiutorium. Hymn⁹.

IAm lucis orto ſydere:
Deum precemur ſupplices,
Vt in diurnis actibus:
Nos ſeruet à nocentibus.
Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror inſonet:
Viſum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Abſiſtat & vecordia:
Carnis terat ſuperbiam,
Potus cibiq; parcitas.
Vt cum dies abſceſſerit,
Noctemq; ſors reduxerit:
Mundi per abſtinentiam,
Ipſi canamus gloriam.
Deo patri ſit gloria,
Eiuſq; ſoli filio,
Cum ſpiritu paracleto,
Et nũc, & in perpetuum. Amẽ.

¶ Deinde dñr añ. & Pſalmi, vt in Pſalterio cũ ſymbolo Athanaſij in Dñicis dieb⁹, ĩ aliјs aũt cũ ſymbolo apoſtolorũ. Deĩde, Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

DOmine Deus omnipotẽs, qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti, tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullũ declinem⁹ peccatum: ſed ſemper ad tuã iuſtitiam faciendã noſtra procedẽte eloquia, dirigantur cogitationes, & opera. Per dominum. Benedica. &c. Fideliũ. vt ſupra.

Es

Et ſic finita Prima dicitur ℣. Pretioſa in conſpectu domini. ℟. Mors ſanctorum eius. Oro. SAncta Maria & oēs ſctī intercedāt pro nobis ad dñm, vt nos mereamur ab eo adiuuari, & ſaluari, qui viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amē. ℣. Dies & actus noſtros in ſua pace diſponat dñs omnipotens. ℟. Amē. Et hoc modo dicitur Pretioſa. Per totū annum preterquā in triduo ante Paſcha.

ℭ Aduertendum tamē q̄ ſi in aliquo ſabbato, aut dñica, aut infra octauas Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes & corporis Chriſti, vel in Ferijs Quadrageſimę, excepto triduo añ Paſcha inciderit aliquod feſtū ſimplex, finita Prima, anteq̄ dicatur Pretioſa. Pro cōmemoratione illi' feſti ſimplicis dicit' ℣. Ora pro nobis ſctē. N. vel Orate pro nobis ſancti. N. & N. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oremus. Et dicit' oro ꝑpria ſi eā habuerit: alioquin de cōmuni, qua finita dicit' Pretioſa. &c. vt ſup.

ℭ Ad tertiam. Pater noſter. Aue maria. ℣ Deus in adiutorium meum inten. Hymnus.

NVnc ſancte nobis, ſpirit'.
Vnum patri cum filio,
Dignare promptus ingeri,
Noſtro refuſus pectori.
Os, lingua, mens, ſenſus, vigor,
Confeſſionem perſonent:
Flammeſcat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præſta pater piiſſime,
Patriq; compar vnice,
Cum ſpiritu paracleto,
Regnans per oē ſeculū. Amen.

ℭ Deinde antiphona & pſalmi vt in Pſalterio; q̄bus finitis dicitur ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio. Excita quæſumus. vt ſupra.

ℭ Ad laudes. Notandū q̄ ad tertiam, ſextam, & nonam ſemper dicitur oratio, quæ dicta fuerit ad laudes. Deinde, Benedicamus. &c. Fideliū. &c.

ℭ Ad ſextā. Pater noſter. Aue maria. ℣ Deus in adiutorium meum intende. Hymnus

REctor potens, verax De',
Qui temperas rerū vices:
Splendore mane inſtruis,
Et ignibus meridiem.
Extingue flamma litium,
Aufer calorem noxium,
Confer ſalutem corporum,
Veramq; pacem cordium.
Præſta pater piiſſime. &c.

ℭ Deinde aña, & pſalmi vt in Pſalterio, &c. vt ſup. Ad tertiā.

ℭ Ad

¶ Ad nonã. Pater noſter. Aue Maria. ℣. Deus in adiutorium meum intende. &c. Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor,
Immotus in te ꝑmanẽs.
Lucis diurnæ tempora:
Succeſſibus determinans.
Largire clarum veſpere,
Quo vita nuſquam decidat:
Sed præmium mortis ſacræ,
Perennis inſtet gloria.
Præſta pater pijſſime, &c.

Deinde añ. & pſalmi vt in Pſalterio, &c. vt ſupra ad tertiam.

¶ Ad veſperas. Pater nr̃. Aue maria. ℣. Deus in adiuto. &c.

¶ Deinde dicitur hym. tempori, vel feſto conueniẽs. Hym.

Conditor alme ſyderum,
Æterna lux credentium,
Chriſte redemptor omnium,
Exaudi preces ſupplicum.
Qui condolens interitu,
Mortis perire ſeculum,
Saluaſti mundum languidũ,
Donans reis remedium.
Vergente mundi veſpere,
Vti ſponſus de thalamo,
Egreſſus honeſtiſſima,
Virginis matris clauſula.
Cuius forti potentiæ,
Genu curuantur omnia:
Cœleſtia, terreſtria,
Nutu fatentur ſubdita.
Te deprecamur agie,
Venture iudex ſeculi:
Conſerua nos in tempore:
Hoſtis à telo perfidi.
Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri, & filio,
Sancto ſimul paracleto:
In ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Prædictus hymnus dicitur ad veſperas vſque ad vigiliam Natiuitatis Domini excluſiuè quando non agitur de ſancto.

¶ Poſt hymnũ dicitur añ. tempori, vel feſto accõmodata, quę in feſtis duplicibus ad matut. laudes, & veſperas dicenda eſt in principio integra, in alijs autem diebus incipienda tantum aña. Rorate cœli deſuper. &c. Deinde dicũtur tres pſalmi vt in pſalterio, quibus adiungitur quotidie Canticũ. Magnificat anima mea dñm. quo finito ſemper añ. dicitur integra añ. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.

¶ Hæc añ. dicenda eſt ad veſ. vſq; ad dñicã tertiã aduent' excluſiue, quãdo fit officium de dñica, vel de feria. Deinde ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. &c. cum oratione & commemorationibus, vt ſupra ad laudes. Notandũ ꝙ in veſperis ſemper dicitur oratio quæ dicta fuerit ad

ad laudes, niſi veſperæ dicendę ſint de aliquo feſto duplici ſequentis diei: tunc enim hymnus, antiphona, & oratio dicendæ ſunt de ipſo feſto ſequenti.

¶ Ad completoriũ. Pater noſter. Aue maria gra. Verſus.

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. ℟. Et auerte iram tuam à nobis. ℣. Deus in adiutorium. &c. Hymnus.

Te lucis ante terminum
Rerum creator poſcim⁹:
Vt ſolita clementia,
Sis præſul ad cuſtodiam.
Procul recedant ſomnia.
Et noctium phantaſmata:
Hoſtemq; noſtrum cõprime,
Ne polluantur corpora.
Præſta pater omnipotens, Per
Ieſum Chriſtum dominũ, Qui
tecum in perpetuum Regnat
cum ſancto ſpiritu. Amen.

¶ Poſt hymnũ incipitur aña. Salua nos. Deinde dicũtur tres pſalmi, vt in Pſalterio, quibus quotidie adiũgitur canticum Nũc dimittis ſeruũ tuũ do. 12. quo finito dicitur integra añ. Salua nos dñe vigilantes, cuſtodi nos dormiẽtes, vt vigilem⁹ cũ Chr̃o, & requieſcamus in pace.

¶ Hęc añ. dicitur p totũ annũ ad completoriũ, præterq̃ in triduo ante Paſcha. Deinde dicit ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

Viſita quęſumus dñe habitationẽ iſtã: & omnes inſidias inimici ab ea lõge repelle: Angeli tui ſancti habitẽt in ea, qui nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſup nos ſemper. Per dominum noſtrum. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen. Et ſic finito cõpletorio dicitur.

Salue regina miſericordiæ: vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filij Euæ: ad te ſuſpiramus gementes, & flentes in hac lachrymarũ valle. Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictũ fructum vẽtris tui nobis poſt hoc exiliũ oſtende. O clemẽs, o pia, o dulcis virgo Maria. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionib⁹ Chriſti. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſę virginis Mariæ corpus & animam, vt dignum filij tui habitaculũ effici mereretur, ſpiritu ſancto

cooperante præparaſti: da vt cui⁹ cõmemoratione lętamur, eius pia interceſſione ab inſtãtib⁹ malis, & à morte perpetua liberemur. Per eundem Chriſtum dñm noſtrũ. ℟. Amen. ℣. Diuinum auxiliũ maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

¶ Prædicto modo dicitur Salue regina. &c. cum oratione Omnipotens ſempiterne. &c. in fine cõpletorij p totũ annũ, præterq̃ à Dñica reſurrectionis vſq; ad Aſcẽſionẽ: quo tẽpore earũ loco dicũtur infraſcripta.

Regina cęli lętare Halłah. Quia quę meruiſti portarę hałah, Reſurrexit ſicut dixit haleluiah. Ora pro nobis Deum hałah. Oremus. Oratio.

Gratiam tuam quęſumus dñe mentibus noſtris infunde: vt qui angelo nuntiãte Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionẽ eius & crucẽ, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundẽ Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amẽ. ℣. Diuinũ auxiliũ maneat. &c.

¶ Sciendum quod hymni ſupra aſſignati ad primam, tertiam, ſextam, nonam & completorium, necnon orationes. Domine Deus omnipotens. Ad primam, & Viſita quęſumus, Ad completorium nunquam mutantur in toto anno præterquã in triduo ante Paſcha.

¶ Notandũ q per totũ annũ, præterq̃ in triduo ante Paſcha tam in Dñicis q̃ in Ferijs, & feſtis diebus ſemper horę dicuntur ordine in hac prima dñica aduentus explicato. Exempli gratia, vt ad matutinum infraſcripta dicantur per ordinem. Pater noſter. Aue maria. Confiteor. cum abſolutione. Domine labia. Deus in adiutorium. Haleluiah. vel Laus tibi dñe. Inuita. cũ pſalmo. Venite exultemus. rurſus inuita. hym. añ. tres pſalmi, rurſus añ. integra. Pater noſter. Tres lectiones cum ſuis benedictionibus, & Tu autem. Te Deũ laudamus. vel Miſerere mei Deus. Deinde ſtatim ad laudes. Deus in adiu. Añ. Tres pſalmi cum cantico. Benedictus. Rurſus añ. integra. Domine exaudi orationem. Oratio cum commemorationibus de beata virgine, &c. niſi ſint omittendæ, vt ſupra. Benedicamus. Fidelium. &c. Item ad primam, tertiam, ſextam, nonam, & veſperas. Pater noſter. Aue maria. Deus in adiutorium. &c. ſeruato ordine in eiſdem horis contento.

Item

¶ Item ad completoriũ. Pater noſter. Aue maria. Conuerte nos. Deus in adiutorium. &c. vt in eadem hora continetur.

Feria ſecunda, ex Iſaia. Lcõ. j.

ca. 1. E L† Auamini, mundi eſtote, auferte malũ cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere: quęrite iudiciũ, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduã. Et venite, & arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum: quaſi nix, dealbabuntur, & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana, alba erũt. Si volueritis, & audieritis me,
F bona terræ comedetis.] Quòd ſi nolueritis, & me ad iracũdiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os dñi loquutũ eſt. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nũc autẽ homicidę. Argentũ tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuũ miſtum eſt aqua. Principes tui infideles, ſocij furum. Oẽs diligũt munera, ſequũtur retributiones. Pupillo nõ iudicant: & cauſa viduæ nõ ingreditur ad illos. Propter hoc ait dñs De⁹ exercituũ fortis Iſrael. Heu conſolabor ſup hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis: & conuertã manum meã ad te, & excoquã ad purum ſcoriam tuã, & auferã omne ſtannum tuũ, & reſtituam iudices tuos vt fuerũt prius, & cõſiliarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hęc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iuſtitia. Et cõteret ſceleſtos, & peccatores ſimul, & qui dereliquerunt dñm, cõſumentur. Confundentur enim ab idolis, quib⁹ ſacrificauerunt: & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis, cũ fueritis velut quercus defluentib⁹ folijs, & velut hortus abſq; aqua. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrũ quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrũq; ſimul, & nõ erit qui extinguat.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

IN menſe aũt ſexto † miſſus ca 1.
eſt Angelus Gabriel à Deo G
in ciuitatẽ Galilęę cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſponſatã viro, cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomẽ virginis Maria. Et ingreſſus angel⁹ ad eam, dixit: Aue, gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulierib⁹. Quæ cum audiſſet,

turbata

turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enī gratiam apud Deū: ecce concipies in vtero, & paries filiū: & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur: & dabit illi dñs Deus ſedem Dauid patris ei⁹: & regnabit in domo Iacob, in æternū, & regni eius nō erit finis. Dixit autē Maria ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniā virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei, Spiritus ſanct⁹ ſuperueniet in te, & virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis, ſextus eſt illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecundum verbum tuum] Et di
D ſceſſit ab illa angelus † Exurgens autē Maria in diebus illis, abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationē Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth: & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: & beata quę crediditi: quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à dño. Et ait Maria, Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalu
tari meo.] Quia reſpexit hu- E
militatē ancillæ ſuę: ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potēs eſt: & ſanctū nomē eius. Et miſericordia ei⁹ à progenie in progenies, timentibus eū. Fecit potentiā in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerū ſuū, memorat⁹ miſericordię ſuę. Sicut loquut⁹ eſt ad patres noſtros, Abrahā & ſemini ei⁹ in ſecula. Manſit autē Maria cū illa quaſi menſib⁹ tribus: & reuerſa eſt in domū ſuā.

Sequens tertia lectio dicenda eſt in omnib⁹ ſecundis ferijs aduentus qñ nullum occurrit feſtũ, excipitur vigilia Natiuitatis, ſi inciderit ĩ feria ſecũda. Sermo ſcti Auguſt. epi. Lcõ. iij.

SAnctam & deſiderabilẽ, glorioſam, ac ſingularẽ ſolennitatem, hoc eſt, natiuitatẽ dñi ſaluatoris, fratres dilectiſſimi, deuotione fideliſſima ſuſceptu ri, totis virib⁹ nos debemus cũ ipſius adiutorio præparare, & omnes latebras animæ noſtræ diligenter aſpicere, ne forte ſit in nobis aliquod peccatũ abſconditũ, quod & cõſciẽtiã noſtrã confundat, ac mordeat, & oculos diuinę maieſtatis offendat. Nam licet Chriſtus dñs noſter poſt paſſionẽ reſurrexerit, & in cœlũ aſcenderit, cõſiderat tamen, vt credim⁹, & diligẽter attẽdit, qualiter ſe vnuſquiſq; ſeruorũ eius ſine auaritia, ſine ira, ſine ſuperbia atq; luxuria ad celebrandã eius natiuitatẽ ſtudeat pręparare, atq; cõponere, & ſecundũ quod vnũquẽq; ornatũ bonis moribus viderit ita illi gratiã ſuę miſericordiæ diſpẽſabit. Siquẽ enim viderit charitatis luce veſtitũ, iuſtitiæ vel miſericordiæ margaritis ornatũ, caſtum, humilẽ, miſericordem, benignũ & ſobrium, ſi talẽ agnouerit, corpus & ſanguinem ſuum ei non ad iudicium, ſed ad remediũ per ſacerdotum ſuorũ miniſterium, diſpenſabit. Si vero aliquem viderit adulterũ, ebrioſum, cupidum & ſuperbũ, timeo ne hoc illi dicatur, quod in euangelio dñs ipſe dixit, Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Et, quod dñs auertat, fiat illud quod ſequitur, Ligate illi manus & pedes & proijcite in tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium. Ecce qualem ſententiã in die iudicij excipiet, qui ſine remedio pœnitentię ad feſtiuitatem dñi vitiorũ ſordibus inquinatus acceſſerit. In natali enim dñi, fratres dilectiſſimi, quaſi in nuptijs ſpiritualibus ſpõſę ſuę eccleſię Chriſt⁹ adiunctus eſt. Tunc veritas de terra orta eſt, tunc iuſtitia de cœlo proſpexit, tũc proceſſit ſponſus de thalamo ſuo, hoc eſt, verbũ Dei de vtero virginali. Proceſſit enim cum ſponſa ſua eccleſia, id eſt, humanam carnẽ ſuſcepit. Ad iſtas ergo tam ſanctas nuptias inuitati, & ad conuiuiũ Patris & Filij & Spiritus ſancti intraturi, videte qualib⁹

indumentis debeamus ornari. Et ideo mundemus quantum poſſumus cum Dei adiutorio corda ſimul & corpora noſtra: vt cœleſtis ille inuitator nihil in nobis ſordidũ, nihil fœdum, nihil obſcœnum, nihil oculis ſuis deprehendat indignum.

¶Feria tertia, ex Iſaia. Lcõ.j.

c.2.a VErbum quod vidit Iſaias filius Amos ſuper Iudam & Ieruſalẽ. † Et erit in nouiſſimis diebꝰ præparatꝰ mons domus dñi in vertice montiũ, & eleuabitur ſuper colles. Et fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicẽt, Venite, & aſcendamus ad montem dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum dñi de Ieruſalem. Et iudicabit gentes, & arguet populos multos. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens cõtra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Do

B mus Iacob venite, & ambulemus in lumine dñi.] Proieciſti enim populũ tuum domũ Iacob: qa repleti ſunt vt olim, & augures habuerunt vt Philiſthiim, & pueris alienis adhęſerunt. Et repleta eſt terra eius argento & auro: & nõ eſt finis theſaurorum eius. Et repleta eſt terra eius equis & innumerabiles quadrigę eius. Et repleta eſt terra eius idolis. Opus manuum ſuarum adorauerũt, quod fecerũt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo à facie timoris dñi, & à gloria maieſtatis eius. Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorũ: exaltabitur autem dñs ſolus in die illa.

Secundum Lucam. Lectio ij.

ET † Liſabeth autem impletum eſt tempus pariendi; c.1.f & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit dñs miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum eſt: in die octauo venerunt circuncidere puerũ, & vocabant eũ nomine patris ſui, Zachariã. Et reſpondẽs mater eiꝰ dixit, Nequaquã, ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illã, quia nemo eſt in cognatione tua q̃ vocetur hoc nomine. Innuebant autẽ patri

eiũs quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens, Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autẽ ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicẽs Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hęc: & poſuerunt omnes qui audierant, in corde ſuo dicẽtes, Quis putas puer iſte erit? Etenim manus dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto: & prophetauit, dicẽs. Benedictus dñs Deus Iſrael: quia viſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuę.] Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui, ſicut locutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſeculo ſunt prophetarũ eius, Salutẽ ex inimicis noſtris, & de manu omniũ qui oderũt nos, Ad faciendã miſericordiã cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abrahã patrẽ noſtrũ, daturũ ſe nobis. Vt ſine timore, de manu inimicorũ noſtrorũ liberati, ſeruiamus illi, In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo oĩbus dieb⁹ noſtris. Et tu puer, ꝓpheta altiſſimi vocaberis: pręibis enim ante faciem dñi parare vias eius, Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorũ. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriẽs ex alto, Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedẽt, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

¶ Sequens tertia lectio dicenda eſt in omnibus tertijs Ferijs aduentus, in quib⁹ nullũ occurrerit feſtũ; excipit̃ vigilia Natiuitatis, ſi inciderit ĩ feria tertia. Ex ſermone ſctĩ Aug. epi. l. iij.

AVdite fratres, audite non meum, ſed dñi commune præceptum. Sic enim ait in Euãgelio, cum facis prandium aut cœnã, noli inuitare diuites qui te iterũ inuitent, & fiat tibi retributio, ſed voca pauperes & claudos, & beatus eris, quia nõ habent vnde retribuãt tibi, retribuetur autẽ tibi in retributione iuſtorũ. Sed dicet aliquis, Ergo amicos aut parentes non debeo ad cõuiuium reuocare? Rogandi ſunt & parentes & vicini, ſed rarius rogandi ſunt.

Et nõ nimis ſumptuoſa & delitioſa, ſed tam parca, & ſobria vel honeſta illis debent conuiuia præparari, vt remaneat vnde poſſint pauperes refici, vnde poſſit aliquid indigẽtibus erogari: vt cum dies iudicij venerit, non cum impijs, qui nunc pauperes deſpiciũt, audiamus, Diſcedite à me maledicti, in ignem æternũ: ſed cum iuſtis & miſericordibus audire mereamur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ: quia eſuriui, & dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, ſimul etiã nobis illa vox deſiderabilis dirigat, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã, intra in gaudiũ dñi tui. Sed vt hęc, quę ſuggeſſimus, ſenſibus veſtrę charitatis tenacius inhęreãt, breuiter quę dicta ſunt iteramus. Hoc enim admonuimꝰ fratres, vt quia natalis dñi imminet, tanquã ad nuptiale & cœleſte conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operibus adornati, nos per Chriſti adiutoriũ pręparemus, eleemoſynas pauperibꝰ erogemus, iracundiã vel odiũ velut venenum, de cordibus noſtris reſpuamus. Caſtitatẽ fideliter conſeruate, ad conuiuia veſtra frequentius pauperes reuocate, ad vigilias maturius ſurgite, in eccleſia ſtantes, aut orate, aut pſallite, verba ocioſa aut ſcurrilia, nec ipſi ꝓferte, & eos qui proferre voluerint caſtigate. Pacem cum omnibus cuſtodite, & quos diſcordes agnoſcetis, ad concordiã reuocate. Hęc ſi fideliter Chriſto adiuuante volueritis implere, & in hoc ſeculo ad altare domini cum ſecura conſcientia poteritis accedere, & in futuro ad æternam beatitudinem feliciter peruenire, pręſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria quarta ex Iſaia. Lcõ. j.

IN die illa erit germen domini in magnificẽtia, & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: omnis qui relictꝰ fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalẽ, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalẽ, ſi abluerit dñs ſordem filiarũ Sion, & ſanguinem Ieruſalẽ lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et creabit dñs ſuꝑ omnem ca. 4.

nem locũ montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per dié, & fumum & ſplendorem ignis flammãtis in nocte. Super omnem enim gloriã protectio, & tabernaculũ erit in vmbraculũ diei ab ęſtu, & ĩ ſecuritatẽ & abſcõſionẽ à turbine & à pluuia.

ca. 5. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ ſuæ: Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electã: & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Nũc ergo habitatores Ieruſalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me & vineã meã. Quid eſt quod debui vltra facere vineæ meę, & nõ feci ei? an q̃ expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas? Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem eius, & erit in direptionẽ: diruam maceriam eius, & erit in cõculcationem. Et ponam eam deſertã: nõ putabitur, & nõ fodietur: & aſcendent ſuper eã vepres & ſpinę: & nubib⁹ mãdabo ne pluant ſup eã imbrẽ. Vinea enim dñi exercituum, domus Iſrael eſt: & vir Iuda, germen eius delectabile.

Secundum Lucam: Lectio. ij.

FActum eſt autẽ: in diebus illis † exijt edictũ à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hęc deſcriptio prima, facta eſt à præſide Syrię Cirino: Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuã ciuitatem. Aſcendit autẽ & Ioſeph à Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatẽ Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eo q̃ eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſpõſata ſibi vxore, pręgnãte. Factũ eſt aũt cũ eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filiũ ſuum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erãt in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ. Et ecce, Angelus dñi ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulſit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignũ, Inuenietis infantẽ pannis in- c. 2. a

uolutum,& poſitũ in prę̨ſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militię cœleſtis, laudantium Deum & dicentium, Gloria in altiſſimis Deo: & in terra, pax hominibus bonę voluntatis.] Et factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis angeli in cœ-
B lum,† paſtores loquebãtur adinuicẽ, Tranſeamꝰ vſq; Bethlehem, & videamus hoc verbũ, quod factũ eſt, quod fecit dñs, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinãtes: & inuenerũt Mariá & Ioſeph,& infantem poſitum in prę̨ſepio. Videntes autem cognouerũt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierũt, mirati ſunt, & de his quæ dicta erãt à paſtoribus ad ipſos. Maria aũt cõſeruabat omnia verba hęc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificãtes& laudãtes Deũ in omnibus quę audierãt & viderant: ſicur dictũ eſt ad illos.]

¶ Sequens tertia lectio dicenda eſt in omnibꝰ quartis ferijs aduentus, quando nõ occurrit feſtũ: excipitur vigilia Natiuitatis, ſi inciderit ĩ feria quarta. Sermo ſcĩ Auguſt. epi. Lcõ.iij.

APpropinquante iam ſacratiſſima ſolẽnitate, qua Saluator noſter inter homines naſci miſericorditer voluit, fratres chariſſimi, attentius conſiderate, qualiter oporteat nos in aduentu tantę potentię prę̨parari, vt regem & dñm noſtrũ lęti atq; gaudentes cum gloria & laudibus mereamur ſuſcipere, & in cõſpectu eius inter cœtus felices ſanctorũ gratulãdo exultare magis quã ab eo propter fœditatem noſtrã repulſi inter peccatores ęternã confuſionem mereri. Et ideo rogo & moneo, vt quantum poſſumus cum Dei adiutorio laboremꝰ, vt in illo die cũ ſyncera & pura conſcientia,& mundo corde,& caſto corpore ad altare domini poſſimus accedere,& corpus & ſanguinẽ eius nõ ad iudiciũ, ſed ad remediũ animæ noſtræ mereamur accipere. In Chriſti enim corpore vita noſtra cõſiſtit, ſicut ipſe dixit: Niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Mutet ergo vitã, qui vult accipere vitã. Nam ſi nõ mutet vitã, ad iudicium accipiet vitã, & magis ex ipſa corrumpitur, q̃ ſanetur: magis occiditur, quã viuificetur. Sic enim dixit apoſtolus: Qui manducat corpus dñi, & bibit ſanguinem eius indigne,

iudiciū ſibi manducat & bibit. Et licet nos omni tempore bonis operibus ornatos ac ſplendidos eſſe conueniat, pręcipue tamen in die natalis dñi, ſicut in euangelio ipſe dixit, lucere debent hominib⁹ opera veſtra. Cōſiderate, quęſo fratres, quando aliquis homo potēs aut nobilis natalem aut ſuū aut filij ſui celebrare deſiderat, quanto ſtudio ante plures dies quicqd in domo ſua ſordiū inuenerit, ordinat emundari, quicquid ineptum & incongruū proijci, quicquid vtile & neceſſarium præcipit exhiberi. Domus etiā ſi obſcura fuerit, dealbatur, pauimenta ſcopis mundantur, & diuerſis reſperſa floribus adornantur. Quicquid etiā ad lętitiæ animæ & corporis delitias ꝑtinet, omni ſolicitudine prouidetur. Vt quid iſta, fratres chariſſimi, niſi vt dies natalitius cum gaudio celebretur hominis morituri? Si ergo tanta præparas in natalitio tuo aut filij tui, quāta & qualia ꝑparare debes ſuſceptur⁹ natalē dñi tui? Si talia pręparas morituro, qualia pręparare debes ęterno? Quicqd ergo nō vis inueniri ī domo tua, quātū potes labora vt nō inueniat De⁹ in aīa tua.

¶ Feria quinta, ex Iſaia. Lcō. j.

ET factum eſt in diebus Achaz filij Ioatham, filij Ozię regis Iuda, aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, in Ieruſalem: ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerūt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria ſuper Ephraim, & cōmotum eſt cor eius, & cor populi eius: ſicut mouentur ligna ſyluarum à facie venti. Et dixit dominus ad Iſaiam: Egredere in occurſum Achaz, tu, & qui derelict⁹ eſt, Iaſub filius tuus, ad extremum aquæ ductus piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis, & dices ad eū, Vide vt ſileas: noli timere, & cor tuū ne formidet à duabus caudis titionū fumigantium iſtorum in ira furoris Raſin regis Syrię, & filij Romelię: eo ꝙ conſiliū inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romelię, dicentes: Aſcendamus ad Iudam, & ſuſcitem⁹ eum, & auellam⁹ eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabeel. Hæc dicit dominus Deus: Non ſtabit, & non erit iſtud: Sed caput Syriæ

ca. 7.

Damaſcus, & caput Damaſci
Raſin. Et adhuc ſexaginta &
qnq; anni, & deſinet Ephraim
eſſe populus, & caput Ephraim
Samaria, & caput Samariæ fili⁹
Romeliæ. Si non credideritis,
B non permanebitis. † Et adiecit
dñs loqui ad Achaz, dicẽs: Pete
tibi ſignum à dño Deo tuo in
profundũ inferni, ſiue in excel
ſum ſupra. Et dixit Achaz, Nõ
petã, & nõ tentabo dñm. Et di-
xit: Audite ergo dom⁹ Dauid:
Nunquid parum vobis eſt mo
leſtos eſſe hoĩbus, quia moleſti
eſtis & Deo meo? Propter hoc
dabit dñs ipſe vobis ſignum,
Ecce virgo concipiet & pariet
filium, & vocabitur nomen
eius Emmanuel. Butyrũ & mel
comedet, vt ſciat reprobare ma
lum, & eligere bonum.]

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 2. c ET poſtquã conſummati
ſunt dies octo vt circunci-
deretur puer: vocatum eſt no-
men eius Ieſus, quod vocatum
eſt ab Angelo priusq̃ in vtero
D cõciperetur.]† Et poſtq̃ imple-
ti ſunt dies purgationis eius ſe-
cundum legẽ Moyſi, tulerunt
illum in Ieruſalem, vt ſiſterent
eum dño, ſicut ſcriptum eſt in
lege dñi: Quia omne maſculi-
num adaperiens vuluam ſan-
ctum dño vocabitur, & vt da-
rent hoſtiam, ſecundũ quod di
ctum eſt in lege dñi, par turtu-
rum, aut duos pullos columba-
rum. Et ecce: homo erat in Ie-
ruſalem, cui nomen Simeon, &
homo iſte iuſtus & timoratus,
expectãs cõſolationẽ Iſrael: &
ſpũs ſctũs erat in eo. Et reſpon-
ſum acceperat à Spiritu ſctõ,
nõ viſurũ ſe mortẽ, niſi prius vi
deret Chriſtũ dñi. Et venit in
ſpiritu in templũ. Et cum indu
cerent puerum Ieſum parentes
eius, vt facerent ſecundũ cõſue
tudinẽ legis pro eo: & ipſe acce
pit eum in vlnas ſuas, & bene-
dixit Deũ, & dixit, Nunc dimit
tis ſeruũ tuum dñe, ſecundum
verbũ tuũ in pace: Quia vide-
runt oculi mei ſalutare tuum,
Quod paraſti ante faciẽ oĩum
populorum. Lumen ad reuela-
tionem gentiũ, & gloriã plebis
tuæ Iſrael.]† Et erãt pater eius E
& mater eius mirantes ſup ijs
quæ dicebant de illo. Et bene-
dixit illis Simeon: & dixit ad
Mariam matrẽ eius: Ecce, poſi-
tus eſt hic in ruinam, & in re-
ſurrectionẽ multorũ in Iſrael,
& in ſignum cui cõtradicetur.
Et tuam ipſius animã pertran-
ſibit gladius: vt reuelentur ex
multis cordibus cogitationes.

¶ Sequens

¶ Sequens tertia lectio dicenda eſt in omnib⁹ quintis Ferijs aduentus, quãdo non occurrit feſtũ: excipitur vigilia Natiuitatis, ſi inciderit in feria quinta. Ex ſermone ſctĩ Aug. epi. L.iij.

Certe ſi te Rex terren⁹ aut quicũq; paterfamilias ad ſuum natalitiũ inuitaret, qualibus veſtimẽtis ſtuderes ornatus incedere? quam nouis vel nitidis, q̃ ſplendidis, quorũ nec vetuſtas, nec vilitas, nec aliqua fœditas oculos inuitãtis offenderet? Tali ergo ſtudio in quantum prẹuales (Chriſto auxiliãte) contende, vt diuerſis virtutũ ornamentis anima tua cõpoſita, ſimplicitatis gemmis & ſobrietatis floribus adornata, ad ſolennitatẽ regis æterni, id eſt, ad natalem dñi ſaluatoris cum ſecura cõſcientia procedat, caſtitate nitida, charitate ſplendida, eleemoſynis candida. Chriſtus enim dñs ſi te ita cõpoſitũ natalitium ſuum celebrare cognouerit, ipſe per ſe venire, & animã tuam non ſolũ viſitare, ſed etiam requieſcere, & in perpetuũ in illa dignabitur habitare, ſicut ſcriptũ eſt, Et inhabitabo in illis, & inambulabo. Et iterũ, Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſiquis ſurrexerit & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cũ illo, & ille mecũ. Quàm felix eſt illa anima quę vitã ſuã ita Deo auxiliante ſtuduerit gubernare, vt Chriſtum hoſpitẽ & habitatorẽ mereatur excipere, ſicut econtrario, q̃ infelix eſt illa cõſcientia, toto lachrymarũ fonte lugenda, quæ ſe ita malis operib⁹ cruentauit, vt in ea Chriſtus nõ requieſcere, ſed diabolus incipiat dñari? Talis enim anima, ſi medicamentũ pœnitentiæ non ei cito ſubuenerit: à luce relinquitur, à tenebris occupatur, vacuatur dulcedine, impletur amaritudine, à morte inuaditur, à vita repudiatur. Non tamen de dñi pietate diffidat q talis eſt, nec mortifera deſperatione frangatur, ſed magis ad pœnitentiam cito fugiat, & dum adhuc noua ſunt & calent peccatorum ſuorũ vulnera, ſic ſibi adhibeat medicamẽta ſalubria, quia medicus noſter omnipotens eſt, & ſic conſueuit plagas noſtras curare, vt nec cicatricũ veſtigium poſt ipſius medicamina remaneat. Ideo etiã ab omni inquinamento ante eius natalẽ multis diebus abſtinere debetis.

Quotieſcunq; autẽ natalẽ dñi, aut reliquas ſolennitates celebrare

brare diſponitis, ebrietatē ante
omnia fugite, iracundiæ quaſi
beſtię crudeliſſimę repugnate,
odiū velut venenū mortiferū
de corde veſtro repellite, & tāta
ſit in vobis charitas, quę nō ſo-
lum vſq; ad amicos, ſed etiam
vſq; ad ipſos pueniat inimicos,
vt ſecure poſſitis dicere in ora-
tione dñica: dimitte nobis de-
bita noſtra: ſicut & nos dimit-
timus debitoribus noſtris.

¶ Feria ſexta, ex Iſaia. Lcō. j.

c. 11. a ET † egredietᷣ vir-
ga de radice Ieſ-
ſe, & flos de radi
ce eius aſcendet.
Et requieſcet ſu-
per eum ſpiritus dñi, ſpiritus ſa
pientiæ & intellectus, ſpiritus
conſilij & fortitudinis, ſpiritus
ſcientiæ & pietatis. Et replebit
eum ſpūs timoris dñi. Non ſe-
cundū viſionē oculorū iudica-
bit, neq; ſecundū auditū auriū
arguet, ſed iudicabit in iuſtitia
pauperes, & arguet in ęquitate
pro manſuetis terrę. Et pcutiet
terrā virga oris ſui, & ſpiritu la
biorū ſuorū interficiet impiū.
Et erit iuſtitia cingulū lumbo-
rum eiꝰ, & fides cinctoriū renū
B eiꝰ.] Habitabit lupus cū agno:
& pardus cū hœdo accubabit:
vitulus, & leo, & ouis ſimul mo
rabuntur, & puer paruulus mi-
nabit eos. Vitulus, & vrſus pa-
ſcentur, ſimul requieſcēt catuli
eorū, & leo quaſi bos comedet
paleas. Et delectabitᷣ infans ab
vbere ſuper foramine aſpidis:
& in cauernā reguli, q ablacta-
tus fuerit, manū ſuam mittet.
Non nocebūt, & nō occidēt in
vniuerſo monte ſancto meo,
quia repleta eſt terra ſcientia
dñi, ſicut aqua maris operien-
tis. In die illa radix Ieſſe, qui
ſtat in ſignum populorum ip-
ſum gentes deprecabuntur, &
erit ſepulchrū eius glorioſum.

Secundum Lucam. Lectio ij.

ET † erat Anna prophetiſ- c. 2. f
ſa, filia Phanuel, de tribu
Aſer: hęc proceſſerat in diebus
multis, & vixerat cum viro ſuo
annis ſeptem à virginitate ſua.
Et hæc vidua vſque ad annos
octogintaquatuor: quæ non di
ſcedebat de templo, ieiunijs &
obſecrationibus ſeruiēs nocte
ac die. Et hac ipſa hora ſuper-
ueniens, cōfitebatur dño: & lo-
quebatur de illo omnibus qui
expectabant redēptionē Iſrael.
Et vt perfecerunt omnia ſecun
dum legem dñi, reuerſi ſunt in
Galilęam, in ciuitatem ſuam
Nazareth. Puer autem creſce-
bat, & cōfortabatur: plenus ſa-
pientia.

pientia, & gratia Dei erat in il-
G lo.] Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalē,in die ſolenni paſchæ. † Et cum fact⁹ eſſet annorū duodecim,aſcendentib⁹ illis Ieroſolymā ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſq; diebus cum redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & nō cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illū eſſe in comitatu, venerunt iter diei,& requirebant eū inter cognatos & notos. Et nō inueniētes,regreſſi ſunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factū eſt: poſt triduū inuenerunt illū in tēplo, ſedentē in medio doctorū,audientē illos,& interrogantem eos. Stupebant autē omnes qui eum audiebant,ſuper prudentia & reſponſis eius. Et vidētes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illū, Fili,quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tu⁹ & ego dolentes quęrebam⁹ te. Et ait ad illos, Quid eſt ꝙ me quęrebatis? neſciebatis quia in his quę patris mei ſunt,oportet me eſſe? Et ipſi nō intellexerūt verbū quod loquut⁹ eſt ad eos. Et deſcēdit cū eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis. Et mater eius cōſeruabat omnia verba hęc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapiētia & ętate, & gratia,apud Deū & homines.]

❡ Sequens tertia lectio dicenda erit in omnibus ſextis ferijs aduentus,quādo nō occurrerit feſtū excipitur vigilia Natiuitatis, ſi inciderit in feria ſexta. Sermō ſctī Ambroſij epi. L.iij.

SAtis abūdeq; dixiſſe me credō ſuperiori tractatu,quem admodū compti vel nitidi natalem dñi ſuſcipere debeamus, & ſuperuenientē feſtiuitatem eius ab omni ambitione retinere. Retinere(inquā) vt ſi dies natalis eius tranſeat: apud nos tamē ſanctificationis eius beatitudo permaneat. Hæc enim gratia natalis eſt dñi ſaluatoris, vt in futurū ad prædeſtinatos tranſeat: & in præteritū maneat ad deuotos. Oportet ergo nos eſſe ſanctitate puros,mundos pudicitia, nitidos honeſtate: vt quo diem feſtū aduenire propinqui⁹ cernimus,accurati⁹ incedam⁹. Si enim mulierculę ſolēt aliquas ferias ſuſcepturæ, maculas veſtiū ſuarū aqua diluere: cur non magis nos excepturi natalē dñi, maculas animarū noſtrarū fletibus abluamus? Et illę qdē ſi adeo infectę res cellulę ſordib⁹ extiterint, ꝙ maculas ſola aqua nō purgat:

addũt mollitiem olei: ſaponis
etiam acrimoniã. Nos quoq; ſi
tam graue peccatum fuerit vt
minime ſolis fletib⁹ abluatur,
addamus miſericordiæ oleum
acrimoniamq; ieiunij. Nullũ
enim tam graue delictum eſt,
quod nõ purgetur abſtinẽtia,
& eleemoſynis extinguatur. Ait
enim ſanctus propheta, Sicut
aqua extinguit ignem, ita elee-
moſyna extinguit peccatum.
Magna ergo eſt eleemoſyna,
quæ ardentiũ criminũ globos
beneuolentię ſuę fonte refrige
rat, & quodã irriguo largitatis
obruit incendia delictorum: vt
quãuis offenſus Deus, quãuis
criminib⁹ prouocatus, cogatur
liberare eleemoſynis, quem di-
ſpoſuerat punire peccatis: cogi
tur enim à nobis quodãmodo,
dum cõpellitur pro actibus no
ſtris mutare ſentẽtiã, & in vno
eodemq; hoĩe, nunc ſeueritate
iudicis promoueri, nunc patris
pietate blãdiri, Pater enim no-
bis Deus eſt, cũ bene agimus:
iudex noſter eſt, cũ peccamus.

¶ Sabbato, ex Iſaia. Lectio .j.

c.28. Sacerdos & pro-
pheta neſcierũt
præ ebrietate, ab
ſorpti ſunt à vi-
no, errauerũt in
ebrietate, neſcierũt videntem,
ignorauerũt iudicium. Omnes
enim menſæ replete ſunt vomi
tu ſordiumq;, ita vt nõ eſſet vl-
tra locus. Quẽ docebit ſciẽtiã?
& quem intelligere faciet audi
tum? Ablactatos à lacte, auul-
ſos ab vberibus: quia Manda
remanda, manda remanda, ex-
pecta reexpecta: expecta reex-
pecta, modicũ ibi, modicũ ibi.
In loquela enim labij: & lin-
gua altera loquetur ad populũ
iſtũ: cui dixit, Hæc eſt requies
mea, reficite laſſum, & hoc eſt
meum refrigeriũ: & noluerunt
audire, & erit eis verbum dñi,
Manda remãda, mãda reman-
da, expecta reexpecta, expecta
reexpecta, modicũ ibi: modicũ
ibi, vt vadant, & cadant retror-
ſum, & cõterantur, & illaqueen
tur, & capiantur. Propter hoc
audite verbũ dñi viri illuſores,
qui dominamini ſuper popu-
lum meum qui eſt in Ieruſalẽ.
Dixiſtis enim, percuſſimus fœ-
dus cum morte, & cum inferno
fecimus pactũ. Flagellũ inun-
dans cũ tranſierit, nõ veniet ſu
per nos: quia poſuim⁹ menda-
cium ſpem noſtrã, & mẽdacio
protecti ſumus. Idcirco hæc di-
cit dñs Deus. Ecce ego mittam
in fundamentis Sion lapidem,

lapidem

lapidem probatũ, angularem, pretioſum, in fundamento fundatũ. Qui crediderit, non feſtinet. Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiã in menſura. Et ſubuertet grãdo ſpem mendacij, & protectionẽ aquæ inundabunt. Et delebitur fœdus veſtrum cum morte: & pactũ veſtrum cum inferno nõ ſtabit.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 3. a ANno autẽ quintodecimo imperij Tyberij Cęſaris procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha aũt Galilęę Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Ituręę & Traconitidis regionis, & Lyſania Abilinę tetrarcha, ſub principibus ſacerdotũ Anna & Chaipha, factum eſt verbũ dñi ſup Ioannẽ Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnẽ regionẽ Iordanis, prædicans baptiſmũ pœnitentię in remiſſionẽ peccatorũ, ſicut ſcriptũ eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ, Vox clamantis in deſerto, Parate viam dñi, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebit: & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas, & videbit
B omnis caro ſalutare Dei.]Dicebat ergo ad turbas, quæ exibãt vt baptizarentur ab ipſo, Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à vẽtura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitẽtię, & ne cœperitis dicere, Patrẽ habemus Abrahã. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor nõ faciẽs fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabãt eum turbę, dicẽtes, Quid ergo faciemus? Reſpondens autẽ dicebat illis. Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerunt ad illum. Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil amplius q̃ quod cõſtitutum eſt vobis, faciatis. Interrogabant autẽ eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ concutiatis, neq; calumniã faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Exiſtimante aũt populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus: reſpondit Ioãnes dicẽs omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autẽ fortior me poſt me, cuius

cuius non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽtorum eius. ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni: cuius ventilabrũ in manu eiꝰ, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autẽ comburet igni inextinguibili. Multa quidẽ & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autẽ tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Ioannem in carcerem.

¶ Dñica.ij.aduen ex Iſaia. L.j.

c.35. a L † Ætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit q̃ſi liliũ. Germinãs germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron, Ipſi videbunt gloriã dñi, & decorẽ Dei noſtri. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Dicite puſillanimis, Confortamini, nolite timere, ecce Deus veſter vltionẽ adducet retributionis: Deꝰ ipſe veniet, & ſaluabit vos. Tũc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſę ſunt in deſerto aquæ: & torrentes in ſolitudine, & quæ erat arida in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum.] In cubilibus in quibus B
prius dracones habitabãt, orietur viror calami, & iunci: & erit ibi ſemita & via: & via ſancta vocabitur: nõ tranſibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt ſtulti nõ errẽt per eam. Nõ erit ibi leo, & mala beſtia nõ aſcendet per eam, nec inuenietur ibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à dño, conuertentur & venient in Sion cũ laude: & lętitia ſempiterna ſup caput eorũ: gaudium & lętitiã obtinebũt, & fugiet dolor & gemitus.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

FActum eſt autẽ cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orãte apertũ eſt cœlum: & deſcẽdit ſpiritus ſanctꝰ corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cœlo facta eſt. Tu es filius meꝰ dilectus: in te cõplacui mihi. Et ipſe Ieſus erat incipiẽs quaſi annorũ triginta: vt putabat̃ filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit ca. 3.

Melchi,

Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Matthathię, qui fuit Semei, qui fuit Ioſech, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, q fuit Rheſia, qui fuit Zorobabel, qai fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmadã, qui fuit Her, qui fuit Ieſo, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorã, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, q fuit Eliachim, qui fuit Melea, qui fuit Menã, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fnit Heſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, q fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, q fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Matuſala, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainam, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

IN illo tempore: cũ audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittẽs duos de diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? c. 11.

Et reſ. Hom. ſcti Grego papæ.

Quærendum nobis eſt fratres chariſſimi: Ioãnes propheta & plusq̃ propheta, qui veniente ad Iordanis baptiſma dominũ oſtendit, dicens. Ecce agnus Dei, ecce q tollit peccata mundi: qui & humilitatem ſuam & diuinitatis eius potentiã conſiderans, dicit, Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui autem de cœlo venit, ſuper omnes eſt, Cur in carcere poſitus mittens diſcipulos requirit: tu es q venturus es, an alium expectam⁹? tanquã ſi ignoret, quẽ oſtenderat, & an ipſe ſit neſciat: quem ipſum eſſe prophetando, baptizando, oſtendẽdo clamauerat. Sed hęc citius quęſtio ſoluitur, ſi geſtæ rei tempus & ordo penſetur. Ad Iordanis enim fluenta poſitus, quia ipſe redemptor mundi eſſet: aſſeruit. Miſſus vero in carcerẽ vtrum aliũ expectent, an ipſe veniat, requirit.

Non

Non quia ipſum eſſe mundi redemptorẽ dubitet: ſed quęrit vt ſciat, ſi is qui per ſe in mundum venerat, per ſe etiã ad inferni clauſtra deſcẽdat. Quem enim præcurrens mundo nuntiauerat, hunc moriendo, & ad inferos deſcendendo pręcurrebat. Ait ergo, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Acſi aperte dicat, Sicut pro hominibus naſci dignatus es, an etiam pro hominibus mori digneris inſinua, vt qui natiuitatis tuæ pręcurſor extiti, mortis etiã pręcurſor fiam, & venturũ inferno te nunciem, quem iam veniſſe mũdo nuntiaui. Vnde & inquiſitus dñs: enumeratis potentię ſuę miraculis, de mortis ſuę protinus humilitate reſpondit, dicens: Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus eſt qui non fuerit ſcãdalizatus in me. Viſis tot ſignis tantiſq; virtutibꝰ nõ ſcandalizari quiſq; potuit, ſed admirari. Sed infidelium mens graue in illo ſcandalũ pertulit, cum eum morientẽ poſt tot miracula vidit. Vnde & Paulus dicit, Nos aũt prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudęis quidẽ ſcandalũ, gentibus autẽ ſtultitiam. Stultũ quippe hominibꝰ viſum eſt vt pro hominibus author vitæ moreretur: & inde contra eum homo ſcandalum ſumpſit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Oratio.

EXcita dñe corda noſtra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentũ purificatis tibi mentibꝰ ſeruire mereamur: q̃ tecũ viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum.

¶ Feria ſecũda ex Iſaia. Lcõ.j.

COnſolamini, cõſolamini popule meꝰ, dicit Deꝰ veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniã cõpleta eſt malitia eiꝰ, dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto, Parate viam dñi, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei nrĩ. Omnis vallis exaltabit᷑, & omnis mons & collis humiliabitur, & erũt praua in directa, & aſpera ĩ vias planas. Et reuelabitur gloria dñi, & videbit omnis caro pariter quod os dñi loquutũ eſt. Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? C.40.

mabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus dñi ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus. Exiccatũ eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem Dei noſtri manet in æternum.
B † Super montẽ excelſum aſcende tu qui euãgelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam qui euãgelizas Ieruſalẽ, exalta, noli timere. Dic ciuitatib⁹ Iudę, Ecce Deus veſter, ecce dñs Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cũ eo, & opus illius coram illo. Sicut paſtor gregẽ ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſi-
C nu ſuo leuabit,] fœtas ipſe portabit. Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terrę, & librauit in pondere mõtes, & colles in ſtatera? Quis adiuuit ſpm̃ dñi? aut quis cõſiliari⁹ eius fuit, & oſtendit illi? Cũ quo inijt cõſiliũ, & inſtruxit eũ, & docuit eũ ſemitam iuſtitię, & erudiuit eũ ſciẽtia, & viã prudẽtię oſtendit illi?

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ca.4. IEſus aũt plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane: & agebatur in ſpiritu in deſerto diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil mã ducauit in diebus illis: & conſummatis illis poſtea eſurijt. Dixit aũt illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Et reſpondit ad illũ Ieſus, Scriptũ eſt, Quia non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo Dei. Et duxit illũ diabolus in montẽ excelſum, & oſtẽdit illi omnia regna orbis terrę in momento tẽporis: & ait illi, Tibi dabo poteſtatẽ hanc vniuerſam, & gloriam illorũ: quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu ergo procidẽs ſi adoraueris coram me, erũt tua omnia. Et reſpondens Ieſus, dixit illi, Scriptũ eſt, dñm Deũ tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Ieruſalẽ, & ſtatuit eum ſup pinnam templi: & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum. Scriptũ eſt enim ꝙ angelis ſuis mandauit de te, vt conſeruent te: & quia in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Et reſpondens Ieſus, ait illi, Dictum eſt, Non tentabis dñm Deum tuum. Et conſummata omni tentatione, Diabolus receſſit ab illo vſq; ad tempus.

Et egreſſus eſt Ieſus in virtute ſpirit⁹ in Galilæam: & fama exijt per vniuerſam regionē de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorū: & magnificabatur ab oībus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit ſecundum conſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynagogā, & ſurrexit legere. Et tradit⁹ eſt illi liber Iſaię prophetę. Et vt reuoluit librū, inuenit locū vbi ſcriptū erat, Spiritus dñi ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperib⁹ miſit me, ſanare cōtritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum dñi acceptum, & diem retributionis. Et cū plicuiſſet librū reddidit miniſtro, & ſedit. Et omniū in ſynagoga oculi erāt intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. Et omnes teſtimonium illi dabāt: & mirabantur in verbis gratię, quę procedebant de ore ipſius, & dicebāt, Nōne hic eſt fili⁹ Ioſeph? Et ait illis, Vtiq; dicetis mihi hāc ſimilitudinē,
B Medice, cura teipſum. † Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

Tertia lectio qñ agitur de feſt. Sanctā & deſiderabi. vt ſu. f. 73.

Feria tertia ex Iſaia. Lcō. i.

Ecce ſeruus me⁹, c.42.
ſuſcipiam eum: electus meus, cō placuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritum meū ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet perſonā, nec audietur vox eius foris. Calamum quaſſatū non conteret, & lignum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit triſtis, neq; turbulentus donec ponat in terra iudicium: & legē eius inſulę expectabunt. Hæc dicit dñs Deus creans cœlos, & extēdens eos: firmans terrā, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui eſt ſup eam, & ſpiritū calcantibus eam. Ego dñs vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium: vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. Ego dñs, hoc eſt nomen meum. Gloriā meā alteri non dabo, & laudē meam ſculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce

venerunt. noua quoq; ego annuntio: antequã oriantur, audita vobis faciã. Cantate dño canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui deſcenditis in mare, & plenitudo eius, inſulæ, & habitatores earum. Lętetur deſertũ, & ciuitates ei' in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores. petrę: de vertice montium clamabunt. Ponent domino gloriã, & laudem eius in inſulis nuntiabũt. Dominus ſicut fortis egredietur, ſicut vir prælіator ſuſcitabit zelum. Vociferabitur, & clamabit: ſuper inimicos ſuos cõfortabitur. Tacui, ſemper ſilui: patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul: deſertos faciã montes, & colles, & omne gramen eorũ exiccabo: & ponam flumina in inſulas, & ſtagna areſaciam. Et educã cæcos in viam quam neſciũt: & in ſemitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciã. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua, in recta.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

C.4.c A It autem, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis multæ viduę erãt in dieb' Eliæ in Iſrael quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo propheta: & nemo eorum mundatus eſt niſi Naaman Sirus Et repleti ſunt omnes in ſynagoga, ira, hęc audientes. Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vſq; ad ſuperciliũ montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per mediũ illorũ ibat.] Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilęę: ibiq; docebat illos ſabbatis. Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo habens dęmoniũ immundum: & exclamauit voce magna, dicẽs: Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te, quia ſis ſanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce & exi ab eo. Et cũ proieciſſet illum dæmoniũ in medium, exijt ab illo, nihilq; illũ nocuit. Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebãtur D

adinuicem, dicentes, Quod eſt
hoc verbum, quia in poteſtate
& virtute imperat immundis
ſpiritibus, & exeunt? Et diuul-
gabatur fama de illo in omnẽ
E locum regionis. † Surgens au-
tem Ieſus de ſynagoga, introi-
uit in domum Simonis. Socrus
autem Simonis tenebatur ma-
gnis febribus: & rogauerunt il-
lum pro ea. Et ſtans ſuper illã
imperauit febri: & dimiſit illã.
Et continuo ſurgens miniſtra-
bat illis. Cum autem ſol occi-
diſſet, omnes qui habebant in-
firmos varijs languoribus, du-
cebant illos ad eum. At ille ſin-
gulis manus imponens, cura-
C bat eos. Exibant autem dæmo-
nia à multis clamantia & dicẽ-
tia, Quia tu es filius Dei, & in-
crepans non ſinebat ea loqui,
quia ſciebant ipſum eſſe Chri-
ſtum. Facta autem die egreſſus
ibat in deſertum locum: & tur-
bæ requirebant eum, & vene-
runt vſque ad ipſum: & detine-
bant illũ ne diſcederet ab eis.
Quibus ille ait, Quia & alijs
ciuitatibus oportet me euan-
gelizare regnũ Dei, quia ideo
miſſus ſum. Et erat prædicans
in ſynagogis Galilææ.

Feria lectio qñ agit᷑ de feria.
Audite frẽs. &c. vt ſupra. fo. 74.

¶ Feria.iiij. ex Iſaia. Lectio.j.

VEre tu es Deus c.45.
abſcõdit᷒: Deus
Iſrael ſaluator.
Confuſi ſunt, &
erubuerunt om
nes: ſimul abierunt in cõfuſio-
nem fabricatores errorũ: Iſrael
ſaluatus eſt in dño ſalute æter-
na. Non confundemini, & non
erubeſcetis vſq; in ſeculũ ſecu-
li: quia hęc dicit dñs creans cœ-
los, ipſe Deus formans terram,
& faciẽs eam, ipſe plaſtes eius.
Non in vanum creauit eam: vt
habitetur formauit eam. Ego
dñs, & nõ eſt alius. Non in ab-
ſcondito locutus ſum, in loco
terrę tenebroſo. Nõ dixi ſemi-
ni Iacob, Fruſtra quęrite me.
Ego dñs loquẽs iuſtitiã, annun
tians recta. Congregamini &
venite, & accedite ſimul q ſal-
uati eſtis ex gẽtibus. Neſcierũt
qui leuant lignũ ſculpturę ſuę,
& rogant Deũ non ſaluantem.
Annuntiate & venite, & conſi-
liamini ſimul. Quis auditum
fecit hoc ab initio, ex tũc prędi
xit illud? Nunquid non ego
dñs, & nõ eſt vltra Deus abſq; D
me? Deus iuſtus & ſaluans non
eſt præter me. Cõuertimini ad
me, & ſalui eritis omnes fines
terrę: quia ego Deus: & non eſt
alius:

alius. In memetipſo iuraui, Egredietur de ore meo iuſtitiæ verbũ, & non reuertetur: quia mihi curuabit omne genu: & iurabit omnis lingua. Ergo in dño dicet, meæ ſunt iuſtitiæ & imperiũ. Ad eũ veniẽt & confundẽtur omnes qui repugnãt ei. In domino iuſtificabitur & laudabitur omne ſemẽ Iſrael.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c.5.a FActum eſt autẽ † cum turbæ irruerent in eum vt audirent verbũ Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ Geneſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autẽ deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autẽ in vnam nauim, quę erat Simonis, rogauit eũ, à terra reducere puſillum. Et ſedẽs docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonẽ, Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturã. Et reſpondẽs Simon, dixit illi, Pręceptor, per totã noctem laborantes nihil cepimus, in verbo aũt tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent concluſerũt piſciũ multitudinẽ copioſam: rumpebatur autẽ rete eorum. Et annuerunt ſocijs q erãt in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerũt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens, Exi à me dñe. quia homo peccator ſum. Stupor enim circũdederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium, quã ceperãt. Similiter aũt Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiẽs. Et ſubductis ad terrã nauibus, relictis oĩbus ſequuti ſunt eum.] Et factũ eſt, B cũ eſſet in vna ciuitatũ: & ecce vir plen⁹ lepra, & vidẽs Ieſum, & procidens in faciẽ ſuã, rogauit eum, dicẽs, Dñe, ſi vis potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum: dicens, volo. Mundare. Et confeſtim lepra diceſſit ab illo; & ipſe præcepit illi vt nemini diceret: ſed vade, oſtẽde te ſacerdoti: & offer pro emũdatione tua ſicut præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Perambulabat autẽ magis ſermo de illo: & ꝯueniebãt turbæ multę vt audirẽt, & curarentur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe aũt ſecedebat in deſertũ, & orabat.

Tertia lectio quando fit officium de feria. Appropinquante. &c. vt ſupra folio. 75.

¶ Feria quinta ex Iſaia. Lcō.j.

c.49. a A † Vdite inſulæ,
& attendite po-
puli de lōge,dñs
ab vtero vocauit
me,de vētre ma-
tris meæ recordatus eſt nomi-
nis mei. Et poſuit os meū quaſi
gladiū acutum: in vmbra ma-
nus ſuæ protexit me, & poſuit
me ſicut ſagittam electam. In
pharetra ſua abſcondit me, &
dixit mihi, Seruus meus es tu
Iſrael, quia in te glorificabor.
Et ego dixi: In vacuū laboraui,
ſine cauſa, & vane fortitudinē
meam cōſumpſi. Ergo iudiciū
meum cum dño, & opus meū
cum Deo meo. Et nunc hæc di
cit dñs, formans me ex vtero
ſeruum ſibi, vt reducam Iacob
ad eum, & Iſrael nō congrega-
bitur: & glorificat⁹ ſum in ocu
lis dñi, & Deus meus factus eſt
fortitudo mea Et dixit: Parum
eſt vt ſis mihi ſeru⁹ ad ſuſcitan
das tribus Iacob, & fœces Iſrael
cōuertendas. Dedi te in lucem
gentiū, vt ſis ſalus mea vſq; ad
extremū terræ. Hæc dicit dñs
redemptor Iſrael, ſanctus eius,
ad contemptibilē animam, ad
abominatā gentem, ad ſeruū
dominorum. Reges videbunt,
& conſurgent principes, & ado
rabunt propter dñm, quia fide
lis eſt, & ſanctum Iſrael qui ele
git te] Hæc dicit dñs: In tem B
pore placito exaudiui te, & in
die ſalutis auxiliatus ſum tui.
Et ſeruaui te, & dedi te in fœ-
dus populi, vt ſuſcitares terrā,
& poſſideres hæreditates diſſi-
patas: vt diceres his qui vincti
ſunt, Exite: & his qui in tene-
bris, Reuelamini. Super vias pa
ſcentur, & in omnibus planis
paſcua eorum. Non eſurient,
neq; ſitient, & nō percutiet eos
æſtus & ſol: quia miſerator eo-
rū reget eos, & ad fontes aqua-
rum potabit eos. Et ponā om-
nes montes meos in viam, & ſe
mitæ meę exaltabuntur. Ecce,
iſti de longe venient, & ecce
illi ab aquilone & mari, & iſti
de terra auſtrali. Laudate cœ-
li, & exulta terra: iubilate mon
tes laudē: quia conſolatus eſt
dominus populū ſuum, & pau-
perum ſuorum miſerebitur.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

E T † factum eſt in vna die- c.5.a
rum, & ipſe ſedebat docēs.
Et erant Phariſæi ſedentes & le
gis doctores qui venerāt ex om
ni caſtello Galilææ & Iudęę &
Ieruſalem: & virtus dñi erat ad
ſanandū eos. Et ecce viri por-
tantes in lecto hominem qui
erat

erat paralyticus, & quęrebant eum inferre, & ponere ante eũ. Et non inuenientes qua parte illũ inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectũ, & per tegulas ſubmiſerũt eum cum lecto in mediũ ante Ieſum. Quorũ fidem vt vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperũt cogitare Scribę & Phariſæi, dicentes: Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? quis poteſt dimittere peccata, niſi ſol⁹ Deus? Vt cognouit autẽ Ieſus cogitationes eorũ, reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, dimittũtur tibi peccata: an dicere, ſurge & ambula? Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittẽdi peccata (ait paralytico) tibi dico, ſurge, tolle lectũ tuum, & vade in domum tuam. Et confeſtim cõſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domũ ſuam magnificans Deum. Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deũ. Et repleti ſunt timore, dicentes: quia vidimus

D mirabilia hodie.] Et poſt hæc exijt, & vidit publicanũ nomine Leui ſedentẽ ad teloneum, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, ſurgens ſecut⁹ eſt eum: & fecit ei conuiuium magnũ Leui in domo ſua, & erat turba multa Publicanorum & aliorũ qui cũ illis erãt diſcumbentes. Et murmurabãt Phariſęi & Scribę eorum dicentes ad diſcipulos eius: Quare cum publicanis & peccatorib⁹ manducatis & bibitis? Et reſpondẽs Ieſus, dixit ad illos: Nõ egẽt qui ſani ſunt, medico: ſed q male habẽt. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã.

Tertia lectio quando fit de fer.

Certe ſi te rex. &c. vt ſup. fo. 77.

¶ Feria ſexta ex Iſaia. Lectio. j.

AVdite me qui ſequimini qđ iuſtum eſt, & quęritis dñm: attendite ad petrã vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrẽ veſtrũ, & ad Saram quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Conſolabitur ergo dñs Sion, & conſolabit᷑ omnes ruinas eius: & ponet deſertũ eius quaſi delitias, & ſolitudinem eius quaſi hortum dñi. Gaudium & lętitia inuenietur in ea: gratiarũ actio, & vox laudis. Attendite c. 51.

ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet: & iudicium meũ in lucẽ populorũ requieſcet. Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, & brachia mea populus iudicabunt. Me inſulæ expectabunt, & brachiũ meũ ſuſtinebunt. Leuate in cœlũ oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum: qa cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentũ atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus autẽ mea in ſempiternũ erit, & iuſtitia mea nõ deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtũ, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorũ ne metuatis. Sicut enim veſtimentũ, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanã, ſic deuorabit eos tinea. Salus autẽ mea in ſempiternũ erit, & iuſtitia mea in generationes generationũ. Conſurge, cõſurge, induere fortitudinem brachiũ dñi: conſurge ſicut in diebus antiquis, in generationib⁹ ſeculorũ. Nunqd non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti dracon ẽ? Nunquid nõ tu ſiccaſti mare aquã abyſſi vehementis: qui poſuiſti profundum maris viã, vt tranſirẽt liberati? Et nunc qui redempti ſunt à dño, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lętitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium & lętitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

AT illi dixerunt ad eum Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phariſęorũ: tui aũt edunt & bibũt? Quibus ipſe ait: Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Venient aũt dies, & cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabũt in illis diebus. Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: Quia nemo cõmiſſuram à veſtiméto nouo immittit in veſtimentũ vetus: alioquin & nouũ rumpit, & veteri nõ conuenit cõmiſſura à nouo Et nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres: alioquin rumpet vinũ nouum vtres, & vinum effundetur. & vtres peribunt: ſed vinum nouũ in vtres nouos mittendum eſt: & vtraq; cõſeruantur: Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum: dixit enim, Vetus melius eſt. Factũ eſt autem in ſabbato ſecũdo primo, cum trãſiret per ſata, vellebant diſcipuli ca.5. ca.6.

diſcipuli eius ſpicas,& manducabant confricantes manibus, Quidam aũt Phariſæorũ dicebant illis: Quid facitis, quod nõ licet in ſabbatis? Et reſpondens Ieſus,ad eos dixit: Nõ hoc legiſtis quod fecit Dauid, cum eſuriſſet ipſe & qui cũ illo erãt: quomodo intrauit in domum Dei,& panes ꝓpoſitionis ſumpſit,& manducauit,& dedit his qui cũ ipſo erant,quos nõ licet manducare niſi tantũ ſacerdotibus? Et dicebat illis: Quia dñs eſt filius hominis,etiã ſabbati. Factũ eſt autẽ & in alio ſabbato,vt intraret in ſynagogam,& doceret: Et erat ibi homo: & manus eius dextera erat arida. Obſeruabãt aũt Scribę & Phariſæi ſi in ſabbato curaret: vt inuenirent vnde accuſarẽt eũ. Ipſe vero ſciebat cogitationes eorũ: & ait homini q habebat manũ aridam, Surge, & ſta in mediũ. Et ſurgẽs ſtetit. Ait aũt ad illos Ieſus: Interrogo vos, ſi licet ſabbatis bñfacere an male? animã ſaluã facere, an perdere? Et circunſpectis oĩbus,dixit homini,extende manũ tuã. Et extendit:& reſtituta eſt manus eius. Ipſi autẽ repleti ſunt inſipientia:& colloquebantur adinuicẽ quidnã facerent Ieſu.

Tertia lectio quando fit de fer.
Satis abũdeq;. &c. vt ſup fo. 78.

Sabbato ex Iſaia. Lectio. j.

COnſurge, cõſurge,induere fortitudine tua Sion: induere veſtimẽtis glorię tuæ Ieruſalem ciuitas ſancti,quia nõ adijciet vltra vt pertrãſeat per te incircunciſus & immandus. c.52.
Excutere de puluere,conſurge, ſede Ieruſalem: Solue vincula colli tui captiua filia Sion, qa hæc dicit dñs: Gratis venũdati eſtis & ſine argento redimemini. Quia hæc dicit dñs Deus: In Ægyptũ deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi:& Aſſur abſq; vlla cauſa calumniatus eſt eũ. Et nunc quid mihi eſt hic, dicit dñs? qm̃ ablatus eſt populus meus gratis. Dominatores eiꝰ inique agunt, dicit dñs:& iugiter tota die nomẽ meũ blaſphematur. Propter hoc ſciet populꝰ meus nomen meũ in die illa:qa ego ipſe qui loquebar,ecce adſum. Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiãtis,& prædicantis pacem, annuntiantis bonũ, prędicantis ſalutẽ,dicẽtis Sion: Regnabit Deus tuus. Vox ſpeculatorum tuorum leuauerũt

vocem, ſimul laudabunt:quia oculo ad oculũ videbunt, cum conuerterit dñs Sion. Gaudete & laudate ſimul deſerta Ieruſalem:quia cõſolatus eſt dñs populum ſuũ, redemit Ieruſalẽ. Parauit dñs brachiũ:ſanctum ſuum in oculis omniũ gentiũ: & videbunt oẽs fines terrę ſalutare Dei noſtri. Recedite,recedite, exite inde, pollutũ nolite tangere. Exite de medio eius, mũdamini qui fertis vaſa dñi. Quoniã non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet enim vos dñs,& congregabit vos Deus Iſrael. Ecce intelliget ſeruus me⁹, exaltabitur,& eleuabiť, & ſublimis erit valde. Sicut obſtupuerũt ſuper eum multi: ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius,& forma eius inter filios hominum. Iſte aſperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt reges os ſuũ:quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt: & qui nõ audierunt, contemplati ſunt.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ca.6. FActum eſt aũt: in illis diebus exijt in montẽ orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cũ dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis,quos & apoſtolos nominauit: Simonem, quem cognominauit Petrũ, & Andreã fratrem eius,Iacobũ & Ioannẽ, Philippũ & Bartholomęum, Matthęũ & Thomam, Iacobũ Alphæi, & Simonẽ qui vocatur Zelotes,& Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotẽ, qui fuit proditor. Et deſcendens, cum illis, ſtetit in loco campeſtri,& turba diſcipulorũ eius & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa & Ieruſalẽ, & maritima & Tyri & Sidonis,qui venerant vt audirent eũ, & ſanarentur à languoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabanť. Et omnis turba quęrebat cũ tangere quia virtus de illo exibat,& ſanabat oẽs. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes: quia veſtrũ eſt regnũ Dei. Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint hoĩes, & cũ ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ veſtrũ tanq̃ malum propter filiũ hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo. ſecundũ hæc enim faciebãt prophetis patres eorũ. Veruntamẽ vę vobis diuitibus, qui

qui habetis cõſolationẽ veſtrã. Væ vobis qui ſaturati eſtis, qa eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cũ benedixerint vobis oẽs homines: ſecundũ hęc enim faciebãt pſeudoprophetis patres eorũ. Sed vobis dico q auditis, Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui vos oderũt Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et qui te pcutit in maxillã vnã prębe illi & alterã. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentũ, etiã tunicã noli prohibere Omni aũt petẽti te, tribue: & q aufert quę tua ſunt, ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.

¶ Dñica iij. aduẽ. ad matu. añ.

O oriẽs ſplẽdor lucis ęternę, & ſol iuſtitię, veni, & illumĩa ſedẽtes ĩ tenebris, & vmbra mortis.

Hæc añ. dicit' ad matu. vſq; ad vigiliã natiuitatis excluſiue qñ fit officiũ de dñica, vel de feria.

¶ Ex Iſaia. Lectio prima.

c. 56. HÆc dicit dominꝰ, Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiã: quia iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Beatus vir q facit hoc, & filius hominis qui apprehendet iſtud. Cuſtodiens ſabbatum ne polluat illud cuſtodiẽs manꝰ ſuas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenę qui adhæret domino dicẽs, Separatione diuidet me dñs à populo ſuo. Et nõ dicat eunuchus, Ecce ego lignũ aridum, Quia hæc dicit dñs eunuchis. Qui cuſtodierint ſabbata mea & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenæ qui adhærẽt dño vt colant eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientẽ ſabbatũ ne polluat illud, & tenentem fœdus meũ: Adducam eos in montem ſanctũ meũ, & lętificabo eos in domo orationis meæ. Holocauſta eorũ. & victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. Ait dominꝰ Deus qui cõgregat diſperſos Iſrael, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes beſtię agri venite ad deuorandum, vniuerſę beſtię ſaltus.

Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti nõ valentes latrare, videntes vana, dormiẽtes & amantes ſomnia. Et canes impudẽtiſſimi neſcierũt ſaturitatẽ: ipſi paſtores ignorauerũt intelligẽtiã, oẽs in viã ſuã declinauerũt, vnuſquiſq; ad auaritiam ſuam, à ſummo vſq; ad nouiſſimũ. Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ca. 6. ET ſi diligitis eos qui vos diligunt: quæ vobis eſt gratia? nam & peccatores, diligentes ſe, diligunt. Et ſi benefeceritis his q vobis benefaciũt: quę vobis eſt gratia? ſiquidẽ & peccatores hoc faciũt. Et ſi mutuũ dederitis his à quibus ſperatis recipere: quæ gratia eſt vobis? nam & pctõres peccatorib⁹ fœnerantur: vt recipiant ęqualia. Veruntamen diligite inimicos veſtros: benefacite & mutuum date, nihil inde ſperãtes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, qa ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.

D † Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini, nolite cõdemnare, & non cõdẽnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Menſurã bonã & cõfertã & coagitatã & ſuperfluentem dabũt in ſinũ veſtrũ. Eadẽ quippe mẽſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat aũt illis & ſimilitudinẽ: Nunquid põt cæcus cæcũ ducere? nonne ambo in foueã cadunt? Non eſt diſcipulus ſup magiſtrũ, perfectus aũt omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter ei⁹. Quid aũt vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autẽ quæ in oculo tuo eſt, nõ cõſideras? Aut quo modo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eijciam feſtucã de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem nõ vides? Hypocrita: eijce primũ trabem de oculo tuo: & tũc perſpicies vt educas feſtucã de oculo fratris tui.] Non eſt E enim arbor bona quæ facit fructus malos: neq; arbor mala, faciens fructũ bonũ. Vnaquęq; enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Neq; enim de ſpinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiãt vuã. Bon⁹ homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de malo theſauro profert malũ. Ex abundantia enim cordis os loquit. Quid autẽ vocatis me, dñe

dñe dñe: & nõ facitis quę dico? Omnis qui venit ad me: & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit: ſimilis eſt homini ædificãti domũ, qui fodit in altũ, & poſuit fundamentũ ſupra petrã, inundatione autẽ facta, illiſum eſt flumẽ domui illi: & nõ potuit eã mouere, fundata enim erat ſupra petram. Qui aũt audit & nõ facit, ſimilis eſt hoĩ ędificãti domũ ſuam ſupra terrã ſine fundamento: in quã illiſus eſt fluuius: & cõtinuo cecidit: & facta eſt ruina dom⁹ illi⁹ magna.

Secundum Ioannem. Lectio.iij.

ca. 1. In illo tẽpore miſerũt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes, & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et rel. Hom. ſcti Grego. papæ.

Ex huius nobis lectionis verbis, fratres chariſſimi, Ioannis humilitas cõmẽdatur. Qui cũ tãtę virtutis eſſet vt Chriſt⁹ credi potuiſſet: elegit ſolide ſubſiſtere in ſe, ne humana opinione raperetur inaniter ſuper ſe. Nã cõfeſſus eſt, & nõ negauit: confeſſus eſt: quia nõ ſum ego Chriſtus: ſed q dixit, non ſum: negauit plane qđ non erat: ſed non negauit quod erat, vt veritatẽ loquens eius mẽbrũ fieret, cuius ſibi nomen fallaciter nõ vſurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Chriſti, factus eſt mẽbrũ Chriſti. Quia dum infirmitatẽ ſuã ſtuduit humiliter agnoſcere: illius celſitudinẽ meruit veraciter obtinere. Sed cũ ex lectione alia redẽptoris noſtri ſentẽtia ad mentẽ reducitur: ex hui⁹ nobis lectionis verbis quęſtio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquiſitus à diſcipulis dñs, de Eliæ aduentu reſpondit, Elias iam venit, & nõ cognouerunt eũ: ſed fecerũt in eo quodcũq; voluerũt. Et ſi vultis ſcire, Ioannes ipſe eſt Elias. Requiſit⁹ aũt Ioannes dicit: non ſum Elias. Quid eſt hoc frẽs chariſſimi: quia qđ veritas affirmat, hoc ꝓpheta veritatis negat? Valde nãq; inter ſe diuerſa ſunt, ipſe eſt: & nõ ſum. Quomodo ergo propheta veritatis eſt, ſi eiuſdẽ veritatis ſermonib⁹ cõcors nõ eſt? Sed ſi ſubtiliter veritas ipſa requirat̃, hoc qđ inter ſe cõtrariũ ſonuit, quomodo cõtrariũ nõ ſit inuenitur. Ad Zachariã nanq; de Ioannis promiſſione angelus dixit, Ipſe præibit ante illum, in ſpiritu & virtute Eliæ. Qui idcirco venturus in ſpũ & virtute Eliæ dicitur, quia ſicut

Elias ſecundum dñi aduentũ præueniet, ita Ioannes præuenit primum. Sicut ille præcurſor venturus eſt iudicis, ita iſte præcurſor factus eſt redemptoris. Ioannes igitur in ſpiritu Elias erat: in perſona Elias nõ erat: Quod ergo dominus fatetur de ſpiritu, hoc Ioannes denegat de perſona. Quia & iuſtum ſic erat vt diſcipulis dominus ſpiritualem de ioanne ſententiam diceret. & Ioannes idem turbis carnalibus non de ſuo ſpiritu, ſed de corpore reſponderet. Cõtrariũ ergo videtur eſſe veritati quod Ioannes ſonuit: ſed tamẽ à veritatis tramite nõ receſſit. Ad laudes añ.

O rex gentium, & deſideratus earum, lapiſq; angularis, qui facis vtraq; vnũ, veni, ſalua hominẽ, quem de limo formaſti.

Hæc añ. dicenda eſt ad laudes vſq; ad vigiliã natiui. excluſiue qñ non agitur de ſctõ. Orõ.

AVrem tuã, quęſum' dñe, precibus noſtris accommoda: & mẽtis noſtrę tenebras gratia tuæ viſitationis illuſtra. Qui viuis. &c. Ad veſperas añ.

O Emmanuel rex, & legifer noſter, expectatio gentium, & ſaluator earum, veni ad ſaluandum nos, domine Deus noſter.

Hæc antiphona dicitur ad veſperas vſq; ad vigiliam natiuitatis quando nõ fit de ſancto.

Feria ſecũda. ex Iſaia. Lcõ. i.

C† Lama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuã, & annuntia populo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quęrũt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens quę iuſtitiã fecerit, & iudicium Dei ſui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iuſtitiæ, & appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & nõ aſpexiſti? humiliauim' animas noſtras, & neſciſti? Ecce, in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & oẽs debitores veſtros repetitis. Ecce, ad lites, & ad cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hãc diẽ, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunqd tale eſt ieiuniũ quod elegi, per diẽ affligere hominẽ animã ſuã? nunquid cõtorquere quaſi circulũ caput ſuũ, & ſaccum & cinerẽ ſternere? nunquid iſtud vocabis ieiuniũ, & diẽ acceptabilem dño? Nõne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi? diſſolue colligationes

c. 58 a

gationes impietatis, ſolue faſci
culos depriměntes, dimitte eos,
qui cōfracti ſunt, liberos, & om
ne onus dirumpe. Frange eſu-
rienti panē tuum, & egenos va
gosq; induc in domum tuam.
Cum videris nudum, operi eū,
& carnem tuam ne deſpexeris.
Tunc erumpet quaſi mane lu-
men tuum, & ſanitas tua citius
orietur, & anteibit faciē tuā iu-
ſtitia tua, & gloria dñi colliget
te. Tūc inuocabis, & dñs exau-
diet te: clamabis, & dicet, Ecce
B adſum.] Si abſtuleris de me-
dio tui catenam, & deſieris ex-
tendere digitū, & loqui quod
non prodeſt, cum effuderis eſu
rienti animā tuam, & animam
afflictam repleueris: orietur in
tenebris lux tua, & tenebrę tuę
erunt ſicut meridies. Et requiē
tibi dabit dominus ſemper: &
implebit ſplendoribus animā
tuam, & oſſa tua liberabit.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ca.7. CVm aūt impleſſet omnia
verba ſua in aures plebis,
intrauit Capharnaum. Centu-
rionis autem cuiuſdam ſeruus
male habens, erat moriturus,
qui illi erat pretioſus. Et cum
audiſſet de Ieſu, miſit ad eum
ſeniores Iudæorū, rogans eū vt
veniret, & ſaluaret ſeruū eius.
At illi cum veniſſent ad Ieſum,
rogabant eū ſolicite, dicētes ei,
Quia dignus eſt vt hoc illi prę-
ſtes, diligit enim gentē noſtrā:
& ſynagogā ipſe ædificauit no
bis. Ieſus autem ibat cum illis.
Et cū iam nō longe eſſet à do-
mo, miſit ad eū Centurio ami-
cos, dicēs, dñe, noli vexari. Nō
enim ſum dignus vt ſub tectū
meū intres, ꝓpter quod & me-
ipſum nō ſum dignū arbitrat⁹
vt venirē ad te: ſed dic verbo, &
ſanabitur puer me⁹. nā & ego
homo ſum ſub poteſtate cōſti
tutus, habēs ſub me milites: &
dico huic, vade, & vadit: & alio,
veni, & venit: & ſeruo meo, fac
hoc, & facit. Quo audito, Ieſus
miratus eſt: & cōuerſus, ſequen
tibus ſe turbis dixit, Amen di-
co vobis, nec in Iſrael tantam
fidē inueni. Et reuerſi qui miſſi
fuerant, domum, inuenerunt
ſeruum qui languerat, ſanum.
Et factum eſt: deinceps † ibat B
Ieſus in ciuitatem quę vocatur
Naim: & ibāt cum eo diſcipuli
eius, & turba copioſa. Cū autē
appropinquaret portæ ciuita-
tis, ecce defunct⁹ efferebat fili⁹
vnicus matri ſuę: & hęc vidua
erat: & turba ciuitatis multa
cum illa. Quā cū vidiſſet dñs,
miſericordia motus ſup eam,
dixit

dixit illi, Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculũ. Hi aũt qui portabant ſteterunt. Et ait, Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit qui erat mortuꝰ, & cępit loqui. Et dedit illũ matri ſuę. Accepit autem oẽs timor, & magnificabant Deũ, dicẽtes, Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebẽ ſuã.]

Tertia lectio quãdo fit de fer.

Sanctã, & deſiderabi. vt ſu. f.73.

¶ Feria tertia, ex Iſaia. Lcõ.j.

c.61. SPiritus dñi ſuper me, eo ꝙ vnxerit dñs me: ad annũtiandũ manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prędicarem captiuis indulgentiã, & clauſis apertionẽ: vt ꝑdicarẽ annũ placabilem dño, & diem vltionis Deo noſtro: vt cõſolarer oẽs lugentes: vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronã pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliũ laudis pro ſpiritu mœroris. Et vocabũtur in ea fortes iuſtitiæ plantatio dñi ad glorificandũ. Et ędificabũt deſerta à ſeculo: & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt ciuitates deſertas, diſſipatas in generationẽ & generationem. Et ſtabũt alieni, & paſcẽt pecora veſtra: & filij peregrinorũ, agricolę & vinitores veſtri erũt. Vos autem ſacerdotes dñi vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis fortitudinẽ gentiũ comedetis, & in gloria earũ ſuperbietis. Pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabũt patrem eorum: propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, lętitia ſempiterna erit eis: quia ego dñs diligens iudiciũ, odio habẽs rapinam in holocauſtũ. Et dabo opus eorũ in veritate: & fœdus perpetuũ feriam eis. Et ſcietur in gentibꝰ ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoſcẽt illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit dñs. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me veſtimẽtis ſalutis: & indumento iuſtitię circũdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona & quaſi ſpõſam ornatã monilibꝰ ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat: ſic dñs Deus germinabit iuſtitiam, & laudẽ corã vniuerſis gentibus.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ET exijt hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & ca.7.
in

in omnē circa regionē. Et nuntiauerūt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioānes, & miſit ad Ieſum, dicēs, Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Cum aūt veniſſent ad eum viri, dixerūt, Ioānes Baptiſta miſit nos ad te, dicēs, Tu es qui venturus es: an aliū expectamus? In ipſa autē hora multos curauit à languoribus ſuis & plagis, & ſpiritibus malis: & cęcis multis donauit viſum. Et reſpondēs dixit illis, Euntes renuntiate Ioāni quæ audiſtis & vidiſtis Quia cæci vidēt, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiūt, mortui reſurgūt, pauperes euāgelizantur: & beatus eſt quicunq; nō fuerit ſcandalizatus in me. Et cum diſceſſiſſent nuntij Ioānis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas, Quid exiſtis in deſertū videre? arūdinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominē mollib⁹ veſtimētis indutū? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & delicijs, in domib⁹ regū ſunt. Sed quid exiſtis videre? ꝓphetā? Vtiq; dico vobis & plusq̄ prophetā. Hic eſt de quo ſcriptū eſt, Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, qui pręparabit viā tuā ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierū propheta Ioāne Baptiſta nemo eſt. Qui aūt minor eſt in regno Dei, maior eſt illo. Et omnis populus audiēs, & publicani, iuſtificauerunt Deū, baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi aūt & legiſperiti, cōſiliū Dei ſpreuerūt ī ſemetipſos nō baptizati ab eo. Ait aūt dñs, Cui ergo ſimiles dicā homines generationis hui⁹, & cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedētib⁹ in foro, & loquētib⁹ adinuicē, & dicentib⁹, Cantauimus vobis tibijs, & nō ſaltaſtis: lamentauimus, & nō ploraſtis. Venit aūt Ioānes Baptiſta neq; manducans panē, neq; bibens vinū: & dicitis, Dæmoniū habet. Venit filius hominis manducās & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorū, et peccatorū. Et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.

Tertia lectio quando agitur de feria. Audite fratres cha. &c. vt ſupra in feria tertia. fol. 70.

¶ Feria quarta, ex Iſaia. Lcō. j.

PRopter Sion nō tacebo & ꝓpter Ieruſalē nō quieſcā, donec egrediatur vt ſplendor c.62.

dor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iuſtũ tuum, & cunctí reges inclytũ tuum: & vocabitur tibi nomen nouũ, quod os dñi nominauit. Et erit corona gloriæ in manu dñi, & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Deſolata: ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata: qa cõplacuit dño in te: & terra tua inhabitabitur: Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabũt in te filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. Super muros tuos Ieruſalẽ cõſtitui cuſtodes: tota die & tota nocte perpetuo non tacebunt. Qui reminiſcimini dñi, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Ieruſalẽ laudẽ in terra. Iurauit dñs in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ, Si dedero triticũ tuũ vltra cibũ inimicis tuis: & ſi biberint filij alieni vinũ tuum in quo laboraſti. Quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt dñm: & qui comportant illud, bibent in atrijs ſanctis meis. Tranſite, trãſite per portas, pręparate viam populo, planum facite iter: & eligite lapides, & eleuate ſignũ ad populos. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terrę, dicite filiæ Sion, Ecce ſaluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus ſanctus, redempti à domino: Tu autem vocaberis, Quæſita ciuitas, & non derelicta.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

R† Ogabat aũt illũ quidã de Phariſæis vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domũ Phariſęi, diſcubuit. Et ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit ꝙ Ieſus accubuit in domo Phariſęi, attulit alabaſtrũ vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & obſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Vidẽs autem Phariſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens, Hic ſi eſſet ꝓpheta, ſciret vtiq; quę & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpõdẽs Ieſus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic. Duo debitores erãt cuidã fœneratori: vnus debebat denarios qgentos, & c.7.f

alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;. Quis ergo eũ plus diligit? Et reſpõdẽs Simon dixit, Exiſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierẽ, dixit Simoni, Vides hanc mulierẽ? Intraui in domũ tuã, aquã pedibus meis nõ dediſti: hęc autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nõ dediſti: hęc aũt ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meũ nõ vnxiſti: hęc aũt vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, qm̃ dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Dixit autẽ ad illã, Remittuntur tibi peccata. Et cœperũt qui ſimul accũbebãt, dicere intra ſe, quis eſt hic q etiã peccata dimittit? Dixit autem ad mulierẽ, Fides tua te ſaluã fecit: vade ĩ pace.]

Tertia lectio quãdo fit de feria. Appropinquãte. vt ſup. fol. 75.

¶ Feria quinta, ex Iſaia. Lcõ. j.

c. 64. VTinam dirumperes cœlos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerẽt, ſicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquę arderent igni: vt notum fieret nomen tuũ inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non ſuſtinebimus. Deſcendiſti & à facie tua montes defluxerunt. A ſeculo non audierunt, neq; auribus perceperunt, oculus nõ vidit, Deus abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te. Occurriſti lętanti, & facienti iuſtitiã: in vijs tuis recordabuntur tui. Ecce, tu iratus es, & peccauim⁹: in ipſis fuimus ſemper, & ſaluabimur. Et facti ſumus vt immũdi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatę vniuerſę iuſtitię noſtrę. Et cecidimus quaſi foliũ vniuerſi, & iniquitates noſtrę quaſi vẽtus abſtulerũt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuũ: qui cõſurgat, & teneat te. Abſcondiſti faciẽ tuã à nobis, & illiſiſti nos in manu iniquitatis noſtrę. Et nunc dñe, pater noſter es tu, nos vero lutum: & fictor noſter tu, & opera manuum tuarũ oẽs nos. Ne iraſcaris dñe ſatis, & ne vltra memineris iniquitatis: ecce, reſpice, populus tuus oẽs nos. Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta. Sion deſerta facta eſt, Ieruſalẽ deſolata eſt. Dom⁹ ſanctificationis noſtrę, & glorię noſtrę, vbi laudauerunt te patres noſtri, facta

 eſt

eſt in exuſtionem ignis,& omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Nunquid ſuper his continebis te Dñe, tacebis & affliges nos vehementer?

Secundum Lucam, Lectio.ij.

ca.8. ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella prædicãs, & euangelizans regnũ Dei: & duodecim cũ illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis,& infirmitatib9, Maria quę vocatur Magdalene,de qua ſeptem dęmonia exierant, & Ioanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna,& aliæ multæ quę miniſtrabãt ei B de facultatibus ſuis.† Cum autem turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus properarẽt ad eum, dixit per ſimilitudinem, Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuũ: & dũ ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & cõculcatum eſt,& volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas:& ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam: & ortũ, fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiẽdi,audiat. Interrogabãt autem eũ diſcipuli eius quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datũ eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autẽ in parabolis, vt videntes non videãt, & audiẽtes nõ intelligãt. Eſt autẽ hæc parabola, Semen, eſt verbũ Dei. Qui autẽ ſecus viã: hi ſunt qui audiũt,deinde venit Diabolus, & tollit verbũ de corde eorũ,ne credẽtes ſalui fiant. Nam qui ſupra petrã: hi ſunt,q cũ audierint,cũ gaudio ſuſcipiunt verbũ: & hi radices nõ habent: quia ad tempus credunt,& in tempore tentationis recedunt. Quod autẽ in ſpinas cecidit: hi ſunt qui audierũt, & à ſolicitudinibus & diuitijs, & voluptatibus vitę euntes ſuffocantur, & nõ referũt fructum. Quod autẽ in bonã terram: hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinẽt, & fructũ afferũt in patientia] C Nemo aũt lucernã accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrũ ponit, vt intrantes videant lumen. Non eſt enim occultũ, quod nõ manifeſtetur: nec abſconditum, quod nõ cognoſcatur,& in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet,

habet, dabitur illi, & quicunq; nõ habet, etiã quod putat ſe habere auferetur ab illo. Venerũt aũt ad illũ mater & fratres ei⁹: & nõ poterant audire eum prę turba. Et nuntiatũ eſt illi, Mater tua, & fratres tui ſtant foris, volentes te videre. Qui reſpondens dixit ad eos, Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.

Tertia lectio qñ agitur de fer.

Certe ſi te rex. vt ſupra. fol. 77.

¶ Feria ſexta ex Ieremia. L. i.

ca. 23. VÆ paſtoribus, q diſperdunt, & dilacerãt gregem paſcuæ meæ dicit dñs. Ideo hęc dicit dñs Deus Iſrael ad paſtores qui paſcũt populũ meum, Vos diſperſiſtis gregem meũ, & eieciſtis eos, & nõ viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiã ſtudiorũ veſtrorũ, ait dñs. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & cõuertam eos ad rura ſua, & creſcent, & multiplicabuntur. Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos: & nũ formidabũt vltra, & nõ pauebunt: & nullus quęretur ex numero, dicit dñs. Ecce dies veniunt, dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ, & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit cõfidenter: & hoc eſt nomẽ quod vocabunt eum, dñs iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dñs: & non dicent vltra, Viuit dñs q eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de terra aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & habitabunt in terra ſua.

Secundum Lucam. Lectio ij.

FActum eſt aũt in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius: & ait ad illos, Transfretem⁹ trans ſtagnum. Et aſcenderunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit: & deſcendit procella venti in ſtagnum, & cõplebantur, & periclitabantur. Accedentes autẽ, ſuſcitauerunt eũ, dicẽtes, Pręceptor, perimus. At ille ſurgens increpauit ventũ & tempeſtatẽ aquæ: & ceſſauit, & facta eſt trãquillitas. Dixit aũt illis, Vbi eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſunt, adinuicem dicentes, Quis putas hic eſt? qa & ventis & mari imperat, & obediũt ei? ca. 8.

Et nauigauerunt ad regionem Geraſenorum quæ eſt contra Galilæã. Et cũ de naui egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidã qui habebat dæmoniũ iam temporibus multis, & veſtimento nõ induebatur, neq; in domo manebat, ſed in monumẽtis. Is vt vidit Ieſum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me torqueas. Pręcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & cõpedibus cuſtoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerto. Interrogauit autem illũ Ieſus, dicens, Quod tibi nomen eſt? At ille dixit, Legio: quia intrauerãt dæmonia multa in eum. Et rogauerũt illũ ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. Erat autẽ ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit illis. Exierũt ergo dęmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt. Quod vt viderunt factũ qui paſcebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt autẽ videre quod factũ eſt: & venerunt ad Ieſum: & inuenerunt hominẽ ſedentẽ, à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autẽ illis, & qni viderant, quomodo ſanus factus fuiſſet à legione. Et rogauerũt illum omnis multitudo regionis Geraſenorũ, vt diſcederet ab ipſis: qa magno timore tenebantur. Ipſe autem aſcendens nauim, reuerſus eſt. Et rogauit illũ vir à quo dęmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimiſit aũt eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuã, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per vniuerſam ciuitatem, prædicans quãta illi feciſſet Ieſus.

Tertia lectio qñ agitur de feria.

Satis abũdeq;.&c. vt ſup fo.78.

Notandũ, ꝙ in ferijs hebdomadę ſequẽtis, quo ad tertiã lectionem ſeruãdus eſt idẽ ordo, qui ſeruatꝰ eſt in pręcedẽtibꝰ ferijs, donec vigil. Natiui. occurrat.

¶ Sabbato, ex Ezechiele. L.j.

ET factum eſt verbum dñi ad me, dicẽs: Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael: propheta, & dices paſtoribus. Hæc dicit dñs Deus, Væ paſtoribus c.34. a

ribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nõne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autẽ meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, nõ conſolidaſtis, & quod ęgrotum, nõ ſanaſtis, quod confractum eſt nõ alligaſtis, & quod abactum eſt non reduxiſtis, & quod perierat nõ quęſiſtis: ſed cũ auſteritate imperabatis eis, & cũ potentia. Et diſperſę ſunt oues meę, eo ꝙ nõ eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omniũ beſtiarũ agri, & diſperſæ ſunt. Errauerũt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo: & ſup omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei, & nõ erat q requireret, nõ erat inquã qui requireret. Propterea paſtores audite verbum dñi, Viuo ego, dicit dñs Deus, quia pro eo ꝙ facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationẽ omnium beſtiarũ agri, eo ꝙ non eſſet paſtor (neq; enim quęſierunt paſtores mei gregẽ meũ: ſed paſcebãt paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant) propterea paſtores audite verbum dñi: Hæc dicit dñs Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requirã gregem meũ de manu eorũ, & ceſſare eos faciã vt vltra non paſcant gregẽ, nec paſcãt amplius paſtores ſemet ipſos: & liberabo gregem meũ de ore eorũ, & non erit vltra eis in eſcam. † Quia hæc dicit dñs Deus: Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas. Sicut viſitat paſtor gregẽ ſuũ in die quãdo fuerit in medio ouium ſuarũ diſſipatarũ: ſic viſitabo oues meas: & liberabo eas de omnibus locis in quib⁹ diſperſę fuerãt in die nubis, & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terrã ſuam: & paſcam eas in montib⁹ Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedib⁹ terræ. In paſcuis vberrimis paſcã eas, & in montib⁹ excelſis Iſrael erũt paſcua earũ: ibi requieſcẽt in herbis virentibus, & in paſcuis pinguib⁹ paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcã oues meas: & ego eas accubare faciã, dicit dñs Deus: Quod perierat, requiram: & quod abactũ erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmũ fuerat, conſolidabo: & quod pingue, & forte, cuſtodiã, & paſcam illas in iudicio.] B

Secundum Lucam. Lectio ii.

ca. 8. FActum eſt autem: cum re-
dijſſet Ieſus, excepit illum turba. Erant autẽ omnes expectantes eũ. Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogę erat: & cecidit ad pedes Ieſu, rogãs eum vt intraret in domũ eius, quia vnica filia erat ei fere annorũ duodecim, & hęc moriebatur. Et contigit dum iret, à turbis cõprimebatur. Et mulier quędam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quę in medicos erogauerat omnẽ ſubſtantiã ſuam, nec ab vllo potuit curari: acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & cõfeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait Ieſus: Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dicit Petrus, & qui cũ illo erãt. Pręceptor, turbę te cõprimunt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit? Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis, nã & ego noui virtutẽ de me exijſſe. Videns autẽ mulier, quia nõ latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam cauſam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodũ cõfeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit ei: Filia, fides tua ſaluam te fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidã à principe ſynagogæ, dicens ei: Quia mortua eſt filia tua, noli vexare illum. Ieſus aũt audito hoc verbo, reſpõdit patri puellæ, Noli timere: crede tantum, & ſalua erit. Et cum veniſſet domũ, nõ permiſit intrare ſecũ quẽquã, niſi Petrum: & Iacobũ, & Ioannem, & patrẽ & matrẽ puellæ. Flebant aũt oẽs, & plangebant illã. At ille dixit, Nolite flere: nõ eſt mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum, ſcientes ꝙ mortua eſſet. Ipſe autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit cõtinuo. Et iuſſit illi dare manducare. Et ſtupuerũt parentes eius: quibus pręcepit ne alicui dicerent, quod factum erat.

¶ Dominica quarta aduẽtus, ex Ezechiele. Lectio prima.

VOs autẽ greges c. 34.
mei, Hæc dicit dñs Deus: Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietũ & hircorũ. Nonne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarũ conculcaſtis pedibus veſtris: & cum puriſſimã aquam

aquam biberetis, reliquã pedibus veſtris turbabatis. Et oues meæ his quæ cõculcata pedib⁹ veſtris fuerant, paſcebantur: & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit dñs De⁹ ad vos: Ecce, ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilentũ. Pro eo ꝙ lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras: ſaluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Et ſuſcitabo ſuper ea paſtorem vnũ, qui paſcat ea, ſeruum meũ Dauid: ipſe paſcet ea, & ipſe erit eis in paſtorem. Ego autẽ dñs ero eis in Deũ: & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego dñs loquutus ſum. Et faciam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciã beſtias peſſimas de terra: & qui habitãt in deſerto, ſecuri dormiẽt in ſaltibus. Et ponam eos ĩ circumitu collis mei benedictionẽ: & deducam imbrẽ in tẽpore ſuo: pluuię benedictionis erunt. Et dabit lignũ agri fructũ ſuum, & terra dabit germen ſuum, & erunt in terra ſua abſq; timore, & ſcient, quia ego dñs, cũ contriuero catenas iugi eorũ, & eruero eos de manu imperantiũ ſibi. Et nõ erũt vltra in rapinam gẽtibus, neq; beſtiæ terrę deuorabũt eos: ſed habitabunt confidenter abſq; vllo terrore. Et ſuſcitabo eis germen nominatũ: & nõ erũt vltra imminuti fame in terra, neq; portabũt amplius opprobria gentiũ: Et ſcient, quia ego dñs Deus eorũ cum eis, & ipſi populus meus domus Iſrael, ait dñs Deus. Vos autẽ greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis: & ego dñs Deus veſter, dicit dominus Deus.

Secundum Lucam: Lectio ii.

C† Onuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutẽ & poteſtatẽ ſuper omnia dęmonia, & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnũ Dei, & ſanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neq; virgã, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam: neq; duas tunicas habeatis. Et in quamcunq; domũ intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunq; nõ receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiã puluerem pedũ veſtrorũ excutite in teſtimoniũ ſupra illos. Egreſſi autem circumibant per caſtella euangelizantes c. 9 a

B lizantes & curantes vbique.] Audiuit aũt Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæſitabat, eo ꝙ diceretur à quibuſdã: Quia Ioannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdã vero, Quia Elias apparuit, ab aliis autẽ, Quia propheta vnus de antiquis ſurrexit. Et ait Herodes, Ioannẽ ego decollaui: quis eſt aũt iſte de quo ego talia audio? Et quęrebat videre eum. Et reuerſi apoſtoli, narrauerũt illi quęcunq; fecerũt: & aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertũ, qui eſt Bethſaidę. Quod cũ cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illũ: & excepit eos, & loquebat̃ illis de regno Dei, & eos qui cura indigebãt, ſanabat. Dies aũt cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in caſtella villasq; quæ circa ſunt, diuertãt, & inueniãt eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non ſunt nobis plusq̃ quinque panes, & duo piſces: niſi forte nos eamus, & emamꝰ in omnem hanc turbam eſcas. Erant autem fere viri quinque millia. Ait autẽ ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per cõuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et diſcubuerunt omnes. Acceptis autẽ quinque panibus, & duobus piſcibus, ſuſpexit in cœlum, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante turbas. Et manducauerũt omnes: & ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

ANno quintodecimo imperij Tiberij Cęſaris procurãte Pontio Pilato Iudæam. ca. 3.

Et rel. Hom. ſctĩ Grego. papæ.

Omnis vallis implebit̃, & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco vallıũ nomine, niſi humiles? Quid montium & colliũ, niſi ſuperbi homines deſignãtur? In aduentu igitur redẽptoris noſtri valles impletæ ſunt: montes vero, & colles humiliati ſunt: qa iuxta vocẽ eiuſdẽ: omnis q ſe exaltat humiliabit̃: & qui ſe humiliat exaltabitur. Vallis etenim impleta creſcit: mons aũt & collis humiliatꝰ decreſcit. Quia nimirum in fide mediatoris Dei & hominũ hominis Chriſti Ieſu, & gentilitas plenitudinẽ gratię accepit, & Iudęa per errorẽ pfidiæ hoc vnde tumebat pdidit.

Omnis

Omnis ergo vallis implebitur: quia corda humiliũ per ſanctę doctrinæ eloquiũ virtutũ gratia replebũtur: iuxta hoc quod ſcriptũ eſt. Qui emittis fontes in cõuallibus. Et inde rurſum dicitur. Et cõualles abundabũt frumento, A montibus nanq; aqua dilabitur: quia ſuperbas mentes veritatis doctrina deſerit: ſed fontes in cõuallib⁹ ſurgunt: qa mẽtes humiliũ verbũ prędicatoris audiũt & accipiũt. Iam videmus, iam cõualles frumento abundare cõſpicimus: quia illoꝝ ora pabulo veritatis impleta ſunt: qa mites ac ſimplices huic mũdo deſpicabiles eſſe videbantur. Ipſum quoq; Ioannẽ Baptiſtã, quẽ mira ſanctitate præditũ popul⁹ viderat, illum hũc eſſe ſingulariter celſum ac ſolidũ montẽ credebat, de quo ſcriptum eſt, In nouiſſimis dieb⁹ erit mons ꝑparat⁹ dom⁹ dñi in vertice montiũ. Orõ.

EXcita dñe potentiã tuã, & veni, & magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxiliũ gratię tuę, quod noſtra pctã prępediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret: Qui vi. &c.

¶ Feria.ij. ex Michea. Lectio. j.

ca.4. ET erit in nouiſſimo dierũ mons domus dñi præparatus in vertice montiũ, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multę, & dicent, Venite, aſcendamus ad montẽ dñi, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de vijs ſuis: & ibimus in ſemitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbũ dñi de Ieruſalẽ. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gẽtes fortes vſq; in longinquũ: & cõcident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſus gentẽ gladiũ, & non diſcent vltra belligerare. Et ſedebit vir ſubtus vineã ſuã, & ſubtus ficum ſuã, & non erit qui deterreat: quia os dñi exercituum loquutũ eſt. Quia oẽs populi ambulabũt vnuſquiſq; in nomine Dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine dñi Dei noſtri in ęternum & vltra: In die illa dicit dñs, congregabo claudicantẽ: & eam quam eieceram colligam, & quam afflixerã, cõſolabor. Et ponam claudicantẽ in reliquias: & eã quæ laborauerat, in gentẽ robuſtã: & regnabit dñs ſup eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſq; in ęternũ. Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion vſque ad te veniet: & veniet poteſtas

prima regnum filię Ieruſalem.
Nnuc quare mœrore cõtraheris? Nunquid rex non eſt tibi, aut cõſiliarius tuus perijt: quia cõprehendit te dolor ſicut parturientem? Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiés: quia nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vſq; ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te dñs de manu inimicorũ tuorũ. Et nunc congregatę ſunt ſup te gentes multæ, quę dicunt, Lapidet̃, & aſpiciat in Sion ocul⁹ noſter. Ipſi aũt nõ cognouerũt cogitationes dñi, & nõ intellexerũt cõſiliũ eius: qa cõgregauit eos quaſi fœnũ areę. Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuũ ponã ferreũ, & vngulas tuas ponã æreas, & cõminues pplos multos, & interficies dño rapinas eorũ, & fortitudinẽ eorũ dño vniuerſæ terræ.
ca. 5. Nunc vaſtaberis filia latronis: obſidionẽ poſuerunt ſuper nos, in virga percutiẽt maxillã judicis Iſrael. Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millib⁹ Iuda: ex te mihi egredietur qui ſit dñator in Iſrael: & egreſſus ei⁹ ab initio à dieb⁹ ęternitatis.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

ca. 9. ET factum eſt: cum ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicẽs: Quem me dicũt eſſe turbæ? At illi reſponderunt & dixerunt. Ioannẽ Baptiſtã, alij autẽ Eliam, alij vero quia vnus propheta de priorib⁹ ſurrexit. Dixit autẽ illis, Vos autẽ quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit, Chriſtũ Dei. At ille increpans illos, pręcepit ne cui dicerẽt hoc, dicẽs: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſeniorib⁹, & principibus ſacerdotum & ſcribis, & occidi, & tertia die reſurgere. Dicebat autẽ ad omnes, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã quotidie, & ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuã ſaluã facere, perdet illam: nam qui perdiderit animã ſuã propter me: ſaluã faciet illam. quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mundũ, ſeipſum aũt perdat, & detrimentũ ſui faciat? Nam q me erubuerit, & meos ſermones, hũc fili⁹ hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorũ angelorũ. Dico autẽ vobis vere, ſunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mortẽ, donec videant regnum Dei. Factum eſt aũt, poſt hęc verba

fere

fere dies octo, & aſſumpſit Petrum & Iacobum, & Ioannẽ,& aſcendit in montem vt oraret. Et facta eſt,dum oraret,ſpecies vultus eius, altera: & veſtitus eius,albus & refulgens. Et ecce, duo viri loquebãtur cum illo. erãt aũt Moyſes & Elias viſi in maieſtate: & dicebãt exceſſum eius, quẽ cõpleturꝰ erat in Ieruſalẽ. Petrus vero, & qui cũ illo erant grauati erant ſomno. Et euigilantes, viderũt maieſtatẽ eius,& duos viros qui ſtabãt cũ illo. Et factũ eſt: cum diſcederent ab illo,ait Petrꝰ ad Ieſum, Præceptor, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnũ Moyſi & vnum Eliæ, neſciens quid diceret. Hęc autẽ illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem. Et vox facta eſt de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus: ipſum audite. Et dum fieret vox,inuentus eſt Ieſus ſolus. Et ipſi tacuerunt,& nemini dixerunt in illis diebus quicquã ex his quæ viderant.

¶ Fer.iij.ex Sophonia. Lcõ.j.

ca.3. IN die illa non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis,quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ:& nõ adijcies exaltari amplius in mõte ſancto meo. Et derelinquã in medio tui populum pauperem & egenum: & ſperabunt in nomine dñi. Reliquię Iſrael non facient iniquitatem,nec loquentur mendaciũ,& non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniã ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Iſrael: lętare,& exulta in omni corde filia Ieruſalem. Abſtulit dñs iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Iſrael dñs in medio tui, non timebis malum vltra. In die illa dicetur Ieruſalem, Noli timere: Sion, non diſſoluantur manus tuæ. Dñs Deus tuus in medio tui fortis: ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lętitia,ſilebit in dilectione tua, & exultabit ſuper te in laude. Nugas quæ à lege receſſerant, congregabo, quia ex te erant: vt nõ vltra habeas ſuper eis opprobriũ. Ecce,ego interficiam omnes qui afflixerũt te in tempore illo:& ſaluabo claudicantem,& eam, quæ eiecta fuerat, cõgregabo:& ponã eos in laudem,& in nomẽ,in omni terra cõfuſionis eorũ. In tẽpore illo,

quo adducā vos,& in tempore, quo ꝯgregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudē omnibus populis terrę,cum cōuertero captiuitatem veſtram coram oculis veſtris, dicit dñs.

Secundum Lucam. Lectio ij.

ca. 9. FActum eſt autē in ſequenti die, deſcendentibus illis de mōte, ocurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magiſter,obſecro te reſpice in filium meum, quia vnicus eſt mihi: & ecce ſpiritus apprehendit eum,& ſubito clamat, & elidit & diſſipat eum cū ſpuma, & vix diſcedit dilanians eum, & rogaui diſcipulos tuos vt eijcerent illud:& nō potuerunt. Reſpondens aūt Ieſus,dixit,O generatio infidelis, & peruerſa, vſquequo ero apud vos,& patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, eliſit illum dæmoniū, & diſſipauit. Et increpauit Ieſus ſpiritum immundū, & ſanauit puerū: & reddidit illū patri ei⁹. Stupebant autē omnes in magnitudine Dei:omnibusq; mirantibus in omnibus quæ faciebat,dixit ad diſcipulos ſuos, Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos. Filius enim hominis futurū eſt vt tradatur in manus hominū. At illi ignorabant verbū iſtud, & erat velatū ante eos vt non ſentirent illud: & timebāt eum interrogare de hoc verbo. Intrauit autē cogitatio in eos quis eorum maior eſſet. At Ieſus videns cogitationes cordis illorū, apprehendit puerū, & ſtatuit illū ſecus ſe,& ait illis: Quicunq; ſuſceperit puerū iſtū in noīe meo, me recipit,& quicunq; me receperit, recipit eū qui me miſit. Nam qui minor eſt inter vos oēs,hic maior eſt. Reſpondēs aūt Ioannes,dixit, Præceptor,vidimus quendā in noīe tuo eijcientem dęmonia, & prohibuimus eū, quia non ſequitur nobiſcū. Et ait ad illos Ieſus. Nolite prohibere: q enim nō eſt aduerſum vos,pro vobis eſt. Factū eſt aūt, dum complerentur dies aſſumptionis eius: & ipſe faciem ſuā firmauit vt iret in Ieruſalem. Et miſit nuntios ante cōſpectū ſuū: & euntes intrauerūt in ciuitatem Samaritanorū vt pararent illi. Et nō receperūt eum: quia facies eius erat euntis in Ieruſalē. Cum vidiſſent aūt diſcipuli eius, Iacobus,& Ioānes, dixerunt, Dñe, vis dicamus vt ignis deſcēdat de cœlo, & cōſumat illos? Et cōuerſus increpa-

uit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpirit⁹ eſtis: Filius hominis nõ venit animas pdere, ſed ſaluare. Et abierũt in aliud caſtellũ.

¶ Feria.iiij.ex Aggæo. Lcõ.i.

ca.2. IN die vigeſima & quarta menſis, in ſexto menſe in anno ſecũdo Darij regis, in ſeptimo menſe, vigeſima & prima menſis: factũ eſt verbũ dñi in manu Aggæi prophetę, dicẽs. Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filiũ Ioſedec ſacerdotẽ magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis eſt derelictus: qui vidit domum iſtã in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nũc: nunquid nõ ita eſt, quaſi nõ ſit in oculis veſtris? Et nũc cõfortare Zorobabel dicit dñs: & confortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, & cõfortare omnis populus terrę, dixit dñs exercituum: & facite (quoniã ego vobiſcũ ſum, dicit dñs exercituũ) verbũ quod pepigi vobiſcũ cum egrederemini de terra Ægypti: & ſpiritus meus erit in medio veſtrũ: nolite timere. Quia hæc dicit dñs exercituum: Adhuc vnum modicũ eſt, & ego cõmouebo cœlũ, & terrã, & mare, & aridã. Et mouebo omnes gẽtes, & veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit dñs exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum: dicit dñs exercituũ. Magna erit gloria dom⁹ iſtius nouiſſimæ plus quàm primæ. Et in loco iſto dabo pacem: dicit dominus exercituum.

Secundum Lucam. Lectio.ii.

FActũ eſt autẽ: ambulantibus illis in via, dixit quidã ad illum, Sequar te quocunq; ieris. Dicit illi Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet. Ait aũt ad alterũ. Sequere me. Ille aũt dixit. Dñe, permitte mihi primũ ire & ſepelire patrem meum. Dixitq; ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliãt mortuos ſuos: tu aũt vade, & annuntia regnũ Dei. Et ait alter, Sequar te dñe: ſed permitte mihi primum renuntiare his q domi ſunt. Ait ad illum Ieſus, Nemo mittens manũ ſuã ad aratrum, & reſpiciẽs retro, aptus eſt regno Dei. Poſt hæc aũt † deſignauit dñs & alios ſeptuagintaduos: & miſit illos binos ante faciẽ ſuã in omnẽ ciuitatẽ, & locũ quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis, Meſſis quidem multa: operarij autem ca 9. c.10. a

autẽ pauci. Rogate ergo dñm meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuã. Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neq; peram, neq; calceamẽta: & neminem per viam ſalutaueritis. In quãcunq; domum intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autẽ, ad vos reuertetur. In eadem autẽ domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trãſire de domo in domum. Et in quãcunq; ciuitatẽ intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quę apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei. In quãcunq; autẽ ciuitatẽ intraueritis, & nõ ſuſceperint vos, exeũtes in plateas eius, dicite, Etiã puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos. tamen hoc ſcitote, qa appropin-
B quauit regnum Dei.] Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quam illi ciuitati. Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes quę factę ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent. Veruntamen Tyro, & Sidoni remiſſius erit in iudicio, q̃ vobis. Et tu Capharnaũ vſq; ad cœlũ exaltata, vſq; ad infernum demergeris. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eũ q miſit me.

℄ Feria iiij ex Zacharia. L. j.

ET leuaui oculos meos, & ca. 2.
vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum. Et dixi, Quo tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ieruſalem, & videam quanta ſit longitudo eius, & quanta latitudo eius Et ecce angel⁹ qui loquebatur in me, egrediebat̃, & angelus alius egrediebatur in occurſum ei⁹. Et dixit ad eũ, Curre, loquere ad puerũ iſtum, dicens: Abſq; muro habitabitur Ieruſalẽ prę multitudine hominum & iumentorũ in medio eius Et ego ero ei, ait dñs, murus ignis in circuitu & in gloria ero in medio eius. O, ò, fugite de terra aquilonis, dicit dñs: quoniã in quatuor ventos cœli diſperſi vos, dicit dñs. O Sion fuge, quę habitas apud filiũ Babylonis, quia hæc dicit dñs exercituũ, Poſt gloriã miſit me ad gentes

quæ ſpoliauerũt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillã oculi eius: quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erunt prędę his qui ſeruiebant ſibi: & cognoſcetis qa dñs exercituũ miſit me. Lauda & lętare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait dñs. Et applicabuntur gẽtes multę ad dñm in die illa, & erunt mihi in populũ, & habitabo in medio tui: & ſcies quia dñs exercituum miſit me ad te. Et poſſidebit dñs Iudam partem ſuã in terra ſanctificata: & eliget adhuc Ieruſalem. Sileat omnis caro à facie dñi: quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.

C. 10. Secundum Lucam. Lectio. ij.

G REuerſi ſunt autẽ ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes, Dñe, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbã ſatanã ſicut fulgur de cœlo cadentẽ. Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutẽ inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamẽ in hoc nolite gaudere quia ſpũs vobis ſubijciuntur: gaudete aũt ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto, & dixit, Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ, ꝙ abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Etiam pater, qm̃ ſic placuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater, & quis ſit pater, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit, † Beati C oculi qui vident quę vos videtis. Dico enim vobis ꝙ multi prophetę, & reges voluerũt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciẽdo vitã æternã poſſidebo? At ille dixit ad eũ, In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens, dixit, Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximũ tuũ ſicut teipſum. dixitq; illi, Recte reſpondiſti: hoc fac, & viues. Ille aũt volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus? Suſpiciens autem Ieſus, dixit, Homo quidã deſcendebat ab Ieruſalẽ in Iericho, & incidit in latrones, qui

etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierũt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt Sacerdos quidã deſcenderet eadem via, & viſo illo præteriuit: Similiter & Leuita, cum eſſet ſecus locũ, & videret eũ, ptranſijt. Samaritanus aũt quidã iter faciens, venit ſecus eũ: & videns eum, miſericordia motus eſt.
C Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleũ & vinũ: & imponens illum in iumentũ ſuum, duxit in ſtabulũ, & curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit ſtabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunque ſupererogaueris, ego cũ rediero reddã tibi. Quis horũ trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiã in illũ. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac ſimiliter.]

¶ Feria. vj. ex Malachia. Lcõ. j.

c. 3. a E† Cce ego mitto angelum meum, & pręparabit viam ante faciẽ meam. Et ſtatim veniet ad templũ ſuum dominator, quẽ vos quęritis, & angelus teſtamẽti, quẽ vos vultis: Ecce venit, dicit dñs exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis ſtabit ad videndũ eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentũ, & erunt dño offerentes ſacrificia in iuſtitia: Et placebit dño ſacrificiũ Iuda, & Ieruſalẽ, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui] Et accedam ad vos in iu- B
dicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliãt viduas & pupillos, & opprimunt peregrinũ, nec timuerunt me, dicit dñs exercituũ. Ego enim dñs & nõ mutor, & vos filij Iacob nõ eſtis cõſumpti. A diebus enim patrũ veſtrorũ receſſiſtis à legi C
timis meis, & non cuſtodiſtis. Reuertimini ad me & reuertar ad vos, dicit dñs exercituũ. Et dixiſtis, In quo reuertemur? Si affligit hõ Deũ, qa vos cõfigitis me? Et dixiſtis, In quo cõfigim⁹ te? In decimis, & in primitijs. Et ĩ penuria vos maledicti eſtis, & me vos cõfigitis gens tota. Inferte oẽm decimã in horreum meũ: & ſit cib⁹ in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit dñs. Secundũ Lucã. L. ij.

F Actum eſt aũt dum iret, & c. 10.
ipſe † intrauit in quoddã c
caſtellũ:

caſtellum: & mulier quędam
Martha nomine excepit illum
in domum ſuã, & huic erat ſo-
ror nomine Maria, quę etiam
ſedens ſecus pedes dñi, audie-
bat verbum illius. Martha aũt
ſatagebat circa frequens mini-
ſterium, quæ ſtetit, & ait, Dñe,
non eſt tibi curę ꝙ ſoror mea
reliquit me ſolam miniſtrare?
dic ergo illi vt me adiuuet. Et
reſpõdẽs dixit illi dñs, Martha,
Martha, ſolicita es, & turbaris
erga plurima. Porro, vnum eſt
neceſſariũ. Maria optimã partẽ
elegit: quę non auferet ab ea.]
c. 11. Et factum eſt: cum eſſet in
a quodã loco orans, vt ceſſauit,
dixit vnus ex diſcipulis eius ad
eum, Dñe, doce nos orare, ſicut
docuit Ioãnes diſcipulos ſuos.
Et ait illis, Cum oratis, dicite,
Pater, ſanctificetur nomẽ tuũ,
Adueniat regnũ tuum. Fiat vo
luntas tua. Panẽ noſtrũ quoti-
dianũ da nobis hodie. Et dimit
te nobis peccata noſtra, ſiqui-
dem & nos dimittimus omni
debenti nobis. Et ne nos indu-
cas in tentationem. Et ait ad il
B los, † Quis veſtrũ habebit ami-
cum, & ibit ad illum media no
cte, & dicet illi, Amice, cõmoda
mihi tres panes, quoniã amic⁹
meus venit de via ad me, & nõ
habeo quod ponã ante illum:
Et ille deintus reſpondẽs dicat,
Noli mihi moleſtus eſſe: iam
oſtiũ clauſum eſt, & pueri mei
mecũ ſunt ĩ cubili: nõ poſſum
ſurgere & dare tibi. Et ſi ille
pſeuerauerit pulſans: dico vo-
bis, & ſi nõ dabit illi ſurgens eo
ꝙ amicus eius ſit, propter im-
probitatẽ tamen eius ſurget, &
dabit illi quotquot habet ne-
ceſſarios. Et ego dico vobis,
Petite, & dabitur vobis: quęri-
te, & inuenietis: pulſate & ape-
rietur vobis. Omnis enim qui
petit, accipit: & q quęrit, inue-
nit, & pulſanti aperietur. Quis
autẽ ex vobis patrẽ petit panẽ,
nunqd lapidẽ dabit illi? Aut pi
ſcẽ? nunqd pro piſce ſerpẽtẽ da
bit illi? Aut ſi petierit ouũ: nun
quid porriget illi ſcorpionẽ? Si
ergo vos cũ ſitis mali, noſtis bo
na data dare filijs veſtris: quãto
magis pater veſter cœleſtis da-
bit ſpm̃ bonũ petentibus ſe?]

¶ Sabbato, ex Baruch. Lcõ. j.

O Iſrael, q̃ magna eſt dom⁹ ca. 3.
Dei, & ingẽs loc⁹ poſſeſſio
nis eius? Magn⁹ eſt, & nõ habet
finẽ: excelſus & immenſus. Ibi
fuerũt gigantes noĩati, illi q ab
initio fuerunt, ſtatura magna,
ſciẽtes bellũ. Nõ hos elegit dñs,
neq; viã diſciplinæ dedit illis:

propterea perierũt. Et qm̃ non habuerũt ſapientiã, interierũt propter ſuam inſipientiã. Quis aſcendit in cœlũ, & accepit eã, & deduxit eã de nubibus? Quis transfretauit mare: & inuenit illam, & attulit illã ſuper aurũ electũ? Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neq; qui exquirat ſemitas eius: ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eã, & adinuenit eam prudentia ſua: qui præparauit terrã in ęterno tẽpore, & repleuit eã bipedibus, & quadrupedibus, qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellę aũt dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & lętatæ ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt, Adſumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non ęſtimabitur alius aduerſus eũ. Hic adinuenit omnẽ viam diſciplinæ, & tradidit illã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 11. c ET erat eijciẽs dæmoniũ: & illud erat mutũ. Et cum eieciſſet dæmonium, loquutus eſt mutus: & admiratę ſunt turbę. Quidã autẽ ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorũ, eijcit dæmonia. Et alij tentantes: ſignũ de cœlo quęrebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur: & dom⁹ ſupra domum cadet. Si aũt & ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnũ ei⁹, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autẽ ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi, iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ, in pace ſunt ea quæ poſſidet. Si autẽ fortior illo ſuperueniens vicerit eũ, vniuerſa arma eius auferet in qbus cõfidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt: & qui nõ colligit mecũ, diſpergit. Cum immũdis ſpũs exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa: quęrens requiẽ. Et non inueniens, dicit, Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatã. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe: & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

D tibus.† Factũ eſt aũt, cum hæc
dicerer, extollens vocẽ quędam
mulier de turba dixit illi, Beatꝰ
venter qui te portauit, & vbera
quæ ſuxiſti. At ille dixit, Quin
immo, beati q audiũt verbum
E Dei, & cuſtodiũt illud.] Turbis
aũt cõcurrẽtibus cœpit dicere,
Generatio hęc, generatiõe quã
eſt: ſignũ quęrit, & ſignũ non
dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ pro-
phetę. Nã ſicut fuit Ionas ſignũ
Niniuitis: ita erit & filiꝰ homi-
nis generationi iſti. Regina au
ſtri ſurget in iudicio cum viris
generationis huius, & cõdẽna-
bit illos: qa venit à finibꝰ terræ
audire ſapientiã Salomonis, &
ecce pluſq̃ Salomon hic. Viri
Niniuitę ſurgent in iudicio cũ
generatione hac, & condemna-
bunt illam: quia pœnitentiam
egerunt in prædicatione Ionę.
Et ecce plus quàm Ionas hic.

¶ Dñica prima poſt aduentũ.
Notãdũ, q̄ ĩ hac dñica ſemp ſit
offm̃ de feſto ĩ ea incidẽti: ſiue
ſit duplex, ſiue ſimp. & ſi nullũ
incidit feſtũ, agit̃ de oct. natiui.

¶ Liber Prouerbiorũ. Lcõ. j.

Ca 1. PArabolę Salomonis filij Dauid Regis Iſrael: ad ſciendam ſapiẽtiã & diſciplinã, ad intelligenda verba prudentię, & ſuſcipiendã eruditionem doctrinæ, iuſtitiã, & iudiciũ, & ęquitatẽ, vt detur paruulis aſtutia, adoleſcenti ſciẽtia & intellectus. Audiẽs ſapiens, ſapientior erit: & intelligẽs, gubernacula poſſidebit. Animaduertet parabolã & interpretationẽ, verba ſapientũ, & enigmata eorum. Timor dñi, principiũ ſapiẽtię. Sapientiã atque doctrinã ſtulti deſpiciũt. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas. Si dixerint. Veni nobiſcũ, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra, deglutiamus eũ ſicut infernus viuentẽ, & integrũ quaſi deſcẽdentem in lacũ. Omnẽ pretioſam ſubſtantiã reperiemꝰ, implebimꝰ domos noſtras ſpolijs. Sortẽ mitte nobiſcũ, marſupiũ vnum ſit omniũ noſtrum. Fili mi ne ambules cũ eis: prohibe pedẽ tuũ à ſemitis eorũ. Pedes enim illorũ ad malũ currũt, & feſtinãt vt effundãt ſanguinẽ. Fruſtra autẽ iacitur rete ante oculos pennatorũ. Ipſi quoq; cõtra ſanguinẽ ſuũ inſidiãtur,

& moliuntur fraudes cõtra animas ſuas: Sic ſemitę omnis auari, animas poſſidentiũ rapiunt.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c.11. NEmo lucernã accendit, & in abſcondito ponit, neq; ſub modio: ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidũ erit: ſi autem nequã fuerit, etiã corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuũ totum lucidũ fuerit, nõ habẽs aliquã partẽ tenebrarũ: erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Phariſæus vt pranderet apud ſe: Ieſus autẽ ingreſſus recubuit. Phariſæus aũt cœpit intra ſe reputans dicere, quare nõ baptizatus eſſet ante prandiũ. Et ait dñs ad illũ, Nunc vos Phariſæi quod deforis eſt calicis & catini mundatis: quod autẽ intus eſt veſtrũ, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod foris eſt, etiã id quod deintus eſt, fecit? Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia mũda ſunt vobis. Sed væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentã & rutã & omne olus: & pręteritis iudicium & charitatẽ Dei: hæc aũt oportuit facere, & illa nõ omittere. Væ vobis Phariſæis qa diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Væ vobis qa eſtis vt monumẽta quæ nõ parent, & hoĩes ambulantes ſupra, neſciũt. Reſpõdens aũt quidã ex legiſperitis, ait illi, Magiſter, hæc dicẽs etiã contumeliã nobis facis. At ille ait, Et vobis legiſperitis væ: qa oneratis homines onerib⁹ quæ portare nõ poſſunt, & ipſi vno digito veſtro nõ tangitis ſarcinas. Væ vobis q ædificatis monumẽta prophetarũ: patres autem veſtri occiderũt illos: profecto teſtificamini ꝙ cõſentitis operib⁹ patrũ veſtrorũ: quoniã ipſi quidem eos occiderũt, vos autẽ ędificatis eorũ ſepulchra. Propterea & ſapiẽtia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apoſtolos, & ex illis occident & perſequentur: vt inquiratur ſanguis omniũ Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mũdi à generatione iſta, à ſanguine Abel, vſq; ad ſanguinẽ Zachariæ, qui perijt inter altarę & ædem. Ita dico vobis, re-

quiretur ab hac generatione. Væ vobis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis,& eos qui introibant prohibuiſtis. Cum autem hæc ad illos diceret,cœperunt Phariſæi, & legiſperiti grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis, inſidiantes ei, & quęrentes aliquid capere ex ore eius, vt accuſarent eum.

¶ Feria lectio & oratio huius Dñicæ dicunt̃ in trigeſimo die Decemb. quo die fit officiũ de octa. Natiui. vt ibi videbis. Et ideo qñ celebrat̃ aliquod feſtũ in hac dñica, nulla fieri debet cõmemo. de ea in laud. & veſp.

¶ Feria ſecunda, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

ca. 1. SApientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuã: in capite turbarũ clamitat, in forib⁹ portarũ vrbis ꝓfert verba ſua, dicens: Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quę ſibi ſunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt ſcientiam? Conuertimini ad correptionẽ meã: en proferam vobis ſpiritũ meum: & oſtendã vobis verba mea. Quia vocaui & renuiſtis: extendi manũ meã, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſiliũ meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; ĩ interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit: Cũ irruerit repentina calamitas,& interitus quaſi tẽpeſtas ingruerit: quando venerit ſup vos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabũt me, & nõ exaudiã: mane cõſurgẽt, & nõ inueniẽt me: eo ꝙ exoſam habuerint diſciplinam, & timorẽ dñi nõ ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meę. Comedẽt igitur fruct⁹ vię ſuę, ſuisq; cõſilijs ſaturabunt̃. Auerſio paruulorũ interficiet eos, & ꝓſperitas ſtultorum perdet illos. Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundãtia perfruetur, timore malorum ſublato.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c. 12. MVltis autem turbis concurrentibus,ita vt ſe inuicem conculcarent, cępit dicere ad diſcipulos ſuos. † Attendite à fermento Phariſæorũ, quod eſt hypochriſis. Nihil enĩ opertum eſt, quod non reueletur, neq; abſconditũ, quod nõ ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod ĩ aure loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

Dico autē vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus: & poſt hæc non habent amplius quid faciant. Oſtendā aūt vobis quē timeatis. Timete eum qui poſtq̄ occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque paſſeres væneunt dipondio: & vnus ex illis nō eſt in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri oēs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis. Dico autem vobis, omnis quicūq; cōfeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis cōfitebitur illū corā angelis Dei: qui aūt negauerit me coram hominibus, ne

B gabitur coram angelis Dei.] Et omnis qui dicit verbum in filiū hominis, remittetur illi: ei autē qui in ſpiritū ſanctū blaſphemauerit, non remittetur. Cum aūt inducent vos in ſynagogas, & ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere. Ait autē ei quidā de turba: Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecū hæreditatē. At ille dixit ei: Homo, quis me conſtituit iudicem aut diuiſorē ſup vos? Dixitq; ad illos. Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquā vita ei'eſt ex his quę poſſidet. Dixit aūt ſimilitudinē ad illos, dicēs: Hominis cuiuſdā diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam? quia nō habeo quo congregem fructus meos? Et dixit; Hoc faciam, Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicā animę meę: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animā tuā repetunt à te: quę autem paraſti, cuius erūt? Sic eſt q ſibi theſaurizat, & nō eſt in Deum diues.

ℭ Feria.iij.ex Proue.Salo. L.j.

Filii mi, ſi ſuſceperis ſermones meos: & mandata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiā auris tua: inclinabis cor tuum ad cognoſcendā prudentiā. Si enim ſapientiā inuocaueris, & inclinaueris cor tuū prudentię, ſi quęſieris eā quaſi pecuniā, & ſicut theſauros effoderis illā, tunc intelliges timo- ca. 2.

rem

rem dñi, & ſcientiam Dei inue nies: quia dñs dat ſapientiã: & ex ore eius prudẽtia & ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalutẽ, & proteget gradiẽtes ſimpliciter, ſeruans ſemitas iuſtitię, & vias ſanctorũ cuſtodiens. Tunc intelliges iuſtitiã & iudicium, & æquitatẽ, & omnẽ ſemitam bonam. Si intrauerit ſapiẽtia cor tuũ, & ſcientia animæ tuę placuerit: conſiliũ cuſtodiet te, & prudẽtia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, ab homine qui peruerſa loquit. Qui relinquunt iter rectũ, & ambulant per vias tenebroſas: qui lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorũ vię peruerſę ſunt, & infames greſſus eorũ. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quę mollit ſermones ſuos, & relinqt ducẽ pubertatis ſuę, & pacti Dei ſui oblita eſt: (inclinata eſt enim ad mortem dom⁹ eius, & ad inferos ſemitę ipſius: oẽs qui ingrediuntur ad eam, nõ reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitę.) Vt ambules in via bona, & calles iuſtorũ cuſtodias. Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices pmanebũt in ea. Impij vero de terra pdentur, & qui inique agunt, auferẽtur ex ea.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

Dixitq; ad diſcipulos ſuos: c. 12
Ideo dico vobis, nolite ſoliciti eſſe animę veſtrę qd manducetis: neq; corpori, quid induamini. Anima pl⁹ eſt q̃ eſca: & corpus plus eſt q̃ veſtimentum. Conſiderate coruos, quia nõ ſeminant neq; metunt, quibus non eſt cellariũ neq; horreum, & De⁹ paſcit illos. Quanto magis vos pluris eſtis illis? Quis autẽ veſtrum cogitando poteſt adijcere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ? Si ergo neq; quod minimum eſt poteſtis: quid de cęteris ſoliciti eſtis? Cõſiderate lilia quomodo creſcunt: nõ laborant neq; nent. Dico aũt vobis, neq; Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis. Si aũt fœnum quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quãto magis vos, puſillæ fidei? Et vos nolite quęrere qd manducetis, aut quid bibatis: & nolite in ſublime tolli, hæc enim omnia gentes mundi quęrunt. Pater autẽ veſter ſcit, quoniam his indigetis: veruntamẽ quęrite primũ regnũ Dei, & iuſtitiã eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite timere puſillus grex, quia cõplacuit patri veſtro

ſtro dare vobis regnū. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynā. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurū non deficientē in cœlis: quo fur nō appropiat, neq; tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardētes in manibus veſtris, & vos, ſimiles hominibus expectantibus dñm ſuum quando reuertatur à nuptijs: vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiāt ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit dñs, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, ꝙ præcinget ſe: & faciet illos diſcumbere, & tranſiēs miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq;, & non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

¶ Feria quarta, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

ca. 3. Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinē enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Miſericordia & veritas te nō deſerāt, circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiam & diſciplinā bonam coram Deo & hominibus. Habe fiduciam in dño ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentię tuę. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud temetipſum. Time dñm, & recede à malo: ſanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſiū tuorū. Honora dñm de tua ſubſtantia, & de primitijs omniū frugum tuarum da pauperibꝰ. & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Diſciplinam dñi, fili mi, ne abijcias, nec deficias cum ab eo corripe ris: quē enim diligit dñs, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi.
† Beatus homo, qui B
inuenit ſapientiā, & qui affluit prudentia: melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, & auro primo fructus eius. Pretioſior eſt cūctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic nō valent cōparari. longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ

ditæ illius pacificę, lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam:& qui tenuerit eã beatus. Dñs ſapientia fundauit terrã, ſtabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt.]

Secundum Lucam. Lectio.ii

c.12. AIt autem ei Petrus, Dñe, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem dñs, Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit dñs ſupra familiam ſuam, vt det illis in tempore, tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dñs, inuenerit ita facientem, vere dico vobis quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, cõſtituet illũ. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus me⁹ venire:& cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari, veniet dñs ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet. Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem dñi ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatẽ eius: vapulabit multis, qui autẽ non cognouit, & fecit digna plagis; vapulabit paucis. Omnis autẽ cui multũ datum eſt, multum quęretur ab eo: & cui cõmodauerunt multum, plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram:& quid volo niſi vt accendatur? Baptiſmo autem habeo baptizari:& quo modo coarctor, vſq; dum perficiatur? Putatis quia pacẽ veni mittere in terram? Nõ, dico vobis: ſed ſeparationem: erunt enim ex hoc, quinq; in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidẽtur pater in filiũ, & filius in patrẽ ſuũ, mater in filiam, & filia in matrẽ, ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. Dicebat autem ad turbas, Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit:& ita fit, & cum auſtrum flantem: dicitis, Quia æſtus erit:& fit. Hypocritę, faciẽ cœli & terrę noſtis probare: hoc autẽ tempus quomodo non probatis? Quid aũt & à vobiſipſis non iudicatis quod iuſtũ eſt? Cum aũt vadis cum aduerſario tuo ad principẽ, in via da operã liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicẽ, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerẽ. Dico tibi, non exies inde, donec etiã nouiſſimũ minutum reddas.

Feria

Feria quinta, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

ca.3. FIlli mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Cuſtodi legem atq; conſiliū,& erit vita animę tuę,& gratia faucibus tuis. tūc ambulabis fiducialiter in viā tua,& pes tuus nō impinget: ſi dormieris, non timebis: quieſces,& ſuauis erit ſomnus tuus. Ne paueas repentino terrore, & irruētes tibi ruinas impiorū. Dñs enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuū ne capiaris. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac. Nec dicas amico tuo: Vade,& reuertere, & cras dabo tibi,cum ſtatim poſſis dare. Ne moliaris amico tuo malū,cum ille in te habeat fiduciam. Nō cōtendas aduerſus hominē fruſtra, cum ipſe tibi nihil mali fecerit. Ne æmuleris hominem iniuſtū, nec imiteris vias eius: quia abominatio dñi eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio ei⁹. Egeſtas à dño in domo impij, habitacula aūt iuſtorū benedicētur. Ipſe deludet illuſores, & mā ſuetis dabit gratiā. Gloriā ſapientes poſſidebūt: ſtultorū exaltatio, ignominia.
ca.4. Audite filij diſciplinam patris,& attēdite, vt ſciatis prudentiam. Donum bonū tribuā vobis. legē meā ne derelinquatis. nam & ego filius fui patris mei, tenellus,& vnigenit⁹ corā matre mea:& docebat me,atq; dicebat, Suſcipiat verba mea cor tuū,cuſtodi præcepta mea, & viues. Poſſide ſapientiā,poſſide prudentiā. Ne obliuiſcaris: neq; declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam: & cuſtodiet te: dilige eam,& cōſeruabit te.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ADerant aūt quidā ipſo in c.13. tempore nuntiantes illi de Galilęis, quorum ſanguinē Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorū. Et reſpondens dixit illis, Putatis ꝙ hi Galilæi præ oībus Galilæis peccatores fuerint, qa talia paſſi ſunt? Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiā habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Sicut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint pręter omnes homines habitātes in Ieruſalē? Non dico vobis: ſed ſi pœnitentiā non habueritis, oēs ſimiliter peribitis. Dicebat autē & hanc ſimilitudinē. † Arborē fici habebat quidā plantatā in vinea B ſua: & venit quęrens fructū in illa,& nō inuenit. Dixit autem

ad

ad cultorem vineæ, Ecce anni tres ſunt ex quo venio quęrens fructũ in ficulnea hac: & nõ inuenio. Succide ergo illã: vt qd etiam terrã occupat? At ille reſpondẽs dicit illi. Dñe, dimitte illã & hoc anno, vſq; dũ fodiã circa illam, & mittã ſtercora, & ſiquidem fecerit fructũ: ſin autem, in futurum ſuccides eam. Erat aũt docẽs in ſynagoga eorum ſabbatis. Ecce mulier quę habebat ſpiritũ infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere, quã cum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi, Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & cõfeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autẽ archi ſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet Ieſus, dicebat turbæ, Sex dies ſunt in quib⁹ oportet operari. In his ergo venite & curamini: & non in die ſabbati. Reſpondens autẽ ad illum dñs, dixit, Hypocritę, vnuſquiſq; veſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouem ſuũ aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? hanc aũt filiã Abrahæ quã alligauit ſatanas ecce decẽ & octo annis, nõ oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Et cum hęc diceret, erubeſcebant oẽs aduerſarij eius: & omnis popul⁹ gaudebat in vniuerſis quę glorioſe fiebant ab eo.]

¶ Feria.vj.ex prouer.Salo.I.1.

PRincipiũ ſapientię, poſſide ſapientiã, & in omni poſſeſſione tua acquire prudẽtiã. ca.4. arripe illã, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eã fueris amplexatus dabit capiti tuo augmenta gratiarũ, & corona inclyta ꝓteget te. Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. viam ſapiẽtię monſtraui tibi, & duxi te per ſemitas æquitatis: quas cum ingreſſus fueris, nõ arctabuntur greſſus tui, & currẽs nõ habebis offendiculũ. Tene diſciplinã, ne dimittas eam: cuſtodi illã, quia ipſa eſt vita tua. Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec trãſeas per illã, declina & deſere eam. non enim dormiũt, niſi male fecerint: & non rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplãtauerint. comedunt panẽ impietatis, & vinũ iniquitatis bibunt. Iuſtorũ autem ſemita, quaſi lux ſplendẽs procedit & creſcit vſq; ad perfectam diẽ. Via impiorũ tenebroſa: neſciũt vbi corruãt. Fili mi, auſculta

auſculta ſermões meos, & ad eloquia mea inclina aurẽ tuã, ne recedãt ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio cordis tui, vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſanitas. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quia ex ipſo vita procedit. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ pręcedãt greſſus tuos. Dirige ſemitas pedib⁹ tuis: & oẽs vię tuę ſtabiliẽtur. Ne declines ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã. Auerte pedem tuũ à malo: vias enĩ quæ à dextris ſunt, nouit dñs: puerſę vero ſunt, q̃ à ſiniſtris ſunt: ipſe enim rectos faciet curſus tuos, itinera aũt tua ĩ pace producet. Secundũ Lucã. Leõ.ij.

c.13. DIcebat ergo, Cui ſimile eſt regnũ Dei: & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuũ, & creuit: & factũ eſt in arborem magnã, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterũ dixit, Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Simile eſt fermẽto quod acceptũ mulier abſcõdit in farinę ſata tria donec fermẽtaretur totum. Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens in Ieruſalẽ. Ait autem illi quidam: Dñe, ſi pauci ſunt qui ſaluentur? Ipſe autẽ dixit ad illos. Cõtendite intrare per anguſtã portam: quia multi, dico vobis, quęrent intrare, & non poterunt. Cum aũt intrauerit paterfamilias & clauſerit oſtiũ, & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes, Dñe aperi nobis, & reſpõdens dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis: tũc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me oẽs operarij iniquitatis. Ibi erit flet⁹ & ſtridor dentiũ: cum videritis Abrahã & Iſaac & Iacob, & oẽs prophetas in regno Dei, vos aũt expelli foras. Et venient ab oriente & occidente & aquilone & auſtro: & accumbent in regno Dei. Et ecce, ſunt nouiſſimi, qui erant primi: & ſunt primi, qui erãt nouiſſimi. In ipſa die acceſſerunt quidã Phariſæorũ, dicentes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dęmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſumor. Veruntamen oportet me hodie & cras & ſe-

& ſequenti die ambulare: quia nõ capit prophetã perire extra Ieruſalẽ. Ieruſalẽ Ieruſalẽ quę occidis ꝓphetas, & lapidas eos qui mittũtur ad te, quoties volui cõgregare filios tuos quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autẽ vobis, quia non videbitis me donec veniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine domini.

¶ Sabbato, ex Proue. Salo. L. i.

ca. 5. FIlli mi, attende ad ſapientiã meã: & prudẽtię meę inclina aurem tuã: vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſeruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. fauus enim diſtillãs labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima aũt illiꝰ amara quaſi abſynthiũ: & lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes eiꝰ deſcẽdunt in mortem, & ad inferos greſſus eiꝰ penetrãt. Per ſemitã vitę non ambulant, vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. Longe fac ab ea viã tuã, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli: ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint ĩ domo aliena, & gemas in nouiſſimis, quãdo cõſumpſeris carnes tuas & corpus tuũ, & dicas. Cur deteſtatꝰ ſum diſciplinã, & increpationibꝰ nõ acquieuit cor meũ, nec audiui vocẽ docentiũ me, & magiſtris non inclinaui aurẽ meã? Pene fui ĩ omni malo, in medio eccleſię & ſynagogæ. Bibe aquã de ciſterna tua: & fluẽta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. Sit vena tua bñdicta, & lęta re cũ muliere adoleſcẽtię tuæ: cerua chariſſima, & gratiſſimꝰ hinnulus, vbera eiꝰ inebriẽt te in omni tẽpore, & in amore eiꝰ delectare iugiter. Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alteriꝰ? Reſpicit dñs vias hoĩs, & oẽs greſſus eiꝰ conſiderat. Iniquitates ſuę capiũt impium, & funibus pctõrũ ſuorũ cõſtringitur. Ipſe morietur: qa nõ habuit diſciplinã, & in multitudine ſtultitię ſuæ decipiet.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

ET factũ eſt: cum introiſſet c. 14.
Ieſus ĩ domũ cuiuſdã prin a
cipis Phariſæorũ ſabbato manducare panem: & ipſi obſeruabant

bant

bant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos & Phariſæos, dicẽs, Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit, Cuius veſtrũ aſinus aut bos in puteum cadet: & nõ continuo extrahet illũ die ſabbati? & nõ poterant ad hęc reſpõdere illi. Dicebat aũt & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: & veniẽs is qui te & illũ vocauit, dicat tibi, Da huic locũ: & tũc incipias cũ rubore nouiſſimũ locũ tenere, ſed cũ vocatus fueris, vade, & recumbe in nouiſſimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit: dicat tibi, Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria corã ſimul diſcumbentibꝰ, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat,
B exaltabitur.] Dicebat aũt & ei qui ſe inuitauerat, Cum facis prandiũ aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos diuites: ne forte te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio: ſed cum facis conuiuiũ, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Hæc cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbẽtibus, dixit illi, Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei. At ipſe dixit ei.
C † Homo quidã fecit cœnã magnam, & vocauit multos. Et miſit ſeruũ ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirẽt: quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei, Villam emi: & neceſſe habeo exire & videre illam: rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit, Iuga boum emi quinq;: & eo probare illa, rogo te, habe me excuſatũ. Et alius dixit, Vxorẽ duxi, & ideo nõ poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nuntiauit hæc dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo, Exi cito ĩ plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus, Dñe, factũ eſt vt imperaſti: & adhuc locꝰ eſt. Et ait dñs ſeruo, Exi in vias & ſepes: & cõpelle intrare, vt impleatur domꝰ mea:

Dico

Dico autem vobis quòd nemo virorũ illorũ qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.]

¶ Dñica ſecũda poſt aduẽtũ. Notandũ ꝙ hæc dñica ſi inciderit ante Epiphaniã, aut ĩ ipſo die epiphanię, non debet fieri offm̃ nec cõmemo. de ea ſed de octaua: nec habet aliud pręter primam & ſecundã lectionem. Ex prouerbiis Salomonis. L. j.

ca. 6. FIlli mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneũ manũ tuã, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera, qa incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicũ tuum: ne dederis ſomnũ oculis tuis, nec dormitent palpebrę tuę. Eruerè quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis. Vade ad formicã ò piger, & cõſidera vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec pręceptorẽ, nec principem, parat in æſtate cibũ ſibi, & cõgregat in meſſe quod comedat. Vſquequo piger dormies? quãdo cõſurges è ſomno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululũ cõſeres manus tuas vt dormias: & veniet tibi q̃ſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas lõge fugiet à te. Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malũ, & omni tẽpore iurgia ſeminat. huic extemplo veniet ꝑditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam. Sex ſunt quæ odit dñs, & ſeptimum deteſtatur anima eius: oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundẽtes innoxium ſanguinem, cor machinãs cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendũ in malum, proferentẽ mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

IBant autẽ turbę multę cum eo: & cõuerſus dixit ad illos, c. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuum & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc aũt & animã ſuam, nõ poteſt meꝰ eſſe diſcipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ ſuam & venit poſt me, nõ poteſt meus eſſe diſcipulꝰ. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, nõ prius ſedens computat ſumptus qui neceſſa-

neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſtea q̃ poſuerit fundamentũ, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellũ aduerſus aliũ regem, nõ ſedens prius cogitat ſi poſſit cũ decẽ millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad ſe? alioquin adhuc illo longe agente, legationẽ mittẽs rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Bonũ eſt ſal. Si autẽ ſal euanuerit, in quo condietur? Neq; in terrã, neq; in ſterquilinium vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet
c.15. aures audiendi, audiat. † Erant autẽ appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illũ. Et murmurabãt Phariſæi & Scribę dicẽtes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam iſtã, dicẽs, Quis ex vobis homo qui habet centũ oues, & ſi pdiderit vnã ex illis, nõne dimittit nonagintanouẽ in deſerto, & vadit ad illam quę perierat, donec inueniat eã? Et cũ inuenerit eã, imponit in humeros ſuos gaudens: & veniens domũ cõuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, qa inueni ouẽ meã quæ perierat. Dico vobis, q̃ ita gaudium erit in cœlo ſup vno peccatore pœnitentiã agente, q̃ ſuper nonagintanouem iuſtis qui nõ indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habẽs drachmas decem: ſi perdiderit drachmã vnã, nõne accendit lucernã & euerrit domũ, & quærit diligenter, donec inueniat eã? Et cũ inuenerit, cõuocat amicas, & vicinas, dicẽs, Cõgratulamini mihi, qa inueni drachmã quam perdiderã. Ita dico vobis, gaudiũ erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.]

℄ Si hæc dñica inciderit infra octauã epiph. tertia lectio erit. Cum fact⁹ eſſet Ieſus. &c. Orõ. Vota quęſumus. quas inuenies in proxima ſequẽti dominica.

℄ Feria ſecũda, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuę. Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cũ ambulaueris, gradiantur tecũ: cum dormieris, cuſtodiant te, & euigilans loquere ca. 6.

quere cum eis. quia mandatũ lucerna eſt,& lex lux, & via vitę increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiant te à muliere mala,& à blanda lingua extraneæ. Non cõcupiſcat pulchritudinẽ eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius. pretium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri pretioſam animam capit. Nunquid poteſt homo abſcõdere ignẽ in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius nõ ardeãt? aut ambulare ſup prunas, & nõ cõburentur plantę eius? ſic q ingreditur ad mulierẽ pximi ſui,nõ erit mundus, cũ tetigerit eam. Non grandis eſt culpa,cũ quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientẽ impleat aĩam: deprehenſus quoq; reddet ſeptuplũ, & omnẽ ſubſtantiã domus ſuę trader, & liberabit ſe: Qui autẽ adulter eſt, propter cordis inopiam pdet aĩam ſuã: turpitudinẽ & ignominiã cõgregat ſibi,& opprobriũ illi' nõ delebit. qa zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquã precib', nec ſuſcipiet pro redẽptione dona plurima.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c.15.
c
AIt autem,† Homo quidã habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis patri, Pater,da mihi portionem ſubſtantię quæ me cõtingit. Et diuiſit illis ſubſtantiã. Et poſt nõ multos dies congregatis omnibus adoleſcẽtior filius peregre profectus eſt in regionem longinquã: & ibi diſſipauit ſubſtãtiam ſuam viuendo luxurioſe. Et poſtq̃ omnia cõſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. Et abijt, & adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illum in villã ſuam vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrem ſuũ de ſiliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. In ſe aũt reuerſus, dixit, Quãti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus: ego aũt hic fame pereo? Surgã, & ibo ad patrem meũ,& dicã ei: Pater, peccaui in cœlũ & corã te: iam nõ ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Et ſurgens venit ad patrem ſuũ, Cũ aũt adhuc longe eſſet, vidit illũ pater ipſi', & miſericordia mot' eſt, & accurrẽs cecidit ſup collum eius. & oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlũ, & corã te, iam non ſum dignus vocari fili' tuus. Dixit aũt pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam

primam,& induite illũ, & date anulum in manu ei⁹,& calceamenta in pedes eius:& adducite vitulũ ſaginatũ, & occidite, & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat,& reuixit: perierat,& inuẽtus eſt. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro: & cum veniret,& appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam & chorum: & vocauit vnũ de ſeruis, & interrogauit quid hæc eſſent. Iſq; dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulũ ſaginatum, quia ſaluũ illũ recepit. Indignatus eſt autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum. At ille reſpondens, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: & nunq̃ mandatum tuum pręterijui, & nunquã dediſti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: ſed poſtquàm filius tuus hic qui deuorauit ſubſtãtiam ſuã cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi, Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: epulari autem & gaudere oportebat, qa frater tuus hic, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt.]

¶ Feria tertia, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

Fili mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili, honora Dñm, & valebis: præter eum vero ne timueris alienũ. Serua mandata mea, & viues: & legem meã quaſi pupillã oculi tui: liga eã in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui. Dic ſapientię, Soror mea es: & prudentiã voca amicam tuã, vt cuſtodiat tę à muliere extranea, & ab aliena quæ verba ſua dulcia facit. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi, & video paruulos. Cõſidero vecordem iuuenem, qui trãſit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obſcuro, adueſperaſcente die, in noctis tenebris, & caligine: & ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, pręparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiẽs, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nũc iuxta angulos inſidiãs. Apprehenſumq; deoſculatur iuuenẽ, & procaci vultu blanditur, dicens, Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum. ca.7.

[ſt]uium, deſiderãs te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meũ, ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto; aſperſi cubile meum myrrha & aloe, & cinnamomo. Veni, inebriemur vberib⁹, & fruamur cupitis amplexib⁹, donec illuſceſcat dies. non eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, in die plenæ Lunæ reuerſurus eſt in domum ſuã. Irretiuit eũ multis ſermonib⁹, & blanditijs labiorũ protraxit illũ. Statim eã ſequitur quaſi bos ductus ad victimã, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorat ꝙ ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta iecur ei⁹: velut ſi auis feſtinet ad laqueũ, & neſcit ꝙ de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili mi, audi me: & attende verbis oris mei. Ne abſtrahat in vijs illius mens tua, neq; decipiaris ſemitis ei⁹. multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi dom⁹ ei⁹, penetrãtes ĩteriora mortis.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c.16. a
DIcebat autẽ & ad diſcipulos ſuos. † Homo quidã erat diues, qui habebat villicũ: & hic diffamatus eſt apud illũ, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illũ, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim nõ poteris villicare. Ait autẽ villicus intra ſe, Quid faciam? quia dñs meus aufert à me villicationẽ? fodere nõ valeo, mendicare erubéſco. Scio quid faciã, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus dñi ſui, dicebat primo, Quantũ debes dño meo? At ille dixit, Centũ cados olei. Dixitq; illi, Accipe cautionem tuã: & ſede, cito ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit, Tu vero quantũ debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta. Et laudauit dñs villicũ iniquitatis, quia prudẽter feciſſet: quia filij huius ſeculi, prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cũ defeceritis recipiãt vos in æterna tabernacula.] Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & B
qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ fuiſtis: quod verũ eſt, quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles

non fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruus poteſt duob° dominis ſeruire: aut enim vnũ odiet,& alterum diliget: aut vni adhærebit,& alterum cõtemnet. non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

¶ Feria quarta, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

ca. 8. NVnquid nõ ſapientia clamitat,& prudentia dat vocem ſuã? In ſummis excelſiſq; verticib⁹ ſupra viam in medijs ſemitis ſtans, iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur, dicens, O viri, ad vos clamito,& vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli aſtutiam:& inſipientes animaduertite. Audite, qm̃ de rebus magnis locutura ſum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meũ, & labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt oẽs ſermones mei, non eſt in eis prauũ quid, neq; peruerſum. Recti ſunt intelligentibus,& ęqui inuenientibus ſcientiã. Accipite diſciplinam meã, & nõ pecuniam: doctrinam magis, q̃ aurũ eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis:& omne deſiderabile, ei nõ poteſt cõparari. Ego ſapiẽtia habito in cõſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor dñi odit malũ; arrogantiã,& ſuperbiã,& viam prauã, & os bilingue deteſtor. Meũ eſt cõſiliũ & æquitas, mea eſt prudẽtia, mea eſt fortitudo: Per me reges regnant,& legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

AVdiebant aũt omñia hęc Phariſęi qui erant auari: & deridebant illum. Et ait illis: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda veſtra. quia quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt apud Deum. Lex & prophetæ, vſq; ad Ioannẽ, ex eo regnum Dei euãgelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius eſt aũt cœlum & terrã præterire, q̃ de lege vnũ apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem ſuã,& alterã ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchat̃. † Homo quidã erat diues, qui induebatur purpura & byſſo: & epulabat̃ quotidie ſplendide. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, q iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens ſaturari de micis quę cadebãt de menſa diuitis,&

c. 16.

C

tis,& nemo illi dabat: ſed & ca-
nes veniebãt,& lingebant vlce-
ra eius. Factũ eſt autẽ vt more-
retur mendicus, & portaretur
ab angelis in ſinum Abrahæ.
Mortuus eſt aũt & diues: & ſe-
pultus eſt in inferno. Eleuans
aũt oculos ſuos cũ eſſet in tor-
mentis, vidit Abrahã à longe,
& Lazarum in ſinu eius:& ipſe
clamans dixit: Pater Abraham
miſerere mei, & mitte Lazarũ
vt intingat extremũ digiti ſui
in aquã, vt refrigeret linguam
meã, quia crucior in hac flam-
ma. Et dixit illi Abraham: Fili,
recordare quia recepiſti bona
C in vita tua,& Lazarus ſimiliter
mala: nunc aũt hic cõſolatur,
tu vero cruciaris: & in his om-
nib⁹, inter nos & vos chaos ma
gnum firmatũ eſt, vt hi qui vo-
lunt hinc tranſire ad vos, non
poſſint, neq; inde huc trãſmea
re. Et ait: Rogo ergo te pater, vt
mittas eũ in domũ patris mei.
Habeo enim quinq; fratres, vt
teſtetur illis, ne & ipſi veniant
in hunc locum tormentorum.
Et ait illi Abraham: Habent
Moyſen & prophetas: audiant
illos. Et ille dixit: Non, pater
Abrahã: ſed ſi quis ex mortuis
ierit ad eos, pœnitentiã agent.
Ait autẽ illi, Si Moyſen & pro-
phetas nõ audiũt: neq; ſi qs ex
mortuis reſurrexerit, credẽt.]

¶ Feria quinta, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

EGo diligẽtes me diligo: & ca.8.
qui mane vigilant ad me,
inuenient me. Mecũ ſunt diui-
tiæ & gloria: opes ſupernę & iu
ſtitia. Melior eſt fructus meus
auro,& lapide pretioſo, & geni
mina mea argento electo. In
vijs iuſtitiæ ambulabo, in me-
dio ſemitarũ iudicij, vt ditem
diligẽtes me, & theſauros eorũ
repleam. † Dñs poſſedit me in B
initio viarum ſuarum, anteq̃
quicq̃ faceret à principio. Ab
æterno ordinata ſum, & ex an-
tiquis anteq̃ terra fieret. Non-
dum erãt abyſſi, & ego iam cõ-
cepta eram: necdũ fontes aqua
rum eruperant. Necdũ montes
graui mole conſtiterant: antę
colles ego parturiebar, adhuc
terrã non fecerat,& flumina,&
cardines orbis terræ. Quando B
pręparabat cœlos, aderã: quan
do certa lege & gyro vallabat
abyſſos: quando æthera firma-
bat ſurſum, & librabat fontes
aquarum: quãdo circundabat
mari terminũ ſuum, & legẽ po
nebat aquis, ne tranſirent fines
ſuos: quando appendebat fun-
damenta terræ, cum eo eram

cuncta componens: & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarũ: & delitię meæ, eſſe cum filijs hominũ. Nunc ergo filij audite me. Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinam, & eſtote ſapiẽtes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, q vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam,

C & hauriet ſalutem à domino:] qui aũt in me peccauerit, lędet animã ſuam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c.17. ET ait ad diſcipulos ſuos, Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala: Væ aũt illi per quem veniunt. vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proijciatur in mare, q̃ vt ſcandalizet vnũ de puſillis iſtis. Attẽdite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & ſi pœnitentiã egerit, dimitte illi, & ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties ĩ die conuerſus fuerit ad te dicens: Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerunt apoſtoli dño, Adauge nobis fidem. Dixit autem dñs: Si habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare & tranſplantare in mare: & obediet vobis. Quis autẽ veſtrum habens ſeruum arantem, aut paſcentẽ boues, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi, & recumbe: & nõ dicit, Para quod cœnem, & pręcinge te, & miniſtra mihi donec manducẽ & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quę ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.† Et factum eſt: B dum iret in Ieruſalem, trãſibat per mediam Samariã, & Galilęã. Et cũ ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterũt à longe: & leuauerunt vocem: dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit: Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factũ eſt, dum irent: mundati ſunt. Vnus autẽ ex illis vt vidit, qa mũdatus eſt: regreſſus eſt cũ magna voce magnificãs Deum: & cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agẽs ei, & hic erat Samaritanus. Reſpondens aũt Ieſus, dixit: Nonne decem

mundati

mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? Nõ eſt inuẽtus q̃ redlret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: qa fides tua te ſaluũ fecit.]

¶ Feria ſexta, ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.

ca.9. SApientia ędificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptẽ. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinũ, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarẽt ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt, Venite, comedite panẽ meũ, & bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiã, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. Qui erudit deriſorẽ, ipſe iniuriã ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat: Noli arguere deriſorẽ, ne oderit te. Argue ſapientẽ, & diliget te. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtũ, & feſtinabit accipere. Principiũ ſapientiæ, timor dñi: & ſciẽtia ſanctorũ, prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autẽ illuſor, ſolus portabis malum. Mulier ſtulta & clamoſa, plenaq; illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedet in foribus domus ſuæ ſup ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocet tranſeuntes per viam, & pergentes in itinere ſuo. Quis eſt paruulus, declinet ad me. Et vecordi locuta eſt: aq̃ furtiuę dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Et ignorauit, ꝙ ibi ſint gigantes, & in profundis inferni conuiuę eiꝰ. Qui enim applicatur illi, deſcendet ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea, ſaluabit.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

INterrogatus aũt à Phariſęis quãdo veniet regnũ Dei: reſpondens eis dixit, Non veniet regnũ Dei cum obſeruatione, neq; dicent: Ecce hic aut ecce illic: Ecce enim regnũ Dei intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies quãdo deſideretis videre vnum diem filij hominis, & nõ videbitis. Et dicent vobis: Ecce hic & ecce illic. Nolite ire, neq; ſectemini, nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cœlo, in ea quæ ſub cœlo ſunt, fulget: ita erit filius hominis in die ſua. Primũ aũt oportet illũ multa pati, & reprobari à generatione hac. Et ſicut factum eſt in diebus Noe: ita erit & in diebus filij hoĩs. Edebant, & bi- c.17.

& bibebãt, vxores ducebant & dabãtur ad nuptias vſq; in diẽ qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factũ eſt in dieb⁹ Loth, edebãt & bibebãt, emebant & vendebant, plantabant & ędificabant: qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignẽ & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit. Secundũ hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter nõ redeat retro. Memores eſtote vxoris Loth: Quicunq; quęſierit animã ſuã ſaluam facere, perdet illam, & quicunq; perdiderit illã, viuificabit eã. Dico vobis, in illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus aſſumetur, & alter relinquetur. duę erũt molentes in vnũ: vna aſſumetᷣ, & altera relinquetur. Duo in agro: vn⁹ aſſumetur, & alter relinquetur. Reſpondẽtes dicunt illi: Vbi Dñe? Qui dixit illis, Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę.

¶ Sabbato Eccleſiaſtes. Lcõ. j.

VErba Eccleſiaſtę filij Dauid regis Ieruſalẽ. Vanitas vanitatũ, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Generatio pręterit, & generatio aduenit: terra autẽ in ęternum ſtat. Oritur ſol, & occidit, & ad locũ ſuũ reuertitur, ibiq; renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonẽ, luſtrãs vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitᷣ. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locũ vnde exeunt flumina, reuertuntur: vt iterũ fluant. Cunctę res difficiles: nõ poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur ocul⁹ viſu, nec auris auditu impletur. Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurũ eſt. Quid eſt quod factũ eſt? ipſum quod faciẽdũ eſt. Nihil ſub Sole nouũ, nec valet quiſquã dicere: Ecce, hoc recẽs eſt: iã enim pręceſſit in ſeculis, quę fuerũt ante nos. Non eſt priorũ memoria: ſed nec eorũ quidẽ quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos q futuri ſunt in nouiſſimo. Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Ieruſalẽ, & ꝓpoſui in animo meo quęrere, & inueſtigare ſapienter de oĩbus quę fiunt ſub ſole. Hãc occupationẽ peſſimã dedit Deus filijs hominum: vt occu-

occuparetur in ea. Vidi cuncta
quę fiũt ſub ſole: & ecce vniuer
ſa vanitas: & afflictio ſpiritus.
Peruerſi difficile corrigũtur: &
ſtultorũ infinit⁹ eſt numerus.

Secundum Lucam: Lectio.ij.

c.18. DIcebat autẽ & parabolam
ad illos, quoniam oportet
ſemper orare, & non deficere,
dicens: Iudex quidam erat in
quadã ciuitate, qui Deũ non ti
mebat, & hominẽ non reuere-
batur. Vidua aũt quędam erat
in ciuitate illa: & veniebat ad
eum, dicẽs: Vindica me de ad
uerſario meo. Et nolebat per
multũ tẽpus. Poſt hęc aũt dixit
intra ſe. Et ſi Deũ non timeo,
nec hominẽ reuereor: tamen
quia moleſta eſt mihi hæc vi-
dua, vindicabo illam, ne in no-
uiſſimo veniẽs ſugillet me. Ait
autem dñs: Audite quid Iudex
iniquitatis dicit. Deus aũt non
faciet vindictã electorũ ſuorũ
clamãtiũ ad ſe die ac nocte: &
patientiã habebit in illis? Dico
vobis, quia cito faciet vindictã
illorum. Veruntamen filius ho
minis veniens, putas inueniet
B fidẽ in terra? † Dixit autẽ & ad
quoſdam qui in ſe cõfidebant
tanquã iuſti, & aſpernabantur
cæteros, parabolam iſtam, di-
cens, Duo homines aſcendebãt
in templum vt orarent, vnus
Phariſæus, & alter publicanus
Phariſæus, ſtans, hæc apud ſe
orabat, Deus, gratias ago tibi
quia nõ ſum ſicut cæteri homi
num, raptores, iniuſti, adulteri,
velut etiã hic publicanus, ieiu-
no bis in ſabbato: decimas do
omniũ quę poſſideo. Et publi-
canus à lõge ſtans, nolebat nec
oculos ad cœlũ leuare: ſed per-
cutiebat pectus ſuum, dicens,
Deus propiti⁹ eſto mihi pecca-
tori. Dico vobis, deſcendit hic
iuſtificatus in domum ſuã ab
illo: quia omnis qui ſe exaltat,
humiliabit: & qui ſe humiliat,
exaltabitur.] Afferebãt aũt ad C
illũ & infantes, vt eos tangeret.
Quod cum viderent diſcipuli,
increpabãt illos. Ieſus aũt con-
uocãs illos, dixit, Sinite pueros
venire ad me: & nolite vetare
eos: taliũ eſt enim regnũ Dei.
Amen dico vobis, quicunque
non acceperit regnum Dei ſi-
cut puer, non intrabit in illud.

¶ Dñica tertia poſt Aduentũ.
Liber ſapientiæ: Lectio prima.

DIligite iuſtitiã, qui iudica ca.1.
tis terrã. Sentite de dño in
bonitate, & in ſimplicitate cor-
dis quęrite illum: quõ inueni-
tur ab his qui nõ tentant illũ:
apparet aũt eis qui fidẽ habent
in

in illum: Peruerſę enim cogitationes ſeparãt à Deo: probata autẽ virtus corripit inſipientes, quoniã in maleuolam animã non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniẽte iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & nõ liberabit maledictum à labijs ſuis: qm̃ renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguę eius auditor. Quoniã ſpiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, nõ poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonũ autem illius auditio ad Deũ veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia: & tumultus murmurationum nõ abſcondetur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguę, qm̃ ſermo obſcurus in vacuũ nõ ibit: os autẽ quod mentitur, occidit animã. Nolite zelare mortẽ in errore vitę veſtrę, neq; acquiratis perditionẽ in operibus manuum veſtrarũ. Quoniã Deus mortem nõ fecit, nec lętatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent, omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non eſt in illis medicamentũ exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem, mortis eſt acquiſitio: impij autem manibus & verbis accerſierunt illã: & æſtimantes illam amicã, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam qm̃ morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius.

Secundum Lucam. Lectio ij.

ET interrogauit eũ quidã Princeps, dicens, Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autẽ ei Ieſus, Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus. Mandata noſti? Non occides, Non mœchaberis, Nõ furtum facies, Non falſum teſtimoniũ dices, Honora patrẽ tuũ, & matrem. Qui ait. Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quo audito Ieſus ait ei, Adhuc vnũ tibi deeſt: omnia quęcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis

c. 18.
D

habebis theſaurum in cœlo: &
veni, ſequere me. His ille audi-
tis contriſtatus eſt: quia diues
erat valde. Videns autē Ieſus,
illum triſtē factū, dixit: Quàm
difficile qui pecunias habent,
in regnū Dei intrabūt. Facilius
eſt enim, camelū per foramen
acus tranſire, q̃ diuitem intrare
in regnū Dei. Et dixerunt qui
audiebāt, Et quis poteſt ſaluus
fieri? Ait illis, Quæ impoſſibi-
lia ſunt apud homines, poſſibi-
lia ſunt apud Deū. Ait autem
Petrus, Ecce, nos dimiſimꝰ om-
nia, & ſecuti ſumus te. Qui di-
xit eis, Amen dico vobis, nemo
eſt qui reliquit domū, aut pa-
rentes, aut fratres, aut vxorem,
aut filios propter regnum Dei,
qui nō recipiat multo plura in
hoc tempore, & in ſeculo futu-
E ro vitā ęternā.† Aſſumpſit aūt
Ieſus duodecim, & ait illis, Ecce
aſcendimus Ieroſolymā, & cō-
ſummabuntur omnia quę ſcri
pta ſunt per prophetas de filio
hominis, tradetur enim genti-
bus, & illudetur, & flagellabi-
tur, & cōſpuetur: & poſtquā fla
gellauerint occident eū, & ter-
tia die reſurget. Et ipſi nihil ho
rum intellexerūt, & erat verbū
iſtud abſconditū ab eis, & non
intelligebant quæ dicebantur.

Factū eſt autē, cum appropin-
quaret Iericho, cæcus quidam
ſedebat ſecus viam, mendicās.
Et cū audiret turbā p̃tereuntē,
interrogabat quid hoc eſſet.
Dixerūt aūt ei, ꝙ Ieſus Nazare
nus trāſiret. Et clamauit, dicēs:
Ieſu fili Dauid, miſerere mei.
Et q̄ præibant, increpabant eū,
vt taceret. Ipſe vero multo ma-
gis clamabat, Fili Dauid, miſe-
rere mei. Stans aūt Ieſus, iuſſit
illū adduci ad ſe. Et cū appro-
pinquaſſet, interrogauit illum,
dicens, Quid tibi vis faciam?
At ille dixit, Dñe, vt videam. Et
Ieſus dixit illi, Reſpice: fides
tua te ſaluū fecit. Et confeſtim
vidit, & ſequebatur illum ma-
gnificans Deū. Et omnis plebs
vt vidit, dedit laudem Deo.]

¶ Aduertendū eſt, quod in an
no in quo epiphania Dñi inci-
derit in die ſabbati: hæc domi-
nica erit ſecunda poſt epipha-
niam, & nunc (vt Breuiarium
concordet cum Miſſali) tertia
lectio erit. In illo tempore Nu-
ptiæ factæ ſunt. &c. Oratio.
Omnipotens. &c. quas inue-
nies in dominica prima Vagā-
tium. In alijs aūt annis ſemper
hæc Dñica erit infra octauam
Epiphaniæ, & ſic tertia lectio,
& oratio erūnt infraſcriptæ.

Secundū

Secundum Lucam. Lectio.iij.

ca.2. CVm factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundũ conſuetudinẽ diei feſti. Et reliqua. Homilia Origenis.

Puer Ieſus creſcebat, & confortabatur, & replebatur ſapiẽtia. Hoc hominũ natura non recipit, vt ante duodecim annos ſapientia compleatur. Aliud eſt enim poteſtatẽ habere ſapientię: aliud ſapientia eſſe cõpletũ. Non ambigamus ergo, diuinũ aliqd in Ieſu carne apparuiſſe: & nõ ſolum ſuper hominẽ: ſed ſuper omnẽ quoq; rationabilẽ creaturã creſcebat. Humiliauerat enim ſe formam ſerui accipiens: & eadem virtute, qua ſe humiliauerat, creſcebat. Apparuerat infirmus, quia infirmũ corp⁹ aſſumpſerat: & ob id iterumq; confortabatur. Et euacuauerat ſe filius Dei: & propterea rurſum complebatur ſapientia: & gratia Dei erat ſuper eum, nõ qñ venit ad adoleſcentiã: nõ quando manifeſte docebat, ſed adhuc cũ eſſet paruul⁹, habebat gratiã Dei. Et quomodo omnia in illo mirabilia fuerunt: ita in pueritia mirabilis fuit vt Dei ſapiẽtia cõpleretur. Ibant itaq; parentes eius iuxta conſuetudinẽ in Ieruſalẽ, ad ſolennẽ diẽ Paſchæ. Et cũ factus eſſet Ieſus annorũ duodecim. Diligenter obſerua. Priuſquã duodecim eſſet annorũ, ſapientia Dei, & cætera quæ ſcripta ſunt de eo, cõplebant. Cũ ergo (vt diximꝰ) duodecim eſſet annorũ, & iuxta morẽ dies ſolẽnitatis expleti eſſent: & reuerterẽtur parentes cũ infantulo Ieſu: remanſit puer in Ieruſalem, & neſciebant parentes eius. Oro.

VOta quęſumus domine ſupplicantis populi cœleſti pietate proſequere: vt & quę agenda ſunt, videant, & ad implenda, quæ viderint conualeſcant. Per dominum noſtrum.

¶ Feria ſecunda, ex libro ſapiẽtiæ. Lectio prima. Hic omittitur cap.ij. quia maior pars eiꝰ ponitur in dñica de Paſſione. I

I† Vſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentũ mortis. Viſi ſunt oculis inſipiẽtiũ mori, & ęſtimata eſt afflictio exitus illorũ. Et ab itinere iuſto abierunt in exterminiũ, & quod à nobis eſt iter exterminij: illi aũt ſunt ĩ pace. Et ſi corã hominibus tormẽta paſſi ſunt, ſpes illorũ immortalitate plena eſt. Et in paucis vexati, in multis bene diſponentur: ca.3. a

tur: quoniã Deus tẽtauit eos, & inuenit illos dignos ſe. Tanq̃ aurũ in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos, & in tẽpore erit reſpectus illorum. Fulgebũt iuſti, & tanq̃ ſcintillę in arundineto diſcurrent. Iudicabũt nationes & dominabuntur populis: & re-
B gnabit dñs illorũ in ꝑpetuũ.] Qui cõfidunt in illo: intelligẽt veritatẽ, & fideles in dilectione acquieſcent illi, qm̃ donum & pax eſt electis eius. Impij autẽ ſecundũ quæ cogitauerũt correctionẽ habebũt: qui neglexerunt iuſtũ, & à dño receſſerũt. Sapientiã enim & diſciplinam qui abijcit, infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorũ. Mulieres eorũ inſenſatæ ſunt & nequiſſimi filij illorũ. Maledicta creatura eorum: qm̃ felix eſt ſterilis, & in coinquinata, quæ neſciuit torum in delicto habebit fructũ in reſpectione animarũ ſanctarũ, & ſpado qui nõ operatus eſt per man⁹ ſuas iniquitatẽ, nec cogitauit aduerſus Deum nequiſſima: dabitur enim illi fidei donum electũ, & ſors in tẽplo Dei acceptiſſima. Bonorũ enim laborũ glorioſus eſt fructus; & quæ nõ concidit radix ſapientiæ. Filij aũt adulterorũ in cõſummatione erũt, & ab iniquo thoro ſemẽ exterminabitur. Et ſi quidẽ longæ vitę erũt, in nihilũ cõputabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenect⁹ illorũ. Et ſi celerius defuncti fuerint, nõ habebunt ſpẽ, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquę diræ ſunt cõſummationis.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ET ingreſſus, perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachęus: & hic princeps erat publicanorũ, & ipſe diues: & quęrebat videre Ieſum quis eſſet: & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborẽ ſycomorũ vt videret eum: quia inde erat tranſiturus. Et cũ veniſſet ad locũ, ſuſpiciens Ieſus vidit illũ, & dixit ad eum, Zachæe, feſtinãs deſcẽde: quia hodie ĩ domo tua oportet me manere. Et feſtinãs deſcẽdit: & excepit illũ gaudens. Et cũ viderent oẽs murmurabãt, dicẽtes ꝙ ad hominẽ peccatorẽ diuertiſſet. Stans aũt Zachęus, dixit ad Dñm. Ecce dimidiũ bonorum meorum dñe do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait

c. 19. a

Ieſ[illegible]

Ieſus ad eū, Quia hodie ſalus
domui huic facta eſt: eo ꝙ &
ipſe fili' ſit Abrahę. Venit enim
filius hominis quęrere & ſaluū
B facere quod perierat.] Hæc il-
lis audientibus adijciens dixit
parabolā, eo ꝙ eſſet prope Ieru
ſalem, & quia exiſtimarent ꝙ
confeſtim regnum Dei mani-
feſtaretur. Dixit ergo, Homo
quidā nobilis abijt in regionē
longinquā accipere ſibi regnū,
& reuerti. Vocatis autē decem
ſeruis ſuis, dedit eis decē mnas,
& ait ad illos, Negotiamini dū
venio. Ciues autē eius oderant
eum: & miſerūt legationē poſt
illū, dicentes, Nolumus hūc re-
gnare ſuper nos. Et factū eſt vt
rediret accepto regno: & iuſſit
vocari ſeruos, quib' dedit pecu
niā, vt ſciret quantū quiſq; ne-
gotiat' eſſet. Venit aūt primus,
dicēs, Dñe, mna tua decē mnas
acquiſiuit. Et ait illi, Euge bo-
ne ſerue, quia in modico fuiſti
fidelis, eris poteſtatem habens
ſupra decem ciuitates: Et alter
venit, dicēs, dñe, mna tua fecit
quinq; mnas. Et huic ait, Et tu
eſto ſuper quinq; ciuitates. Et
alter venit, dicēs, dñe, ecce mna
tua, quā habui repoſitā in ſu-
dario, timui enim te, quia ho-
mo auſterus es: tollis quod nō
poſuiſti, & metis quod non ſe-
minaſti. Dixit ei, De ore tuo te
iudico ſerue nequā: ſciebas ꝙ
ego homo auſterus ſum: tollēs
quod nō poſui, & metēs quod
nō ſeminaui, & quare nō dedi-
ſti pecuniā meā ad menſam, &
ego veniens cum vſuris vtique
exegiſſem illam? Et aſtantibus
dixit, Auferte ab illo mnam, &
date illi qui decē mnas habet.
Et dixerunt ei, Dñe habet decē
mnas. Dico aūt vobis q a omni
habēti dabitur, & abūdabit: ab
eo aūt q nō habet, & quod ha-
bet, auferet ab eo. Veruntamen
inimicos meos illos, qui nolue
runt me regnare ſup ſe, adduci
te huc: & interficite ante me.

¶ Fer. iij. ex libro ſapiētię. L. j.

O Quàm pulchra eſt caſta ca. 4.
generatio cum claritate:
immortalis eſt enim memoria
illius: quoniā & apud Deū no-
ta eſt, & apud homines. Cum
pręſens eſt, imitantur illam: &
deſiderant eam cū ſe eduxerit,
& in perpetuū coronata trium
phat, incoinquinatorū certa-
minū pręmiū vincēs. Multige-
na aūt impiorū multitudo nō
erit vtilis, & adulterinæ planta-
tiones nō dabunt radices altas,
nec ſtabile firmamentū collo-
cabunt. Et ſi in ramis in tem-
pore

pore germinauerint, infirmiter poſita, à vento cõmouebuntur, & à nimietate ventorũ eradicabunt. Confringẽtur enim rami inconſummati, & fructus illorũ inutiles, & acerbi ad mãducandũ, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim oẽs filij q naſcuntur, teſtes ſunt nequitię ad uerſus parẽtes in interrogatio-
C ne ſua. † Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neq; annorũ numero computata: cani autem ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis, vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores tranſlat⁹ eſt. raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona: & inconſtantia cõcupiſcentię tranſuertit ſenſum ſine malitia. Conſummat⁹ in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatũ. populi autẽ videntes, & nõ intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia, quoniã gratia Dei, & miſericordia in ſanctos eius, & reſpe-
ctus in electos illius.] Condem D
nat autẽ iuſtus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius cõſummata longam vitã iniuſti. Videbũt enim finem ſapientis, & nõ intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare minuerit illũ dñs. Videbũt enim, & contemnent eum. Illos autẽ dñs irridebit, & erunt poſt hæc decidẽtes ſine honore & in cõtumeliã inter mortuos in perpetuum: qm̃ diſrumpet illos inflatos ſine voce, & cõmouebit illos à fundamẽtis, & vſq; ad ſupremũ deſolabũtur: & erũt gemẽtes, & memoria illoꝝ periet. Venient in cogitatione pctõrũ ſuorũ timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorũ.

Secundum Lucam. Lectio ij.

ET his dictis ꝑcedebat aſcẽ- c. 19.
dens Ieroſolymã. Et factũ eſt: cum appropinquaſſet ad Bethphage: & Bethaniam, ad montem qui vocatur Olieti, miſit duos diſcipulos ſuos, dicens, Ite in caſtellũ quod cõtra vos eſt: in quod introeuntes inuenietis pullũ aſinæ alligatũ, cui nemo vnquã hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite. Et ſiquis vos interrogauerit. Quare ſoluitis? ſic dicetis ei, Quia dñs operã eius deſiderat.

C Abierunt autẽ qui miſſi erant: & inuenerunt ſicut dixit illis, ſtantẽ pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt dñi ei⁹ ad illos, Quid ſoluitis pullũ? At illi dixerunt, Quia dñs eum neceſſariũ habet. Et duxerunt illũ ad Ieſum. Et iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerũt Ieſum. Eunte aũt illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via. Et cum appropinquaret iam ad deſcẽſum mõtis. Olincti: cœperunt oẽs turbę deſcendentiũ gaudentes laudare Deũ voce magna ſuper oĩbus quas viderant virtutibus, dicentes: Benedict⁹ qui venit Rex in nomine dñi, pax in cœlo, & gloria in excelſis. Et quidã Phariſæorum de turbis dixerunt ad illũ, Magiſter, increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait, Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides

C clamabunt. † Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens, Quia ſi cognouiſſes, & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi, nunc autẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabũt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndiq;, & ad terram proſternẽt te, & filios tuos qui in te ſunt, & nõ relinquent in te lapidẽ ſuper lapidem: eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et ingreſſus in templũ cœpit eijcere vendẽtes & ementes, dicens illis, ſcriptũ eſt, Quia domus mea, domus orationis eſt: Vos autem feciſtis illam ſpeluncã latronum. Et erat docens quotidie in tem-

D plo.] Principes autem ſacerdotum, & ſcribę & principes plebis quęrebant illum perdere: & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat, audiens illum.

ℭ Feria.iiij.ex lib.ſapiẽtię.L.j.

T† Vnc ſtabũt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt & qui abſtulerũt labores eorũ. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus: dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabam⁹ inſaniã, & finem illorum ſine honore: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors c.5.

illorũ

Billorum eſt.] Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitię lumen nõ luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autẽ dñi ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquã vmbra, & tanquã nuntius percurrens, & tanquã nauis quæ pertranſit fluctuantẽ aquã: cuius, cum pręterierit, nõ eſt veſtigiũ inuenire neq; ſemitam carinæ illius in fluctibus, aut tanquã auis quę trãſuolat in aere, cui' nullum inuenitur argumentũ itineris illius, ſed tantũ ſonitus alarũ verberans leuem ventũ, & ſcindẽs per vim itineris aerẽ commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullũ ſignum inuenitur itineris illius, aut tanquã ſagitta emiſſa in locũ deſtinatũ: diuiſus aer cõtinuo in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius: ſic & nos nati continuo deſiuim' eſſe, & virtutis quidẽ nullum ſignũ valuimus oſtendere, in malignitate aũt noſtra cõſumpti ſumus. Talia dixerũt in inferno hi qui peccauerũt: quoniam ſpes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquã ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquã fumus q̃ à vento diffuſus eſt: & tanquã memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.

Secundum Lucam. Lectio ij.

ET factum eſt: in vna dierũ docente illo populum in templo & euangelizante, cõuenerũt principes ſacerdotum & ſcribę cum ſenioribus, & aiunt dicentes ad illũ, Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis? aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatẽ? Reſpondens aũt Ieſus, dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnũ verbũ. Reſpondete mihi, Baptiſmus Ioãnis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe, dicentes, Quia ſi dixerimus, de cœlo, dicet, Quare ergo nõ crediditis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus: plebs vniuerſa lapidabit nos: certi ſunt enim Ioãnem prophetã eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſus ait illis, neq; ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. Cœpit aũt dicere ad plebẽ, parabolam hãc, Homo quidam plantauit vineã, & locauit eam colonis: & ipſe peregre fuit multis tẽporibus, Et in tẽpore C.20.

miſit ad cultores, ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerūt eū inanē. Et addidit alterum ſeruū mittere. Illi autē hunc quoq; cædentes & afficientes contumelia, dimiſerūt inanem. Et addidit tertium mittere, qui & illū vulnerantes eiecerunt. Dixit aūt dñs vineæ, Quid faciam? mittam filiū meū dilectū: forſitan cum hūc viderint, verebuntur. Quē cum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe, dicentes, Hic eſt hęres, occidamus illū, vt noſtra fiat hæreditas. Et eiectum illū extra vineā occiderunt. Quid ergo faciet illis dñs vineæ? Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineā alijs. Quo audito, dixerūt illi, Abſit. Ille aūt aſpiciēs eos, ait, Quid eſt ergo hoc quod ſcriptū eſt, Lapidē quem reprobauerūt ædificantes, hic fact⁹ eſt in caput anguli? Omnis qui ceciderit ſuper illū lapidem, cōquaſſabitur: ſuper quē aūt ceciderit, cōminuet illum. Et quęrebāt principes ſacerdotum & ſcribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum: cognouerunt enim quod ad ipſos dixerit ſimilitudinē hanc. Et obſeruantes miſerūt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent: vt caperēt eum in ſermone, vt traderent illū principatui & poteſtati præſidis. Et interrogauerūt eum, dicentes, Magiſter, ſcimus quia recte dicis & doces, & nō accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate doces, licet nobis tributū dare Cæſari, an non? Conſiderās autem dolum illorū, dixit ad eos, Quid me tentatis? oſtēdite mihi denariū. Cuius habet imaginē & ſcriptionē? Reſpondentes dixerūt ei, Cæſaris. Et ait illis, Reddite ergo q̄ ſunt Cæſaris, Cæſari: & q̄ ſunt Dei: Deo. Et nō potuerunt verbū eius reprehendere coram plebe: & mirati in reſponſo eius, tacuerūt.

¶ Feria. v. ex lib. ſapientię. L. j.

IVſti aūt in perpetuū viuent, & apud dñm eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimū. Ideo accipient regnū decoris & diadema ſpeciei de manu dñi: quoniā dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturā ad vltionē inimicorū. Induet pro thorace iuſtitiā, & accipiet pro galea iudiciū certum, ſumet ſcutū inexpugnabile, ęquitatē: acuet aūt diram iram in lanceam, & pugnabit ca. 5.

cum illo orbis terrarum cõtra inſenſatos. Ibũt directe emiſſio nes fulgurũ, & tanquã à bene curuato arcu nubium extermi nabuntur, & ad certum locum inſilient. Et à petroſa ira plenę mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrent duriter. Cõtra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tanq̃ turbo venti diuidet illos: & ad eremũ perducet omnem terrã iniquitatis illorũ, & malignitas euertet ſedes potentiũ.

ca. 6. Melior eſt ſapientia q̃ vires, & vir prudens, q̃ fortis. Audite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finiũ terrę. Præbete au res vos qui cõtinetis multitudi nes, & placetis vobis in turbis nationum: qm̃ data eſt à dño poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabi tur: qm̃ cum eſſetis miniſtri re gni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neq; ſecundũ voluntatem Dei ambulaſtis. Horrende & cito apparebit vobis: qm̃ iudicium duriſſimũ in his q pręſunt, fiet. Exiguo enim cõceditur miſericordia: potentes aũt potenter tormenta patientur. Nõ enim ſubtrahet perſonam cuiuſquã Deus, qui eſt omniũ dominator, nec verebit̃ magnitudinẽ cuiuſquã, qm̃ puſillum & magnum ipſe fecit, & ęqualiter cu ra eſt illi de oĩbus. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

Acceſſerunt autẽ quidam Sadducæorũ qui negant eſſe reſurrectionẽ, & interrogauerũt eum, dicentes, Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habẽs vxorẽ, & hic ſine liberis fuerit, vt accipiat eã frater eius vxorẽ, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. ſeptem ergo fratres erant: & primus accepit vxorẽ, & mortuus eſt ſine filijs: Et ſequẽs accepit illam: & ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illam, Similiter & oẽs ſeptem: & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt. Nouiſſime omniũ, mortua eſt & mulier. In reſurrectio ne ergo, cuius eorũ erit vxor? ſiquidẽ ſeptem habuerũt eam vxorem. Et ait illis Ieſus, Filij huius ſeculi nubũt, & traduntur ad nuptias: illi vero qui digni habebuntur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neq; nubent, neque ducent vxores, neq; vltra mori poterũt: æquales enim angelis ſunt: & filij c. 20.

ſunt Dei, cum ſint filij reſurre ctionis. Quod vero reſurgant mortui,& Moyſes oſtẽdit ſecus rubum,ſicut dicit, dñm Deum Abraham, & Deũ Iſaac,& Deũ Iacob. Deus autẽ non eſt mortuorũ ſed viuorũ. omnes enim viuunt ei. Reſpondentes autẽ quidam ſcribarũ, dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti. Et amplius nõ audebant eũ quicquã interrogare. Dixit aũt ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum, filiũ eſſe Dauid: & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum,dixit dñs domino meo, ſede à dextris meis,Donec ponam inimicos tuos, ſcabellũ pedum tuorum? Dauid ergo dñm illum vocat: & quomodo filius eius eſt? Audiente autẽ omni populo dixit diſcipulis ſuis, Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro,& primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in cõuiuijs, qui deuorant domos viduarũ:ſimulantes longam orationẽ. Hi accipient damnationẽ, maiorem.

¶ Fer. vj. ex lib. ſapiẽtię. Lcõ. j.

Sa. 6. AD vos ergo,reges, ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam,iuſte iudicabũtur: & qui didicerint iuſta, inueniẽt quid reſpondeant. Cõcupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos,& habebitis diſciplinã. Clara eſt, & quæ nunquã marceſcit ſapientia:& facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quęrunt illã. Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigilauerit ad illam nõ laborabit: aſſidentẽ enim illam foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo de illa,ſenſus eſt conſummatus:& q vigilauerit propter illam, cito ſecurus erit. Quoniam dignos ſe, ipſa circumit quęrens, & in vijs oſtendet ſe illis hilariter,& in omni prouidentia occurret illis. Initium enim illius veriſſima eſt diſciplinæ cõcupiſcẽtia. Cura ergo diſciplinæ, dilectio eſt: & dilectio, cuſtodia legum illius eſt: cuſtoditio aũt legum, cõſummatio incorruptionis eſt: incorruptio aũt, facit eſſe proximũ Deo. Concupiſcentia itaq; ſapientiæ deducit ad regnum perpetuũ. Si ergo delectamini ſedibus,& ſceptris, ò Reges populi, diligite ſapientiam: vt in perpetuũ regnetis. diligite lumen ſapientiæ oẽs qui præeſtis

populis. Quid eſt autẽ ſapientia, & quemadmodũ facta ſit, referam: & nõ abſcondã à vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponã in lucem ſcientiã illius & nõ pręteribo veritatẽ, neq; quidem cũ inuidia tabeſcente iter habebo: quĩ talis homo nõ erit particeps ſapientię. Multitudo autem ſapientium, ſanitas eſt orbis terrarum: & rex ſapiens, populi ſtabilimentũ eſt. Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos, & proderit vobis.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 21. RESpiciens autẽ, vidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites. Vidit aũt & quandam viduam pauperculã mittentem æra minuta duo. Et dixit, Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quã omnes miſit. nã omnes hi, ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autẽ ex eo quod deeſt illi, omnem victũ ſuum quẽ habuit miſit. Et quibuſdã dicentibus de templo ꝙ bonis lapidibus & donis ornatum eſſet, dixit, Hæc quæ videtis, venient dies in quibus nõ relinquetur lapis ſuper lapidem, qui nõ deſtruatur. Interrogauerũt aũt illum, dicentes, Præceptor, quãdo hęc erunt: & quod ſignũ cum fieri incipiẽt? Qui dixit, Videte ne ſeducamini. multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum: & tẽpus appropinquauit, nolite ire poſt eos. Cum autẽ audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri: oportet primum hęc fieri, ſed nõdũ ſtatim finis. Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentẽ, & regnum aduerſus regnum, & terremotus magni erũt per loca, & peſtilentiæ & fames, terroreſq;, & ſigna de cœlo magna erunt: Sed ante hæc omnia, inijcient vobis manus ſuas: & perſequentur tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges & pręſides propter nomen meũ. cõtinget aũt vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris nõ pręmeditari quemadmodũ reſpõdeatis: ego enim dabo vobis os & ſapientiã: cui nõ poterunt contradicere, & reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Trademini aũt à parẽtibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus propter nomen meũ: & capillus de capite veſtro nõ peribit. In patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras.

¶ Sabbato, ex lib. ſapiẽtię. L. j.

ca. 7. SVm quidẽ & ego mortalis homo, ſimilis omnib⁹, & ex genere terreno illius qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro, decẽ menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis & delectamento ſomni cõueniente. Et ego natus accepi cõmunẽ aerem, & in ſimiliter factã decidi terrã, & primã vocem ſimilem oĩbus emiſi plorans: in inuolumentis nutritus ſum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitã, & ſimilis exitus. Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ, & præpoſui illã regnis & ſedib⁹, & diuitias nihil eſſe duxi in cõparatione illius. Nec cõparaui illi lapidẽ pretioſum: qm̃ omne aurũ in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquã lutũ ęſtimabitur argẽtũ in cõſpectu illius: ſup ſalutẽ, & ſpeciẽ dilexi illã, & ꝓpoſui pro luce habere illã, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt aũt mihi omnia bona pariter cũ illa, & innumerabilis honeſtas ꝑ manus illius, & lętatus ſum in omnibus: quoniã antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabã qm̃ bonorum omnium mater eſt. Quã ſine fictione didici, & ſine inuidia cõmunico, & honeſtatem illius nõ abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo q vſi ſunt, participes facti ſunt amicitię Dei, propter diſciplinæ dona commendati.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

C. 21. CVm autẽ videbitis circundari ab exercitu Ieruſalẽ: tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius: tunc qui in Iudæa ſunt fugiãt ad montes: & qui in medio eius, diſcedãt: & qui in regionibus, nõ intrẽt in eam: quia dies vltionis hi ſunt: vt impleãtur omnia quæ ſcripta ſunt. Væ aũt pręgnantibus & nutrientib⁹ in illis dieb⁹. Erit enim preſſura magna ſuper terram: & ira populo huic. Et cadẽt in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gẽtes: & Ieruſalẽ calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationũ. † Et erunt ſigna in Sole E & Luna & ſtellis, & in terris preſſura gentiũ præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus prę timore & expectatione quæ ſuper-

ſtenient vniuerſo orbi. nam vir
tutes cœlorum mouebũtur: &
tunc videbunt filium hominis
venientẽ in nube cum poteſta
te magna & maieſtate. His au
tem fieri incipiẽtibus, ſuſpicite
& leuate capita veſtra: quoniã
appropinquat redẽptio veſtra.
F Et dixit illis ſimilitudinẽ: Vide
te ficulneã & omnes arbores:
cum producunt iam ex ſe fru-
ctum, ſcitis quoniam prope eſt
æſtas. Ita & vos cum videritis
hæc fieri, ſcitote quoniã prope
eſt regnũ Dei. Amen dico vo-
bis, quia non præteribit gene-
ratio hæc, donec omnia fiant.
Cœlũ & terra tranſibũt: verba
G autem mea non tranſibunt.]
Attendite autẽ vobis ne forte
grauentur corda veſtra in cra-
pula & ebrietate & curis huius
vitæ: & ſuperueniat in vos re-
pentina dies illa, tanq̃ laqueus
enim ſuperueniet in oẽs qui ſe
dent ſuper faciem omnis terrę.
Vigilate itaq;, omni tempore
orantes, vt digni habeamini fu
gere iſta omnia q̃ futura ſunt,
& ſtare ante filium hominis.
Erat aũt diebus docens in tem-
plo: noctibus vero exiens, mo-
rabatur in monte, qui vocatur
Oliueti. Et omnis popul⁹ mane
ibat ad eũ in tẽplo audire eũ.

¶ Notandũ, q̃ ſi Dñica ſtatim ſequens non fuerit Septuageſima, legendũ eſt per ordinem de infraſcriptis Vagantibus, quouſq; Septuageſima occurrat, qua occurrente ceſſabunt tunc, quæ ſuperfuerint Vagantes, & dicentur poſt Pentecoſtem ordine ibi aſſignato.

¶ Dominica prima Vagantiũ Eccleſiaſticus. Lectio prima.

OMnis ſapiẽtia à dño Deo eſt, & cũ illo fuit ſemper, & eſt ante ęuum. Arenam maris, & pluuię guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli & latitudinẽ terræ, & profundũ abyſſi quis dimenſus eſt? Sapientiã Dei pręcedentem omnia, quis inueſtigauit? Prior omniũ creata eſt ſapientia, & intellectus prudentię ab æuo. Fons ſapiẽtię verbũ Dei ĩ excelſis, & ingreſſus illius mandata ęterna. Radix ſapientiæ, cui reuelata eſt, & aſtutias illius quis agnouit? Diſciplina ſapiẽtię cui reuelata eſt, & manifeſtata? & multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit? Vnus eſt altiſſimus creator omniũ, omnipotẽs & rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronũ ca. 1.

thronũ illius & dominãs Deus. Ipſe creauit illã in ſpiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illã ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundũ datum ſuum, & præbuit illã diligentibus ſe. Timor dñi gloria, & gloriatio, & lętitia, & corona exultationis. Timor dñi delectabit cor, & dabit lętitiã & gaudiũ & longitudinem dierum. Timenti dñm bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Dilectio Dei, honorabilis ſapientia. Quibus autẽ apparuerit in viſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum. Initium ſapientię, timor dñi, & cum fidelibus in vulua cõcreatus eſt, & cum electis fœminis graditur: & cum iuſtis & fidelibus agnoſcitur. Timor dñi, ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem atq; gaudium dabit.

¶ Epiſtola Pauli ad Gal. I.ij.

ca.i. PAulus Apoſtolus nõ ab hominib⁹, neq; per hominẽ, ſed per Ieſum Chriſtũ, & Deũ patrẽ qui ſuſcitauit eũ à mortuis, & qui mecum ſunt omnes fratres, eccleſijs Galatiæ, gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequã ſecundũ voluntatẽ Dei & patris noſtri, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Miror ꝙ ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiã Chriſti, in aliud euangeliũ, quod nõ eſt aliud, niſi ſunt aliqui ꝗ vos cõturbãt & volunt cõuertere euangeliũ Chriſti. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis pręterq̃ quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prędixim⁹ & nũc iterũ dico: Siquis vobis euãgelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. D
Modo enim hominib⁹ ſuadeo, an Deo? an quęro hominibus placere? Si adhuc hoĩbus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem. † Notum enim vobis facio fratres euangeliũ quod euangelizatũ eſt à me, qa non eſt ſecundum hominẽ: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti. Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, qm̃ ſupra modum perſequebar eccleſiã Dei, & expugnabã illã, & proficiebã in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos

meos meos in genere meo, abũdantius æmulator exiſtens paternarũ mearũ traditionum. Cum aũt placuit ei q me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiã ſuã, vt reuelaret filiũ ſuũ in me, vt euãgelizarẽ illũ in gentibus: cõtinuo nõ acquieui carni & ſanguini. Neq; veni Ieroſolymã ad anteceſſores meos apoſtolos: ſed abij ĩ Arabiã, & iterũ reuerſus ſum Damaſcũ. Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymã videre Petrũ: & mãſi apud eũ dieb⁹
quindecim. Alium aũt apľorũ vidi neminẽ, niſi Iacobũ fratrẽ dñi. Quę aũt ſcribo vobis: ecce
C corã Deo, quia non mentior.] Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram aũt ignot⁹ facie eccleſijs Iudęę, q̃ erant in Chriſto. Tantũ aũt auditum habebãt: Quoniã qui pſequebatur nos aliquãdo, nunc euãgelizat fidẽ, quam aliquãdo expugnabat: & in me clarificabãt Deũ.

¶ Notandũ, ꝙ hæc Dñica quãdo interponitur poſt Pentecoſten, præter primã & ſecundũ lectionẽ nihil aliud habet, qa cætera dicẽda ſunt de feſto duplici, ſeu octaua tũc occurrẽti.

¶ Quando vero fit officium de hac Dominica ante Septuageſimam, tunc aduertendum eſt, ꝙ in anno in quo Epiphania Dñi venerit in die Sabbati, dicenda eſt hic tertia lectio. In illo tpe, cũ deſcẽdiſſet Ieſus. & oratio. Omnipotens. &c. quas inuenies in Dñica ſecunda Vagãtiũ. In alijs aũt annis ſemp in hac dñica dicẽdę ſunt tertia lectio & oõ infraſcriptę.

Secundum Ioannẽ. Lectio iij.

IN illo tẽpore Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilęę, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt aũt Ieſus & diſcipuli ei⁹ ad nuptias: & deficiente vino dicit mater eius ad eum, vinũ non habent. ca. 2.

Et rel. Hom. ſcti Auguſti. epi.

Adſit dñs Deus noſter: vt donet nobis reddere quod promiſimus. Heſterno enim die, ſi meminit ſanctitas veſtra, cum temporis excluderemur anguſtia, ne ſermonẽ inchoatũ implerem⁹, in hodiernũ diẽ diſtulimus: vt ea quæ in hoc facto euãgelicæ lectionis myſtice in ſacramentis poſita eſſent, ipſo adiuuãte aperirentur. Nõ itaq; opus eſt iam morari diutius in cõmendando miraculo Dei. Ipſe eſt enim Deus, q p vniuerſam creaturã quotidiana miracula facit: quæ hoĩbus nõ facilitate, ſed aſſiduitate viluerũt.

Rara

Rara autem quæ facta ſunt ab eodem dño, id eſt, à verbo propter nos incarnato, maiorẽ ſtuporẽ hominibus attulere. Non quia maiora erant quam ſunt ea quę quotidie in creatura facit: ſed quia iſta, quæ quotidie fiunt, tanquam naturali curſu peraguntur. Illa vero efficaciã potentię tanquã pręſentis exhibuiſſe vidẽtur oculis hominũ. Diximus, ſicut meminiſtis: reſurrexit vnus mortuus: obſtupuerunt oẽs: cum quotidie naſci, qui nõ erãt, nemo miretur. Sic aquã in vinũ verſam quis nõ miretur? cum hoc annis omnibus, Deus in vitibus faciat? Sed quia omnia quæ fecit dñs Ieſus, non ſolũ valent ad excitanda corda noſtra miraculis, ſed etiã ad ędificandã doctrinã fidei: ſcrutari nos oportet quid ſibi velint iſta omnia, id eſt, qd ſignificent. Horũ enim omniũ ſignificationes, ſicut recordamini, in diem hodiernũ diſtulimus. Quòd aũt dñs inuitatus venit ad nuptias: etiã excepta myſtica ſignificatione confirmare voluit quod ipſe fecit. Futuri enim erãt de quibus dixit Apoſtolus, prohibentes nubere, & dicentes ꝙ malæ eſſent nuptiæ, & quod diabolus eas feciſſet: cũ idem Dñs in euãgelio interrogatus, vtrum liceat homini dimittere vxorẽ ſuã ex qualibet cauſa, reſponderit, nõ licere, excepta cauſa fornicationis. In qua reſpõſione, ſi meminiſtis, hoc ait, Quod Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui cœleſtia ſimul & terrena moderaris, ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per.

¶ Fer.ij. Ex Eccleſiaſtico. L.j.

Timenti Deũ bene erit, & in diebus conſummationis illius benedicetur. Plenitudo ſapientię eſt, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnẽ domũ illius implebit à generationib⁹, & receptacula, à theſauris illi⁹. Corona ſapientię, timor dñi, replens pacem, & ſalutis fructũ: & vidit, & dinumerauit eam, vtraq; autẽ ſunt dona Dei. Scientiam, & intellectum prudentię, ſapiẽtia cõpartietur: & gloriam timentiũ ſe, exaltat. Radix ſapientiæ eſt, timere dñm: & rami illius longæui. In theſauris ſapientię intellectus, & ſciẽtię religioſitas: execratio aũt peccatoribus ſapiẽtia. Timor dñi expellit peccatum, ca. 1.

catum, nam q ſine timore eſt, nõ poterit iuſtificari, iracũdia enim animoſitatis illi⁹, ſubuerſio illius eſt. Vſque in tempus ſubſtinebit patiés, & poſtea red ditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſq; in tẽpus abſcondet verba illius, & labia multorũ enarrabũt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinę: execratio auté peccatori, cultura Dei. Fili, concupiſcens ſapientiam, cõſerua iuſtitiã, & Deus prębebit illã tibi. Sapientia enim & diſciplina timor domini: & quod beneplacitũ eſt illi, fides & mãſuetudo, & adimplebit theſauros illius. Contumax non ſis, & incredibilis timori Dei: & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominũ, & non ſcandalizeris in labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animę tuę inhonorationẽ: & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te: quoniam acceſſiſti maligne ad dominũ, & cor tuũ plenũ eſt dolo & fallacia.

¶ Ex epiſtola ad Galatas. L. ij.

ca. 2. DEinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcendi Ieroſolymã cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundũ reuelationem: & contuli cũ illis euãgeliũ quod prædico in gentibus: ſeorſum aũt ijs qui videbantur aliquid eſſe: ne forte in vanũ currerem aut cucurriſſem. Sed neq; Tit⁹ qui mecũ erat, cũ eſſet gentilis, cõpulſus eſt circũcidi: ſed propter ſubintroductos falſos fratres qui ſubintroierũt explorare libertatẽ noſtrã quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerẽt. Quibus neq; ad horã ceſſimus ſubiectioni: vt veritas euangelij permaneat apud vos. Ab ijs autẽ qui videbant̃ eſſe aliq̃d (quales aliquãdo fuerint, nihil mea intereſt, De⁹ enim perſonã hominis nõ accipit.) Mihi enim qui videbantur eſſe aliquid nihil cõtulerũt. Sed contra, cum vidiſſent ꝙ creditũ eſt mihi euangelium præputij, ſicut & Petro circunciſionis (qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes) & cũ cognouiſſent gratiã quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: vt nos in gentes, ipſi aũt in Circunciſionem: tantũ vt pauperũ memores

res eſſemus,quod etiã ſolicitus fui hoc ipſum facere. Cum aũt veniſſet Cephas Antiochiam: in faciẽ ei reſtiti,quia reprehenſibilis erat. Prius enim q̃ venirent quidã à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem veniſſent. ſubtrahebat,& ſegregabat ſe,timens eos qui ex circuncisione erãt. Et ſimulationi ei9 conſenſerunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationẽ. Sed cum vidiſſem q non recte ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu, cum Iudæus ſis, Gentiliter viuis, & non Iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare?

¶ Feria.iij.ex Eccleſiaſ.Lcõ.j.

ca. 2. FIli,accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & in timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Deprime cor tuum,& ſuſtine: & inclina aurem tuã, & ſuſcipe verba intellectus, & ne feſtines in tempus obductionis. Suſtine ſuſtentationes Dei:coniungere Deo, & ſuſtine,vt creſcat in nouiſſimo vita tua. Omne quod tibi applicitũ fuerit,accipe:& in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: qm̃ in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo,& recuperabit te:& dirige viam tuam, & ſpera in illum. Serua timorẽ illius, & in illo veteraſce. Metuentes dñm ſuſtinete miſericordiã eius; & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dñm, credite illi; & non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis dñm, ſperate in illũ:& in oblectationem veniet vobis miſericordia. Qui timetis dñm, diligite illũ,& illuminabuntur corda veſtra. Reſpicite filij nationes hominũ; & ſcitote quia nullus ſperauit in dño, & confuſus eſt. Quis enim pmanſit in mãdatis eius, & derelictus eſt?aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? Quoniã pius & miſericors eſt Deus,& remittit in die tribulationis pctã:& ꝓtector eſt omnibus exquirentib9 ſe in veritate.

¶ Ex epiſtola ad Galatas.L.ij.

NOs natura Iudæi: & non ex gentibus peccatores. ca. 2. Scientes aũt quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credidim9, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & nõ ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis nõ iuſtificabitur

ſtificabitur omnis caro. Quòd ſi quęrentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores: nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim quę deſtruxi, iterũ hęc ędifico: pręuaricatorem me conſtituo. Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuã. Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autẽ, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Quod aũt nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Nõ abijcio gratiã Dei. Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus

ca. 3. mortuus eſt. O inſenſati Galatę, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Hoc ſolum à vobis volo diſcere, Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis nunc carne cõſummamini? Tanta paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa Qui ergo tribuit vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut ſcriptum eſt, Abrahã credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cognoſcite ergo quia q̃ ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahę. Prouidens aũt ſcriptura quia ex fide iuſtificat gentes Deus: prænuntiauit Abrahæ, Quia benedicẽtur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicẽtur cũ fideli Abrahã. Quicunq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quę ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Quòd autem in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtũ eſt: quia iuſtus ex fide viuit. Lex aũt nõ eſt ex fide: ſed, qui fecerit ea homo, viuet in illis. Chriſt⁹ nos redemit de maledicto legis, fact⁹ pro nobis maledictũ (quia ſcriptũ eſt, Maledictus omnis, qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationẽ ſpiritus accipiamus per fidem.

¶ Fer.iiij.ex Eccleſiaſtico. L.j.

Væ duplici corde, & labijs ca. 2.
ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terrã ingredienti duab' vijs. Væ diſſolutis corde, qui nõ credũt Deo, & ideo nõ protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiã, & qui dereliquerũt vias rectas, & diuerterunt in vias

prauas. Et quid facietis, cum inſpicere cœperit domin⁹? Qui timent dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum conſeruabunt vias illius. Qui timent dñm, inquirent quæ beneplacita ſunt ei, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius. Qui timent dñm præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timēt dominū, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſq; ad inſpectionem illius, dicentes, Si pœnitentiā non egerimus: incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipſius, ſic & miſeri-
ca 3. cordia illius cum ipſo eſt. Filij ſapientiæ, eccleſia iuſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij, & ſic facite vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios.

¶ Ex epiſtola ad Galatas. L.ij.

ca. 3. FRatres (ſecundum hominem dico) tamen hominis confirmatū teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat.
B † Abrahę dictę ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autē dico, teſtamentū confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, nō irritum facit ad euacuandā promiſſionem. Nam ſi ex lege hęreditas, iam nō ex promiſſione. Abrahę aūt per repromiſſionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionē poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnius non eſt: Deus autē vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex q̄ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato: vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur
credentibus.] Prius autē q̄ ve- C
niret fides: ſub lege cuſtodiebamur cōcluſi, in eam fidem quę reuelanda erat. Itaq; lex, pædagogus noſter fuit in Chriſto: vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides: iam nō ſumus ſub pædagogo. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Nō eſt Iudęus,

neq;

neq; Græcus, non eſt ſeruus, neq; liber, non eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnũ eſtis in Chriſto Ieſu. Si autẽ vos Chriſti: ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes. Dico au-
c.4.a tem, † quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dñs omniũ: ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt vſq; ad prçfinitum tempus à patre: ita & nos, cũ eſſemus paruuli, ſub elementis mũdi huius eramus ſeruiẽtes. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit deus filiũ ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege: vt eos q ſub lege erãt redimeret, vt adoptionẽ filiorum reciperemus, Quoniã autem eſtis filij Dei: miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra, clamãtẽ, abba pater. Itaq; iam non eſt ſeruus: ſed filius. Quod ſi filius: & hæres per Deum.]

¶ Feria.v.ex Eccleſiaſt. Lcõ.j.

ca.3. QVi diligit Deũ, exorabit pro peccatis & cõtinebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur: & ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrẽ ſuã. Qui honorat patrẽ ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuũ, vita viuet longiore: & qui obedit patri refrigerabit matrẽ. Qui timet dñm, honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. In opere & ſermone & omni patientia honora patrẽ tuũ, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorũ: maledictio aũt matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: nõ enim eſt tibi gloria, ſed confuſio, gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili, ſuſcipe ſenectã patris tui, & nõ contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniã da, & ne ſpernas eũ in virtute tua. Eleemoſyna enim patris nõ erit in obliuione. Nã pro peccato matris reſtituetur tibi bonũ, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & ĩ die tribulationis cõmemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua. Quã malç famç eſt qui derelinquit patrẽ: & eſt maledictus à Deo, q exaſperat matrẽ.

Ex epiſtola ad Galatas. Lcõ.ij.

SEd tunc quidem ignorãtes ca.4.
Deũ, ijs qui natura nõ ſunt dij, ſeruiebatis. Nunc aũt cum cogno-

cognouetitis Deũ,imo cogniti ſitis à Deo, quomodo cõuertimini iterũ ad infirma & egena eleméta, quibus denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & menſes,& tépora, & annos. Timeo vobis, ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos,fratres obſecro vos. Nil me læſiſtis. Scitis auté ꝙ per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridé, & tentationem veſtrã in carne mea nõ ſpreuiſtis neq; reſpuiſtis, ſed ſicut angelũ Dei accepiſtis me, ſicut Chriſtũ Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimoniũ enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſum verum dicens vobis? Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. Bonum aũt æmulamini in bono ſemper:& non tantũ cũ preſens ſum apud vos Filioli mei,quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem aũt eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam:qm̃ cõfundor in vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis
C eſſe,legé non legiſtis? † Scriptũ eſt enim, Quoniam Abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla, & vnũ de libera. Sed qui de ancilla, ſecundũ carnem natus eſt,qui aũt de libera,per repromiſſioné:quę ſunt per allegoriam dicta: Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnũ quidé in monte Sina, in ſeruitutẽ generans: quę eſt Agar(Sina enim, mons eſt in Arabia, q coniunctus eſt ei, quę nunc eſt Ieruſalem)& ſeruit cũ filijs ſuis. Illa aũt quę ſurſum eſt Ieruſalé, libera eſt:quæ eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enim, Lętare ſterilis,quę nõ paris:erumpe & clama,quę nõ parturis:quia multi filij deſertæ,magis q̃ ei⁹,quæ habet virum. Nos auté fratres ſecundũ Iſaac ꝓmiſſionis filij ſumus, Sed quemadmodũ tũc is qui ſecundũ carnẽ natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum:ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã & filiũ eius: non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberę. Itaq; fratres,non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſt⁹ nos liberauit.]

¶Feria.vj ex Eccleſiaſt Lcõ.j.

Fili,in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriã diligeris. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, ca. 3.

nibus; & coram Deo inuenies gratiam: qm̃ magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris: ſed quę pręcepit tibi Deus, illa cogita ſemp: & in pluribus operib⁹ eius ne fueris curioſus: nõ eſt enim tibi neceſſariũ, ea quę abſcõdita ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operib⁹ eius nõ eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominũ oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplãtauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorũ. Cor durum habebit male in nouiſſimo: & q amat periculũ, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & prauũ cor in illis ſcandalizabitur. Cor nequã grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandũ. Synagogę ſuperborum non erit ſanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis: & nõ intelliget. Cor ſapiẽtis intelligetur in ſapiẽtia, & auris bona audiet cũ omni concupiſcentia ſapientiã. Sapiẽs cor, & intelligibile, abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitię ſucceſſus habebit. Ignẽ ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: & Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiã. Meminit ĩ poſterũ, & in tẽpore caſus ſui inueniet firmamẽtũ.

¶ Ex epl'a Pauli ad Gal. I. ij. ca. 5.

STate, & nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſt⁹ vobis nihil proderit. Teſtificor autẽ 1 rurſus omni homini circuncidenti ſe, qm̃ debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdę. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitię expectamus. Nam in Chriſto Ieſu, neq; circuncisio aliqd valet neq; pręputium: ſed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cõſenſeritis, Perſuaſio hęc nõ eſt ex eo qui vocat vos. Modicũ fermẽtũ totã maſſam corrumpit. Ego confido in vobis in dño: ꝙ nihil aliud ſapietis. Qui aũt conturbat vos, portabit iudiciũ, quicunq; eſt ille. Ego aũt fratres, ſi circunciſionẽ adhuc prędico, quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis. Vtinã & abſcindantur, qui vos

conturbant. Vos enim in liber tatem vocati eſtis fratres: tantũ ne libertatẽ in occaſionẽ detis carnis, ſed per charitatem ſpiri tus ſeruite inuicẽ. Omnis enim lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: Quòd ſi inuicẽ mordetis & comeditis, videte ne ab inuicẽ conſummamini. Dico

B aũt in Chriſto: † ſpiritu ambulate, & deſideria carnis nõ perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpiritus autẽ aduerſus carnẽ: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: vt non quęcunq; vultis, illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorũ ſeruitus, veneficia, inimicitię, cõtentiones, ęmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prędico vobis ſicut prędixi, qm̃ qui talia agunt, regnũ Dei nõ conſequentur. Fructus aũt ſpũs eſt: Charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, lõganimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, cõtinentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex. Qui aũt ſunt Chriſti, carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitiis & cõcupiſcẽtijs.] † Si ſpũ viuimus, ſpiritu

C & ambulemus, Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicẽ inuidẽtes.

❡ Sabbato, ex Eccleſiaſti. L. j.

Filli, eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuertas à paupere. ca. 4. Animã eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperẽ in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, & nõ protrahas datũ anguſtianti. Rogationẽ contribulati ne abijcias: & non auertas faciẽ tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter irã, & nõ relinquas quęrentib⁹ tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autẽ eũ, qui fecit illũ. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuũ. Declina pauperi ſine triſtitia aurẽ tuã: & redde debitum tuũ, & reſponde illi pacifice in manſuetudine. Libera eũ qui iniuriã patitur, de manu ſuperbi: & nõ acide feras in aĩa tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro

matri illorum: & eris tu velut filius altiſſimi obediẽs, & miſerebitur tui magis quã mater.

¶ Ex epl'a Pauli ad Gal. I. ij.

c.6.d FRatres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autẽ ſuum probet vnuſquiſq;, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſq; enim onus ſuum portabit. Cõmunicet aũt is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in oĩbus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quę enim ſeminauerit homo, hęc & metet. Quoniã qui ſeminat in carne ſua: de carne & metet corruptionẽ: qui aũt ſeminat in ſpũ, de ſpiritu metet vitã æternam. Bonum autẽ facientes, nõ deficiamus, tempore enim ſuo metemus nõ deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, maxime autẽ ad domeſti-

E cos fidei.] Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu. Quicunq; enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantũ vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. Neq; enim qui circuncidũtur, legem cuſtodiunt, ſed volunt vos circuncidi: vt in carne veſtra gloriẽtur. † Mihi aũt abſit A

gloriari, niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. In Chriſto enim Ieſu, neq; circuncisio aliquid valet, neq; pręputiũ: ſed noua creatura. Et quicunq; hanc regulã ſequuti fuerint, pax ſup illos, & miſericordia, & ſup Iſrael Dei. De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata dñi Ieſu, in corpore meo porto. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro, fratres. Amen.] 3

¶ Dominica ſecunda Vagantium ex Eccleſiaſtico. Lectio i.

SApientia filijs ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit exquirentes ſe, & præibit in via iuſtitiæ, & qui illã diligit, diligit vitã: & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius. Qui tenuerint illã, vitam hæreditabunt: & quo introibit, benedicet Deus. Qui ſeruiunt ei, obſequentes erũt ſancto: & eos qui diligunt illam, diligit Deus. ca. 4.

Qui audit illam, iudicabit gen
tes & qui intuetur illã, perma-
nebit cõfidens. Si crediderit ei,
hæreditabit illam, & erunt in
confirmatione creaturę illorũ:
quoniã in tentatione ambulat
cum eo, & in primis eligit eũ,
A Timorẽ & metum & probatio-
nem inducet ſuper illũ, & cru-
ciabit illum in tribulatione do
ctrinę ſuę, donec tentet eum in
cogitationib⁹ ſuis, & credat ani
mæ illius. Et firmabit illum, &
iter adducet directũ ad illũ, &
letificabit illum, & denudabit
abſcõdita ſua illi, & theſauriza
bit ſuper illũ ſcientiã, & intel-
lectũ iuſtitiæ. Si autẽ oberra-
uerit, derelinquet eum, & tra-
det eum in manus inimici ſui.

ℭ Epiſtola Pauli ad Eph. I. ij.

Ca.I. PAulus Apoſtol⁹ Ieſu Chri-
ſti per voluntatẽ Dei: om-
nibus ſanctis qui ſunt Epheſi:
& fidelibus in Chriſto Ieſu, grã
tia vobis, & pax à Deo patre no
ſtro, & domino Ieſu Chriſto.
A ✝ Benedictus Deus & pater dñi
noſtri Ieſu Chriſti, qui benedi-
xit nos in omni benedictione
ſpirituali in cœleſtib⁹ in Chri-
ſto, ſicut elegit nos in ipſo antẽ
mũdi cõſtitutionẽ, vt eſſemus
ſancti & immaculati in cõſpe-
ctu eius in charitate: qui prę de
ſtinauit nos in adoptionẽ filio
rum per Ieſum Chriſtum in ip
ſum: ſecundũ propoſitũ volun
tatis ſuæ, in laudem glorię gra
tiæ ſuæ, in qua gratificauit nos
in dilecto filio ſuo: in quo ha-
bemus redẽptionẽ per ſangui-
nem eius: remiſſionẽ peccato-
rum ſecundum diuitias gratię
eius, quę ſuperabũdauit in no-
bis] in omni ſapientia & pru B
dentia, vt notũ faceret nobis ſa
cramentũ volũtatis ſuę, ſecun-
dum beneplacitũ ei⁹, quod pro
poſuit in eo, in diſpenſatione
plenitudinis temporũ inſtau-
rare omnia in Chriſto, quæ in
cœlis, & quę in terra ſunt in ip-
ſo. In quo etiã & nos ſorte vo-
cati ſumus: prædeſtinati ſecun
dum propoſitũ eius, qui opera-
tur omnia ſecundũ cõſiliũ vo-
luntatis ſuæ, vt ſimus in laudẽ
glorię eius nos, q ante ſperaui-
mus in Chriſto, in quo & vos,
cum audiſſetis verbũ veritatis,
euãgeliũ ſalutis veſtræ: in quo
& credẽtes ſignati eſtis ſpiritu
promiſſionis ſancto, qui eſt pi-
gnus hæreditatis noſtræ in re-
demptionem acquiſitionis in
laudẽ gloriæ ipſius. Propterea
& ego audiẽs fidem veſtrã quæ
eſt i Chriſto Ieſu, & dilectionẽ
in omnes ſanctos: nõ ceſſo gra-

ctias agens pro vobis, memoriā veſtri faciēs in orationib⁹ meis, vt Deus (dñi noſtri Ieſu Chriſti pater) gloriæ, det vobis ſpiritū ſapiētię & reuelationis, & agnitionē eius, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quę diuitię glorię hęreditatis ei⁹ in ſanctis, & quę ſit ſuperueniens magnitudo virtutis ei⁹ in nos qui credimus ſecundū operationē potentię virtutis eius, quā operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illū à mortuis, & cōſtituens ad dexterā ſuā in cœleſtib⁹, ſupra omnē principatū & poteſtatē, & virtutem, & dominationē, & omne nomen qđ nominatur, non ſolū in hoc ſeculo, ſed etiā in futuro. Et oīa ſubiecit ſub pedib⁹ eius: & ipſum dedit caput ſupra oēm eccleſiā, quę eſt corpus ipſius, & plenitudo eius qui oīa in omnib⁹ adimpletur.

¶ Si hæc Dñica interponitur poſt Pentecoſten prę̄ter primā & ſecundā lectionē nihil vltra hic quęras, quia cætera dicēda ſūt de feſto duplici, ſeu de oct. tūc occurrenti. Si vero celebratur ante Septuageſimā, tūc aduertendum ꝙ in anno in quo Epipha. dñi venerit in die ſabbati, dicenda eſt hic tertia lect. In illo tēpore, aſcendente Ieſu. & orō. Deus qui nos in tantis. quas inuenies in dominica tertia Vagantium. In alijs autem annis dicendæ ſunt hic tertia lectio: & oratio infraſcriptæ.

Secundum Matthæū. Lcō. iij.

IN illo tēpore, cū deſcēdiſſet Ieſus de mōte, ſequutę ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leproſus veniens adorabat eum. ca. 8.

Et reliqua. Homilia Origenis.

Docente in monte dño, diſcipuli erant cū ipſo, ſicut alacres, ſicut domeſtici, ſicut proximi, ſicut amici vel fratres: quibus datū erat cœleſtis doctrinę noſcere ſecreta: per quam ſalutis ſcientiā etiam brutorū corda ſaluarēt: cæcorumq; oculis, per mundanæ delectationis tenebras caligantibus, lucem patefacerent veritatis. Vnde & dñs ad eos: Vos (inqt) eſtis ſal terrę: vos & luminaria mūdi. Nunc vero deſcendente eo de monte turbę ſequutę ſunt eū. In mōtē ſcilicet aſcēdere nequaquā poterāt, vt pigri populi, vt negligētes, vt imperfecti: qa quos delictorū ſarcina deprimit, ad myſteriorū ſublimia niſi abiecto onere ſcandere minime valēt. Idcirco & filij Iſrael primit⁹ in montē aſcēdere nō valuerunt,

ad obuiandũ Deo prodire nõ potuerunt propter ſuam irreligioſitatẽ, & impietatem: quia Ægyptiaca grauati conuerſatione prępediebãtur: ſed ſolus Moyſes aſcẽdit, & pauci ſeniorum Iſrael cũ eo. Deniq; veluti tunc cum dño diſcipuli ſoli in montẽ aſcenderũt: & tardiores deorſum ſteterũt. Sic & modo vigilantes & alacres & fideles animæ Deũ timentes, dñm diligentes, regna cœleſtia deſiderantes, dñm ſemper ſequentes, poſt dñm in illũ montẽ cœleſtẽ aſcendũt, audiẽtes apoſtolũ dicentẽ: Quę ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt, in dextera Dei ſedẽs: quæ ſurſum ſunt ſapite: nõ quæ ſuper terrã. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deus infirmitatem noſtram propitius reſpice: atque ad protegendũ nos dexteram tuæ maieſtatis extende. Per.

¶Feria.ij.ex Eccleſiaſt.Lcõ.j.

ca.4. FIli, cõſerua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verũ: eſt enim cõfuſio adducens peccatum: & eſt confuſio adducens gloriã & gratiam. Ne accipias faciẽ aduerſus faciẽ tuam, nec aduerſus animã tuam mendacium. Ne reuerearis proximũ tuum in caſu ſuo: nec retineas verbũ in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiã tuã in decore ſuo. In lingua enim ſapiẽtia dignoſcitur: & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in verbo ſenſatı, & firmamentũ in operibus iuſtitię. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mẽdacio ineruditionis tuę cõfundere. Non cõfundaris cõfiteri peccata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato. Noli reſiſtere cõtra faciem potentis, nec coneris cõtra ictum fluuij. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia: & Deꝰ expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus eſſe in lingua tua: & inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertẽs domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Nõ ſit porrecta manꝰ tua ad accipiẽdũ, & ad dãdũ collecta.

¶Ex ep̃la Pauli ad Eph.L.ij.

ET vos cum eſſetis mortui ca.2. delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundũ principẽ poteſtatis aeris huius ſpiritus q nũc operatur in filios diffidentiæ, in qbus & nos omnes aliquando

do conuerſati ſumus, in deſide rijs carnis noſtræ, facientes voluntatẽ carnis & cogitationũ, & eramus natura filij iræ ſicut & cæteri. Deus autẽ qui diues eſt in miſericordia: propter nimiam charitatẽ ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuę in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt: nõ ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura: creati in Chriſto Ieſu in operib⁹ bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Propter quod memores eſtote, ꝙ aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputiũ ab ea quæ dicitur circunciſio in carne manu facta: ꝙ eratis illo in tẽpore ſine Chriſto alienati à cõuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorũ, promiſſionis ſpem nõ habentes: & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autẽ in Chriſto Ieſu vos qui aliquãdo eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ, & medium parietẽ macerię ſoluens inimicitias in carne ſua: legem mandatorũ decretis, euacuãs: vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominẽ, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucẽ, interficiẽs inimicitias in ſemetipſo. Et veniens euãgelizauit pacem vobis qui longe fuiſtis: & pacẽ ijs qui prope: qm̃ per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem. Ergo

† iam nõ eſtis hoſpites & aduenę: ſed eſtis ciues ſctõrũ & domeſtici Dei: ſuperędificati ſup fundamẽtũ apoſtolorũ & prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto: in quo omnis ędificatio cõſtructa, creſcit in tẽplũ ſanctũ in dño, in quo & vos coædificamini in habitaculũ Dei in ſpiritu ſancto. D

¶ Feria.iij.ex Eccleſiaſ. Lcõ.j.

NOli attẽdere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris: Eſt mihi ſufficiens vita: nihil enim proderit in tẽpore vindictæ & obductionis. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiã cordis tui: & ne dixeris, Quomodo potui? aut quis me ca. 5.

ſubijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neq; adijcias peccatũ ſuper peccatum. Et ne dicas: Miſeratio dñi magna eſt, multitudinis peccatorũ meorũ miſerebitur. Miſericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Non tardes cõuerti ad dñm, & ne differas de die in diẽ: ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictę diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis: nõ enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnẽ ventum, & nõ eas in omnẽ viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via dñi, & in veritate ſenſus tui & ſcientia, & proſequatur te verbũ pacis & iuſtitię. Eſto manſuetus ad audiendum verbũ Dei, vt intelligas: & cũ ſapientia profer reſponſum verũ. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo, ſin aũt, ſit manus tua ſup os tuũ, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor, & gloria in ſermone ſenſati, lingua verò imprudentis ſubuerſio eſt ipſius. Non appelleris ſuſurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris & cõfundaris. Super furem enim eſt cõfuſio, & pœnitẽtia, & deuoratio peſſima ſup bilinguẽ: ſuſurratori aũt odiũ, & inimicitia & cõtumelia. Iuſtifica puſillum & magnũ ſimiliter.

¶ Ex epſa Pauli ad Eph. L. ij.

HVius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, ca. 3. pro vobis gentibus: ſi tamen audiſtis diſpenſationẽ gratiæ Dei, quæ data eſt mihi ĩ vobis: qm̃ ſecundũ reuelationẽ notũ mihi factum eſt ſacramentũ, ſicut ſupra ſcripſi ĩ breui: prout poteſtis legẽtes intelligere prudentiã meã in myſterio Chriſti: quod alijs generationibus nõ eſt agnitũ filijs hominum, ſicuti nunc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius, & prophetis in ſpiritu, gẽtes eſſe cohæredes, & concorporales, & cõparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per euangeliũ, cuius factus ſum ego miniſter ſecundũ donum gratiæ Dei, quæ data eſt mihi ſecundũ operationẽ virtutis eius. Mihi enim omniũ ſctõrũ minimo data eſt gratia hæc: In gentibus euangelizare inueſti-

inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quę ſit diſpenſatio ſacramẽti abſcõditi à ſeculis in Deo, q omnia creauit: vt innoteſcat principibus & poteſtatib⁹ in cœleſtibus per eccleſiã, multiformis ſapientia Dei, ſecundũ pręfinitionẽ ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu dño noſtro: in quo habemus fiduciam, & acceſſum in cõfidẽtia, per fidẽ eius. Propter
B quod † peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quę eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis ſecundũ diuitias glorię ſuę, virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine: Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehẽdere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum, ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter q̃ petimus, aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis: ipſi gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen.]

¶ Feria.iiij.ex Eccleſiaſti. L.j.

NOli fieri pro amico inimicus proximo, improperiũ enim & cõtumeliã malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Nõ te extollas in cogitatione animę tuę velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiã, & folia tua comedat, & fruct⁹ tuos perdat, & relinquaris velut lignũ aridum in eremo. Anima enim nequã diſperdet q ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in ſortem impiorũ. Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos: & lingua gratioſa in bono homine abũdat. Multi pacifici ſint tibi, & cõſiliarius ſit tibi vn⁹ de mille. Si poſſides amicũ, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundũ tempus ſuum, & nõ permanebit in die tribulationis. Et eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam, & eſt amicus qui odium & rixam & conuicia denudabit. Eſt autẽ amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis. Amicus

ca 6.

Amicus ſi permãſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget, ſi humiliauerit ſe cõtra te, & à facie tua abſconderit ſe, vnanimem habebis amicitiã bonã. Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attẽde. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illũ, inuenit theſaurũ. Amico fideli nulla eſt cõparatio, & nõ eſt digna ponderatio auri & argẽti cõtra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentũ vitę, & immortalitatis: & q metuũt dñm, inueniẽt illum. Qui timet Deũ, ęque habebit amicitiã bonã: quoniã ſecundũ illũ erit amicus illius.

¶ Ex ep̃la Pauli ad Eph. L.ii.

c.4.a O† Bſecro itaq; vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicẽ in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus, in vinculo pacis. Vnũ corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus dñs, vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus, & pater omniũ, qui eſt ſuper oẽs, & per

B omnia, & in omnibus nobis] Vnicuiq; aũt noſtrum data eſt gratia ſecundũ menſurã donationis Chriſti. Propter quod dicit, Aſcendẽs in altum, captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Quòd autẽ aſcendit: quid eſt, niſi quia & deſcendit primũ in inferiores partes terrę? Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſupra oẽs cœlos, vt impleret omnia. Et ipſe dedit quoſdã quidem apoſtolos, quoſdam autẽ prophetas, alios vero euangeliſtas, alios aũt paſtores & doctores, ad conſummationẽ ſanctorũ, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſurã ętatis plenitudinis Chriſti:] vt iam non ſi- C
mus paruuli, fluctuantes, & circunferamur omni vẽto doctrinę in nequitia hominũ, in aſtutia ad circunuentionẽ erroris: veritatẽ autẽ facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus: ex quo totũ corpus cõpactum & connexum per omnẽ iuncturã ſubminiſtrationis, ſecundum operationẽ in menſurã vniuſcuiuſq; mẽbri, augmentũ corporis facit, in ædificationẽ ſui in charitate. Hoc igitur dico &

teſtificor in dño: vt iam nõ ambuletis ſicut & gentes ambulãt in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratũ habentes intellectũ, alienati à via Dei per ignorantiã quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorũ, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitię, in operationẽ immunditiæ, omnis, in auaritiã. Vos aũt non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamẽ illũ audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu, deponere vos ſecundum priſtinã cõuerſationẽ veterem hominẽ: qui corrumpitur ſecundũ deſideria erroris.

¶ Feria.v. ex Eccleſiaſtico. L.j.

ca.6. Filli, à iuuentute tua excipe doctrinã, & vſq; ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is, qui arat, & qui ſeminat, accede ad eã, & ſuſtine bonos fructus illius, in opere enim ipſius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quàm aſpera eſt nimiũ ſapiẽtia indoctis hominibus. & non permanebit in illa excors. Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis, & nõ demorabuntur proijcere illam. Sapiẽtia doctrinę ſecundum nomen eſt eius: & nõ eſt multis manifeſta, quibus autẽ cognita eſt, permanet vſq; ad conſpectum Dei. Audi fili, & accipe conſilium intellectus, & ne abijcias cõſiliũ meũ: Inijce pedẽ tuum in cõpedes illius, & in torques illius collum tuum, ſubijce humerum tuũ, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam: & in omni virtute tua cõſerua vias eius. Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi, & cõtinens factus ne derelinquas eam: in nouiſſimis enim inuenies requiẽ in ea, & cõuertetur tibi in oblectationem. Et erũt tibi cõpedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolã gloriæ: decor enim vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura ſalutaris. Stola glorię indues eã, & coronã gratulationis ſuper pones tibi. Fili, ſi attenderis mihi, diſces: & ſi accõmodaueris animũ tuum, ſapiens eris, Si inclinaueris aurem tuã, excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. In multitudine preſbyterorũ prudentiũ ſta, & ſapientię illorũ ex corde cõiungere, vt omnẽ narrationẽ Dei poſſis audire, & prouerbia laudis nõ effugiãt à te. Et ſi videris ſenſatũ, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.

tuus. Cogitatū tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

Ex epla Pauli ad Eph. L.ij.

c.4.d Renouamini aūt ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominē qui ſecundū Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Propter qđ deponentes mendaciū, loquimini veritatē vnuſquiſq; cum proximo ſuo: qm̄ ſumus inuicem membra. Iraſcimini, & nolite peccare. Sol nō occidat ſuper iracundiā veſtrā. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam nō furetur: magis autē laboret, operādo manibus ſuis quod bonū eſt, vt habeat vnde

E tribuat neceſſitatem patienti.] Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat: ſed ſi quis bonus ad ędificationē fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare ſpiritū ſanctū Dei: in quo ſignati eſtis in die redēptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & plaſphemia tollatur à vobis cū omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donātes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

† Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiā Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetˀ in vobis, ſicut decet ſctōs, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quę ad rem nō ptinet, ſed magis gratiarū actio. Hoc enim ſcitote intelligētes ꝙ omnis fornicator, aut immūdus, aut auarus (quod eſt idolorū ſeruitus) nō habet hæreditatē in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanib⁹ verbis. propter hęc enim venit ira Dei ī filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquādo tenebræ. nūc aūt lux ī dño. Vt filij lucis ambulate. (Fruct⁹ enim lucis, eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate)] probantes qđ ſit beneplacitū Deo: & nolite cōmunicare operib⁹ infructuoſis tenebrarū, magis autē redarguite. Quæ enim in occulto fiūt ab ipſis turpe eſt & dicere. Omnia aūt quę arguūtur, à lumine manifeſtantˀ. omne enim qđ manifeſtatˀ lumen eſt. Propter quod dicit, Surge qui

quī dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus.

❡ Fer. vj. ex Eccleſiaſtico, L. j.

ca. 7. NOli facere mala, & non te apprehendēt. Diſcede ab iniquo, & deficiēt mala abs te. Fili, nō ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplū. Noli quęrere ab homine ducatum, neq; à rege cathedrā honoris. Non te iuſtifices ante Deū, quoniā agnitor cordis ipſe eſt: & penes regem noli velle videri ſapiens. Noli quęrere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciē potentis, & ponas ſcandalū in agilitate tua. Nō pecces in multitudinē ciuitatis, nec te immittas in populū, neq; alliges duplicia pctā: nec enim in vno eris immunis. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. Exorare, & facere eleemoſynam ne deſpicias. Ne dicas, in multitudine munerū meorū reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet. Nō irrideas hominē in amaritudine animæ: eſt enim qui humiliat & exaltat, circunſpector Deus. Noli amare mendaciū aduerſus fratrem tuum: neq; in amicum ſimiliter facias. Noli velle mentiri omne mendaciū: aſſiduitas enim illius nō eſt bona. Noli verboſus eſſe in multitudine preſbyterorū, & nō iteres verbum in oratione tua. Non oderis laborioſa opera & ruſticationē creatam ab altiſſimo. Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum. Memento iræ, quoniam non tardabit.

❡ Ex epľa Pauli ad Ephe. L. ij.

VIdete itaq; fratres quomodo caute ambuletis, c. 5 c
non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimētes tempus, qm̄ dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes quę ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino ī quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto, loquētes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris: Dño, gratias agentes ſemp pro omnib⁹, in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri. Subiecti inuicē, in timore Chriſti.] D
Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut dño: quoniam vir, caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ: ipſe, ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.

Viri

Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiã, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illã ſanctificaret, mũdans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã nõ habentem maculã, aut rugam, aut aliqd huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquã carnem ſuã odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius: de carne eius & de oſſibus eius: propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuã: & adhęrebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnũ eſt. ego autẽ dico in Chriſto, & in eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuã ſicut ſeipſum diligat: vxor aũt timeat virum ſuum.

¶ Sabbato, ex Eccleſiaſti. L. j.

ca. 7. HVmilia valde ſpm̃ tuum: qm̃ vindicta carnis impij, ignis & vermis. Noli pręuaricari in amicũ pecuniã differentẽ, neq; fratrẽ chariſſimum in auro ſpreueris. Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, quã ſortitus es in timore dñi: gratia enim verecundiæ illius ſuper aurũ. Non lædas ſeruum in veritate operantẽ, neq; mercenariũ dantem animã ſuam. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua: nõ defraudes illũ libertate, neq; inopem derelinquas illũ. Pecora tibi ſunt, attẽde illis: & ſi ſunt vtilia, perſeuerẽt apud te. Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorũ. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarũ: & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiã, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſecundũ animam tuã, non proijcias illam: & odibili non credas te in toto corde tuo. Honora patrẽ tuũ, & gemitus matris tuę ne obliuiſcaris. Memento quoniã niſi per illos natus nõ fuiſſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dominũ, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & miniſtros eiꝰ nõ derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes, & propurga te cum brachijs. Da illis partem, ſicut mandatũ eſt tibi primitiarum & purgationis: & de

de negligentia tua purga te cũ paucis. Datũ brachiorũ tuorũ & ſacrificium ſanctificationis offeres dño, & initia ſanctorũ: & pauperi porrige manũ tuã, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Gratia dati in cõſpectu omnis viuentis, & mortuo nõ prohibeas gratiã. Non deſis plorantibus in cõſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmũ. ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis.

Ex epla Pauli ad Ephe. L.ij.

ca. 6. Filij, obedite parentibus veſtris in dño: hoc enim iuſtum eſt. Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam: quod eſt mandatum primũ in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terrã. Et vos patres nolite ad iracundiã prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione domini. Serui, obedite dominis carnalibus, cũ timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: nõ ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatẽ Dei, ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut dño & nõn hominibus, ſcientes qm̃ vnuſquiſq; quodcũq; fecerit bonum, hoc recipiet à dño, ſiue ſeruus, ſiue liber. Et vos dñi, eadem facite illis, remittentes minas, ſciẽtes ꝙ & illorũ & veſter dñs, eſt in cœlis: & perſonarũ acceptio nõ eſt apud eum. De cætero fratres, † cõfortamini in dño, & in B
potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniã nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum, cõtra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Propterea accipite armaturã Dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricã iuſtitię, & calceati pedes in præparationẽ euangelij pacis: in omnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite: & gladiũ ſpiritus, quod eſt verbũ Dei] Per omnẽ oratio- C
nem & obſecrationem orantes in omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni in-

ſtātia, & obſecratione pro omnib⁹ ſanctis: & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notū facere myſteriū euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipſo audeā, prout oportet me loqui. Vt autē & vos ſciatis quæ circa me ſunt, qd agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, chariſſimus frater & fidelis miniſter in dño: quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & cōſolentur corda veſtra. Pax fratribus & charitas cū fide à Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto. Gratia cum omnibus qui diligunt dñm noſtrū Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen

¶ Dominica tertia Vagantiū, ex Eccleſiaſtico. Lectio prima.

ca.8. NOn litiges cū homine potēte, ne forte incidas in man⁹ illius. Non contendas cū viro locuplete, ne forte contra te cōſtituat litē tibi. Multos enim perdidit aurum, & argentū, & vſq; ad cor regum extendit, & cōuertit. Nō litiges cū homine linguato, & non ſtrues in ignē illius ligna. Nō cōmunices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne deſpicias hominē auertentē ſe à peccato, neq; improperes ei. Memēto qm̄ omnes in corruptione ſumus. Ne ſpernas hominē in ſua ſenectute: etenim ex nobis ſeneſcunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciēs qm̄ omnes morimur, & in gaudiū volumus venire. Ne deſpicias narrationē preſbyterorum ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiā, & doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine querela. Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerūt à patribus ſuis: quoniam ab ipſis diſces intellectū, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum. Non incendas carbones peccatorū arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorū illorum. Ne contra faciē ſtes cōtumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. Noli fœnerari homini fortiori te: ꝙ ſi fœneraueris, quaſi perditum habe. Nō ſpondeas ſup virtutē tuā: quod ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita. Non iudices cōtra iudicem, qm̄ ſecundum qđ iuſtū eſt, iudicat. Cū audace nō eas in via, ne forte grauet mala ſua in te: ipſe enim ſecū-

dum voluntatē ſuam vadit, & ſimul cū ſtultitia illius peribis.

¶ Ex epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes prima. Lectio ij.

ca. 1. PAulus, & Siluan⁹, & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto gratia vobis, & pax. Gratias agim⁹ Deo ſem℗ pro oĩbus vobis: memoriam veſtri facientes in orationib' noſtris ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtrę & laboris, & charitatis, & ſuſtinētię ſpei dñi noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum & patrē noſtrum: Sciētes fratres dilecti, à Deo electionē veſtrā, quia euāgeliū noſtrū nō fuit ad vos in ſermone tantū, ſed & in virtute, & ſpiritu ſctō, & in plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerim⁹ in vobis propter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & dñi excipientes verbū in tribulatione multa cū gaudio ſpūs ſancti: ita vt facti ſitis forma omnib⁹ credentib⁹ in Macedonia: & in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo dñi, non ſolū in Macedonia, & in Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra q̄ eſt ad Deū, profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quicq̄ loqui. Ipſi enim de vobis annūtiāt: qualē introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuerſi eſtis ad Deum à ſimulacris ſeruire Deo viuo & vero, & expectare filiū eius de cœlis (quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura.

Nam & ipſi ſcitis fratres introitū noſtrū ad vos, quia non inanis fuit: ſed ante paſſi multa & cōtumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciā habuim⁹ in Deo noſtro loqui ad vos euāgeliū Dei in multa ſolicitudine. Exhortatio enim nr̄a nō de errore, neq; de immūditia, neq; in dolo: ſed ſicut probati ſumus à Deo vt crederet̄ nobis euāgeliū, ita loquimur: nō q̄ſi hoĩbus placentes, ſed Deo qui probat corda nr̄a. Neq; enim aliqñ fuim⁹ in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neq; in occaſione auaritię, De⁹ teſtis eſt: nec quęrentes ab hoĩbus gloriam, neq; à vobis, neq; ab alijs, cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti apoſtoli: ſed facti ſum⁹ paruuli in medio veſtri, tanq̄ ſi nutrix foueat filios ſuos: ita deſiderātes vos cupide, volebam⁹ tradere vobis nō ſolū euāgeliū Dei, ſed etiā animas noſtras: qm̄ chariſſimi nobis facti eſtis. Memores enim eſtis, fratres, laboris ca. 2.

boris noſtri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quē veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium Dei. Vos teſtes eſtis & Deus, q̃ ſancte & iuſte & ſine quęrela vobis, qui credidiſtis, affuimus: ſicut ſcitis qualiter vnũquenq; veſtrũ (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos & cõſolantes, teſtificati ſumus, vt ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam.

¶ Si hæc Dñica interponitur poſt Pentecoſten, præter primam & ſecundã lectionem nihil vltra hic quęras, quia cætera dicenda ſunt de feſto duplici aut octaua tunc occurrenti.

¶ Si vero celebrabitur ante Septuageſimã, tunc aduertẽdũ quòd in anno in quo Epiphania domini venerit in die Sabbati dicẽda eſt hic tertia lectio.

In illo tẽpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis. & oratio. Familiam tuam. quas inuenies in Dñica quarta Vagantium, In alijs autem annis dicendę ſunt hic tertia lectio & oratio infraſcriptę.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

ca. 8. IN illo tempore, aſcendente Ieſu in nauiculam, ſequuti ſunt eũ diſcipuli ei⁹. & ecce motus magn⁹ fact⁹ eſt in mari, ita vt nauicula operiret fluctibus. Et reliqua. Homilia Origenis.

INgrediente dño in nauiculam ſequuti ſunt eum diſcipuli eius. Non imbecilles, ſed firmi & ſtabiles in fide: mãſueti & pij ſpernentes mundum: nõ duplici corde, ſed ſimplici. Hi ergo ſequuti ſunt eum non tantum greſſus eius ſequentes: ſed magis ſanctitatẽ eius comitantes, & iuſtitiã eius ſectãtes. Et ecce tempeſtas magna facta eſt in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus. Cũ enim multa magna & mirãda oſtẽdiſſet in terra, tranſit ad mare: vt & ibidẽ adhuc excellentiora operademonſtraret: quatenus terræ mariſq; dñm ſe eſſe cunctis oſtenderet. Ingreſſus ergo nauiculam fecit turbare mare, cõmouit ventos, concitauit fluctus. Cur hoc? ideo vt diſcipulos mitteret in timorem, & ſuũ auxilium poſtularent: ſuamq; potentiam rogantibus manifeſtaret. Ipſa tempeſtas non ex ſe oborta eſt: ſed poteſtati paruit imperantis, ei⁹ qui educit ventos de theſauris ſuis: qui terminum mari arenam conſtituit. Dixit enim ei, Vſq; huc venies, & non vltra gradieris: ſed in temetipſo confringentur fluctus tui.

tui. Hujus ergo iuſſione & prę-
cepto orta eſt tempeſtas in ma
ri: propter occaſiones ſuperius
memoratas facta eſt tempeſtas
magna & non puſilla: vt ma-
gnũ opus & nõ puſillum oſten
deret. Quantoq; fluctus naui-
culę irruebant: tanto magis ti-
mor diſcipulos cõturbabat: vt
plus magis deſiderarẽt ad libe-
randũ ſe per mirabilia ſaluato
ris. Dñs vero dormiebat. O res
mirabilis & ſtupenda. Is qui
nunquã obdormit, dormit. Is
qui nunq̃ dormit neq; dormi-
tat, ipſe dormire dicitur. Dor-
miebat quidem corpore, ſed vi
gilabat diuinitate. Dormiebat
quidẽ corpore: ſed diuino nu-
tu turbabat mare. Erigebatq;
fluct⁹, & apoſtolos cõturbabat
ſuã oſtenſurus potentiã. Orõ.

DEus, qui nos in tantis peri
culis conſtitutos pro hu-
mana ſcis fragilitate non poſſe
ſuſtinere: da nobis ſalutẽ men-
tis, & corporis: vt ea quæ pro
peccatis noſtris patimur, te ad-
iuuante vincamus. Per domi.

¶ Fer. ij. ex Eccleſiaſtico. L. j.

ca. 8. CVm iracundo non facias
rixam, & cum audace nõ
eas in deſertũ: qm̃ quaſi nihil
eſt ante illũ ſanguis: & vbi nõ
eſt adiutorium, elidet te. Cum
fatuis conſiliũ non habeas, nõ
enim poterũt diligere, niſi quę
eis placẽt. Coram extraneo nõ
facies cõſiliũ: neſcis enim quid
pariet. Non omni homini cor
tuũ manifeſtes, ne forte inferat
tibi gratiã falſam, & cõuitiet.

Non zeles mulierẽ ſinus tui, ca. 9.
ne oſtendat ſuper te malitiam
doctrinæ nequã. Non des mu-
lieri poteſtatẽ animę tuę, ne in
grediatur in virtute tua, & cõ-
fundaris. Ne reſpicias mulierẽ
multiuolã: ne forte incidas in
laqueos illius. Cum ſaltatrice
ne aſſiduus ſis: nec audias illã,
ne forte pereas in efficacia illi⁹.
Virginẽ ne conſpicias, ne forte
ſcandalizeris in decore illius.
Ne des fornicarijs animã tuã
in vllo, ne perdas te, & hæredi-
tatẽ tuã. Noli circunſpicere in
vicis ciuitatis, nec oberraueris
in plateis illius. Auerte faciem
tuã à muliere cõpta, & ne cir-
cunſpicias ſpeciem alienã. Pro
pter ſpeciem mulieris multi pe
rierunt: & ex hoc cõcupiſcẽtia
quaſi ignis exardeſcit. Omnis
mulier quę eſt fornicaria, qua-
ſi ſtercus in via ab oĩbus pręte-
reuntibus cõculcabitur. Speciẽ
mulieris alienę multi admira-
ti, reprobi facti ſunt. colloquiũ
enim illius quaſi ignis exarde-

ſcit. Cum aliena muliere nō ſedeas omnino, nec accūbas cū ea ſuper cubitū: & nō altercaris cū illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illā, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

¶ Ex epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. Lectio ſecunda.

ca. 2. Et nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud nō vt verbū hominū, ſed (ſicut eſt vere) verbum Dei qui operatur in vobis qui credidiſtis. vos enim imitatores facti eſtis fratres, eccleſiarū Dei, quæ ſunt in Iudæa, in Christo Ieſu: quia eadem paſſi eſtis, & vos à contribulib⁹ veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis. qui & dñm occiderūt Ieſum, & prophetas, & nos perſequuti ſunt & Deo nō placēt, & omnibus hominibus aduerſantur. prohibentes nos gentibus loqui, vt ſalui fiant: vt impleant peccata ſua ſemper. peruenit enim ita Dei ſuper illos vſq; in finē. Nos autem, fratres, deſolati à vobis ad tēpus horę, aſpectu, nō corde abundātius feſtinauimus faciē veſtrā videre cum multo deſiderio, qm̄ voluim⁹ venire ad vos, ego quidē Paulus, & ſemel & iterum: ſed impediuit nos ſatanas. Quę eſt enim noſtra ſpes, aut gaudiū, aut corona glorię? Nonne vos ante dñm noſtrū Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium. Propter quod nō ſuſti- ca. 3.
nentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis, & miſimus Timotheū fratrē noſtrū & miniſtrum Dei in euangelio Chriſti, ad cōfirmandos vos & exhortandos pro fide veſtra: vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. ipſi enim ſcitis ꝙ in hoc poſiti ſumus. Nam & cum apud vos eſſemus, prædicabamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt, & ſcitis. Propterea & ego amplius non ſuſtinens, niſi ad cognoſcendam fidem veſtrā: ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noſter. Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidē & charitatē veſtram, & quia memoriā noſtri habetis bonā ſemper, deſiderantes nos videre, ſicut & nos quoq; vos: ideo cōſolati ſumus, fratres, in vobis in omni neceſſitate & tribulatione noſtra, per fidem veſtram, qm̄ nūc viuimus: ſi vos ſtatis in dño. Quam enim gratiarum

tiarum actionẽ poſſumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudem⁹ propter vos ante Deũ noſtrũ, nocte ac die abundãtius orãtes, vt videamus faciẽ veſtrã & cõpleamus ea quę deſunt fidei veſtræ? Ipſe aũt Deus & pater noſter & dñs Ieſus Chriſt⁹ dirigat viã noſtrã ad vos. Vos autẽ dñs multiplicet, & abũdare faciat charitatẽ veſtram in inuicẽ & in omnes: quemadmodũ & nos in vobis ad confirmanda corda veſtra ſine quęrela, in ſanctitate ante Deũ & patrẽ noſtrũ, in aduentu dñi noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius. Amen.

¶ Lect. iij. ex Eccleſiaſtico. La. ij.

ca. 9. NE derelinquas amicũ antiquum: nouus enim nõ erit ſimilis illi. Vinum nouum, amicus nouus: veteraſcet, & cũ ſuauitate bibes illud. Non zeles gloriam, & opes peccatoris: non enim ſcis quę futura ſit illius ſubuerſio. Nõ placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens qm̃ vſq; ad inferos nõ placebit impius. Longe abeſto ab homine poteſtatẽ habente occidendi: & nõ ſuſpicaberis timorem mortis: & ſi acceſſeris ad illum, noli aliquid cõmittere; ne forte auferat vitam tuam. Cõmunionẽ mortis ſcito: qm̃ in medio laqueorũ ingredieris, & ſuper dolentiũ arma ambulabis. Secundũ virtutẽ tuam caue te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudẽtibus tracta. Viri iuſti ſint tibi cõuiuę, & in timore Dei ſit tibi gloriatio, & ĩ ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi. In manu artificũ opera laudabuntur, & princeps populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu vero ſeniorũ verbum. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

¶ Ex epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. Lectio ſecunda.

DE cætero ergo fratres † rogam⁹ vos & obſecramus in dño Ieſu: vt quemadmodũ accepiſtis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dñm Ieſum. Hęc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione, & honore: non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quę ignorãt Deũ, & ne quis c. 4. a

ſupergrediatur, neq; circunue-
niat in negocio fratrem ſuum:
quoniam vindex eſt dñs de his
omnibus ſicut prædiximus vo-
bis, & teſtificati ſum⁹: Nõ enim
vocauit nos Deus in immundi
B tiam: ſed in ſanctificationem.]
Itaq; qui hæc ſpernit, nõ homi
nem ſpernit ſed Deũ, qui etiã
dedit ſpiritũ ſuum ſanctum in
nobis. De charitate aũt frater-
nitatis, non neceſſe habemus
ſcribere vobis, ipſi enim vos à
Deo didiciſtis, vt diligatis inui
cem. Etenim illud facitis in
oẽs fratres in vniuerſa Macedo
nia. Rogamus aũt vos, fratres,
vt abundetis magis: & operam
detis vt quieti ſitis, & vt veſtrũ
negociũ agatis, & operemini
manibus veſtris, ſicut præcepi-
mus vobis: & vt honeſte ambu
letis ad eos q foris ſunt: & nul-
C lius aliquid deſideretis.† Nolu
mus autẽ vos ignorare fratres
de dormientibus: vt nõ contri-
ſtemini ſicut & cæteri q ſpem
non habent. Si enim credimus
q Ieſus mortuus eſt & reſurre-
xit: ita & Deus eos qui dormie-
runt per Ieſum, adducet cũ eo.
Hoc enim vobis dicim⁹ in ver-
bo dñi, quia nos qui viuimus,
qui reſidui ſumus, in aduentũ
dñi, non præueniemus eos qui
dormierũt. Quoniã ipſe dñs in
iuſſu & in voce archãgeli & in
tuba Dei deſcendet de cœlo: &
mortui qui in Chriſto ſunt, re-
ſurgent primi. Deinde nos qui
viuim⁹, qui relinquimur, ſimul
rapiemur cum illis in nubibus
obuiã dño in aera: & ſic ſemp
cum dño erimus. Itaq; conſo-
lamini inuicẽ in verbis iſtis.]

¶ Feria.iiij.ex Eccleſiaſti. L.j.

IVdex ſapiens iudicabit po- c. 10.
pulum ſuum, & principatus
ſenſati ſtabilis erit. Secundum
iudicem populi, ſic & miniſtri
eius: & qualis rector eſt ciuita-
tis, tales & inhabitantes in ea.
Rex inſipiens perdet populum
ſuũ, & ciuitates inhabitabũtur
per ſenſum prudentiũ. In ma-
nu Dei poteſtas terrę: & execra
bilis omnis iniquitas gentiũ, &
vtilẽ rectorẽ ſuſcitabit in tem-
pus ſuper illam. In manu Dei
poteſtas hominis, & ſuper faciẽ
ſcribæ imponet honorẽ ſuum.
Omnis iniurię proximi ne me
mineris, & nihil agas in operi-
bus iniuriæ. Odibilis corã Deo
eſt, & hominibus ſuperbia: &
execrabilis omnis iniquitas gẽ
tium. Regnũ à gente in gentẽ
transfertur propter iniuſtitias,
& iniurias, & cõtumelias, & di-
uerſos dolos. Auaro autẽ nihil
eſt

eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra & cinis? Nihil eſt iniquius, q̃ amare pecuniá, hic enim & animam ſuá venalem habet: qm̃ in vita ſua proiecit intima ſua. Omnis potentatus, breuis vita. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorẽ pręcidit medicus: ſic & rex hodie eſt, & cras morietur. Cũ enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. Initiũ ſuperbię hominis, apoſtatare à Deo: qm̃ ab eo qui fecit illũ, receſſit cor eius: qm̃ initiũ omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit illá, adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem. Propterea exhonorauit dominus cõuentus malorum, & deſtruxit eos vſq; in finem.

Ex epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. Lectio ſecunda.

ca. 5. DE temporibus aũt & momentis fratres, nõ indigetis vt ſcribam⁹ vobis. Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies dñi, ſicut fur in nocte, ita veniet, cũ enim dixerint, pax & ſecuritas: tũc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos aũt fratres nõ eſtis in tenebris: vt vos dies illa tanquã fur comprehendat, omnes enim vos, filij lucis eſtis, & filij diei, nõ ſumus noctis neq; tenebrarum. Igitur nõ dormiamus ſicut & cæteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autẽ qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricã fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis, qm̃ non poſuit nos De⁹ in irã, ſed in acquiſitionẽ ſalutis per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilem⁹, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo viuamus. Propter quod conſolamini inuicem: & ædificate alterutrũ: ſicut & facitis. Rogamus aũt vos fratres, vt noueritis eos qui laborãt inter vos, & pręſunt vobis in dño, & monẽt vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorũ, pacem habete cum eis.
† Rogamus autem vos fratres, B
corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: ſed ſemper, quod bonũ eſt ſectamini in inuicẽ, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. hęc eſt enim voluntas Dei in Chriſto

Ieſu in omnibus vobis. Spiritũ nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate: quod bonũ eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter & anima & corpus ſine querela, in aduẽtu dñi noſtri Ieſu Chriſti con-
C ſeruetur.] Fidelis eſt qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes ĩ oſculo ſancto. Adiuro vos per dñm, vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

¶ Feria. v. ex Eccleſiaſtico. L. j.

c.10. SEdes ducum ſuperborũ deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gentium ſuperbarum areſecit Deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus. Terras gentium euertit dñs, & perdidit eas vſq; ad fundamentũ. Areſecit Deus ex ipſis & diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriã eorum à terra. Memoriã ſuperborũ perdidit Deus, & reliquit memoriã humilium ſenſu. Non eſt creata hominibus ſuperbia: neq; iracũdia nationi mulierũ. Semen hominũ honorabitur hoc, q timet Deum: ſemen autẽ hoc exhonorabitur, quod præterit mandata dñi. In medio fratrũ rector illorũ in honore: & qui timent dñm, erunt in oculis illius. Gloria diuitum, honoratorum, & pauperũ, timor Dei eſt, non deſpicere hominem iuſtum pauperem, & nõ magnificare virum peccatorẽ diuitem. Magnus eſt iudex, & potens eſt in honore: & nõ eſt maior illo qui timet Deum. Seruo ſenſato liberi ſeruiẽt: & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore anguſtię. Melior eſt q operatur, & abundat in omnibus, q̃ qui gloriatur, & eget pane. Fili mi, in mãſuetudine ſerua animã tuam,
& da illi honorem ſecundum c.11
meritum ſuum. Peccantem in animã ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantẽ animã ſuam? Pauper gloriatur per diſciplinã & timorẽ ſuum: & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiã ſuã. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia? Et q gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur.

¶ Epiſtola

¶ Epiſtola Pauli ad Theſſalo-
nicenſes ſecūda. Lectio ſecūda.

ca.1. PAulus & Siluanus & Timo
theus, eccleſiæ Theſſaloni-
cenſium in Deo patre noſtro
& domino Ieſu Chriſto, gra-
tia vobis & pax à Deo patre no
ſtro, & domino Ieſu Chriſto.
Gratias agere debemus ſem
per Deo pro vobis fratres, ita vt
dignū eſt: quoniā ſupercreſcit
fides veſtra, & abundat chari-
tas vniuſcuiuſq; veſtrū in inui
cem: ita vt & nos ipſi in vobis
gloriemur in eccleſiis Dei, pro
patientia veſtra, & fide, in om-
nibus perſecutionib⁹ veſtris &
tribulationibus, quas ſuſtine-
tis in exēplū iuſti iudicij Dei,
vt digni habeamini in regno
Dei, pro quo & patimini, ſi ta-
men iuſtum eſt apud Deū re-
tribuere tribulationem ijs qui
vos tribulant: & vobis qui tri-
bulamini, requiem nobiſcū in
reuelatione dñi Ieſu de cœlo
cū angelis virtutis eius in flam
ma ignis, dantis vindictam ijs
qui non nouerunt Deū, & qui
non obediunt Euangelio dñi
noſtri Ieſu Chriſti: qui pœnas
dabunt in interitu æternas à fa
cie dñi, & gloria virtutis eius:
cum venerit glorificari in ſan-
ctis ſuis, & admirabilis fieri in
omnibus qui crediderūt, quia
creditum eſt teſtimonium no-
ſtrum ſuper vos in die illo, in
quo etiam oramus ſemper pro
vobis, vt dignetur vos vocatio-
ne ſua Deus noſter, & impleat
omnem voluntatem bonitatis
ſuæ, & opus fidei in virtute, vt
clarificetur nomen dñi noſtri
Ieſu Chriſti in vobis, & vos in
illo ſecundum gratiā Dei no-
ſtri, & domini Ieſu Chriſti.

¶ Fer. vj. ex Eccleſiaſtico. L. j.

SApientia humiliati exalta- c 11.
bit caput illius, & in medio
magnatorū cōſedere illum fa-
ciet. Non laudes virum in ſpe-
cie ſua: neq; ſpernas hominē
in viſu ſuo. breuis in volatilib⁹
eſt apis, & initium dulcoris ha-
bet fructus illius. In veſtitu ne
glorieris vnquā, nec in die ho-
noris tui extollaris: qm̄ mirabi
lia opera altiſſimi ſolius, & glo
rioſa, & abſcōſa, & inuiſa ope-
ra illius. Multi tyranni ſederūt
in throno, & inſuſpicabilis por
tauit diadema. Multi poten-
tes oppreſſi ſunt valide, & glo-
rioſi traditi ſunt in manus al-
terorū. Prius q̄ interroges, ne vi
tuperes quenquā: & cum inter
rogaueris, corripe iuſte. Prius
quam audias ne reſpōdeas ver
bum, & in medio ſermonū ne

adijcias loqui. De ea re, quæ te non moleſtat, ne certes: & in iudicio peccantiũ ne cõſiſtas. Fili, ne in multis ſint actus tui: & ſi diues fueris, nõ eris immunis à delicto. Si enim ſecutus fueris, nõ apprehendes: & non effugies, ſi præcucurreris. Eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius, & tanto magis nõ abundabit. Eſt homo marcidus egẽs recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei reſpexit illũ in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput: & mirati ſunt in illo multi, & honorauerũt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas, à Deo ſunt. Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipſum. Error & tenebræ peccatoribus cõcreata ſunt: qui aũt exultãt in malis, cõſeneſcunt in malo.

¶ Ex epiſtola ſecũda ad Theſſalonicenſes. Lectio ſecunda.

c.2.a R † Ogamus autẽ vos fratres, per aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: vt non cito moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neq; per ſpiritũ, neq; per ſermonẽ, neq; per epiſtolam tanquã per nos miſſam, quaſi inſtet dies dñi. Ne qs vos ſeducat vllo modo: qm̃ niſi venerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat: oſtendẽs ſe tanquã ſit Deus. Num retinetis ꝙ cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebã vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſteriũ iam operatur iniquitatis: tantũ vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduẽtus ſui eum,] cuius eſt aduẽtus ſecundum operationẽ ſatanę, in B omni virtute & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperũt, vt ſalui fierẽt: Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur oẽs qui non crediderunt veritati, ſed cõſenſerũt iniquitati. Nos aũt debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo, ꝙ ele-

ꝙ elegerit nos Deus primitias,
in ſalutem, in ſanctificatione
ſpiritus, & in fide veritatis. Ad
quod & vocauit vos per Euan-
gelium noſtrũ, in acquiſitionẽ
gloriæ dñi noſtri Ieſu Chriſti.
Itaq; fratres ſtate: & tenete tra-
ditiões quas didiciſtis, ſiue per
ſermonẽ, ſiue per epiſtolá no-
ſtram. Ipſe autem dñs noſter
Ieſus Chriſtus, & Deus & pater
noſter qui dilexit nos, & dedit
conſolationem ęternã, & ſpem
bonam in gratia, exhortetur
corda veſtra, & confirmet in
omni opere & ſermone bono.

¶ Sabbato, ex Eccleſiaſti. L. j.

C.II. DAtio Dei pmanet iuſtis,
& profect⁹ illius ſucceſſus
habebit in æternũ. Eſt qui lo-
cupletatur parce agẽdo, & hęc
eſt pars mercedis illius in eo
quod dicit, Inueni reqniem mi
hi, & nunc manducabo de bo-
nis meis ſolus: & neſcit ꝙ tẽpus
prętereat illum, & mors appro-
pinquet, & relinquet oĩa alijs,
& morietur. Sta in teſtamento
tuo, & in illo colloquere, & in
opere mandatorũ tuorũ vete-
raſce. Ne manſeris in operibus
peccatorũ. Confide autem in
Deo: & mane in loco tuo. Faci-
le eſt enim ĩ oculis Dei ſubito
honeſtare pauperẽ. Benedictio
Dei in mercedẽ iuſti feſtinat, &
in honore veloci proceſſus il-
lius fructificat. Ne dicas, Quid
eſt mihi opus: & quę erũt mihi
ex hoc bona? Ne dicas, Suffi-
ciens mihi ſum: & quid ex hoc
peſſimabor? In die bonorũ ne
immemor ſis malorũ: & in die
malorũ ne immemor ſis bono
rum: qm̃ facile eſt coram Deo
in die obit⁹ retribuere vnicuiq;
ſecundũ vias ſuas. Malitia ho-
ræ obliuionẽ facit luxurię ma-
gnæ. & in fine hominis denu-
datio operũ illius. Ante mortẽ
ne laudes hominũ quenquã:
quoniã in filijs ſuis agnoſcitur
vir. Non oẽm hominẽ inducas
in domũ tuã, multę enim ſunt
inſidiæ doloſi. Sicut enim eru-
ctant præcordia fœtentium, &
ſicut perdix inducit̃ in caueã,
& vt caprea in laqueum, ſic &
cor ſuperborũ, & ſicut proſpe-
ctor vidẽs caſum proximi ſui.
Bona enim in mala cõuertens
inſidiatur: & ĩ electis imponet
maculã. A ſcintilla enim vna
augetur ignis, & ab vno dolo-
ſo augetur ſanguis: homo vero
peccator ſanguini inſidiatur.
Attẽde tibi à peſtifero. fabricat
enim mala: ne forte inducat ſu
per te ſubſannationẽ in perpe-
tuum. Admitte ad te alienige-
nam,

nã, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis proprijs.

¶ Ex epiſtola ſecũda ad Theſſalonicenſes. Lectio ſecunda.

ca. 3. DE cętero fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omnium eſt fides: Fidelis autem dñs eſt, qui cõfirmabit vos & cuſtodiet à malo. Confidimus autẽ de vobis fratres in dño, ꝙ quęcunq; præcipimus, & facitis & facietis. Dñs autem dirigat corda veſtra in charitate Dei & patientia Chriſti. Denuntiamus autẽ vobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & nõ ſecundũ traditionẽ quam acceperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis queadmodũ oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panẽ mãducauimus ab aliquo, ſed in labore & in fatigatione nocte & die operãtes, ne quem veſtrũ grauaremus. Non quaſi nõ habuerimus poteſtatẽ, ſed vt noſmetipſos formã darem⁹ vobis ad imitandũ nos. Nam & cũ eſſemus apud vos, hoc denuntiabam⁹ vobis. Quoniã ſi quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quoſdã ambulantes inquiete, nihil operãtes, ſed curioſe agentes. Iis aũt, qui eiuſmodi ſunt, denuntiam⁹ & obſecram⁹ in dño Ieſu, vt cum ſilentio operantes, ſuũ panem manducent. Vos autẽ fratres, nolite deficere benefacientes. Quòd ſi quis nõ obedit verbo noſtro per epiſtolã, hunc notate, & ne cõmiſceamini cũ illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Ipſe autẽ Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dñs ſit cum omnib⁹ vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo: Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

¶ Dñica quarta Vagantium, ex Eccleſiaſtico. Lectio prima.

SI bene feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia ĩ bonis tuis multa. Beneſac iuſto, & inuenies retributionẽ magnam: & ſi nõ ab ipſo, certe à dño. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas nõ danti: qm̃ & altiſſim⁹ odio habet peccatores: & miſertus eſt pœnitentibus. Da miſericordi, c. 12.

&ne

&ne ſuſcipias peccatorē:& impijs, & peccatoribus redde vindictam,cuſtodiens eos in diem vindictæ. Da bono,& non receperis peccatorem. Benefac humili,& nō dederis impio. Prohibe panes illi date, ne in ipſis potentior te ſit. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis,quęcunq; feceris illi:qm̃ & altiſſimus odio habet peccatores,& impijs reddet vindictam. Non agnoſcetur in bonis amicus, & nō abſcōdetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius: in triſtitia, & in malitia illius,amicus agnitus eſt. Non credas inimico tuo in æternū. Sicut enim ęramentū ęruginat nequitia illius. Et ſi humiliatus vadat curuus,adijce animū tuum,& cuſtodi te ab illo. Nō ſtatuas illū penes te, nec ſedeat ad dexterā tuam, ne conuerſus ſtet in loco tuo:ne forte cōuerſus in locū tuum inquirat cathedrā tuā, & in nouiſſimo cognoſcas verba mea, & ī ſermonibus meis ſtimuleris. Quis miſerebitur incantatori,à ſerpente percuſſo,& omnibus qui appropiant beſtijs? Sic & qui comitatur cū viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis ei⁹. Vna hora tecū permanebit: ſi autē declinaueris,non ſupportabit. In labijs ſuis indulcat inimic⁹, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis lachrymatur inimicus, & ſi inuenerit tēpus, nō ſatiabitur ſanguine: & ſi incurrerint tibi mala,inuenies eū illic priorem, & quaſi adiuuās ſuffodiet plantas tuas. Caput ſuū mouebit,& plaudet manu: & multa ſuſurrās cōmutabit vultū ſuū.

¶Epiſtola Pauli ad Timotheum prima. Lectio ſecunda.

Paulus Apoſtol⁹,Ieſu Chriſti ſecundū imperium Dei ca. 1.
ſaluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ:Timotheo dilecto filio in fide, gratia & miſericordia & pax à Deo patre Chriſto Ieſu dño noſtro. Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cum irem in Macedoniā,vt denūtiares quibuſdā ne aliter docerēt, neq; intēderēt fabulis & genealogijs interminatis, q̃ quæſtiones pręſtant magis quā ędificationē Dei,q̃ eſt in fide. Finis aūt p̃cepti, eſt charitas de corde puro & cōſcientia bona & fide nō ficta. A quibus quidā aberrantes,cōuerſi ſunt in vaniloquiū, volentes eſſe legis doctores,nō intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.

Scimus

Scimus autẽ quia bona eſt lex, ſi quis ea legitime vtatur: ſciẽs hoc, quia lex iuſto nõ eſt poſita, ſed iniuſtis & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundũ euangeliũ glorię beati Dei, quod creditũ eſt mihi. Gratias ago ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu dño noſtro, q̃a fidelẽ me exiſtimauit, ponens in miniſterio, qui prius blaſphemus fui & perſecutor, & cõtumelioſus: ſed miſericordiam Dei cõſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabũdauit autẽ gratia dñi noſtri cũ fide & dilectione, quę eſt in Chriſto Ieſu. Fidelis ſermo & omni acceptione dign⁹: ꝙ Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ pctõres ſaluos facere, quorũ ego prim⁹ ſum. Sed ideo miſericordiã cõſecutus ſum: vt in me primo oſtẽderet Chriſt⁹ Ieſus omnẽ patientiã, ad informationẽ eorũ q̃ credituri ſunt illi in vitã æternã. Regi autẽ ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. Hoc pręceptũ cõmendo tibi fili Timothee, ſecundũ pręcedentes in tę prophetias, vt milites in illis bonã militiã, habens fidẽ & bonã cõſcientiã, quam quidã repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus eſt Hymenęus & Alexãder: quos tradidi ſatanę, vt diſcant nõ blaſphemare.

℄ Si hæc Dñica interponitur poſt Pencoſten, p̃ter primã & ſecũdã lectionẽ, nihil vltra hic q̃ras, q̃a cętera dicẽda sũt de feſto dup. aut octa. tũc occurrẽti.

℄ Si aũt celebrat᷑ ante Septuageſimã, tertia lectio, & oõ erũt infraſcriptæ, ſiue dictæ ſint in dñica præcedenti, ſiue nõ. Et ſi poſt hanc dñicã poneretur etiã alia ante Septuageſimã, vt poſtea dicet᷑: repetendę ſunt in ea hęc eadẽ tertia lectio, & oratio.

Secundum Matthæũ. Lcõ iij.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc, c. 13. Simile eſt regnum cœlorũ homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Cum negligenter agerẽt prepoſiti Eccleſiæ, & dormitionẽ mortis acciperent Apoſtoli, venit diabolus, & ſuperſeminauit eos quos malos filios dñs inter-

interpretatur. Sed recte quęritur, vtrum hæretici ſint, an male viuentes catholici? Poſſunt enim dici mali filij etiã hęretici, qui ex eodẽ euãgelij ſemine & Chriſti noĩe procreati, prauis opinionib⁹ ad falſa dogmata cõuertunt. Sed ꝙ dicit eos in medio tritici ſeminatos: quaſi videntur illi ſignificari q vnius cõmunionis ſunt. Veruntamẽ quia dñs agrum nõ eccleſiam, ſed hunc modũ interpretatur, intelliguntur hæretici, quia nõ ſocietate vni⁹ eccleſię vel vnius fidei, ſed ſocietate ſolius nominis Chriſtiani, in hoc mundo permiſcentur bonis: vt illi qui in eadem fide mali ſunt, palea potius q̃ zizania reputẽtur: qa palea etiã fundamentũ ipſum habet cũ frumento, radicemq; cõmunẽ. In illa plane ſagena, qua cõcluduntur boni & mali piſces, nõ abſurde mali catholici intelliguntur. Aliud eſt mare quod ſignificat magis iſtũ mundum: aliud ſagena, quæ vnius fidei vel vnius eccleſię cõmunionem videtur oſtendere. Inter hęreticos & malos catholicos hoc intereſt: ꝙ hęretici falſa credunt: illi aũt vera credentes non viuunt ita vt credunt. Solet autẽ quęri etiã, ſchiſmatici quid ab hæreticis diſtent: & hoc inueni, ꝙ ſchiſmaticos fides diuerſa nõ faciat, ſed communionis diſrupta ſocietas. Sed vtrũ inter zizania numerãdi ſint, dubitari poteſt. Oratio.

FAmiliam tuam quęſumus dñe cõtinua pietate cuſtodi, vt quæ in ſola ſpe gratię cœleſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur. Per domi.

¶ Feria.ij. ex Eccleſiaſtico. L.j.

QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã. Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori ſe communicat. Et ditiori te ne ſocius fueris. Quid cõmunicabit cacabus ad ollam? Quãdo enim ſe colliſerint, confringet. Diues iniuſte egit, & fremet: pauper autẽ læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te: & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſari⁹ illi fueris, ſupplantabit te: & ſubridẽs ſpem dabit, narrans tibi omnia bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? & confundet te in cibis tuis: donec te exinaniat bis, & ter: & in nouiſſimo deridebit te. Poſtea videns derelinquet te: & caput c. 13.

ſuum mouebit ad te. Humilia te Deo: & expecta manus eius. Attende, ne ſeductus in ſtultitia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua: ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Aduocatus à potentiore diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impinguaris: & ne lõge ſis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius cõſeruabit verba tua: & nõ parcet de malitia, & de vinculis. Caue tibi, & attẽde diligenter auditui tuo, quoniã cũ ſubuerſione tua ambulas. Audiens vero verba illa, quaſi in ſomnis vide: & vigilabis.

℄ Ex epiſtola prima ad Timotheum. Lectio ſecunda.

ca. 2. OBſecro igitur primũ omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate cõſtituti ſunt: vt quietã & tranquillã vitã agamus in omni pietate & caſtitate, hoc enim bonũ eſt & acceptũ corã ſaluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, cuius teſtimoniũ temporibus ſuis confirmatũ eſt: in quo poſitus ſum ego prędicator & apoſtol⁹ (veritatẽ dico, non mentior) doctor gentiũ in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras man⁹, ſine ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cũ verecundia & ſobrietate ornãtes ſe, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa; ſed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat, cũ omni ſubiectione. Docere aũt mulieri nõ permitto, neq; dñari in virũ: ſed eſſe in ſilẽtio. Adam enim prim⁹ format⁹ eſt, deinde Eua, & Adam nõ eſt ſeductus: mulier autẽ ſeducta in pręuaricatione fuit. Saluabitur autẽ per filiorũ generationẽ: ſi ꝑmãſerit in fide & dilectione & ſanctificatione cũ ſobrietate.

℄ Fer. iij. ex Eccleſiaſtico. L. j.

OMni vita tua dilige Deũ c. 13.
& inuoca illum in ſalute tua.

ſua. Omne animal diligit ſimi
le ſibi: ſic & omnis homo pro-
ximũ ſibi. Omnis caro ad ſimi-
lem ſibi coniungetur, & omnis
homo ſimili ſui ſociabitur. Si
cõmunicabit lupus agno ali-
quãdo: ſic peccator iuſto. Quæ
communicatio ſancto homini
ad canem? aut quæ pars bona
diuiti ad pauperẽ? Venatio leo-
nis onager in eremo: ſic & pa-
ſcua diuitũ, ſunt pauperes. Et
ſicut abominatio eſt ſuperbo
humilitas: ſic & execratio diui-
tis pauper. Diues cõmotus con
firmatur ab amicis ſuis: humi-
lis autẽ cũ ceciderit, expelletur
& à notis. Diuiti decepto multi
recuperatores, locut⁹ eſt ſuper-
ba, & iuſtificauerunt illũ. hu-
milis deceptus eſt, inſuper & ar
guitur: locut⁹ eſt ſenſate, & nõ
eſt dat⁹ ei locus. Diues locutus
eſt, & omnes tacuerunt, & ver-
bum illius vſq; ad nubes per-
ducent, pauper locutus eſt, & di
cunt, Quis eſt hic? Et ſi offen-
derit, ſubuertunt illũ. Bona eſt
ſubſtantia: cui non eſt peccatũ
in cõſciẽtia, & nequiſſima pau
pertas in ore impij. Cor homi-
nis immutat faciẽ illius, ſiue in
bona, ſiue in mala. Veſtigium
cordis boni, & faciem bonam
difficile inuenies, & cũ laborẽ.

¶ Ex epl'a prima ad Timi. I. iij.

Fidelis ſermo, Si quis epiſco ca 3.
patũ deſiderat, bonũ opus
deſiderat. oportet enim epiſco-
pum irreprehẽſibilẽ eſſe, vnius
vxoris virum, ſobriũ, prudentẽ,
ornatũ, pudicum, hoſpitalem,
doctorem, non vinolentũ, non
percuſſorẽ: ſed modeſtum, nõ
litigioſum, non cupidum, ſed
ſuæ domui bene præpoſitum,
filios habentem ſubditos cum
omni caſtitate. Si quis aũt do-
mui ſuę præeſſe neſcit: quomo
do eccleſię Dei diligentiã habe
bit? Non neophytũ: ne in ſu- C
perbiã elatus in iudicium inci-
dat diaboli. Oportet aũt illũ &
teſtimoniũ habere bonũ ab ijs
qui foris ſunt: vt non in oppro-
briũ incidat & in laqueũ dia-
boli. Diacones ſimiliter pudi-
cos, non bilingues, non multo
vino deditos, nõ turpe lucrum
ſectantes: habentes myſterium
fidei in conſcientia pura. Et hi
aũt probentur primũ: & ſic mi
niſtrẽt, nullũ crimen habẽtes.
Mulieres ſimiliter pudicas, nõ
detrahentes, ſobrias, fideles in
oĩbus. Diacones ſint vnius vxo
ris viri: qui filijs ſuis bene præ-
ſint, & ſuis domib⁹. Qui enim
bene miniſtrauerint: gradum
bonum ſibi acquirent, & mul-

tam fiduciam in fide quę eſt in Chriſto Ieſu. Hæc tibi ſcribo fili Timothee, ſperãs me ad te venire cito. ſi autẽ tardauero: vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei cõuerſari, quę eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentũ veritatis. Et manifeſte magnũ eſt pietatis ſacramentũ, quod manifeſtatũ eſt in carne, iuſtificatũ eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatũ eſt gentibus, creditum eſt in mũdo, aſſumptũ eſt in gloria.

¶ Feria.iiij. ex Eccleſiaſti. L.j.

c.14. BEatus vir q̃ non eſt lapſus verbo ex ore ſuo & nõ eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Felix qui nõ habuit animi ſui triſtitiã, & nõ excidit à ſpe ſua. Viro cupido & tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurũ? Qui acervat ex animo ſuo iniuſte, alijs cõgregat, & ĩ bonis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequã eſt, cui alij bonus erit? & nõ iucundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius: & hæc redditio eſt malitiæ illius: & ſi bene fecerit, ignoranter, & non volens facit, & in nouiſſimo manifeſtat malitiã ſuam. Nequã eſt oculus liuidi, & auertens faciẽ ſuam, & deſpiciens animã ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur, donec cõſumat arefaciens animã ſuam. Oculus malus ad mala, & non ſatiabitur pane indigens, & in triſtitia erit ſuper mẽſam ſuã. Fili, ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto quoniã mors nõ tardat, & teſtamentũ inferorũ, quia demonſtratum eſt tibi. Teſtamentũ enim huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundũ vires tuas exporrigens, da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula bonæ diei nõ te pręteream. Nõne alijs relinques dolores, & labores tuos? In diuiſione ſortis da, & accipe, & iuſtifica animã tuã. Ante obitum tuũ operare iuſtitiam, qm̃ non eſt apud inferos inuenire cibũ. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut foliũ fructificãs in arbore viridi. Alia generãtur, & alia deijciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operat̃, ibit cũ illo. Et oẽ opus electũ iuſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur ĩ illo.

¶ Ex

¶ Ex epiſtola prima ad Timotheum. Lectio ſecunda.

ca. 4. SPiritus aũt manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendẽtes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorũ, in hypochriſi loquentiũ mendaciũ, & cauteriatã habentium ſuã conſcientiam, prohibẽtiũ nubere, abſtinere à cibis quos Deꝰ creauit ad percipiendũ cum gratiarum actione fidelibꝰ, & ijs qui cognouerũt veritatem. Quòd omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendũ quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quã aſſecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autẽ teipſum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis eſt, pietas autẽ ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitę quę nũc eſt, & futuræ. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramꝰ & maledicimur, quia ſperamus in Deũ viuũ qui eſt ſaluator omniũ hominũ, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adoleſcentiã tuã contemnat: ſed exemplũ eſto fideliũ in verbo, in cõuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinę. Noli negligere gratiã quæ in te eſt: quę data eſt tibi per ꝓphetiã, cũ impoſitione manuũ presbyteri. Hæc meditare, in his eſto: vt profectꝰ tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluũ facies, & eos qui te audiunt.

¶ Feria. v. ex Eccleſiaſt. Lcõ. j. c. 14.

BEatus vir, qui in ſapientia morabitur: & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu ſuo cogitabit circunſpectionẽ Dei. Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconditis ſuis intelligẽs, vadẽs poſt illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius conſiſtens: qui reſpicit per feneſtras illiꝰ, & in ianuis illius audiens: qui requieſcit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet caſulam ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per ęuum: ſtatuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis eius morabitur: protegetur ſub tegmine illius à feruore, & in

c.15. gloria eius requieſcet. † Qui ti-
a met Deum, faciet bona, & qui
cõtinens eſt iuſtitię, apprehen-
det illam, & obuiabit illi quaſi
mater honorificata, & quaſi
mulier à virginitate ſuſcipiet il
lum: Cibabit illũ pane vitæ, &
intellectus, & aqua ſapientię ſa
lutaris potabit illum, & firma-
bitur in illo, & non flectetur: &
continebit illum & nõ confun
detur: & exaltabit illum apud
proximos ſuos, & in medio ec-
cleſię aperiet os ei⁹, & adimple-
bit illũ ſpũ ſapientię & intelle-
ctus, & ſtola glorię veſtiet illũ.
Iucunditatẽ & exultationẽ the
ſaurizabit ſuper illũ, & nomi-
B ne æterno hæreditabit illum.]
Homines ſtulti nõ apprehen-
dent illam, & homines ſenſati
obuiabunt illi: homines ſtulti
nõ videbunt eam, longe enim
abeſt à ſuperbia & dolo: viri
mendaces nõ erunt illius me-
mores, & viri veraces inuenien
tur in illa, & ſucceſſum habe-
bunt vſq; ad inſpectionẽ Dei.

¶ Ex epiſtola prima ad Timotheum. Lectio ſecunda.

ca.5. Seniorẽ ne increpaueris: ſed
obſecra vt patrẽ. iuuenes: vt
fratres. anus, vt matres, iuuen-
culas, vt ſorores in omni caſti-
tate. Viduas honora, quæ vere
viduę ſunt. Si qua autẽ vidua
filios, aut nepotes habet: diſcãt
primũ domũ ſuã regere, & mu
tuam vicẽ reddere parentibus.
hoc enim acceptum eſt coram
Deo. Quę aũt vere vidua eſt &
deſolata: ſperet ĩ Deũ, & inſtet
obſecrationib⁹ & orationibus
nocte & die. Nã quę in delicijs
eſt, viuens mortua eſt. Et hoc
pręcipe: vt irreprehẽſibiles ſint.
Si quis aũt ſuorum & maxime
domeſticorũ curam nõ habet:
fidẽ negauit, & eſt infideli dete-
rior. Vidua diligatur non mi-
nus ſexaginta annorũ, quę fue-
rit vnius viri vxor, in operibus
bonis teſtimonium habẽs: ſi fi-
lios educauit, ſi hoſpitio rece-
pit, ſi ſanctorũ pedes lauit, ſi tri
bulationẽ patiẽtibus ſubmini-
ſtrauit, ſi omne opus bonũ ſub
ſecuta eſt. Adoleſcentiores aũt
viduas deuita. Cũ enim luxu-
riatę fuerint, in Chriſto nubere
volunt: habẽtes damnationẽ,
quia primã fidẽ irritã fecerũt:
ſimul autem & otioſę diſcunt
circumire domos: nõ ſolũ otio
ſę, ſed & verboſę, & curioſę, lo-
quentes quæ nõ oportet. Volo
ergo iuniores nubere, filios pro
creare, matres familias eſſe: nul
lam occaſionẽ dare aduerſario
maledicti gr̃a. Iã enim quædã

conuerſę

cōuerſę ſunt retro poſt ſatanā. Si quis fidelis habet viduas, ſub miniſtret illis, vt non grauetur eccleſia: vt ijs quæ vere viduæ ſunt ſufficiat. Qui bene pſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Nō alligabis os boui trituranti: & Dign' eſt operarius mercede ſua. Aduerſus presbyterū accuſationem noli recipere: niſi ſub duobus, aut trib' teſtibus. Peccātes coram oībus argue: vt & cæteri timorē habeant. Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu & electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine pręiudicio, nihil faciens in alteram partem declinādo. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris pctīs alienis. Teipſum caſtum cuſtodi. Noli adhuc aquā bibere: ſed modico vino vtere ꝓpter ſtomachū tuū, & frequētes tuas infirmitates. Quorundā hominum pctā manifeſta ſunt, pręcedentia ad iudiciū: quoſdam aūt & ſubſequuntur. Similiter & facta bona, manifeſta ſunt: & q̄ aliter ſe habēt, abſcondi nō poſſunt.

Feria.vj.ex Eccleſiaſt. Lcō.j.

c.15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: quoniā à Deo profecta eſt ſapientia. ſapiētię enim Dei aſtabit laus, & in ore fideli abūdabit, & dominator dabit eā illi. Nō dixeris, Per Deū abeſt. quæ enim odit, ne feceris. Non dicas: Ille me implanauit: nō enim neceſſarij ſunt ei hoīes impij. Omne execramentū erroris odit dn̄s, & nō erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit illū in manu cōſilij ſui. Adiecit mādata, & pcepta ſua, ſi volueris mādata ſeruare, cōſeruabunt te, & in perpetuū fidē placitā ſeruare. Appoſuit tibi aquā & ignē: ad quod volueris, porrige manū tuā. Ante hominē vita & mors, bonum & malū: quod placuerit ei dabitur illi: qm̄ multa ſapientia Dei, & fortis in potētia, videns oēs ſine intermiſſione. Oculi dn̄i ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnē operā hominis. Nemini mādauit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi: non enim concupiſcit multitudinē filiorū infidelium & inutilium. Ne iucun- c.16.
deris in filijs impijs, ſi multiplicentur: nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis. Non credas vitæ illorum, & ne reſpexeris in labores eorum.

Melior eſt enim vnus timens Deum, q̃ mille filij impij. Et vtilius eſt mori ſine filijs, q̃ relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deſeretur. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora his audiuit auris mea.

¶ Ex ep̄la prima ad Tim. L. ij.

ca. 6. QVicũq; ſunt ſub iugo ſerui, dños ſuos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen dñi & doctrina blaſphemetur. Qui aũt fideles habent dños, nõ cõtemnant quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt, & dilecti, qui beneficij participes ſunt. Hæc doce: & exhortare. Si quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonib⁹ dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundũ pietatem eſt, doctrinæ: ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quęſtiones, & pugnas verborũ, ex quibus oriuntur inuidię, cõtentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, cõflictationes hominum mente corruptorũ, & qui veritate priuati ſunt, exiſtimantiũ quęſtum eſſe pietatẽ. Eſt aũt quęſtus magn⁹, pietas cum ſufficiẽtia. Nihil enim intulimus in hunc mundũ, haud dubium quia nec auferre quid poſſum⁹. Habẽtes aũt alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergũt homines in interitum & perditionẽ Radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas: quam quidam appetẽtes errauerũt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autẽ ô homo Dei hęc fuge: ſectare vero iuſtitiã, pietatẽ, fidem, charitatem, patientiã, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitã æternã, in quã vocatus es, & confeſſus bonam cõfeſſionẽ coram multis teſtibus. Præcipio tibi corã Deo q viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimoniũ reddidit ſub Pontio Pilato bonã cõfeſſionẽ: vt ſerues mãdatũ, ſine macula, irreprehẽſibile vſq; in aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti, quem ſuis tẽporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum, & dñs dominantiũ, qui ſolus habet immortalitatẽ, & lucem inhabitat inacceſſibilẽ, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & imperiũ ſempiternum. Amen. Diuitibus huius ſeculi

præcipe

præcipe non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo (qui præſtat bonis oĩa abunde ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operib⁹, facile tribuere, cõmunicare, theſaurizare ſibi fundamentũ bonum in futurũ, vt apprehendãt verá vitã. O Timothee, depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quã quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

¶ Sabbato, ex Eccleſiaſti. L. j.

c.16. IN ſynagoga peccantiũ exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira. Nõ exorauerũt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, q deſtructi ſunt cõfidentes ſuæ virtuti: & nõ pepercit peregrinationi illorum, & execratus eſt eos præ ſuperbia verbi illorũ. Non miſertus eſt illis gentẽ totã perdens, & extollentẽ ſe in peccatis ſuis. Et ſicut ſexcenta millia peditũ qui cõgregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi vn⁹ fuiſſet ceruicatus, mirũ ſi fuiſſet immunis, miſericordia enim & ira eſt cum illo. Potens exoratio, & effundens irã ſecundũ miſericordiã ſuã: ſic & correptio illius, hominẽ ſecundum opera ſua iudicat. Non effugiet in rapina peccator, & nõ retardabit ſufferentia miſericordiã facientis. Omnis miſericordia faciet locum vnicuiq; ſecundũ meritũ operum ſuorum, & ſecundũ intellectũ peregrinationis ipſius. Non dicas, A Deo abſcõdar: & ex ſummo quis mei memorabitur? in populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce, cœlũ, & cœli cœlorũ, abyſſus & vniuerſa terra: & quę ĩ eis ſunt, in cõſpectu illius cõmouebuntur, montes ſimul & colles, & fundamẽta terrę: & cũ conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in oĩbus his inſenſatũ eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo: & vias illius quis intelligit, & procellã quam nec oculus videbit hoĩs? Nam plurima illi⁹ opera ſunt in abſconſis, ſed opera iuſtitiæ eius quis enũtiabit? aut quis ſuſtinebit?

¶ Ex epiſtola Pauli ad Philemonem vnica. Lectio ſecũda.

PAulus vinctus Chriſti Ieſu ca. 1.
& Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori noſtro, & Apphiæ ſorori chariſſimę, & Archippo cõmilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo

tua eſt, gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto Gratias ago Deo meo, ſemper memoriã tui faciens in orationibus meis, audiens charitatẽ tuã & fidẽ quã habes in dño Ieſu, & in oẽs ſctõs: vt communicatio fidei tuę euidẽs fiat in agnitione omnis operis boni in vobis ĩ Chriſto Ieſu. Gaudiũ enim magnũ habui & conſolationẽ in charitate tua, ꝙ viſcera ſctõrũ requieuerũt per te frater. Propter quod multam fiduciã habens in Chriſto Ieſu imperãdi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatẽ magis obſecro, quum ſis talis vt Paulus ſenex, nunc autẽ & vinctus Ieſu Chriſti. Obſecro te pro meo filio quem genui in vinculis Oneſimo: qui tibi aliquãdo inutilis fuit, nunc autẽ & mihi & tibi vtilis, quem remiſi tibi. Tu autẽ illũ, id eſt, mea viſcera ſuſcipe: quẽ ego voluerã mecũ detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelij: ſine cõſilio aũt tuo nihil volui facere: vt ne velut ex neceſſitate bonũ eſſet, ſed voluntariũ. Forſitan enim ideo diſceſſit ad horã à te, vt æternũ illum reciperes iam non vt ſeruũ, ſed pro ſeruo chariſſimũ fratrẽ, maxime mihi, quãtò autem magis tibi & in carne & in domino? Si ergo habes me ſocium: ſuſcipe illũ ſicut me. Si aũt aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi mea manu. Ego reddam: vt nõ dicam tibi ꝙ & teipſum mihi debes. Ita frater ego te fruar in dño, refice viſcera mea in Chriſto. Confidẽs in obediẽtia tua, ſcripſi tibi, ſciens qm̃ & ſuper id quod dico facies. Simul & para mihi hoſpitium: nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas adiutores mei. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

¶ Sciendũ, ꝙ ſi finitis quatuor hebdomadis Vagantiũ adhuc ſupereſſet vna ante Septuageſimam (vt euenit anno. 1546. alias aũt rariſſime hoc eueniet) tũc legẽda eſt dñica vigeſima quarta poſt Pentecoſten, q̃ eſt quinta Vagãtiũ ex qua tũc tñ ſumendę ſunt prima, & ſecũda lcões: nam tertia lectio & orõ repetendæ ſunt illę quę poſitę ſunt in dñica quarta Vagãtiũ.

Dominica in Septuageſima.

Notandum, quòd ſi aliquod feſtum

feſtum duplex inciderit in hac dñica, & in cæteris dñicis vſq; ad Paſcha, transferendum eſt, vt ſupra in regulis generalib⁹.
℄ Notandum præterea ꝙ ab hac dominica incluſiue vſque ad Paſcha nõ dicit. Haleluiah. ſed loco eius vſq; ad feriã quin tam in cœna domini dicitur. Laus tibi domine rex æternæ glorię. Ad matutinũ inuitato Præoccupemus faciem dñi, & in pſalmis iubilemus ei: Hym.

PRimo dierum omnium,
Quo mund⁹ extat cõditus:
Vel quo reſurgens conditor,
Nos morte victa liberat.
Pulſis procul torporibus,
Surgamus omnes ocyus:
Et nocte quęramus pium,
Sicut prophetam nouimus
Noſtras preces vt audiat,
Suamq; dextram porrigat:
Et expiatos ſordibus,
Reddat polorum ſedibus.
Præſta pater pijſſime, Patriq; compar vnice: Cum ſpiritu paracleto, Regnans per omne ſeculum. Amen. Aña. Inuocabo nomen tuum domine, ne auertas faciem tuã à clamore meo.
℄ Liber Geneſis. Lcõ prima.
Ca. 1. a IN principio creauit, Deus cœlũ & terrã. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrę erant ſuper faciẽ abyſſi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitq; Deus, Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem ꝙ eſſet bona: & diuiſit lucẽ à tenebris, appellauitq; lucẽ diem, & tenebras noctẽ, factumq; eſt veſpere & mane dies vnus. Dixit quoq; Deus, Fiat firmamentũ in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitq; aquas quę erãt ſub firmamẽto, ab his quæ erant ſuper firmamentũ. Et factũ eſt ita. Vocauitq; Deus firmamentũ, cœlum: & factũ eſt veſpere & mane dies ſecundus. Dixit vero Deus, Congregẽtur aquę quę ſub cœlo ſunt, in locũ vnũ: & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocauit Deus aridã, terrã: congregationesq; aquarum appellauit maria. Et vidit Deus, ꝙ eſſet bonũ, & ait: Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructũ iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factũ eſt ita. Et protulit terra herbã virentem, & facientẽ ſemen iuxta genus ſuũ, lignumq; faciens fructũ. & habens vnumquodq; ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et

Et vidit Deus, ꝙ eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna & tēpora, & dies & annos: vt luceant in firmamēto cœli, & illuminent terram. Et factū eſt ita. Fecitq; De⁹ duo luminaria, magna, luminare maius vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas: & poſuit eas Deus in firmamēto cœli, vt lucerent ſuper terrā, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.

¶ Sanctum Ieſu Chriſti euangeliū ſecundū Ioannē. Lcō. ij.

c. 1. a IN principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factū eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nō comprehēderūt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioānes. Hic venit in teſtimoniū vt teſtimoniū perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illū. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū. In mūdo erat, & mundus per ipſum fact⁹ eſt: & mundus eum nō cognouit. In propria venit: & ſui eū non receperunt. Quotquot aūt receperūt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui nō ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factū eſt: & habitauit in nobis. (Et vidimus gloriā eius, gloriā quaſi vnigeniti à patre) plenū gratiæ & veritatis.] Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo & B clamat, dicens: Hic erat quem dixi. Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Deum nemo vidit vnquā: vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.

Secundum Matthæū. Lcō. iij.

IN illo tēpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hāc. c. 20. a Simile eſt regnum cœlorū homini

mini patrifamilias, q exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Et reliqua.
Homilia ſancti Gregorij papę
Regnum cœlorum patrifamilias ſimile dicitur: qui ad excolendam vineam ſuã operarios conduxit. Quis vero patrisfamilias ſimilitudinẽ rectius tenet, q̃ conditor noſter? qui regit quos cõdidit: & electos ſuos ſic in hoc mũdo poſſidet, quaſi ſubiectos dñs in domo. Qui habet vineam, vniuerſam ſcilicet eccleſiam: quæ ab Abel iuſto vſq; ad vltimum electum, qui in fine mũdi venturus eſt: quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit. Hic itaq; pater familias ad excolendã vineam ſuam mane hora tertia, ſexta, nona, & vndecima, operarios conducit: quia à mundi huius initio vſq; in finem, ad erudiendam plebem fidelium, prędicatores congregare non deſiſtit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vſq; ad Noe. hora vero tertia à Noe vſq; ad Abraham. Sexta quoq; ab Abraham vſq; ad Moyſen. Nona aũt à Moyſe vſque ad aduentum domini. Vndecima vero ab aduẽtu domini vſque ad finem mundi. In qua prędicatores ſancti apoſtoli miſſi ſunt, qui mercedem plenã, & tarde venientes acceperunt. Ad erudiendam ergo dñs plebem ſuam quaſi ad excolendam vineam ſuam nullo tempore deſtitit operarios mittere: quia & prius per patres, & poſtmodum per legis doctores & prophetas: ad extremũ vero per apoſtolos dum plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in vineæ cultura magnopere laborauit. Quãuis in quolibet modulo vel menſura quiſquis cum fide recta bonæ actionis extitit: hui⁹ vineæ operarius fuit. Operator ergo mane hora tertia, ſexta, & nona antiquus ille & Hebraicus populus deſignatur: qui in electis ſuis ab ipſo mundi exordio dũ recta fide ſtuduit Deum colere, quaſi non deſtitit in vineæ cultura laborare. Miſerere. 50.

¶ Notandũ, ꝙ ab hac dñica incluſiue vſq; ad feriã quintã in cœna dñi qñ fit offm̃ de dñica vel feria nõ dicitur. Te Deum. poſt tertiã lectionẽ, ſed loco ei⁹ dicitꝰ pſalmus. Miſerere. fo. 50.

¶ Ad laudes antipho. Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomẽ tuum. Oratio.

Preces populi tui, quęſum⁹ dñe, clementer exaudi: vt qui

qui iuſte pro peccatis nr̄is affligimur, pro tui noı̄s gloria miſericorditer liberemur. Per do.

Ad Veſperas. Hymnus.

Lucis creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordijs lucis nouæ,
Mundi parans originem.
Qui mane, iunctum veſperi,
Diem vocari præcipis,
Tetrum chaos illabitur,
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine,
Vitæ ſit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seſeq; culpis illigat.
Cœlorum pulſet intimum,
Vitale tollat præmium,
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne peſſimum.
Præſta pater pijſſime. &c. An̄.

In tribulatione mea inuocaui dn̄m, & ad Deū meū clamaui.

Notandū ꝙ inuita. Hymni, & an̄æ huius dn̄icæ dicuntur vſq; ad feriam quartam Cinerum excluſiue, quando fit officium de dominica vel de feria.

Feria. ij. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 1. b. Dixit etiā Deus, Producant aquę reptilę animæ viuētis, & volatile ſuper terram ſub firmamēto cęli. Creauitq; De⁹ cete grandia, & omnē animā viuentē atq; motabilē, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundū genus ſuū. Et vidit De⁹ ꝙ eſſet bonum, benedixitq; eis, dicēs: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesq́ue multiplicentur ſuper terrā. Et factū eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoque Deus. Producat terra animā viuentē in genere ſuo, iumēta & reptilia & beſtias terrę ſecundū ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumēta & omne reptile terrę in genere ſuo. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum, & ait, Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā, & præſit piſcibus maris, & volatilib⁹ cœli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit De⁹ hominē ad imaginē ſuam, ad imaginē Dei creauit illum, maſculū & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eā, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quę mouentur ſuper terrā. Dixitq; Deus, Ecce dedi vobis oēm herbam afferentē ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna

quæ habẽt in ſemetipſis ſemen tem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendũ. Et factum eſt ita. Viditq; Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

Secundum Ioannẽ. Lectio.ij.

c.1.e ET hoc eſt teſtimoniũ Ioãnis, quãdo † miſerũt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confeſſus eſt, & nõ negauit. Et confeſſus eſt, Quia nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerũt eum? Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit, Non. Dixerũt ergo ei, Quis es, vt reſponſum demus his qui miſerũt nos? quid dicis de teipſo? Ait, Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam dñi ſicut dixit Iſaias ꝓpheta. Et q miſſi fuerãt, erãt ex Phariſæis. Et interrogauerũt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me vẽturus eſt, qui ante me fact⁹ eſt: cuius ego nõ ſum dignus, vt ſoluã eius corrigiam calceamẽti. Hęc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.] D

Altera die † vidit Ioãnes Ieſum venientẽ ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi, Poſt me venit vir qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebã eũ: ſed vt manifeſtetur in Iſrael: propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimoniũ perhibuit Ioãnes, dicẽs, Quia vidi ſpiritũ deſcendentẽ quaſi columbã de cœlo, & mãſit ſuper eum. Et ego neſciebã eum: ſed q miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ videris ſpiritũ deſcendentẽ & manentẽ ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi: & teſtimoniũ perhibui quia hic eſt filius Dei.]

℄ Feria.iij. ex Geneſi. Lectio.j.

IGitur pfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. c.2.a Cõpleuitq; Deus die ſeptimo op⁹ ſuũ qđ fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.] Et benedixit B diei ſeptimo, & ſanctificauit

illum:

illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus vt faceret. Iſtę ſunt generationes cœli & terrę, quãdo creatę ſunt, in die quo fecit dñs Deus cœlũ & terram, & omne virgultũ agri antequã oriretur in terra, omnemq; herbam regionis prius q̃ germinaret, nõ enim pluerat dñs Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram: ſed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiẽ terrę. Formauit igitur dñs Deus hominẽ de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ, & factus eſt homo in animã viuentem. Plantauerat autem dñs Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat, produxitq; dñs Deus de humo omne lignum pulchrũ viſu, & ad veſcendũ ſuaue, lignũ etiã vitę in medio paradiſi, lignumq; ſciẽtiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatᷣ de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit oẽm terrã Euilath, vbi naſcitur aurũ, & aurũ terrę illius optimũ eſt, ibiq; inuenitur bdellium: & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi, Gehon: ipſe eſt q circuit omnẽ terrã Æthiopiæ. Nomen vero fluminis tertij, Tigris: ipſe vadit contra Aſſirios. Fluuius autem quartꝰ, ipſe eſt Euphrates.

Secundum Ioãnem. Lectio. ij.

A† Ltera die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit, Ecce agnus Dei. Et audierunt eũ duo diſcipuli loquentẽ, & ſequuti ſunt Ieſum. Conuerſus aũt Ieſus, & vidẽs eos ſequentes ſe, dicit eis. Quid quęritis? Qui dixerũt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, magiſter) vbi habitas? Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt, & viderũt vbi maneret: & apud eum manſerunt die illa: hora autẽ erat quaſi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus q audierãt à Ioanne, & ſequuti fuerant eũ. Inuenit hic primũ fratrem ſuum Simonẽ, & dixit ei, Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatũ Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus aũt eum Ieſus, dixit tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In craſtinum voluit exire in Galilæam; & inuenit Philippum.

c. 1. e

Et

Et dicit ei Ieſus, Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreę & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophetę: inuenim⁹ Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Dicit ei Philippus, veni & vide. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe: & dicit de eo. Ecce vere Iſraelita in quo dolus nõ eſt. Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Prius q̃ te Philippus vocaret, cũ eſſes ſub ficu vidi te. Reſpondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dixit ei, Amen amen dico vobis, videbitis cœlũ apertum, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis.]

¶ Fer. iiij. ex Geneſi. Lectio. j.

ca. 2. TVlit ergo dñs Deus homi nem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum: præcepitq; ei, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autẽ ſcientię boni & mali ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoq; dñs Deus, Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolum, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Formatis igitur dñs De⁹ de humo cunctis animantibus terrę, & vniuerſis volatilib⁹ cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam animę viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitq; Adam nominib⁹ ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terrę: Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis ei⁹. Immiſit ergo dñs Deus ſoporẽ in Adam: Cumq; obdormiſſet: tulit vnã de coſtis eius, & repleuit carnẽ pro ea. Et ædificauit dñs Deus coſtam, quã tulerat de Adam, in mulierẽ: & adduxit eã ad Adã. Dixitq; Adam, Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, qm̃ de viro ſumpta eſt. Quã ob rem relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Erat autem vterq; nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & nõ erubeſcebant.

Secundum Ioãnem. Lectio. ij.

ET die tertia † nuptię factę c. 2. a
ſunt in Cana Galilææ: &

erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt
aũt & Ieſus, & diſcipuli eius ad
nuptias. Et deficiente vino di-
cit mater Ieſu ad eum, Vinum
non habent. Et dicit ei Ieſus,
Quid mihi & tibi eſt mulier?
nondũ venit hora mea. Dicit
mater ei⁹ miniſtris, Quodcũq;
dixerit vobis, facite. Erant aũt
ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ
ſecundũ purificationẽ Iudæo-
rum, capiẽtes ſingulę metretas
binas vel ternas. Dixit eis Ieſus,
Implete hydrias aqua. Et im-
pleuerunt eas vſq; ad ſummũ.
Et dicit eis Ieſus, Haurite nũc,
& ferte Architriclino. Et tule-
runt. Vt aũt guſtauit Architri-
clinus aquã vinũ factã; & non
ſciebat vnde eſſet, miniſtri aũt
ſciebãt qui hauſerant aquã: vo
cat ſponſum Architriclinus, &
dicit ei, Omnis homo primũ,
bonum vinum ponit: & cum
inebriati fuerint, tunc id quod
deterius eſt. Tu aũt ſeruaſti bo
num vinũ vſq; adhuc. Hoc fe-
cit initiũ ſignorũ Ieſus ĩ Cana
Galilææ: & manifeſtauit glo-
riam ſuã, & crediderũt in eum
B diſcipuli eius.] Poſt hęc deſcen
dit Capharnaum ipſe & mater
eius, & fratres eius, & diſcipuli
eius: & ibi manſerunt nõ mul-
C tis diebus. † Et prope erat Pa-
ſcha Iudæorũ, & aſcendit Ieſus
Ieroſolymã: & inuenit in tem-
plo vendentes oues & boues &
colũbas, & numularios ſeden-
tes. & cũ feciſſet quaſi flagellũ
de funiculis, oẽs eiecit de tem-
plo, oues quoq; & boues, & nu-
mulariorum effudit æs, & men
ſas ſubuertit. Et his q colũbas
vendebant, dixit, Auferte iſta
hinc: & nolite facere domũ pa-
tris mei domũ negociationis.
Recordati vero ſunt diſcipuli
eius, quia ſcriptũ eſt, zelus do-
mus tuę comedit me. Reſpõde
runt ergo Iudæi, & dixerunt ei,
Quod ſignũ oſtendis nobis qa
hęc facis? Reſpondit Ieſus, & di
xit eis, Soluite templum hoc, &
in tribus dieb⁹ excitabo illud.
Dixerunt ergo Iudæi. Quadra-
ginta & ſex annis ædificatũ eſt
templũ hoc, & tu ĩ trib⁹ diebus
excitabis illud? Ille aũt dicebat
de tẽplo corporis ſui. Cũ ergo
reſurrexiſſet à mortuis, recorda
ti ſunt diſcipuli eius qa hoc di
cebat, & crediderũt ſcripturę, &
ſermoni quẽ dixit Ieſus. Cum
aũt eſſet Ieroſolymis in paſcha
in die feſto, multi crediderunt
in noĩe eius, vidẽtes ſigna eius
quę faciebat. Ipſe aũt Ieſus nõ
credebat ſemetipſum eis: eo ꝙ
ipſe noſſet omnes: & quia opus
ei non

ei non erat vt quis teſtimoniū perhiberet de hoïe. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.]

❡ Feria v. ex Geneſi. Lectio j.

ca. 3. SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dñs Deus. Qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi? Cui reſpondit mulier, De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo, veſcimur: de fructu vero ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangerem' illud, ne forte moriamur. Dixit autē ſerpens ad mulierē: Nequaquā morte moriemini: ſcit enim Deus ꝙ in quocunq; die comederetis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. Vidit igitur mulier ꝙ bonum eſſet lignum ad veſcendū, & pulchrū oculis, aſpectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditq; viro ſuo, qui comedit. Et aperti ſūt oculi amborū: Cūq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, cōſuerūt folia ficus, & fecerūt ſibi perizomata. Et cum audiſſent vocem dñi Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie dñi Dei in medio ligni paradiſi. Vocauitq; dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait. Vocē tuam audiui in paradiſo: & timui, eo ꝙ nudus eſſem, & abſcōdi me. Cui dixit dñs, Quis enim indicauit tibi ꝙ nudus eſſes, niſi ꝙ ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? Dixitq; Adam, Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit dñs Deus ad mulierem. Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi.

Secundum Ioānem. Lectio ij.

ERat autē homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, c. 3. a princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei, Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cū eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Amen amē dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnū Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo naſci cū ſit ſenex? nunquid poteſt in ventrē matris ſuę iterato introire & renaſci? Reſpōdit Ieſus, Amen amē dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu

ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnũ Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris qa dixi tibi, Oportet vos naſci denuo. Spirit⁹ vbi vult ſpirat: & vocẽ eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hęc fieri? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, & hęc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidim⁹ teſtamur, & teſtimoniũ noſtrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis: quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cœlũ niſi qui deſcẽdit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filiũ hominis: vt omnis q credit in ipſo non pereat, ſed habeat
B vitã æternã.] † Sic enim Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternã. Non enim miſit Deus filiũ ſuum in mundum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui aũt non credit, iam iudicatus eſt: quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt aũt iudicium: quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem: erãt enim eorũ mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucẽ: & non venit ad lucẽ, vt nõ arguãtur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem: vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.]

¶ Feria ſexta ex Geneſi. Lcõ. j.

ET ait dñs Deus ad ſerpentem, Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animãtia & beſtias terræ: ſup pectus tuum gradieris, & terrã comedes cunctis diebus vitę tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuũ & ſemen illius: ipſa conteret caput tuũ, & tu inſidiaberis calcaneo ei⁹. Mulieri quoq; dixit, Multiplicabo ęrumnas tuas, & cõceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ vero dixit, Quia audiſti vocẽ vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laborib⁹ comedes ex ea cun-

ctis

ctis diebus vitę tuę, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et vocauit Adam nomen vxoris ſuę, Eua: eo ꝙ mater eſſet cunctorum viuentium. Fecit quoq; dñs deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce, Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonũ & malũ, nunc ergo ne forte mittat manum ſuã, & ſumat etiam de ligno vitæ & comedat, vt viuat in ęternum. Et emiſit eum dñs Deus de paradiſo voluptatis vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt. Eiecitq; Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium atq; verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

Secundum Ioannem. Lcõ. ij.

Io. 3. Poſt hęc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudęam terrã: & illic morabatur cũ eis & baptizabat. Erat autẽ & Ioannes baptizãs in Ænon iuxta Salin: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur. Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem. Facta eſt autẽ quęſtio ex diſcipulis Ioannis cũ Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannẽ, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimoniũ perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Reſpõdit Ioãnes, & dixit: Non poteſt homo accipere qcquã, niſi fuerit ei datũ de cœlo. Ipſi vos mihi teſtimoniũ perhibetis ꝙ dixerim, Non ſum ego Chriſtus: ſed quia miſſus ſum ante illum. Qui habet ſpõſam, ſponſus eſt: amicus autẽ ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudiũ meũ impletum eſt. Illũ oportet creſcere: me aũt minui. Qui de ſurſum venit, ſuper oẽs eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur: & teſtimoniũ eius nemo accipit. Qui autem accepit eius teſtimonium, ſignauit, quia Deus verax eſt. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur, nõ enim ad menſurã dat Deus ſpm̃. Pater diligit filiũ: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filiũ, habet vitã ęternã: qui aũt incredulus eſt filio, non videbit vitam,

ſed ira Dei manet ſuper eum.

ca.4. Vt ergo cognouit Ieſus quia audierũt Phariſæi ꝙ Ieſus plures diſcipulos facit, & baptizat q̃ Ioannes (quanquã Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæã, oportebat autem eũ tranſire per Samariam.

¶ Sabbato, ex Geneſi Lectio.j.

ca.4. ADam vero cognouit vxorem ſuã Euam, quæ concepit & peperit Cain, dicens. Poſſedi hominem per Deum. Rurſumq; peperit fratrem ei⁹ Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola. Factũ eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terrę munera dño. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorũ: & reſpexit dñs ad Abel, & ad munera ei⁹. Ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit: Iratusq; eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitq; dñs ad eũ, Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nõne ſi bene egeris, recipies? ſi autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi⁹. Dixitq; Cain ad Abel fratrem ſuũ: Egrediamur foras. Cũq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eũ, Et ait dñs ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpõdit, Neſcio: Nũquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitq; ad eum, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terrã: quæ aperuit os ſuũ, & ſuſcepit ſanguinẽ fratris tui de manu tua. Cũ operatus fueris eam nõ dabit fructus ſuos: vagus & profugus eris ſup terram. Dixitq; Cain ad dominũ, Maior eſt iniquitas mea, q̃ vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus ĩ terra: Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitq; ei dñs, Nequaquã ita fiet: ſed oĩs qui occiderit Cain, ſeptuplũ puniet. Poſuitq; dñs in Cain ſignũ, vt non interficeret eũ omnis qui inueniſſet eũ.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

VEnit ergo in ciuitatem Samariæ q̃ dicit Sichar: iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autẽ ibi fons Iacob. Ieſus autẽ fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontẽ. Hora autẽ erat quaſi ſexta. Venit autem mulier de c.4.b

Samaria haurire aquam. Dixit ei Ieſus, Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæ⁹ quum ſis bibere à me poſcis, quę ſum mulier Samaritana? Nō enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Reſpōdit Ieſus, & dixit ei, Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forſitā petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam Dicit ei mulier, Dn̄e, neq; in quo haurias habes, & puteus altus eſt: vnde ergo habes aquā viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteū, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō ſitiet in æternū, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam æternā. Dicit ad eum mulier, Dn̄e, da mihi hanc aquā: vt nō ſitiam, neq; veniā huc haurire, Dicit ei Ieſus, Vade, voca virū tuū, & veni huc, Reſpondit mulier, & dixit. Nō habeo virum. Dicit ei Ieſus, bn̄ dixiſti, Quia non habeo virū. Quinq; enim viros habuiſti: & nunc quē habes, nō eſt tu⁹ vir. hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier, Dn̄e, video quia propheta es tu. Patres noſtri in mōte hoc adorauerūt: & vos dicitis quia Ieroſolymis eſt loc⁹ vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus, Mulier, crede mihi, qa veniet hora qn̄ neq; in monte hoc, neq; in Ieroſolymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoram⁹ quod ſcimus: qa ſalus ex Iudæis eſt Sed venit hora & nūc eſt, quādo veri adoratores adorabunt patrē in ſpū & veritate, nā & Pater tales quęrit, q adorēt eū. Spiritus eſt Deus: & eos q adorāt eum, in ſpū & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: cū ergo venerit, ille annuntiabit nobis oīa. Dicit ei Ieſus, Ego ſum q loquor tecū. Et cōtinuo venerūt diſcipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamē dixit, Quid q̄ris, aut qd loqueris cū ea? Reliquit ergo hydriā ſuam mulier, & abijt in ciuitatē, & dixit illis hominib⁹, Venite, & videte hominem qui dixit mihi omnia quęcunq; feci, nūquid ipſe eſt Chriſtus? Exierūt ergo de ciuitate, & veniebant ad eū

¶ Dominica in Sexageſima, ex Geneſi. Lectio prima.

Ca.4. EGreſſusq; Cain a facie dñi habitauit profug⁹ in terra ad orientalem plagã Edẽ. Cognouit aũt Cain vxorẽ ſuã, quæ cõcepit & peperit Enoch: & ędificauit ciuitatẽ, vocauitq; nomen eius, & ex nomine filij ſui, Enoch. Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael, & Mauiael gẽuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech: qui accepit duas vxores, nomẽ vni Ada, & nomẽ alteri Sella. Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantiũ in tentorijs atq; paſtorũ: & nomen fratris eius Iubal, ipſe fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoq; gẽuit Tubal Cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror vero Tubal Cain, Noema. Dixitq; Lamech vxorib⁹ ſuis Adæ & Sellæ, auditę vocẽ meã vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: qm̃ occidi virũ in vulnus meũ, & adoleſcentulũ in liuorem meũ, ſeptuplũ vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Cognouit quoq; adhuc Adam vxorẽ ſuã: & peperit filium, vocauitq; nomẽ ei⁹ Seth, dicẽs, Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth nat⁹ eſt fili⁹, quẽ vocauit Enos, iſte cœpit inuocare nomẽ dñi.

Secundum Ioãnem. Lectio .ij.

INterea rogabant eum diſci- c.4.c
puli, dicentes, Rabbi, manduca. Ille autẽ dixit eis, Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis. Dicebãt ergo diſcipuli adinuicẽ, Nũquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Ieſus, Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me: vt perficiã opus eius. Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor mẽſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros: & videte regiones quia albę ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedẽ accipit, & congregat fructũ in vitã æternã: vt & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit. In hoc enim eſt verbum verũ: quia alius eſt q ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere quod vos nõ laboraſtis, alij laborauerunt: & vos in labores eorũ introiſtis. Ex ciuitate autẽ illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimoniũ perhibẽtis, Quia dixit

mihi

mihi omnia quęcunq; feci. Cũ veniſſent ergo ad illũ Samaritani, rogauerũt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt propter ſermonẽ eius. Et mulieri dicebãt, Quia iam nõ propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuim⁹, & ſcimus quia
D hic eſt vere ſaluator mundi.] Poſt duos aũt dies exijt inde, & abijt in Galilæam. Ipſe enim Ieſus teſtimoniũ perhibuit q̃a propheta in ſua patria honorẽ non habet. Cũ ergo veniſſet in Galilæã, exceperũt eũ Galilæi, cum omnia vidiſſent quę fecerat Ieroſolymis in die feſto: & ipſi enim venerãt ad diẽ feſtũ. Venit ergo iterũ in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.
E † Et erat quidã regulus, cuius fili⁹ infirmabatur Capharnaũ. Hic cũ audiſſet q̃a Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæã, abijt ad eũ: & rogabat eum vt deſcẽderet & ſanaret filiũ eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eũ, Niſi ſigna & prodigia videritis, nõ creditis. Dicit ad eum regulus, Dñe, deſcende prius q̃ moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus, & ibat. Iam autẽ eo deſcendẽte, ſerui occurrerunt ei: & nuntiauerũt dicentes, q̃a filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua meli⁹ habuerat. Et dixerũt ei, Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus, Filius tuus viuit. Et credidit ipſe & domus eius tota.] Hoc iterum ſe- F
cundum ſignũ fecit Ieſus, cum veniſſet à Iudæa in Galilæam.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tpe, dixit, Ieſus turbis ca. 8
ſimilitudinẽ hanc, Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuũ. Et rel. Hom. ſctĩ Grego papæ.

Lectio ſancti Euangelij, quam modo fratres chariſſimi audiſtis, expoſitione nõ indiget, ſed admonitione. Quã enim per ſemetipſum veritas expoſuit, hanc diſcutere humana fragilitas nõ præſumit. Sed eſt q̃ ſolicite in hac ipſa expoſitione dñica penſare debemus. Quia ſi nos vobis, ſemen verbũ, agrũ mundum, volucres dæmonia, ſpinas diuitias ſignificare diceremus, ad credẽdũ nobis mens forſitan veſtra dubitaret. Vnde & idem dñs per ſemetipſum dignatus eſt exponere quod dicebat, vt ſciatis rerum ſignificationes

tiones quęrere in his etiã quæ per ſemetipſum noluit explanare. Exponẽdo ergo quod dixit, figurate ſe loqui innotuit. quatenus certos vos redderet: cum vobis noſtra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnquã crederet, ſi ſpinas diuitias interpretari voluiſſem: maxime quũ illę pungãt, iſtę delectẽt? Et tamen ſpinę ſunt: quia cogitationum ſuarũ punctione mẽtes lacerãt: & cũ vſq; ad pctm̃ pertrahunt, quaſi inflicto vulnere cruẽtãt. Quas bene in loco alio (euãgeliſta atteſtante) nequaquã dñs diuitias, ſed fallaces diuitias appellat. Miſerere. 50. Oratio.

Deus, qui cõſpicis, quia ex nulla noſtra actione cõfidimus: cõcede propiti⁹, vt cõtra aduerſa omnia, doctoris gẽtiũ ꝓtectione muniamur. Per do.

¶ Feria. ij. ex Geneſi. Lectio. j.

ca. 5. Hic eſt liber generationis Adam: in die qua creauit Deus hominẽ, ad ſimilitudinẽ Dei fecit illum. Maſculum & fœminã creauit eos: & benedixit illis, & vocauit nomen eorũ Adam in die quo creati ſunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit filiũ ad ſimilitudinẽ & imaginẽ ſuam, vocauitq; nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam poſtquã genuit Seth, octingenti anni: genuitq; filios & filias. Et factũ eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt. Vixit quoq; Seth centũ quinq; annis & genuit Enos. Vixitq; Seth poſtq̃ genuit Enos, octingentis ſeptẽ annis, genuitq; filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorũ duodecim annorum, & mortuus eſt. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Poſt cuius ortum vixit octingẽtis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factiq; ſunt oẽs dies Enos nongẽti quinq; anni, & mortuus eſt. Vixit quoq; Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquã genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitq; filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decẽ anni, & mortu⁹ eſt. Vixit autẽ Malaleel ſexagintaquinque annis & genuit Iared. Et vixit Malaleel poſtquã genuit Iared, octingẽtis triginta annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt oẽs dies Malaleel octingenti nonagintaqnq; anni, & mortu⁹ eſt.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

c.5.a POſt hæc erat dies feſtus Iudæorũ: & aſcendit Ieſus Ieroſolymã. Eſt autẽ Ieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatᷣ Hebraice Betheſda, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorũ, claudorũ, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autẽ dñi deſcendebat ſecundũ tempus in piſcinam. & mouebatur aqua. Et qui primus deſcendiſſet in piſcinã poſt motionẽ aquæ, ſanus fiebat à quacũq; detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo ibi triginta & octo annos habẽs ĩ infirmitate ſua. Hunc cũ vidiſſet Ieſus iacentẽ, & cognouiſſet quia iam multũ

b.
tempus haberet, dicit ei, Vis ſanus fieri? Reſpõdit ei languid⁹, Dñe, hominẽ non habeo, vt cũ turbata fuerit aqua mittat me in piſcinã: dũ venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus, Surge, tolle grabatum tuũ & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatũ ſuum, & ambulabat. Erat aũt ſabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi, illi qui ſanatus fuerat, ſabbatum eſt, nõ licet tibi tollere grabatũ tuum. Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatũ tuũ, & ambula. Interrogauerũt ergo eũ, Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuũ, & ambula? Is aũt qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eũ Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: & nuntiauit Iudæis, quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.] Propterea perſe B
quebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato. Ieſus autẽ reſpondit eis: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebãt eũ Iudæi interficere: quia nõ ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrẽ ſuum dicebat Deum, æqualẽ ſe faciens Deo. Reſpondit itaq; Ieſus, & dixit eis: Amen amen dico vobis, nõ poteſt fili⁹ à ſe facere quicquã, niſi quod viderit patrẽ facientẽ: quæcunq; enim ille facit, hæc & fili⁹ ſimiliter facit. Pater enim diligit filiũ, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit, & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim pater

ter ſuſcitat mortuos & viuifi-
cat: ſic & filius quos vult, viui-
ficat. Neq; enim pater iudicat
quenquã: ſed omne iudicium
dedit filio, vt oẽs honorificent
filiũ, ſicut honorificant patrẽ,
qui nõ honorificat filiũ, nõ ho
norificat patrẽ qui miſit illũ.
Amen amen dico vobis, quia
qui verbũ meum audit, & cre-
dit ei qui miſit me, habet vitã
æternam, & in iudiciũ non ve
nit: ſed trãſiet à morte in vitã.

¶ Feria. iij ex Geneſi. Lectio. j.

ca. 5. VIxitq; Iared centũ ſexa-
ginta duobus annis, & ge
nuit Enoch, & vixit Iared poſt-
quã genuit Enoch octingentis
annis & genuit filios & filias.
Et facti ſunt omnes dies Iared
nongenti ſexaginta duo anni,
& mortuus eſt. Porro Enoch vi
xit ſexagintaquinque annis, &
genuit Mathuſalam. Et ambu
lauit Enoch cum Deo: & vixit
Enoch poſtquã genuit Mathu
ſalam, trecẽtis annis, & genuit
filios & filias. Et facti ſunt om-
nes dies Enoch trecẽti ſexagin-
taquinque anni, ambulauitq;
cum Deo, & nõ apparuit: quia
tulit eum Deus. Vixit quoque
Mathuſala centum octoginta
ſeptẽ annis, & genuit Lamech.
Et vixit Mathuſala poſtq̃ ge-
nuit Lamech, ſeptingẽtis octo-
gintaduobus annis, & genuit
filios & filias. Et facti ſunt om-
nes dies Mathuſalæ nongentĩ
ſexagintanouem anni, & mor-
tuus eſt. Vixit autem Lamech
centũ octoginta duob' annis,
& genuit filiũ: vocauitq; nomẽ
eius Noe, dicens: Iſte cõſolabi-
tur nos ab operib' & laboribus
manuũ noſtrarum in terra cui
maledixit dñs. Vixitq; Lamech
poſtquã genuit Noe, quingen
tis nonagintaquinque annis, &
genuit filios & filias. Et facti
ſunt oẽs dies Lamech, ſeptin-
gẽti ſeptuaginta ſeptẽ anni, &
mortuus eſt. † Noe vero cum G
quingẽtorum eſſet annorum,
genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Secundum Ioãnem. Lectio ij.

A† Men amen dico vobis, c. 5. d
quia venit hora & nunc
eſt, quando mortui audient võ
cem filij Dei, & qui audierint,
viuent. Sicut enim pater habet
vitam in ſemetipſo: ſic dedit &
filio habere vitã in ſemetipſo,
& poteſtatẽ dedit ei iudicium
facere, quia filius hominis eſt.
Nolite mirari hoc: quia venit
hora in qua oẽs qui in monu-
mentis ſunt, audient vocẽ filij
Dei, & procedent qui bona fe-
cerunt, in reſurrectionem vitę:

qui vero mala egerũt, in reſur-
E rectionẽ iudicij] Non poſſum
ego à meipſo facere quicquã.
Sicut audio, iudico: & iudiciũ
meũ iuſtũ eſt, quia non quęro
voluntatẽ meã, ſed voluntatẽ
eius qui miſit me. Si ego teſti-
monium perhibeo de meipſo,
teſtimoniũ meũ non eſt verũ.
Alius eſt qui teſtimoniũ perhi
bet de me: & ſcio quia verũ eſt
teſtimoniũ eius quod perhibet
de me. Vos miſiſtis ad Ioannẽ:
& teſtimoniũ perhibuit verita-
ti. Ego aũt non ab homine te-
ſtimoniũ accipio: ſed hęc dico,
vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucer-
na ardens & lucens. Vos autem
voluiſtis ad horam exultare in
luce eius. Ego aũt habeo teſti-
moniũ maius Ioannis. Opera
enim quæ dedit mihi pater vt
perficiã ea: ipſa opera, quę ego
facio, teſtimoniũ perhibent de
me, quia pater miſit me: & qui
miſit me pater, ipſe teſtimoniũ
perhibuit de me: neq; vocẽ ei⁹
vnquã audiſtis, neq; ſpeciem
C eius vidiſtis, & verbũ eius non
habetis in vobis manens: quia
quẽ miſit ille, huic vos non cre
ditis. Scrutamini ſcripturas: qa
vos putatis in ipſis vitã ęternã
habere. Et illę ſunt, quæ teſti-
moniũ perhibent de me: & nõ
vultis venire ad me vt vitã ha-
beatis. Claritatem ab homini-
bus non accipio. Sed cognoui
vos, quia dilectionem Dei non
habetis in vobis. Ego veni in
nomine patris mei, & nõ acce-
piſtis me. ſi alius venerit in no-
mine ſuo, illũ accipietis. Quo-
modo vos poteſtis credere, qui
gloriã ab inuicem accipitis: &
gloriã quæ à ſolo Deo eſt, non
quęritis? Nolite putare, qa ego
accuſatur⁹ ſum vos apud patrẽ,
eſt qui accuſat vos, Moyſes, in
quo vos ſperatis. Si enim crede-
retis Moyſi, crederetis forſitã &
mihi: de me enim ille ſcripſit.
Si autem illius literis nõ credi-
tis: quõ verbis meis credetis?

℄ Feria.iiij. ex Geneſi. Lectio.j.

CVmq; cępiſſent homines c.6.a
multiplicari ſuper terrã,
& filias procreaſſent, videntes
filij Dei filias hominũ ꝙ eſſent
pulchræ, acceperũt ſibi vxores
ex omnibus quas elegerant.
Dixitq; dñs, nõ permanebit ſpi
ritus me⁹ in homine in ęternũ,
quia caro eſt: erũtq; dies illius
centũ viginti annorũ. Gigan-
tes aũt erant ſuper terrã in die-
bus illis: poſtquã enim ingreſſi
ſunt filij Dei ad filias hominũ,
illęq; genuerũt, iſti ſunt poten-
tes à ſeculo viri famoſi. Videns
autem

autẽ Deus ꝙ multa malitia hominũ eſſet in terra, & cũcta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omni tempore, pœnituit eũ ꝙ hominẽ feciſſet in terra: Et præcauẽs in futurũ, & tactus dolore cordis intrinſecus Delebo, inquit, hominẽ quẽ creaui à facie terrę, ab homine vſq; ad animãtia, à repuli vſq; ad volucres cœli, pœnitet enim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiã corã Deo. Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſt⁹ atq; perfect⁹ fuit in generationibus ſuis, cũ Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta eſt autẽ terra corã Deo, & repleta eſt iniquitate.] Secundũ Ioannẽ. Lcõ. ij.

c. 6. a P† Oſt hæc abijt Ieſus trans mare Galileę, quod eſt Tyberiadis: & ſequebatur eũ multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſup his qui infirmabantur. Subijt ergo in montẽ Ieſus: & ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis. Erat autẽ proximũ Paſcha, dies feſtus Iudæorum. Cũ ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippũ, Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat tentans eum, ipſe enim ſciebat qd eſſet facturus. Reſpõdit ei Philippus: Ducentorũ denariorũ panes nõ ſufficiũt eis, vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri, Eſt puer vn⁹ hic, qui habet quinq; panes ordeaceos & duos piſces: ſed hęc qd ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus, Facite homines diſcũbere. Erat autẽ fœnũ multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinq; millia. Accepit ergo Ieſus panes: & cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus: ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. Vt aũt impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite quę ſuperauerũt fragmenta, ne pereant. Collegerũt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmẽtorũ ex qnq; panib⁹ ordeaceis quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cũ vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignũ, dicebant, Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mũdũ:] B Ieſus ergo cũ cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum & facerẽt eum regem, fugit iterum in montẽ ipſe ſolus. Vt autem ſero factũ eſt, deſcenderũt diſcipuli eius ad mare. Et cum aſcen-

aſcendiſſent nauim venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebrę iam factę erant, & non venerat ad eos Ieſus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quinq; aut triginta, vident Ieſum ambulantẽ ſupra mare, & proximũ naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis, Ego ſum, nolite timere. Voluerũt ergo accipere eum in nauim: & ſtatim nauis fuit ad terram in quam ibant. Altera die, turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, niſi vna, & quia nõ introiſſet cũ diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiijſſent, aliæ vero ſuperuenerũt naues à Tiberiade iuxta locũ vbi manducauerant panẽ gratias agẽtes Deo.

¶ Feria. v. ex Geneſi. Lectio. j.

c.6.b Cumq; vidiſſet Deus terrã eſſe corruptã (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terrã) dixit ad Noe, Finis vniuerſę carnis venit corã me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lęuigatis: mãſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſec⁹. Et ſic facies eam, Trecentorũ cubitorum erit longitudo arcę, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtrã in arca facies, & in cubito cõſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcę pones ex latere deorſum, cœnacula & triſtega facies in ea. Ecce ego adducã aquas diluuij ſuper terrã, vt interficiã omnẽ carnem in qua ſpiritus vitę eſt ſubter cœlũ, & vniuerſa quæ in terra ſunt, cõſumẽtur. Ponãq; fœdus meũ tecũ: & ingredieris arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorũ tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſę carnis bina induces in arcam, vt viuant tecũ, maſculini ſexus & fœminini. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundũ genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecũ, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecũ ex oĩb⁹ eſcis quę mãdi poſſunt, & cõportabis apud te: & erũt tam tibi, q̃ illis in cibũ. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

Secundum Ioãnem. Lectio. ij.

Cum ergo vidiſſet turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neq; diſcipuli eius, aſcenderũt ca. 6.

in

in nauiculas, & venerunt Capharnaum quęrentes Ieſum. Et cum inueniſſent eum trans mare, dixerũt ei, Rabbi quãdo huc veniſti? Reſpõdit eis Ieſus, & dixit, Amen amen dico vobis, quęritis me, non quia vidiſtis ſigna. ſed quia mãducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.

Operamini nõ cibũ qui perit, ſed qui pmanet in vitã ęternã, quẽ filius hominis dabit vobis hũc enim pater ſignauit Deus. Dixerunt ergo ad eũ, Quid faciem⁹ vt operemur opera Dei? Reſpõdit Ieſus, & dixit eis, Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eũ quẽ miſit ille. Dixerũt ergo ei, Quod ergo tu facis ſignũ, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres noſtri manducauerũt mãna in deſerto, ſicut ſcriptũ eſt, panẽ de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Ieſus Amen amen dico vobis, nõ Moyſes dedit vobis panẽ de cœlo, ſed pater meus dat vobis panẽ de cœlo verũ. Panis enim verus eſt qui de cœlo deſcẽdit, & dat vitã mundo. Dixerũt ergo ad eum, Dñe, ſemper da nobis panem hunc. Dixit autẽ eis Ieſus, Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non creditis. C

† Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam foras, quia deſcendi de cœlo, nõ vt faciam voluntatẽ meã: ſed voluntatẽ eius q miſit me. Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me, patris: vt omne quod dedit mihi nõ perdã ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc eſt aũt volũtas patris mei q miſit me: vt omnis qui videt filiũ, & credit in eum, habeat vitã ęternam, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.] Murmurabãt ergo Iudæi de illo, qa dixiſſet, Ego ſum panis viuus q de cœlo deſcendi: & dicebãt, Nonne hic eſt filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cœlo deſcendi? Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis, Nolite murmurare in inuicẽ: † nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eũ, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo, hic vidit patrem.

¶ Feria

¶ Feria ſexta ex Geneſi. Lcõ.j.

c.7.a Dixitq; dñs ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcã: te enim vidi iuſtũ coram me in generatione hac. Ex omnibus animantib⁹ mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculũ & fœminam: de animantibus vero immundis duo & duo, maſculũ & fœminam. Sed & de volatilibus cœli ſeptena & ſeptena, maſculũ & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſę terrę. Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluã ſuper terrã quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctib⁹: & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terræ. Fecit ergo Noe omnia q̃ mandauerat ei dñs. Eratq; ſexcentorum annorũ quando diluuij aquę inundauerũt ſuper terrã. Et ingreſſus eſt Noe, & filij ei⁹, vxor eius & vxores filiorũ eius cum eo in arcã, propter aquas diluuij. De animãtibus quoq; mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur ſuper terram, duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcã, maſculus & fœmina, ſicut præceperat Deus Noe. Cumq; trãſiſſent ſeptẽ dies, aquę diluuij inundauerũt ſuper terrã. Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die mẽſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę, & cataractę cœli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

Amen amẽ dico vobis, qui credit in me, habet vitã æternam. Ego ſum panis vitę. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcendẽs: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in ęternũ: & panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.] Litigabãt ergo Iudæi adinuicem dicẽtes, Quomodo põt hic nobis carnem ſuã dare ad mãducandũ? Dixit ergo eis Ieſus, Amen amẽ dico vobis, niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã carnem & bibit meũ ſanguinẽ, habet vitã æternã, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die † Caro enim mea, vere eſt cibus: & ſanguis meus, vere eſt potus: qui mãducat meam

Margin (right): c.6.g … H … I

carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet,& ego ī illo. Sicut miſit me viuens pater,& ego viuo propter patrē: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat
K hunc panē, viuet in ęternum.] Hæc dixit in ſynagoga docens in Capharnaū. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo,& qs poteſt eum audire? Sciens autē Ieſus apud ſemetipſum quia murmurarent de hoc diſcipuli eius,dixit eis, Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filiū hominis aſcēdentē vbi erat prius? Spiritus eſt qui viuificat: caro nō prodeſt quicquā: verba quę ego loquutus ſum vobis, ſpūs & vita ſunt. Sed ſunt quidā ex vobis qui nō credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent credentes,& qs traditurus eſſet eum. Et dicebat,Propterea dixi vobis,quia nemo poteſt venire ad me,niſi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi diſcipulorū eius abierunt retro:& iam nō cū illo ambulabāt. Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Nunqd & vos vultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus, Dñe, ad quē ibimus? verba vitę ęternæ habes,& nos credim⁹ & cognouimus qa tu es Chriſtus filius Dei. Reſpōdit eis Ieſus, Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vn⁹ diabolus eſt? Dicebat aūt de Iuda Simonis Iſcariote: hic enim erat traditurus eum, cum eſſet vnus ex duodecim.

¶ Sabbato,ex Geneſi. Lectio. j.

IN articulo diei illius ingreſſus eſt Noe & Sem, & Chā, & Iapheth filij eius: & vxor illius,& tres vxores filiorum eius cum eis in arcam:ipſi & omne animal ſecundū genus ſuū,vniuerſaq; iumēta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terrā in genere ſuo,cunctumq; volatile ſecundū genus ſuum, vniuerſæ aues, omneſq; volucres ingreſſę ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat ſpūs vitę. Et quę ingreſſa ſunt,maſcul⁹ & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut pręceperat ei Deus: & incluſit eū dñs de foris. Factumq; eſt diluuiū quadraginta dieb⁹ ſup terrā: & multiplicatę ſunt aquæ,& eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in ſuperficie terrę: c.7.b

porro

porro arca ferebat ſup aquas.
Et aquę præualuerũt nimis ſu
per terrã: opertiq; ſunt oẽs mõ
tes excelſi ſub vniuerſo cœlo.
Quindecim cubitis altior fuit
aqua ſup montes quos operue
rat Conſumptaq; eſt omnis ca
ro quę mouebatur ſuper terrã,
volucrũ, animantiũ, beſtiarũ,
omniũq; reptiliũ quæ reptant
ſup terrã. Vniuerſi homines &
cuncta in quibus ſpiraculum
vitæ eſt in terra mortua ſunt.
Et deleuit oẽm ſubſtantiã quæ
erat ſup terrã, ab homine vſq;
ad pecus, tam reptile, q̃ volu-
cres cœli, & deleta ſunt de ter
ra: remanſit autem ſolus Noe
& qui cum eo erant, in arca.
Obtinueruntq; aquæ terram
centum quinquaginta diebus.

Lectio ij.

c.7.a POſt hęc autẽ † ambulabat
Ieſus in Galilæã: nõ enim
volebat in Iudęa ambulare: qa
quęrebãt eũ Iudæi interficere.
Erat autem in proximo dies fe
ſtus Iudæorum, Scenopegia.
Dixerunt autem ad eum fra-
tres eius, Tranſi hinc, & vade
in Iudæam, vt & diſcipuli tui
videant opera tua quæ facis.
Nemo quippe in occulto quid
facit: & quęrit ipſe in palam
eſſe: ſi hæc facis, manifeſta te
ipſum mundo. Neque enim
fratres eius credebant in eum.
Dixit ergo eis Ieſus, Tempus
meum nõdũ aduenit: tempus
autẽ veſtrũ ſemper eſt paratũ.
Non poteſt mũdus odiſſe vos,
me aũt odit: quia ego teſtimo-
nium perhibeo de illo, ꝙ opera
eius mala ſunt. Vos aſcendite
ad diem feſtũ hunc. ego enim
nõ aſcendã ad diem feſtũ iſtũ:
quia meũ tempus nondum im
pletum eſt. Hæc cum dixiſſet,
ipſe manſit in Galilæa. Vt autẽ
aſcenderũt fratres eius, tunc &
ipſe aſcendit ad diem feſtũ nõ
manifeſte, ſed quaſi in occul-
to. Iudæi ergo quęrebant eũ in
die feſto, & dicebãt, Vbi eſt ille?
Et murmur multũ erat in tur-
ba de eo. Quidã enim dicebãt,
Quia bonus eſt. Alij aũt dice-
bant, Non, ſed ſeducit turbas.
Nemo tamen palã loquebatur
de illo, propter metũ Iudęorũ.]
† Iam autẽ die feſto mediante, b
aſcendit Ieſus in templum, &
docebat. Et mirabantur Iudæi,
dicentes, Quomodo hic literas
ſcit, quum nõ didicerit? Reſpõ-
dit eis Ieſus, & dixit, Mea do-
ctrina, nõ eſt mea, ſed eius qui
miſit me. Si quis voluerit vo-
luntatẽ eius facere: cognoſcet
de doctrina, vtrum ex Deo ſit,

an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriã propriã quęrit, qui aũt quęrit gloriã eius qui miſit eũ, hic verax eſt: & iniuſtitia in illo non eſt. Nonne Moyſes dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quęritis interficere? Reſpondit turba, & dixit. Dęmoniũ habes: quis te quęrit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Vnũ opus feci: & oẽs miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionẽ: non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in Sabbato circunciditis hominẽ. Si circunciſionẽ accipit homo in Sabbato vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini quia totũ hominem ſanum feci in Sabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate.

¶ Dominica in Quinquageſima ex Geneſi. Lectio prima.

c.8.a Recordatꝰ autem Deus Noe cunctorũq; animantium & omniũ iumentorũ quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritũ ſuper terrã, & imminutę ſunt aquę. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohibitę ſunt pluuię de cœlo. Reuerſæq; ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperũt minui poſt centũ quinquaginta dies. Requieuitq; arca menſe ſeptimo, vigeſimoſeptimo die menſis ſup montes Armeniæ. At vero aquæ ibant & decreſcebãt vſq; ad decimũ menſem, Decimo enim menſe, prima die mẽſis apparuerũt cacumina mõtiũ. Cumq; trãſiſſent quadraginta dies, aperiẽs Noe feneſtrã arcæ quam fecerat, dimiſit coruum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquę ſuper terram. Emiſit quoq; columbam poſt eũ, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terrę. Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam: aquę enim erãt ſuper vniuerſam terram: extenditq; manũ ſuam, & apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbã ex arca. At illa venit ad eũ ad veſperã, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe ꝙ ceſſaſſent aquæ ſuper terram: Expectauitq; nihilominꝰ ſeptem alios dies: & emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltra ad eum. a

Secundũm Ioãñem. Lectio ij.

a.7.c DIcebant ergo quidam ex Ieroſolymitanis. Nonne hic eſt quẽ quęrũt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicũt. Nunquid vere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus? Sed hũc ſcimus vnde ſit. Chriſtus autẽ cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens, Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis: & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quẽ vos neſcitis. Ego ſcio eum: & ſi dixero quia neſcio eũ, ero ſimilis vobis mẽdax, ſed ſcio eũ: quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Quęrebant ergo eũ apprehendere: & nemo miſit in illũ manus quia nondũ venerat hora eius. De turba aũt multi credi-

D derunt in eũ.] & dicebãt, Chriſtus, cũ venerit, nunquid plura ſigna faciet q̃ quæ hic facit? Audierũt Phariſæi turbã mur-

E murantẽ de illo, hæc: & † miſerunt principes & Phariſæi miniſtros vt apprehẽderẽt Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum qui me miſit. Quęretis me, & nõ inuenietis: & vbi ego ſum, vos nõ poteſtis venire. Dixerũt ergo Iudæi ad ſemetipſos, Quo hic iturus eſt, quia nõ inueniemus eũ? nunquid in diſpertionẽ gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quẽ dixit, Quęretis me, & nõ inuenietis: & vbi ſum ego, vos nõ poteſtis venire? In nouiſſimo autẽ die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus: & clamabat, dicens, Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquę viuę. Hoc aũt dixit de ſpiritu quẽ accepturi erãt creden-

tes in eum,] nondũ enim erat F ſpiritus datus: qa Ieſus nondũ erat glorificatus. Ex illa ergo turba cũ audiſſent hos ſermones eius, dicebant. Hic eſt vere propheta. Alij dicebant, Hic eſt Chriſtus. Quidam aũt dicebant, Nunquid à Galilęa venit Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethlehẽ caſtello vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Diſſenſio itaq; facta eſt in turba propter eum. Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eũ: ſed nemo miſit ſuper eum manus.

Secundum Lucam. Lectio iiij.

IN illo tempore, aſſumpſit Ie- c.18. ſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis, Ecce aſcẽ-

dim⁹ Ieroſolymã, & cõſummabunt omnia, quæ ſcripta ſunt per ꝓphetas de filio hominis.

Et reſ. Hom. ſcti Gregorij papæ.

Redemptor noſter præuidens ex paſſione ſua diſcipulorum animos perturbandos: eis longe ante eiuſdẽ paſſionis pœnã, & reſurrectionis ſuæ gloriã prędicit, vt dum eum morientem (ſicut prædictum eſt) cernerẽt, etiam reſurrecturũ nõ dubitarent. Sed quia carnales adhuc diſcipuli nullo modo valebant capere verba myſterij: venitur ad miraculũ. Ante eorũ oculos cæcus lumen recipit, vt qui cœleſtis myſterij verba non caperent: eos ad fidem cœleſtia facta ſolidarent. Sed miracula dñi & ſaluatoris noſtri ſic accipienda ſunt, fratres mei, vt & in veritate credantur facta, & tamen per ſignificationẽ nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud oſtendũt, & per myſteriũ aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta hiſtoriam cæcus iſte fuerit ignoramus: ſed tamen per myſteriũ quid ſignificet nouim⁹. Cæcus quippe eſt genus humanum, quod in parente primo à paradiſi gaudijs expulſum claritatem ſupernæ lucis ignorãs, damnationis ſuæ tenebras patitur. Sed tamen per redemptoris ſui pręſentiam illuminatur, vt ęternę lucis gaudia iam per deſideriũ videat, atq; in via vitæ boni operis greſſus ponat. Notandũ vero eſt, ꝙ cum Ieſus Hiericho appropinquare dicitur, cæcus illuminatur. Hiericho qppe interpretatur luna. Luna aũt in ſacro eloquio pro defectu carnis ponitur: qa dũ menſtruis momẽtis decreſcit, defectum noſtræ mortalitatis deſignat. Miſerere 50. Oro.

Preces noſtras, quęſumus domine, clementer exaudi, atq; à peccatorum vinculis abſolutos ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominum.

¶ Feria.ij. ex Geneſi. Lectio. j.

Igitur ſexcenteſimo primo anno vitæ Noe, primo menſe, prima die menſis imminutę ſunt aquę ſuper terram: & aperiens Noe tectum arcę aſpexit, viditq; ꝙ exiccata eſſet ſuperficies terrę. Menſe ſecundo ſeptimo & vigeſimo die menſis arefacta eſt terra. Loquutus eſt autem Deus ad Noe, dicẽs, Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quę ſunt apud te, ex omni carne

c.8.b

tam

tam in volatilibus q̃ in beſtijs & vniuerſis reptilibus quæ reptant ſuper terrã, educ tecũ,& ingredimini ſup terrã, creſcite & multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius,& vxor illi⁹,& vxores filio-
ca.4. rum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia quę reptant ſup terrã ſecundũ gen⁹ ſuũ, egreſſa ſunt de arca. Ædificauit autem Noe altare dño: & tollẽs de cunctis pecoribus & volucribus mũdis,obtulit holocauſta ſup altare. Odo-
d. ratusq; eſt dñs odorem ſuaui-
C tatis;]& ait ad eum, Nequaquã vltra maledicam terræ propter homines. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua: nõ igitur vltra percutiam oẽm aĩam viuentẽ ſicut feci: Cũctis diebus terrę, ſementis & meſſis, frigus & ęſtus, ęſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

ca.7. **V**Enerũt ergo miniſtri ad pontifices & Phariſæos. Et dixerunt eis illi, Quare non adduxiſtis illũ? Reſponderunt miniſtri. Nunquã ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo. Reſponderunt ergo eis Phariſæi, Nunquid & vos ſeducti eſtis? nunquid ex principib⁹ aliquis credidit in eũ, aut ex Phariſęis? Sed turba hęc quę nõ nouit legem, maledicti ſunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille q venit ad eum nocte, q vnus erat ex ipſis, Nunqd lex noſtra iudicat hominẽ, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit qd faciat? Reſponderũt,& dixerunt ei, Nunquid & tu Galilęus es? Scrutare ſcripturas, & vide quia à Galilæa propheta non ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſq; in domũ
ſuã. † Ieſus aũt perrexit in mõ c.8.a
tem Oliueti: & diluculo iterũ venit ad tẽplũ, & omnis populus venit ad eũ, & ſedens docebat eos. Adducũt aũt Scribę & Phariſæi mulierẽ in adulterio deprehenſam: & ſtatuerunt eã in medio,& dicũt ei, Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mãdauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo qd dicis? Hoc aũt dicebãt tentantes eum: vt poſſent accuſare eum. Ieſus aũt inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terrã. Cum ergo perſeuerarẽt interrogãtes eum: erexit ſe,& dixit eis, Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illam lapidẽ mittat. Et iterũ ſe inclinans ſcribebat in terrã.

Audientes autē hæc, vnus poſt
vnū exibant,incipiētes à ſenio-
ribus: & remanſit ſolus Ieſus,&
mulier in medio ſtans. Erigens
aūt ſe Ieſus,dixit ei, Mulier,vbi
ſunt qui te accuſabant? nemo
te condemnauit? Quæ dixit,
Nemo dñe. Dixit autem Ieſus,
Nec ego te cōdemnabo. Vade,
& iam amplius noli peccare.

Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j.

ca.9. BEnedixitq; Deus Noe, &
filijs eius, & dixit ad eos,
Creſcite & multiplicamini, &
replete terrā. Et terror veſter ac
tremor ſit ſup cuncta anima-
lia terræ, & ſuper oēs volucres
cœli,cū vniuerſis,quæ mouen-
tur ſuper terram: oēs piſces ma
ris manui veſtræ traditi ſunt.
Et omne quod mouetur & vi-
uit, erit vobis in cibum: quaſi
olera virentia tradidi vobis om
nia: excepto φ carnē cum ſan-
guine nō comederis. Sanguinē
enim animarū veſtrarū requi-
ram de manu cunctarū beſtia-
rum: & de manu hominis, de
manu viri & fratris ei9 requirā
animā hominis. Quicūq; effu-
derit humanum ſanguinē,fun
detur ſanguis illius: ad imagi-
nem qppe Dei fact9 eſt homo.
Vos aūt creſcite & multiplica-
mini, & ingredimini ſuper ter-
ram, & implete eā. Hæc quoq;
dixit Deus ad Noe, & ad filios
eius cum eo, Ecce, ego ſtatuam
pactum meum vobiſcū, & cum
ſemine veſtro poſt vos, & ad
omnē animā viuentē quæ eſt
vobiſcū,tam in volucrib9, q̃ in
iumētis & pecudibus terrę, cun
ctiſq;, quę egreſſa ſunt de arca,
& vniuerſis beſtijs terrę. Statuā
pactū meū vobiſcū: & nequaq̃
vltra interficietur omnis caro
aquis diluuij, neque erit dein-
ceps diluuiū diſſipans terram.

Secundum Ioānem. Lectio.ij.

ITerū ergo loquutus eſt eis c.8.b
Ieſus, dicens,† Ego ſum lux
mundi: qui ſequitur me, non
ambulat in tenebris, ſed habe-
bit lumen vitę. Dixerūt ergo ei
Phariſæi, Tu de teipſo teſtimo
nium perhibes: teſtimonium
tuum nō eſt verum. Reſpondit
Ieſus, & dixit eis, Et ſi ego teſti-
monium perhibeo de meipſo,
verū eſt teſtimoniū meū: quia
ſcio vnde veni: & quo vado:
vos aūt neſcitis vnde venio, aut
quo vado. Vos ſecundum car-
nem iudicatis: ego non iudico
quenquā, & ſi iudico ego, iudi-
cium meū verū eſt, quia ſolus
nō ſum, ſed ego & q miſit me,
pater. Et in lege veſtra ſcriptū
eſt, Quia duorū hominū teſti-
moniū

moniũ verũ eſt. Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de meipſo: & teſtimonium perhibet de me qui miſit me, pater. Dicebant ergo ei, Vbi eſt pater tuus? Reſpõdit Ieſus, Neq; me ſcitis, neq; patrẽ meũ: ſi me ſciretis: forſitã & patrẽ meum ſciretis. Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophilatio, docens in templo: & nemo apprehẽdit eum, C quia needũ venerat hora ei⁹.] Dixit ergo iterũ eis Ieſus, † Ego vado: & quęretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos nõ poteſtis venire. Dicebãt ergo Iudæi. Nunqd interficiet ſemetipſum, quia dicit, Quo ego vado, vos non poteſtis venire? Et dicebat eis, Vos de deorſum eſtis, ego de ſupnis ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim nõ credideritis qa ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principiũ qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et nõ cognouerunt quia patrẽ eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Ieſus, Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tũc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor, & qui me miſit, mecum eſt: & non reliquit me ſolũ, quia ego quę placita ſunt ei, facio ſemper.] Hæc illo lo- D quente, multi crediderũt in eũ.

Feria quarta Cinerum.

¶ Si in hac feria inciderit feſtum duplex, transferendũ eſt in ſequentẽ diẽ, vt ſupra dictũ fuit: ſi aũt inciderit ĩ alijs ferijs vſq; ad triduũ ante Paſcha, officiũ fiet de feſto duplici, & pro cõmemoratione Feriæ dicẽda eſt eius Oratio in Laudibus, & Veſperis poſt Orationẽ feſti duplicis: & ſimiliter fiet qñ in aliqua Feria celebrabitur feſtum aliquod duplex tranſlatum ex hac Feria quarta Cinerum, aut ex Dominicis Quadrageſimę. Notandũ prætereaꝙ nullũ feſtum ſimplex celebrandum eſt per totã Quadrageſimã, ſed ſi aliquod occurrerit, fiet officiũ de feria, & pro cõmemoratione illius feſti ſimplicis in fine Primę antequã dicatur. **Pretioſa**, dicitur eius Orõ propria ſi habuerit, alioquin de communi, quẽadmodũ dictũ fuit ĩ dñica prima Aduentus. Aduertendũ

inſuper

inſuper ꝙ in Sabbatis Quadra
geſimę nō debet fieri officiū de
beata Virgine, ſed ſolum debet
fieri cōmemoratio ſolita poſt
Orationem Feriæ in Laudibus
& Veſperis, vt in alijs diebus.
Item omittẽdę ſunt tertię le
ctiones occurrẽtes in Calenda
rio ex epiſtolis Pauli per totam
Quadrageſimā, in qua cuilibet
Ferię aſſignata eſt ꝓpria tertia
lectio. Et ſupra dicta ordinata
ſunt iuxta decreta cōciliorū an
tiquorū, de q̄bus ī pręfatione.
Ad matut: inuitato. Hodie ſi
vocē domini audieritis, nolite
obdurare corda veſtra. Hym.

EX more docti myſtico,
Seruemus hoc ieiunium,
Deno dierum circulo:
Ducto quater notiſſimo.
Lex & prophetæ primitus,
Hoc prętulerunt, poſtmodum,
Chriſtus ſacrauit omnium:
Rex atq; factor temporum.
Vtamur ergo parcius,
Verbis, cibis, & potibus,
Somno, iocis, & arctius:
Perſtemus in cuſtodia.
Dicamus omnes cernui,
Clamemus atq; ſinguli,
Ploremus ante iudicem:
Flectamus iram vindicem.
Noſtris malis offendimus,
Tuam Deus clementiam,
Effunde nobis deſuper:
Remiſſor indulgentiam.
Præſta beata Trinitas,
Concede ſimplex vnitas,
Vt fructuoſa ſint tuis:
Ieiuniorū munera. Amen. Añ.

Conuertimini ad me in toto
corde veſtro in ieiunio, & fle-
tu, & planctu. Ex Ioel. Lcō. j.

NVnc ergo, dicit dñs, † con- c. 2. c
uertimini ad me in toto
corde veſtro in ieiunio, & in fle
tu, & in planctu. Et ſcindite cor
da veſtra, & nō veſtimenta ve-
ſtra, & conuertimini ad dñm
Deū veſtrū: quia benignus &
miſericors eſt, patiens & multę
miſericordiæ, & præſtabilis ſu-
per malitia. Quis ſcit, ſi cōuer-
tatur, & ignoſcat, & relinquat
poſt ſe benedictionē, ſacrificiū
& libamen dño Deo veſtro?
Canite tuba in Sion, ſanctifica
te ieiuniū, vocate cœtum, con-
gregate populum, ſanctificate
eccleſiā, coadunate ſenes, con-
gregate paruulos, & ſugentes
vbera: egrediatur ſpōſus de cu-
bili ſuo, & ſponſa de thalamo
ſuo. Inter veſtibulum, & altare
plorabunt ſacerdotes miniſtri
dñi: & dicent, Parce dñe, parce
populo tuo: & ne des hæredita-
tem tuā in opprobriū,] vt do- D
minentur eis nationes, quare
dicunt

dicunt in populis, Vbi eſt Deus corũ? zelatus eſt dñs ſuper terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Et reſpõdit dñs, & dixit populo ſuo, Ecce ego mittã vobis frumentũ, & vinũ, & oleũ, & replebimini eo: & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Et eũ qui ab aquilone eſt, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inuiam & deſertam, faciem eius contra mare orientale, & extremũ eius vſq; ad mare nouiſſimum, & aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbe egit.

Secundum Ioãnem. Lectio ij.

ca. 8. DIcebat ergo Ieſus ad eos, qui crediderũt ei, Iudęos, Si vos manſeritis in ſermone meo; vere diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Reſponderũt ei, Semen Abrahę ſumus, & nemini ſeruiuim⁹ vnquã: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Reſpõdit eis Ieſus, Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati, ſeruus autẽ nõ manet in domo in ęternum. Filius manet in æternũ: ſi vero vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quęritis me interficere, q̃a ſermo meus nõ capit in vobis. Ego quod vidi apud patrẽ, loquor: & vos quæ vidiſtis apud patrẽ veſtrum, facitis. Reſponderunt, & dixerũt ei: Pater noſter, Abraham eſt. Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſtis: opera Abrahę facite. Nũc autẽ quęritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquut⁹ ſum, quã audiui à Deo. hoc Abraham nõ fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaq; ei, Nos ex fornicatione nõ ſumus nati, vnũ patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Ieſus, Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtiq; me. Ego enim ex Deo proceſſi, & veni, neque enim à meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelã meã non cognoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonẽ meum. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: & in veritate nõ ſtetit: quia non eſt veritas in eo: cum loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi. † Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

Propterea

Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis. Reſponderũt ergo Iudæi, & dixerũt ei, Nõne bene dicimus nos, quia Samaritan⁹ es tu, & dæmoniũ habes? Reſpõdit Ieſus, Ego dæmoniũ no habeo: ſed honorifico patrẽ meũ, & vos inhonoraſtis me. Ego autem nõ quęro gloriam meã: eſt qui quęrat & iudicet.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

ca. 6. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cũ ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. Et reſ. Hom. ſctĩ Auguſti epi.

Cum ieiunatis (inquit) nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hoĩbus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuã. Vos aũt ieiunantes, vngite capita veſtra, & facies veſtras lauate, ne videamini hominibus ieiunãtes: ſed patri veſtro qui eſt in abſcõdito: & pater veſter qui eſt in abſcõdito reddet vobis. Manifeſtum eſt his præceptis, oẽm noſtram intentionẽ in interiora debere gaudia dirigi: ne foris quęrentes mercedẽ, huic ſeculo cõformemur, & amittam⁹ promiſſionem tãto ſolidioris atq; firmioris, quãto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus cõformes fieri imagini filij ſui: ĩ hoc aũt capitulo maxime animaduertendũ eſt, nõ in ſolo rerum corporearum nitore atq; pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe iactantiam: & eo periculoſiorẽ, quo ſub noĩe ſeruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atq; veſtitu, vel cæterarum rerũ nitore fulget, facile cõuincitur rebus ipſis pomparum ſeculi eſſe ſectator: & nequaquã fallit doloſa imagine ſanctitatis. Qui aũt in profeſſione Chriſtianitatis inuſitato ſquallore ac ſordib⁹ intẽtos in ſe hominũ oculos facit, cũ id voluntate faciat, nõ neceſſitate patiatur, ex cęteris eius operibus põt cõuinci, vtrũ hoc contẽptu ſuperflui cultus, aut ambitione aliqua faciat: qa nobis ſub ouina pelle cauendos lupos dñs præcepit. Sed ex fructib⁹ (inquit) eorum cognoſcetis eos. Miſerere. ꝰ o.

Ad laudes añ. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: cõmendemus noſmetipſos in multa patientia. Oro.

PRæſta domine fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda ſolennia, & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura deuotione percurrant. Per dominũ. ca. 5.

Notan-

¶ Notandum, ꝙ in hac feria quarta Cinerum prꝑter officiũ diei dicuntur ſeptem Pſalmi pœnitentiales cum Litanijs, & Orationib⁹, vt ĩ fine Breuiarij.

¶ Item notandũ, ꝙ in omnibus ſextis Ferijs Quadrageſimæ excepta ſexta Feria hebdomadæ ſanctæ dicuntur ſimili modo ſeptẽ Pſalmi, vel Matutinum cum Laudibus pro Defunctis, vt ſuis locis annotatur.

¶ Aduertẽdũ aũt, ꝙ ſi ĩ aliqua ex ꝑdictis ſextis Ferijs celebrabit' feſtũ duplex, nõ dñr ſeptẽ Pſalmi, nec offm̃ Defunctorũ.

¶ Ad Veſperas. Hymnus.

AVdi benigne conditor, Noſtras preces cum fletibus: In hoc ſacro ieiunio, Fuſas quadragenario.

Scrutator alme cordium, Infirma tu ſcis viriũ: Ad te reuerſis exhibe, Remiſſionis gratiam.

Multum quidem peccauim⁹, Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis,
Confer medelam languidis.

Sic corpus extra conteri,
Dona per abſtinentiam:
Ieiunet vt mens ſobria,
A labe prorſus criminum.

Præſta beata Trinitas. Aña. Derelinquat impius viam ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum: & miſerebitur eius.

¶ Notandum, ꝙ Inuitatoriũ, hymni, & Antiphonæ huius quartę Ferię Cinerũ dicuntur vſq; ad dñicam de Paſſione excluſiue in omnibus diebus, niſi celebret' aliquod feſtũ duplex.

¶ Feria quinta poſt diẽ Cinerum, ex Geneſi. Lectio prima.

DIxitq; Deus, Hoc eſt ſignum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnẽ animam viuentẽ quæ eſt vobiſcũ in generationes ſempiternas: Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terrã. Cumq; obduxero nubibus cœlũ, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & nõ erunt vltra aquæ diluuij ad delendã vniuerſam carnẽ. Eritq; arcus in nubibus, & videbo illũ, & recordabor fœderis ſempiterni, quod pactũ eſt inter Deum, & omnẽ animam viuentem vniuerſæ carnis, quę eſt ſuper terram. Dixitq; Deus ad Noe, Hoc eſt ſignũ fœderis quod conſtitui inter me & omnem carnem ſuper terrã Erant ergo filij Noe, q egreſſi ſunt de Arca,

ca. 9.

Arca, Sem Cham, & Iapheth:
porro Cham, ipſe eſt pater Cha
naan. Tres iſti, filij ſunt Noe: &
ab his diſſeminatum eſt omne
genus hominum ſuper vniuer
ſam terram. Cœpitq; Noe, vir
agricola exercere terrã, & plan
tauit vineam. Bibenſq; vinum
inebriatus eſt, & nudatus eſt in
tabernaculo ſuo. Quod cum
vidiſſet Cham, pater Chanaan,
verenda ſcilicet pr̃is ſui eſſe nu
data, nuntiauit duobus fratri-
bus ſuis foras. At vero Sem, &
Iapheth, palliũ impoſuerũt hu
meris ſuis, & incedentes retror-
ſum, operuerũt verenda patris
ſui: facieſq; eorũ auerſæ erãt, &
patris virilia nõ viderũt. Euigi-
lans autẽ Noe ex vino, cũ didi-
ciſſet q̃ fecerat ei filius ſuus mi
nor, ait: Maledictus Chanaan,
ſeruus ſeruorũ erit fratrib' ſuis.
Dixitq;, Benedictus dñs Deus
Sem, ſit Chanaan ſeruus eius.
Dilatet Deus Iapheth, & habi-
tet in tabernaculis Sem, ſitq;
Chanaan ſeruus eius. Vixit aũt
Noe, poſt diluuiũ trecẽtis quin
quaginta annis: & impleti ſunt
oẽs dies ei' nongentorũ q̃nqua
ginta annorũ: & mortuus eſt.

Secundum Ioãnem. Lectio .ij.

c.8.g AMen amen dico vobis:
ſiquis ſermonem meum
ſeruauerit, mortem nõ videbit
in ęternũ. Dixerũt ergo Iudæi:
Nũc cognouimus, quia dęmo
nium habes. Abrahã mortuus
eſt, & prophetæ: & tu dicis, Si
quis ſermonẽ meũ ſeruauerit,
non guſtabit mortẽ in ęternũ.
Nunquid tu maior es patre no
ſtro Abrahã, qui mortuus eſt,
& ꝓphetę mortui ſunt? Quem
teipſum facis? Reſpondit Ieſus,
Si ego glorifico meipſum, glo-
ria mea nihil eſt: eſt pater meus,
qui glorificat me, quem vos di
citis: Quia Deus noſter eſt, &
non cognouiſtis eum, ego au-
tem noui eũ. Et ſi dixero, quia
nõ ſcio eum: ero ſimilis vobis,
mendax. Sed ſcio eũ, & ſermo-
nem eius ſeruo. Abrahã pater
veſter exultauit vt videret diẽ
meum: & vidit, & gauiſus eſt.
Dixerunt ergo Iudæi ad eum:
Quinquaginta annos nondũ
habes, & Abrahã vidiſti? Dixit
eis Ieſus, Amen amen dico vo-
bis, anteq̃ Abraham fieret, ego
ſum. Tulerunt ergo lapides vt
iacerent in eum. Ieſus autem
abſcondit ſe, & exiuit de tem-
plo.] † Et præteriens Ieſus, vi- c.9.a
dit hominẽ cæcum à natiuita-
te: & interrogauerunt eum di-
ſcipuli eius, Rabbi, quis pecca-
uit, hic aut parẽtes ei', vt cæcus
naſceretur?

naſceretur? Reſpondit Ieſus, Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eiꝰ qui miſit me, donec dies eſt, venit nox, quando nemo pōt operari: quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Hoc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Abijt ergo & lauit: & venit videns. Itaq; vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant, Nonne hic eſt qui ſedebat & mēdicabat? Alij dicebāt, Quia hic eſt. Alij autē, Nequaquā, ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat, Quia ego ſum. Dicebant ergo ei, Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit, Ille homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe: & laua. Et abij, & laui, & video. Et dixerunt ei, Vbi eſt ille? Ait, Neſcio. Adducunt ad Phariſæos eum, qui cæcus fuerat. Erat aūt Sabbatum, quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis, Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Phariſæis quidā, Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbatum non cuſtodit. Alij aūt dicebāt, Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos.

Secundum Matthæū. Lcō. iij.

IN illo tēpore, Cum intraſſet Ieſus Capharnaum acceſſit ad eum Centurio rogans eum & dicens: Dn̄e, puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Et ait illi Ieſus, Ego veniam, & curabo eum. ca. 8.

Et reliq. Homi. ſancti Augu. epi.

Videamus vtrū de ſeruo Centurionis ſibi Matthęus Lucaſq; cōſentiant. Matthæus enim dicit: Acceſſit ad eum Centurio rogans eū, & dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videt̃ repugnare quod Lucas ait, Et cū audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudęorum rogans eum vt deſcenderet, & ſanaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicite dicētes ei, quia dignus eſt vt hoc ei præſtes: diligit enim gentem noſtram: & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cum illis.

Et cum iam non longe eſſent à domo, miſit ad eum Centurio amicos dicẽs: Dñe, noli vexari. Non enim ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ: propter quod & meipſum non ſum dignũ arbitratus vt venirẽ ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. Si enim ita hoc geſtum eſt, quomodo erit verum quod Matthæus narrat: Acceſſit ad eum quidã Centurio: cum ipſe nõ acceſſerit, ſed amicos miſerit? Niſi diligẽter aduertentes, intelligamus Matthæum non omnino deſeruiſſe vſitatũ modum loquẽdi. Non enim ſolũ dicere ſolem⁹ acceſſiſſe aliquẽ, etiã anteq̃ perueniat illuc quo dicitur acceſſiſſe. Vnde etiã dicim⁹, parum acceſſit vel multũ acceſſit eo, quo appetit perueni re. Verũetiã ipſa præuentione cui⁹ adipiſcẽdi cauſa acceditur, dicim⁹ plerũq; factũ: & ſi eũ ad quẽ peruenit nõ videat ille qui peruenit: cũ per amicũ puenit ad aliquẽ, cuius ei fauor eſt neceſſarius. Miſerere. 50. Oro.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicãtis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte. Per do.

Feria ſexta poſt diem Cinerum ex Geneſi. Lectio prima.

Hæ ſunt generationes filiorũ Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natiq; ſunt eis filij poſt diluuium. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſoch, & Thiras. Porro filij Gomer, Aſcenez, & Riphath, & Thogorma. Filij autẽ Iauan: Eliſa, & Tharſis, & Cethim, & Dodanim. Ab his diuiſę ſunt inſulę gentiũ in regionib⁹ ſuis, vnuſquiſq; ſecũdũ linguã ſuam & familias in nationib⁹ ſuis. Filij aũt Cham, Chus, & Maſraim, & Phut, & Chanaan. Filij autem Chus: Saba, & Euila, & Satatha, & Regma, & Sabathaca. Filij Regma: Saba, & Dadam. Porro Chus genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram dño. ab hoc exiuit prouerbiũ, Quaſi Nemrod robuſtus venator corã dño. Fuit aũt principiũ regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. Reſen quoque inter Niniuen, & Chale: hæc eſt ciuitas magna. At vero Meſraim

Meſraim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Nephtuim, & Phethruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm, & Caphthorim.

Secundum Ioãnem. Lectio ij.

c.9.b DIcunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit: Quia propheta eſt. Nõ crediderunt ergo Iudæi de illo qa cæcus fuiſſet & vidiſſet: donec vocauerũt parentes eius qui viderat, & interrogauerũt eos dicentes, Hic eſt filius veſter, quẽ vos dicitis qa cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderũt eis parẽtes eius, & dixerunt, Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: quomodo aũt nunc videat neſcimus, aut quis ei⁹ aperuit oculos, nos neſcim⁹. ipſum interrogate: ętatem habet: ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parẽtes eius, quoniã timebant Iudæos: iam enim conſpirauerant Iudæi: vt ſi quis eũ cõfiteretur eſſe Chriſtũ, extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerũt, Quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerũt ergo rurſum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerũt ei. Da gloriã Deo. nos ſcimus qa hic homo, peccator eſt. Dixit ergo eis ille, Si peccator eſt, neſcio. vnũ ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis, Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterũ vultis audire? nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerũt, Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſum⁹. Nos ſcimus quia Moyſi loquutus eſt Deus, hũc aũt neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile eſt, qa vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos. Scimus aũt quia peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A ſeculo nõ eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, nõ poterat facere quicquã. Reſponderũt, & dixerũt ei, In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras. Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eũ foras: & cum inueniſſet eum, dixit ei, Tu credis in filiũ Dei? Reſpondit ille, & dixit, Quis eſt dñe, vt credã in eum? Et dixit ei Ieſus, Et vidiſti eũ: & qui loquitur tecum,

ipſe eſt. At ille ait, Credo dñe. C Et procidens adorauit eum.] Et dixit ei Ieſus, In iudiciũ ego in hũc mundũ veni: vt qui nõ vidẽt videant, & qui vidẽt cæci fiãt. Et audierũt quidã ex Phariſæis, q cũ ipſo erãt, & dixerũt ei, Nunquid & nos cęci ſumus? Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. nunc vero dicitis, Quia videmus. Peccatũ ergo veſtrum manet.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

ca 5. IN illo tpe, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Audiſtis qa dictũ eſt antiquis: diliges proximũ tuum: & odio habebis inimicũ tuum. Et reľ. Hom. Origenis.

Sicut illa alia pręcepta data eis fuerant in lege: ſic & hoc. Sicut enim ad dimittendas vxores iuſſum fuerat vt eas nõ interficerent: ſic & ad odiendum inimicũ mãdatũ fuit: vt & amicũ nõ odiſſent. Conceſſa ſunt aũt iſta populo illi veteri adhuc rudi & iufirmo: quanquã inimicus qui odio habendus dicitur iuxta ſubtiliorẽ intellectũ diabolus poſſit intelligi. Cęterũ in euãgelio quod lege veteri longe excellẽtius & perfectius eſt: quid magiſter perfectionis dicat, audiamus. Ait enim diſcipulis ſuis, diligite inimicos veſtros: benedicite maledicentibus vobis: & benedicite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus vos. Secundũ legẽ, diliges proximũ tuum, & odies inimicũ tuũ. Et ſecundũ euangeliũ, inimicũ & proximũ diliges. Diligite inimicos veſtros. Imperfectionẽ legis euangeliũ adimpleuit. Infirmitatẽ eorum qui ſub circuncisione erant, hi qui ſub gratia fuerũt, cõfirmauerũt: qbus velut firmiſſimis & pfecti viris dñs hoc mãdabat, dicẽs: Diligite inimicos veſtros vos mãſueti: vos mites: vos benigni: vos ĩmaculati: vos imitatores mei. Vos me ſequẽtes, vos diligite inimicos veſtros, ſiue paganos idolorũ cultores, ſiue hęreticos infideles. Iſti enĩ ſunt inimici veſtri: iſti ſunt veritatis aduerſarij. Miſerere. 50. Orõ.

INchoata ieiunia quęſumus dñe benigno fauore pſequere: vt obſeruãtiã, quã corporaliter exhibem⁹, mentib⁹ etiã ſynceris exercere valeam⁹. Per do.

C Aduertendũ, q in hac ſexta feria dicitur matuti cum ſuis laudibus & veſp. pro defunctis.

C Sabbato poſt diem Cinerum, ex Geneſi. Lectio prima.

CHanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum, c. 10.

ſæum, Hethæum & Iebuſęum, & Amorrhęũ, & Gergeſęum, & Heuęum, & Arachęũ, Sineum, & Aradiũ, Samaræũ, & Hamathæum: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. Factiq; ſunt termini Chanaan, venientibus à Sidone Gerarã, vſq; ad Gazam, donec ingrediaris Sodomã, & Gomorrhã, & Adamam, & Seboim, vſque Laſa. Hi filij Cham in cognationib' & linguis & generationibus, terriſq; & gentibus ſuis. De Sem, quoq; nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. Filij Sem, Ælam, & Aſſur, & Arphaxad, Lud, & Aram. Filij Aram: Hus, & Hul, & Gether, & Mes. At vero Arphaxad genuit Sale, de quo ort' eſt Heber. Natiq; ſunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eo ꝙ in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius, Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth, Iare, & Adoran, & Vzal, & Decla, & Hebal, & Abimael Saba, & Ophir. & Euila, & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephat montem orientalem. Iſti filij Sem, ſecundum cognationes & linguas, & regiones in gentibus ſuis. Hæ familię filiorũ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

Secundum Ioãnem. Lectio. ij.

A† Men amen dico vobis, c. 10.
qui nõ intrat per oſtium a
in ouile ouium, ſed aſcendit
aliunde: ille fur eſt & latro.
Qui autem intrat per oſtium:
paſtor eſt ouiũ. Huic oſtiarius
aperit: & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat
nominatim, & educit eas. Et
cũ proprias oues emiſerit: ante
eas vadit: & oues illũ ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.
Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia nõ b
nouerunt vocem alienorum.
Hoc prouerbiũ dixit eis Ieſus.
Illi aũt non cognouerunt quid
loqueretur eis. Dixit ergo eis
iterũ Ieſus. Amen amẽ dico vobis, quia ego ſum oſtiũ ouium.
Omnes quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones:
ſed nõ audierũt eos oues. Ego
ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Fur nõ venit, niſi vt furetur & mactet & pdat. Ego veni
vt vitam habeant, & abundan-

B tius habeant.] † Ego ſum pa-
ſtor bonus. Bonus paſtor ani-
mam ſuã dat pro ouibus ſuis,
mercenarius aũt & qui non eſt
paſtor, cuius nõ ſunt oues pro-
priæ, videt lupum venientẽ, &
dimittit oues & fugit: & lupus
rapit, & diſpergit oues: merce-
narius aũt fugit, quia mercena
rius eſt, & non pertinet ad eum
de ouibus. Ego ſum paſtor bo-
nus: & cognoſco oues meas, &
cognoſcunt me meæ. Sicut no
uit me pater, & ego agnoſco pa
trẽ, & aĩam meã pono pro oui-
bus meis. Et alias oues habeo
quę nõ ſunt ex hoc ouili: & il-
las oportet me adducere, & vo-
cem meã audient: & fiet vnum
C ouile & vnꝰ paſtor.] Propterea
me diligit pater: qa ego pono
animã meã, vt iterũ ſumã eã.
Nemo tollit eam à me: ſed egò
pono eam à me ipſo. Poteſtatẽ
habeo ponendi eã: & poteſtatẽ
habeo iterũ ſumendi eã. Hoc
mandatũ accepi à patre meo.
Diſſenſio iterum facta eſt inter
Iudæos propter ſermones hos.
Dicebant autẽ multi ex ipſis,
Dæmonium habet & inſanit:
quid eum auditis? Alij dicebãt,
Hæc verba non ſunt dęmoniũ
habentis, nunquid dæmoniũ
poteſt cæcorũ oculos aperire?

Secundum Marcũ. Lectio iij.

IN illo tempore: Cum ſero ca. 6.
eſſet factũ, erat nauis in me-
dio mari: & ipſe ſolus in terra.

Et reliq. Homi. Bedæ presbyteri.

Et cum dimiſiſſet eos, abijt in
montẽ ſolus orare. Non omnis
qui orat, aſcendit in montem.
Eſt enim oratio quę peccatum
facit. Sed bene orat qui Deum
orando quęrit hic à terrenis ad
ſuperiora progrediẽs verticem
curiæ ſublimioris aſcẽdit. Qui
vero de diuitijs, aut de honore
ſeculi, aut certe de inimici mor
te ſolicitus obſecrat, ipſe in infi
mis iacens, viles ad Deũ preces
mittit. Orat autem dñs, non vt
pro ſe obſecret, ſed vt pro me
impetret. Nam & ſi omnia po-
ſuerit pater in poteſtate filij:
filius tamen vt formã hominis
impleret, obſecrandũ patrẽ pu-
tat eſſe pro nobis, quia noſter
aduocatꝰ eſt. Aduocatũ (inqt)
habemus apud patrẽ dñm Ie-
ſum Chriſtũ. Si aduocatus eſt,
debet pro noſtris interuenire
peccatis. Non ergo quaſi infir-
mus: ſed quaſi pius obſecrat.
Vis ſcire ꝙ omnia quæ velit,
poſſit? & aduocatꝰ & iudex eſt.
In altero pietatis officiũ: in al-
tero inſigne eſt poteſtatis. Et
cum ſero eſſet factũ, erat nauis
in

in medio mari, & ipſe ſolus in terra videns eos laborantes in remigando: erat enim ventus cõtrarius eis. Labor diſcipulorum in remigãdo, & cõtrarius eis ventus, labores ſanctę eccleſiæ varios deſignant: quę inter vndas ſeculi aduerſantis & immundorũ flatus ſpirituum ad quietem patriæ cœleſtis, quaſi ad fidã litoris ſtationẽ perueniꝛe conatur. Miſerere. 50. Oro.

A Deſto dñe ſupplicationibus noſtris: & concede, vt hoc ſolenne ieiuniũ quod animabus corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt, deuoto ſeruitio celebremus. Per do.

¶ Ab hoc Sabbato incluſiue vſq; ad Paſcha Veſperę dñr ante cœnã meridianã in oĩbꝰ diebus [illegible] feſtiuis, exceptis dñicis, in quibus dñr, hora conſueta.

¶ Dominica prima Quadrageſimæ, ex Geneſi. Lectio. j.

c. 11. E Rat autẽ terra labij vnius, & ſermonũ eorundẽ. Cũq; proficiſcerentur de oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt in eo. Dixitq; alter ad proximũ ſuũ, Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuerũtq; lateres pro ſaxis, & bitumẽ pro cœmento: & dixerũt, Venite, faciamꝰ nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum antequã diuidamur in vniuerſas terras. Deſcendit autem dñs, vt videret ciuitatẽ & turrim, quam ædificabant filij Adam, & dixit. Ecce, vnus eſt populus: & vnũ eſt labiũ omnibus: cœperuntq́, hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere cõpleant. Venite igitur, deſcendamus & cõfundamus ibi linguã eorũ: vt non audiat vnuſquiſq; vocẽ proximi ſui. Atq; ita diuiſit eos dñs ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerũt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatũ eſt nomen eius Babel, quia ibi cõfuſum eſt labiũ vniuerſę terræ: & inde diſperſit eos dñs ſup faciẽ cunctarũ regionũ. Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat centum annorũ quãdo genuit Arphaxad, biennio poſt diluuiũ. Vixitq; Sem poſtq̃ genuit Arphaxad, quingẽtis annis: & genuit filios & filias. Porro Arphaxad vixit triginta quinq; annis, & genuit Sale. Vixitq; Arphaxad poſtq̃ genuit Sale, quadringẽtis trib' annis: & ge-

nuit filios & filias. Sale quoq;
vixit triginta annis & genuit
Heber. Vixitq; Sale poſtquã ge
nuit Heber, quadringẽtis tribꝰ
annis, & genuit filios & filias.

Secundum Ioãnem. Lectio ij.

c. 10. d FActa ſunt autem encenia
in Ieroſolymis: & hyems
erat. Et ambulabat Ieſus ĩ tem-
plo, & porticu Salomonis. Cir-
cundederunt ergo eum Iudæi,
& dicebant ei, Quouſq; animã
noſtrã tollis? ſi tu es Chriſtus,
dic nobis palam? Reſpondit eis
Ieſus: Loquor vobis: & nõ cre-
ditis. Opera quæ ego facio in
nomine patris mei: hæc teſti-
moniũ perhibẽt de me: ſed vos
non creditis, quia non eſtis ex
ouibus meis. Oues meę vocem
meã audiunt: & ego cognoſco
eas, & ſequuntur me: & ego vi-
tam ęternã do eis: & non peri-
bunt in ęternũ, & nõ rapiet eas
quiſquã de manu mea. Pater
meus q dedit mihi, maior om-
nibus eſt: & nemo poteſt rape-
re de manu patris mei. Ego &
pater vnũ ſumus. Suſtulerũt er
go lapides Iudæi, vt lapidarent
eum. Reſpõdit eis Ieſus, Multa
bona opera oſtẽdi vobis ex pa-
tre meo, propter quod eorum
opus me lapidatis? Reſpõderũt
ei Iudæi. De bono opere nõ la-
pidamꝰ te, ſed de blaſphemia:
& quia tu homo cum ſis, facis
teipſum Deum, Reſpondit eis
Ieſus, Nonne ſcriptũ eſt in lege
veſtra, Ego dixi, dij eſtis? Si il-
los dixit Deos, ad quos ſermo
Dei factus eſt, & nõ poteſt ſolui
ſcriptura, quẽ pater ſanctifica-
uit & miſit in mundũ, vos dici-
tis, Quia blaſphemas: qa dixi,
filiꝰ Dei ſum? Si nõ facio opera
patris mei, nolite credere mihi.
Si aũt facio: & ſi mihi nõ vultis
credere, operibus credite, vt co-
gnoſcatis & credatis qa pater
in me eſt, & ego ĩ patre.] Quęre E
bant ergo eum apprehẽdere: &
exiuit de manibꝰ eorũ. Et abijt
iterũ trans Iordanẽ in eũ locũ
vbi erat Ioannes baptizans pri
mum: & manſit illic, & multi
venerunt ad eum, & dicebant,
Quia Ioãnes quidẽ ſignũ fecit
nullum: Omnia aũt quęcunq;
dixit Ioãnes de hoc, vera erant.
Et multi crediderunt in eum.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

IN illo tẽpore: Ductꝰ eſt Ieſus ca. 4
in deſertũ à ſpiritu vt tẽtare-
tur à diabolo, Et cũ ieiunaſſet
quadraginta diebus & quadra
ginta noctibus, poſtea eſurijt.

Et reliq. Homi. ſcti Grego. papæ.

Dubitari à qubuſdam ſolet, à
quo ſpiritu ſit Ieſus ductus in
deſer-

deſertum: propter hoc quod ſubditur. Aſſumpſit eũ diabolus in ſanctam ciuitatẽ, & rurſum, Aſſumpſit eũ in montẽ excelſum valde. Sed vere & abſq; vlla queſtione cõueniẽter accipitur, vt à ſancto ſpũ in deſertũ ductus credatur: vt illuc eum ſuus ſpiritus duceret, vbi hunc ad tentandũ ſpiritus malignus inueniret. Sed ecce, cum dicitur Deus homo vel ĩ excelſum montem, vel in ſanctam ciuitatem aſſumptus à diabolo, mẽs refugit, humanę hoc audire aures expaueſcũt. Sed tamen nõ eſſe incredibilia iſta cognoſcimus, ſi in illo & alia facta penſemus. Certe iniquorum omniũ diabolus caput eſt: & hui⁹ capitis mẽbra ſunt oẽs iniqui. An non diaboli membrũ Pilatus fuit? An nõ diaboli membra Iudæi perſequentes, & milites crucifigẽtes fuerũt? Quid ergo mirum, ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, & tentari, qui ſe pertulit etiam à membris illius crucifigi? Non eſt ergo indignum redemptori noſtro, ꝙ tentari voluit qui venerat occidi. Iuſtũ quippe erat, vt ſic tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret, ſicut mortem noſtrã venerat ſua morte ſuperare. Miſerere. 50. Oro.

Deus, qui eccleſiam tuã annua quadrageſimali obſeruatione purificas: præſta familiæ tuæ, vt quod à te obtinere abſtinẽdo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per do.

¶ Feria.ij.ex Geneſi. Lectio j.

Vixit autẽ Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtq̃ genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitq; Phaleg poſtq̃ genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Reu triginta duob⁹ annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu poſtq̃ genuit Sarug, ducentis ſeptem annis: & genuit filios & filias. Vixit vero Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitq; Sarug poſtq̃ genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Nachor vigintinouem annis, & genuit Thare. Vixitq; Nachor poſtquã genuit Thare, centũ decem & nouem annis, & genuit filios & filias. Vixitq; Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram & Nachor & Aran. Hæ ſunt autem genera- c.11.

rationes Tharē, Thare genuit Abrā, Nachor, & Aran. Porro Aran genuit Lot. Mortuuſq; eſt Aran ante Thare patrē ſuū, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt autē Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarai: & no-
.11 men vxoris Nachor, Melchaſilia Aran patris Melchæ & patris Ieſchæ. Erat aūt Sarai ſterilis, nec habebat liberos. Tulit itaq; Thare Abram filiū ſuū, & Lot filium Aran filiū filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorem Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: veneruntq; vſque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

Secundum Ioānem. Lectio.ij.

ca.11 E† Rat aūt quidā languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororū eius. Maria aūt erat quæ vnxit dñm vnguēto, & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabat. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicētes, Dñe, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autē Ieſus, dixit eis, Infirmitas hæc non eſt ad mortē, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat aūt Ieſus Martham, & ſororē eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit qa infirmabatur, tunc quidē manſit in eodē loco duobus dieb9. Deinde poſt hęc dicit diſcipulis ſuis, Eamus in Iudæā iterū: Dicunt ei diſcipuli. Rabbi, nūc quęrebant te Iudæi lapidare: & iterū vadis illuc? Reſpondit Ieſus, Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit ī die, nō offendit: quia lucem huius mundi videt, ſi aūt ambulauerit in nocte offendit: qa lux nō eſt in eo. Hæc ait, & poſt hęc dicit eis, Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado, vt à ſomno excitem eū. Dixerūt ergo diſcipuli eius, Dñe, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat aūt Ieſus de morte eius: Illi aūt putauerūt quia de dormitiōe ſomni diceret. Tūc ergo Ieſus dixit eis manifeſte, Lazar9 mortuus eſt: & gaudeo propter vos, vt credatis, qm̄ nō eram ibi: ſed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, q dicitur Didym9, ad cōdiſcipulos, Eam9 & nos, & moriamur cū eo. Venit itaq; Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam ī monumēto habētē. Erat aūt Bethania iuxta Ieroſolymā quaſi ſtadijs quīdecim.

decim. Multi autẽ ex Iudæis venerant ad Marthã & Mariã, vt cõſolarentur eas de fratre ſuo.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

c.25. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cum venerit fili⁹ hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gẽtes. Et reſ.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo: tũc ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis: & ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos aũt à ſiniſtris. Tunc dicet eis qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, pcipite regnũ quod vobis paratũ eſt ab origine mundi. Vbi lumen indeficiens: vbi gaudiũ ſempiternũ: vbi vita perennis & immortalis: & lętitia ſempiterna cũ angelis & apoſtolis. Vbi lux lucis, & fons luminis. Vbi ciuitas ſanctorũ Ieruſalem cœleſtis. Vbi conuentus martyrũ & patriarcharũ cum Abraham, Iſaac & Iacob, & ſanctorum omnium. Vbi dolor nullus, nec triſtitia poſt gaudiũ. Vbi nox effugiet, & ſenectus non apparebit. Vbi charitas inexplebilis. Vbi pax indiuidua. Vbi aſſiſtunt angeli & vniuerſæ poteſtates. Vbi manna, id eſt, cibus cœleſtis, & vita angelica. Et vt infinita in breui cõprehendã, vbi omnis dolor & oẽ malũ nõ videbitur, & oẽ bonum nõ deeſſe vnquã poterit. Tũc iuſti ad hæc reſpõdebũt dicẽtes, dñe cur tantã & talẽ nobis gloriam præparaſti? Tũc & ipſe eis, reſpõdebit, Pro miſericordia veſtra & fide. Pro hilaritate & patientia. Pro longanimitate & manſuetudine. Pro veritate & iuſtitia. Pro cõtinẽtia & humilitate. Pro hoſpitalitate & affabilitate. Pro gaudio ad peregrinos & ignotos. Pro iuſtitia & ſanctitate. Pro triſtitia veſtra in malo ꝓximi. Pro lętitia veſtra in bonis eius. Pro gaudio veſtro in his q nec ſermonem ocioſum de ore ſuo ꝓferũt. Pro timore Dei ĩ his q nec tranſgrediũtur pactũ, iota vnũ aut vnũ apicẽ de lege dñi. Pro eo ꝙ nõ accepiſtis munera ſup innocentẽ, nec mendaciũ pro veritate. Miſerere. 50. Ofo.

CОnuerte nos Deus ſalutaris noſter: & vt nobis ieiuniũ

iunium quadrageſimale profi ciat, mentes noſtras cœleſtibus inſtrue diſciplinis Per domi.

Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j.

c. 12. DIxit autē dñs ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quā monſtrauero tibi. Faciamq; te in gentē magnā, & benedicā tibi, & magnificabo nomē tuū, eriſq; benedictus. Benedicam benedicētibus tibi, & maledicā maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Egreſſus eſt itaq; Abram ſicut pręceperat ei dñs, & iuit cum eo Lot. Septuagintaquinq; annorū erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitq; Sarai vxorē ſuā & Lot filium fratris ſui, vniuerſamq; ſubſtantiā quam poſſederāt, & animas quas fecerāt ī Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terrā Chanaan. Cunq; veniſſent in eam, pertranſiuit Abram terrā vſq; ad locū Sichem, & vſq; ad cōuallem illuſtrē. Chananæus autē tunc erat in terra. Apparuitq; dñs Abram, & dixit ei, Semini tuo dabo terram hāc. Qui ędificauit ibi altare dño, q apparuerat ei. Et inde tranſgrediens ad montē qui erat cōtra orientē Bethel, tetendit ibi tabernaculū ſuum, ab occidente habēs Bethel, & ab oriēte Hai: ædificauit quoq; ibi altare domino, & inuocauit nomē eius. Perrexitq; Abram vadens & vltra progrediens ad meridiem.

Secundum Ioānem. Lectio ij.

MArtha ergo vt audiuit c. 11. quia Ieſus venit, occurrit illi. Maria autē domi ſedebat.† Dixit ergo Martha ad Ieſum, Dñe, ſi fuiſſes hic, frater B meus non fuiſſet mortuus: ſed & nunc ſcio, quia quęcunq; poposceris à Deo, dabit tibi De⁹. Dixit illi Ieſus, Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dixit ei Ieſus, Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet. & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, Vtiq; dñe: ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundū veniſti.]Et cū C hæc dixiſſet, abijt, & vocauit Mariam ſororem ſuā ſilentio: dicens: Magiſter adeſt, & vocat te. Illa vt audiuit, ſurgit cito, & venit ad eum: nondū enim venerat Ieſus in caſtellū: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat

rat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & cõſolabantur eam, cum vidiſſent Mariã qa cito ſurrexit & exijt, ſecuti ſunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cũ veniſſet vbi erat Ieſus, videns eũ, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Dñe, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo vt vidit eam plorantẽ, & Iudæos qui venerãt cũ ea plorãtes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit, Vbi poſuiſtis eũ? Dicunt ei, dñe, veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eũ. Quidã aũt ex ipſis dixerũt, Non poterat hic q aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo venit ad monumentũ: erat aũt ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus, Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat, Dñe, iã fœtet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus, Nonne dixi tibi, qm̃ ſi credideris, videbis gloriam Dei?

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

c.21. IN illo tpe: Cũ intraſſet Ieſus Ieroſolymã: cõmota eſt vniuerſa ciuitas dicẽs: Quis ẽ hic? Et rel. Hom. ſcti Auguſti. epĩ

Et venit Ieroſolymam: & cum introiſſet templũ, cœpit eijcere vendentes & ementes de templo: & menſas numulariorũ, & cathedras vendentium columbas euertit. Quod maledicendo ficũ infructuoſam per figuram fecit dñs: hoc idem mox aperte oſtendit, eijciendo improbos de templo. Neq; enim aliquid peccauerat arbor, quæ eſuriente dño poma non habuit, quorũ necdũ tempus aduenerat. Sed peccauere ſacerdotes, qui in domo dñi ſecularia negocia gerebãt, & fructũ pietatis quẽ debuerãt, quemq; in eis dñs eſuriebat, ferre recuſabant. Arefecit dñs arborem maledictã, vt homines hoc videntes ſiue audiẽtes, multo magis intelligerent ſe diuino condemnãdos eſſe iudicio, ſi abſq; operũ fructu de plauſu tantũ ſibi religioſi ſermonis, velut de ſonitu & blandimento viridantium gloriarẽtur foliorũ. Verũ quia non intellexerunt: conſequenter in ipſos diſtrictionem emeritæ vltionis exercuit. Eiecitq; cõmercia rerũ humanarũ de tẽplo illo: quo diuina res tantũ agi, hoſtias & oblationes Deo offerri, verbum Dei legi, audiri

audiri & decantari præceptum erat. Et quidẽ credendũ eſt, ꝙ ea tantũ vendi & emi repererat in templo, quæ ad miniſteriũ templi eiuſdẽ neceſſaria erant: iuxta hoc quod alias factũ legimus cũ idẽ templũ ingrediens inuenit in eo emẽtes & vendentes oues & boues & columbas. Quæ nimirũ omnia nõ niſi vt offerrentur in domo dñi vẽdebantur: & eos q̃ de longe venerant ab indigenis cõparare credendũ eſt. Miſerere. 50. Oro.

Reſpice domine familiã tuam, & præſta, vt apud te mens noſtra tuo deſiderio refulgeat, quæ ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominum.

¶ Feria iiii. ex Geneſ. Lcõ. j.

c. 12. Facta eſt autẽ fames in terra: deſcenditq; Abram in Ægyptũ, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cumq; prope eſſet vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ, Noui ꝙ pulchra ſis mulier: & ꝙ cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, ꝙ ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te: & viuat anima mea ob gratiã tui. Cum itaq; ingreſſus eſſet Abrã Ægyptũ, viderunt Ægyptij mulierem q̃ eſſet pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illũ: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. Abram vero bene vſi ſunt propter illã. Fueruntq; ei oues & boues & aſini & ſerui, & famulę, & aſinę, & cameli. Flagellauit autẽ dñs Pharaonẽ plagis maximis, & domũ eius propter Sarai vxorem Abram. Vocauitq; Pharao Abram, & dixit ei: Quidnã eſt hoc, quod feciſti mihi? Quare nõ indicaſti mihi, ꝙ vxor tua eſſet? Quã ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorẽ? nũc igitur, ecce cõiunx tua, accipe eam, & vade. Præcepitq; Pharao ſup Abram viris: & deduxerunt eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

Secũdum Ioãnem. Lectio ij.

Tulerunt ergo lapidẽ. Ieſus c. 11. d
autẽ eleuatis ſurſum oculis dixit, Pater, gratias ago tibi qm̃ audiſti me. ego aũt ſciebã quia ſemper me audis. ſed propter populũ qui circunſtat, dixi: vt credant q̃a tu me miſiſti. Hęc cum dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et ſtatim prodijt q̃ fuerat mortuus, ligatus manus & pedes

inſti

inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus, Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerãt ad Mariam, & Marthã, & viderant quę fecit Ieſus: crediderunt in
E eum.] Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerant eis quę fecit Ieſus. † Collegerũt ergo pontifices & Phariſæi conciliũ, & dicebant, Quid faciem⁹? quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, oẽs credent in eũ: & venient Romani, & tollent noſtrũ locũ & gentem. Vnus autẽ ex ipſis. Caiphas noĩe cũ eſſet pontifex anni illius, dixit eis, Vos neſcitis quicquã nec cogitatis: quia expedit nobis vt vn⁹ moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autẽ à ſemetipſo nõ dixit: ſed cũ eſſet pontifex anni illius, prophetauit ꝙ Ieſus moriturus erat pro gẽte: & nõ tantũ pro gẽte, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum, Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eum.
† Ieſus ergo iam nõ in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionẽ iuxta deſertũ in ciuitatẽ quæ dicitur Ephrẽ, & ibi morabatur cum diſcipu-
F lis ſuis.] Proximum autẽ erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymã de regione ante Paſcha, vt ſanctificarẽt ſeipſos. Quęrebant ergo Ieſum: & colloquebantur adinuicem, in tẽplo ſtantes. Quid putatis quia nõ venit ad diem feſtum iſtum? Dederãt autem pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſi quis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendãt eũ.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

IN illo tempore: Acceſſerunt c. 12.
ad Ieſum Scribę & Phariſæi dicentes, Magiſter, volumus à te ſignum videre. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Ea quę de ſancto euangelio recitata ſunt fratres mei, ſi omnia pertractare cupimus, vix tempus ſufficit ſingulis, quãto magis ergo non ſufficit omnibus? Ionam ꝓphetã, qui deiectus ĩ mari belu ę marinę vtero exceptus eſt, & die tertio viuus euomitur, figurã geſſiſſe Saluatoris, qui paſſus eſt, & die tertia reſurrexit, ipſe ſaluator oſtendit. Accuſatus eſt populus Iudæorũ in cõparatione Niniuitarum, qm̃ Niniuitæ ad quos redarguendos miſſus eſt Ionas propheta, agendo pœnitentiã iram Dei placauerũt, & miſericordiã meruerũt. Ecce (inquit)

 plus

plusq̃ Ionas hic: volens intelligi ſeipſum, dñs Ieſus. Audierũt illi ſeruũ, & vias ſuas correxerunt: audierũt iſti dñm, & contempſerũt, & inſup occiderũt. Regina auſtri exurget (inquit) in iudicio cũ generatione hac, & cõdemnabit eã. Venit enim à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce plusq̃ Salomon hic. Non fuit magnũ Chriſto plus eſſe q̃ Ionas, plus eſſe q̃ Salomon: iſte enim dominus, illi ſerui erant. Sed tamen quales ſunt qui præſentẽ dominũ contempſerunt, quando alienigenæ ſeruos eius audierunt? Miſerere. 50. Oratio.

PReces noſtras quæſumus domine clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduerſantia dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominum.

¶ Feria. v. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 13. AScendit ergo Abram de Ægypto, ipſe & vxor ei⁹, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad auſtralẽ plagã. Erat autem diues valde Abram in poſſeſſione auri & argenti. Reuerſusq; eſt per iter quo venerat, à meridie in Bethel, vſq; ad locũ vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai, in loco altaris, quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen dñi. Sed & Lot qui erat cũ Abram, fuerũt greges ouiũ & armenta & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul: erat qppe ſubſtantia eorũ multa, & nequibant habitare cõmuniter. ℟ Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregũ Abram & Lot. Eo aũt tempore Chananæus, & Pherezæus habitabãt in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quęſo, ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra coram te eſt, recede à me, obſecro. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexterã tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtrã pergã. Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit omnẽ circa regionẽ Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequã ſubuerteret dñs Sodomã & Gomorrhã, ſicut paradiſus dñi & ſicut Ægyptus venientib⁹ in Segor. Elegitq; ſibi Loth regionem circa Iordanem, & receſſit ab oriẽte: diuiſiq; ſunt alterutrũ à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot vero morat⁹ eſt in oppidis quæ erãt circa Iordanẽ, & habitauit ĩ Sodomis. Homines aũt Sodomitę peſſimi erant, & pec- ℟

catores

catores córam dño nimis. Dixitq; dñs ad Abram poſtq̄ diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nũc es, ad aquilonẽ & meridiẽ, ad orientẽ & occidentẽ. Omnem terrã quã cõſpicis, tibi dabo,& ſemini tuo vſq; in ſempiternũ. Faciamq; ſemen tuũ ſicut puluerẽ terræ: ſi quis põt hominũ numerare puluerẽ terrę, ſemen quoq; tuũ numerare poterit. Surge ergo, & perambula terrã in lõgitudine & latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eã. Mouens igitur Abrã tabernaculũ ſuũ, venit,& habitauit iuxta cõuallẽ Mambre, q̃ eſt ĩ Hebron: ędificauitq; ibi altare domino.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij

c 12. a IEſus ergo, ante ſex dies paſchę venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerũt aũt ei cœnã ibi: & Martha miniſtrabat: Lazarus vero vnus erat ex diſcumbẽtibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu,& exterſit pedes eius capillis ſuis: & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnꝰ ex diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum nõ venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eũ: ſed quia fur erat, & loculos habens ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Ieſus, Sine illã, vt in diem ſepulturę meæ ſeruet illud: pauperes enim ſemꝑ habebitis vobiſcũ: me aũt non ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſt: & venerũt nõ propter Ieſum tantũ, ſed vt Lazarũ viderent quem ſuſcitauit à mortuis.] † Cogitauerũt B aũt principes ſacerdotum vt & Lazarũ interficerẽt: quia multi propter illũ abibant ex Iudæis, & credebãt in Ieſum. In craſtinum aũt turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cum audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam: acceperunt ramos palmarũ, & proceſſerunt obuiam ei: & clamabant. Hoſanna, benedictus qui venit in nomine dñi, rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt, Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc nõ cognouerunt diſcipuli eius primum: ſed quando glorificatus eſt Ieſus: tũc recordati ſunt quia hæc erant ſcripta de eo, &

hæc fecerunt ei. Teſtimoniũ ergo perhibebat turba quæ erat cũ eo, quando Lazarũ vocauit de monumẽto, & ſuſcitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiã venit ei turba: quia audierunt eũ feciſſe hoc ſignũ. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis quia nihil proficimus? Ecce, mũdus tot' poſt eũ abijt.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

c. 15. IN illo tpe: Egreſſus Ieſus, ſeceſſit ĩ partes Tyri & Sidonis. Et reliqua. Homilia Origenis.

Fratres, dicet aliquis ex vobis, feci peccata multa & magna. Et quis ex nobis eſt qui nõ peccet? Tu dicis, Erraui ſuper omnes homines, ſufficit tibi in ſacrificio iſta confeſſio. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris: & cognoſce teipſum qm̃ peccator es: habeas triſtitiam cum conuerteris: eſto mœſtus & noli deſperare: ſed lachrymas cõpunctus effunde. Nunquid aliud fuit in meretrice, quã lachrymarũ effuſio? Et ex hac profuſione inuenit præſidiũ: & accepta fiducia acceſſit ad fontẽ miſericordiæ dñm Ieſum. Sed veniam' ad cauſam. Quid ergo eſt o euangeliſta? Et inde tranſiens dñs venit in partes Tyri & Sidonis: & ecce mulier Chananæa. Mira res o Euãgeliſta. Ecce mulier caput peccati, arma diaboli, expulſio paradiſi, delicti mater, corruptio legis antiquæ. Et ecce mulier veniebat ad dñm Ieſum. Mulier alienigena de gentibus nouella plantatio. Mirum negociũ. Iudæi fugiunt, Chananæa ſequitur: domeſtici derelinquunt, alienigena adhæret: iungere ac proximare cupit. Ecce mulier de finib' illis egreſſa clamabat dicens, Miſerere mei dñe fili Dauid. Mulier hęc euangeliſta efficitur Probauit enim diuini conſilij ſacramentum, quãdo & diuinã virtutem obſecrat, & carnis naturã confitetur dicens, Miſerere mei dñe fili Dauid. Miſerere. 50. Orõ.

DEuotionẽ populi tui quęſumus dñe benignus intende, vt q per abſtinẽtiã macerantur ĩ corpore, p fructũ boni operis reficiant' in mẽte. Per d.

¶ Feria ſexta ex Geneſi. Lcõ. j.

FActũ eſt aũt in illo tẽpore, vt Amraphel rex Sẽnaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlaomor rex Ælamitarum, & Thadal rex gẽtiũ inirent bellũ cõtra Bara regem Sodomorũ, & contra Berſa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem c. 14

Adamæ,

Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraq; regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem Syluestrem, quæ nunc eſt mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierāt Chodorlahomor, & tertiodecimo anno receſſerūt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cū eo: percuſſeruntq; Raphaim in Aſtaroth, Carnaim, & Zuzim cū eis, & Emin in Saue Cariathaim, & Corrhæos in montibus Seir, vſq; ad campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. Reuerſiq; ſunt, & venerunt vſq; ad fontē Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerūt omnem regionē Amalecitarū, & Amorrhæorū: q habitabant in Aſaſonthama. Et egreſſi ſunt rex Sodomorū, & rex Gomorrhæ, rexq; Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ eſt Segor: & duxerūt aciem cōtra eos in valle Syluestri, ſcilicet aduerſus Chodorlahomor regem Ælamitarū, & Thadal regem gentiū, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduerſus quinque. Vallis autē Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorū, & rex Gomorrhæ terga verterūt, cecideruntq; ibi: & qui remāſerant, fugerūt ad montē. Tulerunt aūt oēm ſubſtantiā Sodomorū & Gomorrhæorū, & vniuerſa quæ ad cibū pertinent, & abierunt: necnō & Lot, & ſubſtantiā eius, filiū fratris Abrā, qui habitabat in Sodomis.

Secundum Ioānem. Lectio. ij.

c. 12.

Erant autē quidā Gentiles ex his qui aſcenderant vt adorarent in die feſto. C [Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ: & rogabant eum dicentes. Dñe, volumus Ieſum videre, venit Philipp⁹, & dixit Andreæ, Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. Ieſus aūt reſpondit eis, dicens. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis † niſi granū frumenti D cadens in terrā, mortuū fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuū fuerit, multū fructum affert. Qui amat animā ſuam, perdet eam: & qui odit animā ſuā in hoc mundo, in vitā æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eū pater meus.] Nunc anima mea E turba-

turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horã hãc. Pater clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo vox de cœlo dicẽs, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alij autem dicebant, Angelus ei loquutus eſt. Reſpondit Ieſus, & dixit, Non propter me hæc vox venit, ſed
F propter vos.] Nunc iudicium eſt mundi: nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. hoc autẽ dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis,
G Oportet exaltari filium hominis? & qs eſt iſte fili⁹ hominis? Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicũ lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, vt nõ vos tenebræ cõprehendãt, qui ambulat ĩ tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem, vt filij lucis ſitis.

Secundum Ioãnem. Lectio iij.

ca. 5. IN illo tempore: Erat dies feſtus Iudæorum: & aſcendit Ieſus Ieroſolymã. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Mirum nõ eſſe debet à Deo factum miraculũ: mirum enim eſſet ſi homo feciſſet. Magis gaudere quã mirari debemus, quia dñs noſter & ſaluator Ieſus Chriſtus homo factus eſt, q̃ ꝙ diuina miracula inter homines Deus fecit. Plus eſt enim ad ſalutẽ noſtram quod factũ eſt propter homines, q̃ quod fecit Deus inter homines. Et plus eſt ꝙ vitia ſanauit animarũ noſtrarũ, quã ꝙ ſanauit languores corporum moriturorũ. Sed quia ipſa anima nõ eum noueṙat à quo ſananda erat: & oculos habens in carne vnde facta corporalia videret, nõdũ habebat ſanos in corde, vnde Deum latentẽ cognoſceret: fecit quod videri poterat, vt ſanaret vnde videri nõ poterat. Ingreſſus eſt locum vbi iacebat multitudo magna languentiũ, cæcorum, claudorũ, & aridorum. Et cum eſſet medicus & animarum & corporum, & veniſſet ſaluare omnes animas crediturorũ, de illis languẽtibus vnum elegit quẽ ſanaret: vt vnitatem ſignificaret. Si mediocri corde & quaſi humano captu & ingenio cõſideremus facientem, & quod ad poteſtatẽ pertinet, nõ

magnũ aliquid pfecit: & quod ad benignitatem parum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus eſt: cum poſſet vno verbo omnes erigere. Miſerere. 50. Orõ

ESto domine propitius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe deuotam, benigno refoue miſeratus auxilio. Per domi.

Hodie dicuntur ſeptẽ pſalmi.

¶ Sabbato, ex Geneſi. Lcõ.j.

c.14. ET ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abrã Hebræo, qui habitabat ĩ cõualle Mambre Amorrhæi, fratris Eſchol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cũ Abram. Quod cum audiſſet Abram, captũ videlicet Lot fratrẽ ſuũ, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſequutus eſt eos vſq; Dan. Et diuiſis ſocijs, irruit ſup eos nocte: pcuſſitq; eos, & pſequutus eſt vſq; Hoba, quæ eſt ad læuã Damaſci. Reduxitq; omnem ſubſtantiã & Lot fratrẽ ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoq;, & populũ. Egreſſus eſt autẽ rex Sodomorũ in occurſum eius poſtq̃ reuerſus eſt à cæde Chodorlahomor, & regũ qui cũ eo erãt ĩ valle Saue, quæ eſt vallis regis. At vero Melchiſedech rex Salem, proferens panem & vinũ (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelſo, q creauit cœlũ & terrã: & benedict⁹ Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorũ ad Abram: Da mihi animas: cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei, Leuo manũ meã ad dñm Deum excelſum poſſeſſorẽ cœli & terrę, q̃ à filo ſubtegminis vſq; ad corrigiam caligæ, nõ accipiã ex omnibus quæ tua ſunt: ne dicas, Ego ditaui Abram exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambrę: iſti accipient partes ſuas.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

HÆc loquutus eſt Ieſus: & c.12.
abijt, & abſcondit ſe ab g
eis] Cum autẽ tanta ſigna feciſſet coram eis, nõ credebãt in eum: vt ſermo Iſaię impleretur quem dixit, Dñe, quis credidit auditui noſtro? & brachiũ dñi cui reuelatũ eſt? Propterea nõ poterant credere, quia iterum dixit Iſaias, Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum,
vt non videant oculis, & non intelligant corde, & cõuertantur,

tur, & ſanem eos. Hæc dixit Iſaias, quādo vidit gloriā eius, & loquutus eſt de eo, Veruntamen, & ex principib⁹ multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur: vt è ſynagoga non eijcerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis q̃ gloriam Dei. Ieſus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, ſed in eū qui miſit me. Et qui videt me, videt eum qui miſit me. Ego lux in mundum veni: vt omnis q credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit verba mea, & nō cuſtodierit, ego non iudico eū. non enim veni vt iudicē mundum, ſed vt ſaluificem mūdū. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem loqnutus ſum, ille iudicabit eū in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo non ſum loquutus: ſed q miſit me pater ipſe mihi mādatū dedit quid dicā & quid loquar. Et ſcio qa mādatū ei⁹ vita ęterna eſt. Quę ergo ego loquor ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

Secundum Matthæū. Lcō. iij.

c.17. IN illo tēpore: Aſſumpſit Ieſus Petrū & Iacobū & Ioannem fratres eius, & duxit illos in montē excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.

Et reſ. Hom. ſctī Leonis papæ.

Euangelica lectio, dilectiſſimi, quæ per aures corporis interiorem mentium noſtrarū pulſauit auditum, ad magni ſacramenti nos intelligentiā vocat. Quam inſpirāte gratia Dei facilius aſſequemur, ſi conſiderationem noſtrā ad ea quę paulo ſuperi⁹ ſunt narrata, referam⁹: Saluator enim humani generis Deus Chriſtus, cōdens eam fidē quæ impios ad iuſtitiā, & mortuos reuocat ad vitam, ad hoc diſcipulos ſuos doctrinæ monitis, & operum miraculis imbuebat: vt idem & vnigenitus Dei, & filius hominis crederetur. Nam vnum horum ſine alio non proderat ad ſalutem: & æqualis erat periculi: Dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum, aut Deū tantummodo ſine homine, aut ſine Deo ſolū hominē credidiſſe: cum vtrunq; eſſet pariter confitendū. Quia ſicut Deo vera humanitas ita homini inerat vera diuinitas: Ad cōfirmandā ergo huius fidei ſalubritatē, interrogauerat diſcipulos ſuos dn̄s inter diuerſas aliorum opiniones, quid ipſi de eo crederēt, quidve ſentirent. Vbi

apo-

apoſtolus Petrus per reuelationem ſummi patris,corporea ſuperans & humana trãſcendẽs, vidit oculis mentis filium Dei viui:& cõfeſſus eſt gloriã deitatis:quia non ad ſolam reſpexit ſubſtantiã carnis & ſanguinis. Tantumq; in hac fidei ſublimitate complacuit. vt beatitudinis felicitate dotatus, ſacram inuiolabilis petrę acciperet firmitatem, ſupra quam fundata eccleſia portis inferni & mortis legibus præualeret. Nec in ſoluendis,aut ligãdis quorumcunq; cauſis, aliud ratum eſſet in cœlo, q̃ ꝙ Petri ſediſſet arbitrio. Miſerere.50. Oratio.

POpulum tuum quęſumus domine propitius reſpice: atq; ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer auerte. Per do.

¶ Dominica ſecũda Quadrageſimæ, ex Geneſi. Lectio j.

c.15. HIs itaq; trãſactis factus eſt ſermo dñi ad Abram per viſionem dicens, Noli timere Abrã,Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dixitq; Abram,Dñe Deus qd dabis mihi? ego vadã abſq; liberis:& filius procuratoris domus meę,iſte Damaſc' Eliezer. Addiditq; Abram. Mihi aũt nõ dediſti ſemẽ: & ecce vernacul' meus,hęres me' erit. Statimq; ſermo dñi fact' eſt ad eũ,dicẽs, Nõ erit hic hęres tuus: ſed qui egredietᷣ de vtero tuo,ipſum habebis hæredẽ. Eduxitq; eum foras,& ait illi, Suſpice cœlum,& numera ſtellas ſi potes:& dixit ei,Sic erit ſemẽ tuum. Credidit Abram Deo,& reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Dixitq; ad eũ. Ego dñs q eduxi te de Vr Chaldæorũ,vt darẽ tibi terrã iſtã,& poſſideres eã: At ille ait,Dñe Deus, vnde ſcire poſſum ꝙ poſſeſſurus ſim eam? Et reſpõdens dñs, ſume,inqt,mihi vaccã triennẽ, & capram trimam, & arietem annorũ trium,turturem quoq; & columbam. Qui tollens vniuerſa hęc,diuiſit ea per mediũ, & vtraſq; partes cõtra ſe altrinſecus poſuit: aues aũt nõ diuiſit. Deſcenderũtq; volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abrã. Cumq; ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Dictumq; eſt ad eum,Scito pręnoſcẽs,ꝙ peregrinum futurũ ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Veruntamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iu-

dicabo: & poſt hæc egredientur cũ magna ſubſtantia. Tu auté ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. Generatione aũt quarta reuertentur huc: necdũ enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorũ vſq; ad præſens tẽpus. Cum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis trãſiens inter diuiſiones illas. In illo die pepigit dñs fœdus cũ Abram, dicens, Semini tuo dabo terrã hãc à fluuio Ægypti vſq; ad fluuiũ magnũ Euphratem, Cinæos, & Genezæos, Cedmonæos & Hethæos, & Pherezeos, Raphaim quoq;, & Amorrhæos, & Chananæos & Gergeſæos, & Iebuſæos.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

c.13. a ANte diem feſtũ Paſchæ ſciens Ieſus, qa venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ: cũ dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eũ Iudas Simonis Iſcariotis, ſciens quia omnia dedit ei pater in manus, & qa à Deo exiuit, & ad Deũ vadit, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cũ accepiſſet linteum, pręcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrum. Et dicit ei Petrus, Dñe, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternũ. Reſpondit ei Ieſus, Si nõ lauero te, nõ habebis partem mecũ. Dicit ei Simon Petrus, Dñe, non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt, nõ indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum, propterea dixit, Non eſtis mundi omnes. Poſtquã ergo lauit pedes eorũ, accepit veſtimenta ſua: & cũ recubuiſſet iterum, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & dñe: & bene dicitis: ſum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs & magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amẽ dico vobis, nõ B
eſt ſeruus maior dño ſuo, neq;

Apoſtolus maior eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Non de oĩbus vobis dico: ego ſcio quos elegerim. Sed vt adimpleatur ſcriptura, Qui manducat mecum pané, leuabit contra me calcaneum ſuũ. Amodo dico vobis, prius q̃ fiat: vt cũ factũ fuerit, credatis q̃a ego ſum. Amẽ amẽ dico vobis, q accipit ſi quẽ miſero, me accipit: qui aũt me accipit, accipit eũ, qui me miſit.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

c.17. IN illo tẽpore: Aſſumpſit Ieſus Petrũ, & Iacobũ, & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos.

Et reľ. Hom. ſctĩ Ambroſij epi.

Dico autẽ vobis: vere ſunt aliqui hic ſtãtes qui nõ guſtabũt mortẽ donec videant regnum Dei. Semper dñs ſicut ad p̃mia erigit futura virtutũ, atq; vtilẽ ſeculariũ rerum docet eſſe contemptum: ita etiã infirmitatẽ mentis humanæ pręſentiũ remuneratione ſuſtentat. Arduũ quippe eſt crucẽ tollere, & animam periculis ac morti corp⁹ offerre: negare q̃d ſis cum velis eſſe quod nõ ſis. Raroq; quãuis excelſa virtus, futuris cõmutat præſentia. Difficile quippe videtur hominibus, vt ſpem periculis emant, damnoq; pręſentiũ futurę locũ mercentur ætatis. Ergo bonus & moralis magiſter, ne q̃s deſperatione frangatur aut tædio: q̃m vitæ dulcis illecebra, cõſtantem quoq; mulcet affectum, continuos viuendi ſucceſſus fidelibus pollicetur. Frigent enim ſolatia ſub metu mortis: magnuſq; amor vitæ præſentis, integrę blanditias ſpei, cum appetitæ ſalutis terrore compenſat. Non habes igitur quod quęras, & non habes quod excuſes. Arbiter omnium dedit & virtutũ præmiũ, & infirmitatis remediũ: vt pręſentibus ſubſtineatur infirmitas: virt⁹, futuris. Si fortis es, cõtemne mortẽ, ſi imbecillis es, fuge. Sed nemo põt fugere mortẽ niſi vitam ſequatur. Vita tua Chriſt⁹ eſt: ipſe eſt vita quę mori neſcit. Miſerere. 50. Oratio.

DEus, qui conſpicis omnĩ nos virtute deſtitui, interius exteriuſq; cuſtodi: vt ab oĩbus aduerſitatib⁹ muniamur in corpe, & à prauis cogitationib⁹ mũdemur in mẽte. Per do.

❡ Feria.ij.ex Geneſi. Lectio.j.

IGitur Sarai vxor Abram nõ genuerat ſibi liberos: ſed habens ancillam Ægyptiam no- c.16.

mine Agar, dixit marito ſuo, Ecce, cõcluſit me dñs, ne parerem: ingredere ad ancillã meã, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cumq́; ille acquieſceret deprecãti, tulit Agar Ægyptiã ancillã ſuã poſt annos decem q̃ habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eã viro ſuo vxorem. Qui ingreſſus eſt ad eã. At illa cõcepiſſe ſe videns, deſpexit dominã ſuam. Dixitq́; Sarai ab Abrã, Inique agis cõtra me: ego dedi ancillã meam in ſinum tuũ, quę videns ꝙ cõceperit, deſpectui me habet, iudicet dñs inter me & te. Cui reſpondens Abram, Ecce ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligẽte igitur eam Sarai, fugam inijt. Cumq́; inueniſſet eã angelus dñi iuxta fontem aquæ in ſolitudine quę eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illam, Agar ancilla Sarai vnde venis? & quo vadis? Quæ reſpondit. A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitq́; ei angelus dñi, Reuertere ad dominam tuã, & humiliare ſub manu illius. Et rurſum, Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & nõ numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce, ait, concepiſti, & paries filium: vocabiſq́; nomen eius Iſmahel, eo ꝙ audierit dñs afflictionẽ tuam. Hic erit ferus homo: manus eius cõtra omnes: & manus omniũ contra eum: & è regione vniuerſorũ fratrũ ſuorũ figet tabernacula. Vocauit aũt Agar nomen dñi qui loquebatur ad eã. Tu Deus qui vidiſti me. Dixit enim, Profecto hic vidi poſteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteũ viuentis & videntis me: Ipſe eſt inter Cades & Barad. Peperitq́; Agar Abræ filiũ, qui vocauit nomen eius Iſmahel. Octoginta & ſex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Iſmahelem.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

Cvm hęc dixiſſet Ieſus, tur- c.13.
batus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit, Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aſpiciebant ergo ad inuicẽ diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quẽ diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simon Petr⁹, & dixit ei, Quis eſt de quo dixit? Itaq; cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dixit ei, Dñe, quis eſt? Reſpondit Ieſus, Ille eſt, cui ego intinctum panem porre-

porrexero. Et cum intinxiſſet panẽ, dedit Iudæ Simoni Iſcariotę. Et poſt buccellam, introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Ieſus, Quod facis fac citius. Hoc autẽ nemo ſciuit diſcumbentiũ, ad qd dixerit ei. Quidã enim putabát, quia loculos habebat Iudas, ꝙ dixiſſet ei Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diẽ feſtum: aut egenis, vt aliquid daret. Cũ ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit cõtinuo. Erat aũt nox. Cũ ergo exiſſet, dixit Ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hominis: & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deꝰ clarificatus es in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo: & continuo clarificabit eum. Filioli, adhuc modicũ vobiſcũ ſum: Quęretis me: & ſicut dixi Iudæis, Quo ego vado, vos nõ poteſtis venire: & vobis dico modo. Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoſcẽt omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis adinuicem. Dixit ei Simon Petrus Dñe, quo vadis? Reſpondit Ieſus, Quo ego vado, non potes me modo ſequi, ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus, Quare non poſſum te ſequi modo? animã meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus, Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, nõ cantabit Gallus donec ter me neges. Et ait diſcipulis ſuis † Non turbetur cor veſtrũ. Creditis in Deũ, & in me credite. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus, dixiſſem vobis: Quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero & pręparauero vobis locũ: iterum venio & accipiã vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas, Dñe, neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Ieſus, Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis: & amodo cognoſcitis eum, & vidiſtis eum. c. 14. a

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudæorũ. Ego vado, & quęretis me: & in peccato veſtro moriemini. Et reliqua. ca. 8.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Locutus eſt dñs Iudęis dicens, Ego vado, & quęretis me: non deſiderio, ſed odio. Nam illum poſteaq̃ abſceſſit ab oculis hominũ

minũ inquiſiere, & qui oderãt, & qui amabant, illi perſequendo, iſti habere cupiẽdo. In pſalmis ait ipſe dñs per Prophetã, Perijt fuga à me: & non eſt qui requirat animã meam. Et alio loco in Pſalmo, Cõfundantur & reuereantur requirentes animam meam. Culpauit qui nõ requirerent, damnauit qui requirerent. Malum eſt enim nõ quęrere animam Chriſti: ſed quomodo eam quęſierũt diſcipuli. Et malũ eſt quęrere animã Chriſti: ſed quomodo eam quęſierũt Iudęi. Illi enim vt haberent: iſti vt perderẽt. Deniq; iſtis qui ſe quęrebãt more malo, corde puerſo, quod ſequitur adiunxit, Quęritis me & ne putetis quia bene me quęratis, in pctõ veſtro moriemini. Hoc eſt Chriſtum male quęrere, in peccato ſuo mori. Hoc eſt illum odiſſe, per quem ſolum poſſet ſaluus eſſe. Cum enim homines, quorum ſpes in Deo eſt, non debeant mala reddere, pro malis, reddebant iſti mala pro bonis. Prænuntiauit ergo illis Deus, dixitq; ſententiam præſcius, ꝙ in peccato ſuo morerentur. Deinde adiungit. Quo ego vado, vos nõ poteſtis venire. Miſerere. 50. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens Deus: vt familia tua quæ ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinet, ſectando iuſtitiam à culpa ieiunet. Per do.

℄ Feria.iij. ex Geneſi. Lectio. j.

POſtquã vero nonaginta & nouem annorũ eſſe cœperat, apparuit ei dñs: dixitq; ad eum, Ego Deus omnipotens: ambula corã me, & eſto perfectus. Ponamq; fœdus meũ inter me & te, & multiplicabo te vehemẽter nimis. Cecidit Abrã pronus in faciem. Dixitq; ei Deus, Ego ſum, & ponã pactũ meũ tecũ, eriſq; pater multarũ gentium. Nec vltra vocabitur nomen tuũ Abram: ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarũ gentium conſtitui te. Faciamq; te creſcere vehementiſſime, & ponã te in gentibus, regeſq; ex te egredientur: & ſtatuam pactum meũ inter me & te, & inter ſemen tuũ poſt te in generationib⁹ ſuis fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Daboq; tibi & ſemini tuo poſt te terrã peregrinationis tuæ, omnẽ terram Chanaan in poſſeſſionẽ æternam, eroq; Deus eorum. Dixit iterũ Deus ad Abraham, Et tu ergo cuſtodies pactũ meum, & c. 17.

ſemen

ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactum meũ quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuũ poſt te. Circuncidetur ex vobis omne maſculinũ: & circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignũ fœderis inter me & vos. Infans octo dierũ circũcidetur in vobis: omne maſculinũ in generationib' veſtris: tam vernacul' quã emptitius circuncidetur, & quicunq; nõ fuerit de ſtirpe veſtra: eritq; pactũ meũ in carne veſtra in fœdus æternum. Maſculus cuius pręputij caro circũciſa nõ fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meũ irritũ fecit.

Secundum Ioãnem. Lectio ij.

c.14. b DIxit ei Philippus, Domine, oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Dicit eis Ieſus, Tanto tẽpore vobiſcũ ſum, & nõ cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, oſtende nobis patrẽ? Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Verba q̃ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. pater aũt in me manens ipſe facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin, propter opera ipſa credite. Amẽ amen dico vobis, q̃ credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado Et quodcunq; petieritis patrem in noĩe meo, hoc faciam:] vt glorificetur pater in filio. Si quid me petieritis in nomine meo, hoc faciã. † Si diligitis me, mandata mea C
ſeruate Et ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. vos aũt cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquã vos orphanos, veniã ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videbitis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me, qui autẽ diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eũ, & manifeſtabo ei meipſum.] Di- D
xit ei Iudas, non ille Iſcariotes, Dñe, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & nõ mundo? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, † Si quis diligit me, E
ſer-

ſermonē meum ſeruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, qui non diligit me: ſermones meos nõ ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis, nõ eſt meus: ſed eius, qui miſit me patris. Hæc loquutus ſum vobis, apud vos manens. Paracletus aũt ſpiritus ſanctus quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quęcunq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis, pacē meam do vobis, nõ quomodo mũdus dat ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligerētis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrē: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquã fiat: vt cum factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcum: venit enim princeps mũdi huius, & in me nõ habet qcquã. Sed vt cognoſcat mũdus, qa diligo patrē: & ſicut mãdatũ dedit mihi pater,
F ſic facio.] Surgite, eamus hinc.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

c 23. IN illo tpe: Locutus eſt Ieſus ad turbas, & ad diſcipulos ſuos dicēs, Sup cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.

Et reſ Hom. ſcti Hiero. presby.

Quid manſuetius? quid benignius dño? Tentatur à Phariſæis, cõſtringuntur inſidiæ eorum: & ſecundũ Pſalmiſtam: Sagittæ paruulorum factę ſunt plagæ eorum: & nihilominus propter ſacerdotij & nominis dignitatē hortatur populos, vt ſubijciantur eis: non opera, ſed doctrinã conſiderantes. Quod autē ait: Super cathedrã Moyſi ſederũt Scribæ & Phariſæi: Per cathedrã, doctrinã legis oſtendit. Ergo & illud quod dicitur in Pſalmo, In cathedra peſtilētiæ non ſedit: & cathedras vendentiũ columbas euertit: etiã per cathedrã doctrinã debem[9] accipere. Alligant autē onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum: digito aũt ſuo nolunt eã mouere. Hoc generaliter aduerſus oēs magiſtros dictũ eſt, qui grauia iubēt, & minora nõ faciũt. Notandũ aũt ꝙ humeri & digiti & onera & vincula quibus alligãtur onera, ſpiritualiter intelligēda ſunt. Omnia vero ſua opera faciũt, vt videãtur ab hominibus. Quicũq; igitur ita facit quodlibet, vt videatur ab hominib[9], Scriba eſt & Phariſæus. Miſerere. 50. Oratio

Pro-

PRopitiare dñe ſupplicatio nib⁹ noſtris,& animarũ noſtrarũ medere lãguorib⁹: vt remiſſione pcepta,in tua ſemper benedictione lætemur. Per do.

¶Feria.iiij.ex Geneſi. Lcõ.j.

c.17. DIxit quoq; Deus ad Abraham, Sarai vxorẽ tuã nõ vocabis Sarai,ſed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritq; in nationes: & reges populorũ orientur ex eo. Cecidit Abrahã in faciẽ ſuam & riſit,in corde ſuo,dicens: Putaſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad Deum, Vtinam Iſmahel viuat coram te. Et ait Deus ad Abraham, Sara vxor tua pariet tibi filiũ, vocabiſq; nomẽ ei⁹ Iſaac, & cõſtituam pactũ meũ illi in fœdus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum, Super Iſmahel quoq; exaudiui te Ecce benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde: duodecim Duces generabit: & faciã illum in gentẽ magnã. Pactum vero meũ ſtatuã ad Iſaac,quẽ pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero. Cũq; finitus eſſet ſermo loquẽtis cũ eo, aſcẽdit Deus ab Abraham. Tulit aũt Abraham Iſmahel filiũ ſuum, & omnes vernaculos domus ſuę, vniuerſosq; quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus ſuę: & circuncidit carnẽ præputij eorũ ſtatim in ipſa die, ſicut pręceperat ei Deus Abrahã nonaginta & nouẽ erat annorũ, quãdo circuncidit carnẽ præputij ſui. Et Iſmahel fili⁹ ei⁹ tredecim annos impleuerat à tẽpore circũciſionis ſuę. Eadẽ die circũciſus eſt Abrahã & Iſmahel fili⁹ eius. Et oẽs viri domus illi⁹,tam vernaculi quã emptitij,& alienigenę pariter circunciſi ſunt. Secundũ Ioãnẽ. L.ij.

ET Go ſum vitis vera: & pa- c.15.
ter me⁹ agricola eſt Omnẽ a
palmitem in me nõ ferentem fructũ tollet eum: & omnẽ qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem quẽ locut⁹ ſum vobis. Manete in me,& ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite: ſic nec vos niſi in me mãſeritis. Ego ſum vitis: vos palmites, qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructũ multũ, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet,& colligẽt eũ & in ignẽ mittent,

 &

& ardet. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcũq; volueritis petetis, &
B fiet vobis.] In hoc clarificatus eſt pater meus, vt fructũ plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut & ego pręcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locut⁹ ſum vobis: vt gaudiũ meũ in vobis ſit, & gaudiũ veſtrum impleatur. Hoc eſt pręceptum meũ vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, quam vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam nõ dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit qd faciat dñs ei⁹. Vos aũt dixi amicos: qa omnia quęcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat, vt quodcũq; petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

c. 20. IN illo tpe: Aſcendens Ieſus Ieroſolymã, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendim⁹ Ieroſolymã: & filius hominis tradetur principib⁹ ſacerdotũ & ſcribis: & cõdemnabũt eũ morte. Et reł. Hom̃ ſcti Ambroſij epi.

C onſiderandũ eſt, quæ mater filiorum Zebedęi, cum filijs & pro filijs petat. Mater eſt vtiq; cui pro filiorũ honore ſolicite immoderatior quidẽ, ſed tamẽ ignoſcẽda menſura votorũ eſt. Atq; mater ætate longęua, ſtudio religioſa, ſolatio deſtituta quæ tunc temporis, quando vel iuuanda, vel alenda foret validę prolis auxilio, abeſſe ſibi liberos patiebatur, & voluntati ſuæ mercedem ſequentiũ Chriſtum prætulerat filiorum. Qui prima voce vocati à domino (vt legimus) relictis retibus & patre ſequuti ſunt eum. Hæc igitur ſtudio maternæ ſedulitatis indulgẽtior, obſecrabat ſaluatorem dicens. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram in regno tuo. Et ſi error, pietatis tamen error eſt. Neſciunt enim viſcera materna patientiam. Et ſi voti auara, tamen venerabilis cupiditas: quę non pecuniæ eſt auida, ſed gratiæ. Nec inuerecunda petitio: quæ

non ſibi, ſed liberis cõſulebat. Matrem conſiderate: matrẽ cogitate. Sed nihil mirũ ſi vilis vobis videtur circa filios affectus parentũ, qui etiã omnipotẽtis patris vilem putatis eſſe circa vnigenitũ filium charitatem. Dñs cœli atq; terrarũ verecundabatur, vt ſecundũ aſſumptionem carnis & virtutis animæ loquar, verecũdabatur inquã, &(vt ipſius verbo vtar) confundebatur matri pro filijs poſtulanti etiam ſuę ſedis conſortiũ denegare. Miſerere. 50. Orõ.

POpulum tuum quęſumus domine propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus pręcipis abſtinere, à noxijs quoq; vitijs ceſſare concede. Per do.

¶ Feria.v.ex Geneſi. Lectio.j.

c.18. APparuit autem ei dñs in cõualle Mambrę ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorũ de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terra. Et dixit, Dñe: Si inueni gratiã in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ: & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamq; buccellam panis: & cõfortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis: idcirco enĩ declinaſtis ad ſeruũ veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Feſtinauit Abrahã in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria ſata ſimilę cõmiſce, & fac ſubcineritios panes. Ipſe vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimũ & optimũ: deditq; puero, qui feſtinauit & coxit illum. Tulit quoq; butyrum, & lac, & vitulũ quem coxerat, & poſuit corã eis: ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumq; comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpõdit, Ecce ĩ tabernaculo eſt. Cui dixit: Reuertens veniã ad te tempore iſto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, Sara riſit poſt oſtiũ tabernaculi. Erãt aũt ambo ſenes prouectæq; ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria. Quę riſit occulte, dicẽs: Poſtq̃ conſenui & dñs meus vetulus eſt, voluptati operã dabo? Dixit autẽ dñs ad Abrahã, Quare riſit Sara, dicens: Num vere paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquã eſt difficile? Iuxta condictũ reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, &

habebit Sara filium. Negauit
Sara, dicens: Non riſi, timore
perterrita. Dominus autem
Non eſt, inquit, ita: ſed riſiſti.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

c 15. H† Æc mando vobis, vt di
ligatis inuicem. Si mun-
dus vos odit: ſcitote quia me
priorẽ vobis odio habuit. Si de
mundo fuiſſetis, mũdus quod
ſuum erat, diligeret. Quia vero
de mũdo nõ eſtis, ſed ego elegi
vos de mundo: propterea odit
vos mundus. Memẽtote ſermo
nis mei, quẽ ego dixi vobis: nõ
eſt ſeruus maior domino ſuo.
Si me perſecuti ſunt: & vos per-
ſequentur, ſi ſermonẽ meũ ſer-
uauerunt: & veſtrũ ſeruabunt.
Sed hæc omnia facient vobis
propter nomen meũ: quia ne-
ſciunt eum qui miſit me. Si nõ
veniſſem & locut⁹ fuiſſem eis:
peccatũ nõ haberẽt. nunc aũt
excuſationẽ non habẽt de pec-
cato ſuo. Qui me odit, & patrẽ
meũ odit: Si opera nõ feciſſem
in eis quæ nemo alius fecit: pec
catum non haberent. nunc au
tem & viderunt, & oderunt &
me & patrem meum. Sed vt
adimpleatur ſermo qui lege eo
rum ſcriptus eſt: Quia odio ha
D buerũt me gratis.] † Cum aũt
venerit paracletus (quem ego
mittã vobis à patre) ſpiritus ve
ritatis qui à patre procedit: ille
teſtimoniũ perhibebit de me:
& vos teſtimonium perhibebi-
tis quia ab initio mecum eſtis.
Hæc locutus ſum vobis, vt c.16.
non ſcandalizemini. Abſq; ſy- a
nagogis facient vos. ſed venit
hora, vt omnis qui interficit
vos, arbitretur obſequium ſe
præſtare Deo. & hæc facient vo
bis: quia nõ nouerunt patrem
neq; me. Sed hæc locutus ſum
vobis, vt cum venerit hora, eo-
rum reminiſcamini, quia ego
dixi vobis.] Hæc autem vobis
ab initio non dixi: quia vo-
biſcum eram. Et nunc † vado b
ad eum qui miſit me: & nemo
ex vobis interrogat me, Quo
vadis? Sed qa hęc locutus ſum
vobis, triſtitia impleuit cor ve-
ſtrum. Sed ego veritatem dico
vobis, expedit vobis vt ego va-
dam. ſi enim non abiero, para-
cletus non veniet ad vos: ſi au-
tem abiero, mittã eum ad vos.
Et cũ venerit, ille arguet mun-
dum de peccato, & de iuſtitia,
& de iudicio. De pctõ quidem:
quia non crediderũt in me: de
iuſtitia vero, quia ad patrem
vado, & iam non videbitis me:
de iudicio autẽ: quia princeps
huius mũdi iam iudicatus eſt.

Secundũ

Secundum Lucam. Lectio iij.

c. 16. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij papę.

In verbis ſacri eloquij, fratres chariſſimi, prius ſeruanda eſt veritas hiſtorię, & poſtmodum requirenda ſpiritualis intelligentia allegoriæ. Tunc nanq; allegoriæ fructus ſuauiter carpitur, cum prius per hiſtoriam veritatis radice ſolidatur. Sed quia nõnunquã allegoria fidẽ ędificat, & hiſtoria moralitatẽ: nos qui authore Deo iam fidelibus loquimur, non abs re credimus, ſi ipſum loquendi ordinem poſtponamus. Quatenus qui fidem iam firmam tenetis: prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis, & quod vobis de moralitate hiſtoriæ valde eſt neceſſariũ, hoc in expoſitionis noſtrę ordine ſeruetur extremũ, quia ea plerunq; melius ſolent recoli, quæ poſtmodũ contingit audire. Senſus ergo allegoricos ſub breuitate tranſcurrimus: vt ad moralitatis latitudinem citius venire va leamus. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. Quẽ fratres chariſſimi, quẽ diues iſte qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, niſi Iudaicũ populũ ſignificat? qui cultum vitæ exterius habuit: quia acceptæ legis delicijs, ad nitorem vſus eſt glorię, non ad vtilitatẽ. Quem vero Lazarus vlceribus plenus, niſi gentilem populum figuraliter exprimit? qui dum conuerſus ad Deum pctã ſua confiteri non erubuit, huic vulnus in cute fuit? In cutis quippe vlcere virus à viſceribus trahitur, & foras erumpit. Quid ergo eſt pctõrũ cõfeſſio niſi quędã vlcerũ ruptio? quia peccati vir' ſalubriter aperitur in cõfeſſione, qđ peſtifere latebat in mẽte. Miſerere. 50. Oratio.

PRæſta nobis quęſum' dñe auxilium gratię tuę: vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. Per do.

Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

CVm ergo ſurrexiſſent inde, viri direxerunt oculos cõtra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebat' deducens eos. Dixitq; dñs, Num celare potero Abrahã quę geſturus ſum: cum futurus ſit in gentem ma- c. 18.

gnam ac robuſtiſſimá, & benedicẽdę ſint in illo oẽs nationes terrę? Scio enim ꝙ pręcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam dñi, & faciãt iudiciũ & iuſtitiá: vt adducat dñs propter Abrahá omnia quæ locutus eſt ad eum. Dixit itaq; dñs, Clamor Sodomorũ, & Gomorrhæorũ multiplicatus eſt: & peccatũ eorum aggrauatũ eſt nimis: deſcendá, & videbo vtrum clamoré qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam. Cõuerteruntq; ſe inde, & abierũt Sodomam: Abrahá vero adhuc ſtabat corá dño. Et appropinquás ait, Nunquid perdes iuſtũ cũ impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul? Et nõ parces loco illi propter qnquaginta iuſtos, ſi fuerint in ea? Abſit à te, vt rem hác facias, & occidas iuſtũ cum impio, fiatq; iuſtus ſicut impius. nõ eſt hoc tuũ, qui iudicas omnem terrá: nequaquá facias iudiciũ hoc. Dixitq; dñs ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittá omni loco ꝓpter eos. Reſpondẽſq; Abrahá ait, Quia ſemel cœpi, loquar ad dominũ meũ, cum ſim puluis & cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinque fuerint? delebis propter quadragintaquinque, vniuerſam vrbem? Et ait, Non delebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinq;. Rurſumq; locutus eſt ad eum, Sin aũt quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiá propter quadraginta. Ne quæſo, inqt, indigneris dñe, ſi loquar. Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit, Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi loquar ad dñm meum. Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcaris domine, ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuenti fuerint ibi decẽ? Et dixit, Nõ delebo propter decem. Abijtq; dominus poſtquá ceſſauit loqui ad Abraham: & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

Secundum Ioãnem. Lectio. ij.

Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo. Cum aũt venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos oẽm veritatẽ, non enim loquet à ſemetipſo: ſed quęcũq; audiet loquetur, & quę ventura ſunt: annũtiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet. c. 16 c

ſpiet,& annuntiabit vobis. Om nia quęcunq; habet pater, mea ſunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet,& annũtiabit vo-
D bis.] † Modicũ, & iam non vi debitis me: & iterum modicũ, & videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex diſci pulis eius adinuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis. Modicũ, & non videbitis me, & iterum modicum,& videbitis me, quia vado ad patrẽ? Dicebant ergo, Quid eſt hoc quod dicit, Modicũ? neſcimus quid loquitur. Cognouit aũt Ieſus quia vole- bant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quęritis inter vos quia dixi, Modicũ,& non vide- bitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autẽ gau- debit: vos autem cõtriſtabimi- ni, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit ho ra eius. cum autem pepererit puerũ, iam nõ meminit pręſſu- ræ, propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis: iterum autem videbo vos,& gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis.] Et in illo die, me nõ ro-
E gabitis quicquã. † Amẽ amen dico vobis, ſi quid petieritis pa- trem in nomine meo, dabit vo- bis. Vſque modo non petijſtis quicquã in nomine meo. Peti- te,& accipietis: vt gaudium ve- ſtrum ſit plenũ. Hæc in prouer bijs locutus ſum vobis. Venit hora cũ iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palã de patre meo annuntiabo vobis: in illo die in noĩe meo petetis: & non dico vobis: quia ego rogabo pa- trem de vobis: ipſe enim pater amat vos quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mun- dum: iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrẽ. Dicunt ei di- ſcipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiũ nullum dicis: nũc ſcimus quia ſcis om- nia,& non opus eſt tibi, vt quis te interroget. in hoc credimus ꝙ à Deo exiſti.] Reſpondit eis
F Ieſus, Modo creditis? Ecce ve- nit hora,& iam venit, vt diſper gamini vnuſquiſq; in propria, & me ſolum relinquatis: & ta- men non ſum ſolus: quia pater mecũ eſt. Hæc locutus ſum vo- bis, vt in me pacem habeatis. In mundo preſſurã habebitis: ſed confidite, ego vici mundũ.

¶ Secundum Matthæū. Lcō. iij.

c.21. IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudęorum parabolā hāc, Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepe circundedit eam. Et reł. Hom. ſcti Ambroſij epi.

Pleriq; varias ſignificationes de vineæ appellatione deriuāt. Sed euidēter Iſaias, vineam dn̄i Sabaoth domū Iſrael eſſe commemorat. Hanc vineam quis alius niſi Deus cōdidit? Hic eſt ergo, qui locauit eā: & peregre profectꝰ eſt. Non quia ex loco ad locū profectus eſt Dn̄s, qui vbiq; ſemper præſens eſt: ſed quia pręſentior eſt diligētibus, negligētibus abeſt. Multis aūt tēporibꝰ abſuit, ne pręproperа videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcuſabilior peruicacia. Vnde bene ſecundū Matthæum habes, quia & ſepe circundedit eam: hoc eſt diuinę cuſtodiæ munitione vallauit: ne facile pateret incurſibus beſtiarū. Et fodit in ea torcular. Quomodo intelligimus qd ſit torcular, niſi quia forte pſalmi de torcularibus inſcribuntur: eo ꝙ in his myſteria dn̄icæ paſſionis modo muſti ſancto feruente ſpiritu prophetarū ardentius ferbuerunt? Deniq; ebrij putabantur, quibus ſpiritus ſanctus inūdabat. Ergo & hic fodit torcular, in quo vuæ rationalis fructus interior ſpirituali infuſione deflueret. Ædificat turrim, verticem ſcilicet legit attollēs: atq; ita hanc vineam munitam, inſtructam, ornatam, locauit Iudæis. Et tempore fructuum ſeruos ſuos miſit. Bene tēpus fructuum poſuit, non prouentuū. Nullus enim fructus extitit Iudæorum, nullus vineæ huius prouentus. Miſerere. 50. Oro.

DA quęſumus oms Deus: vt ſacro nos purificante ieiunio, ſynceris mentibꝰ ad ſancta ventura facias peruenire. Per. Hodie dicit matu defunctorū.

¶ Sabbato, ex Geneſi. Lectio. j.

VEneruntq; duo angeli Sodomam veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cū c.19. vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitq; pronus in terrā, & dixit, Obſecro dn̄i mei, declinate in domū pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viam veſtrā. Qui dixerunt, Minime, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum: ingreſſiſq; domū illius, fecit conuiuiū, &

coxit azyma, & comederunt. Prius autem q̃ irent cubitum, viri ciuitatis vallauerũt domũ illius, à puero vſq; ad ſenem, omnis populus ſimul. Vocaueruntq; Lot, & dixerunt ei, Vbi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcam' eos. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergũ occludens oſtiũ, ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ nondũ cognouerũt virũ, educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt, Recede illuc. Et rurſus, ingreſſus es, inquiũt, vt aduena, nũquid vt iudices? te ergo ipſum magis quã hos affligem'. Vimq; faciebãt Lot vehementiſſime: iamq; prope erat, vt effringerẽt fores. Et ecce miſerunt manũ viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntq; oſtium: & eos, qui foris erant, percuſſerũt cæcitate à minimo vſq; ad maximũ, ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. Dixerunt autẽ ad Lot, Habes hic quẽpiã tuorũ generum, aut filios aut filias? omnes qui tui ſunt educ de vrbe hac: delebimus enim locũ iſtum, eo ꝙ increuerit clamor eorũ coram domino, qui miſit nos vt perdamus illos.

Secundum Ioãnem. Lectio ii.

HÆc locutus eſt Ieſus & c.17.
† ſubleuatis oculis in cœlum, dixit, Pater, venit hora, clarifica filiũ tuũ, vt filius tuus clarificet te, ſicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Hęc eſt aũt vita ęterna, vt cognoſcãt te, ſolũ Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ego te clarificaui ſuper terram: opus cõſummaui, quod dediſti mihi vt faciã. & nũc clarifica me tu pater apud temetipsũ, claritate quã habui prius q̃ mundus fieret, apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo. tui erant: & mihi eos dediſti, & ſermonẽ tuum ſeruauerũt. Nunc cognouerũt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperũt, & cognouerunt vere, quia à te exiui, & crediderũt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, qa tui ſunt. Et mea omnia, tua ſunt: & tua, mea ſunt, & clarificatus ſum in

eis. Etiam non ſum in mundo: & hi in mũdo ſunt, & ego ad te venio:] Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi: vt ſint vnum ſicut & nos. Cum eſſem cũ eis ego ſeruabã eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis: vt ſcriptura impleatur. Nunc aũt ad te venio: & hęc loquor in mundo: vt habeãt gaudiũ meũ impletũ in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuum: & mundus eos odio habuit quia nõ ſunt de mundo, ſicut & ego nõ ſum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de muudo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo nõ ſunt: ſicut & ego non ſum de mũdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundũ, ita & ego miſi eos in mundũ. Et pro eis ego ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis aũt rogo tantũ, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbũ eorum in me: vt oẽs vnũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnũ ſint: vt credat mũdus qa tu me miſiſti. Et ego claritatẽ quam tu dediſti mihi, dedi eis vt ſint vnũ, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnũ, & cognoſcat mũdus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecũ: vt videant claritatẽ meã quam dediſti mihi, qa dilexiſti me ante cõſtitutionẽ mũdi. Pater iuſte, mund⁹ te nõ cognouit. ego aũt te cognoui: & hi cognouerũt, qa tu me miſiſti. Et notũ feci eis nomẽ tuũ, & notũ faciã: vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc, c. 15
Homo quidã habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantię q̃ me cõtingit. Et reľ. Hom. ſcti Ambroſij epi.

Vides ꝙ diuinum patrimoniũ petentib⁹ datur: Nec putes culpã p̃ris, ꝙ adoleſcentiori dedit. Nulla Dei regno infirma ętas, nec fides grauatur annis. Ipſe certe ſe iudicauit idoneum qui popoſcit: atq; vtinã non receſſiſſet à patre, impedimentũ neſciſſet ætatis. Sed poſteã q̃ peregre profectus eſt, diſſipauit ſubſtantiã ſuam viuẽdo luxurioſe. Merito ergo prodegit patrimoniũ

monium & receſſit ab eccleſia: Poſteaquã domum (inquit) patriamq; derelinquens, peregre profectus eſt in regionem longinquã. Quid eſt longinquius meq̃ à ſe recedere? nec regionibus, ſed morib⁹ ſeparari, ſtudijs diſcretū eſſe, nõ terris: & quaſi interfuſo luxurię ſecularis ęſtu diuortia habere ſctõꝝ? Etenim qui ſe à Chriſto ſeparat, exul eſt patrię, ciuis eſt mundi. Sed nos nõ ſum⁹ aduenę atq; peregrini: ſed ſumus ciues ſctorū & domeſtici Dei. Qui enim eramus lõge, facti ſumus prope in ſanguine Chriſti. Nõ inuideamus de longinqua regione redeuntibus: qa & nos fuim⁹ in regione lõginqua, ſicut Iſaias docet. Sic enī habet, Qui ſedebãt in regione vmbrę mortis, lux orta eſt eis. Miſerere. 50. Orõ.

DA quęſumus domine noſtris effectū ieiunijs ſalutaré, vt caſtigatio carnis aſſumpta ad noſtrarum vegetationẽ tranſeat animarum. Per domi.

❡ Dominica tertia Quadrageſimæ, ex Geneſi. Lectio j.

c.19. IGreſſus itaque Lot, loquut⁹ eſt ad generos ſuos q accepturi erãt filias ei⁹, & dixit, Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit dñs ciuitatē hãc. Et viſus eſt eis quaſi ludẽs loqui. Cumq; eſſet mane: cogebant eū angeli dicentes, Surge, tolle vxorē tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas ī ſcelere ciuitatis. Diſſimulante illo, apprehẽderūt manū eius, & manū vxoris, ac duarū filiarū eius, eo q parceret dñs illi: eduxerūtq; eū, & poſuerunt extra ciuitatem. Ibiq; loquuti a.
ſunt ad eū, dicẽtes, Salua aīam tuã: noli reſpicere poſt tergū: nec ſtes in omni circa regionẽ, ſed in monte ſaluū te fac, ne & tu ſimul pereas. Dixitq; Lot ad eos. Quęſo dñe mi, qa inuenit ſeru⁹ tuus gratiã corã te, & magnificaſti gloriã & miſericordiã tuã quã feciſti mecū vt ſaluares aīam meã, nec poſſum in mõte ſaluari ne forte apprehẽdat me malū & moriar. Eſt ciuitas hic iuxta, ad quã poſſum fugere, parua, ſaluabor ī ea: nūquid nõ modica ē, & viuet aīa mea? Dixitq; ad eum, Ecce etiã in hoc ſuſcepi ꝑces tuas, vt nõ ſubuertã vrbē pro qua loquut⁹ es. Feſtina, & ſaluare ibi: quia nõ potero facere quicquã, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatū eſt nomen vrbis illius,

Segor, Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor. Igitur dñs pluit ſuper Sodomã & Gomorrhã ſulphur, & ignẽ à dño de cœlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Reſpiciensq; vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.

¶ Epiſtola beati Ioannis apoſtoli prima. Lectio ſecunda.

ca. I. QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidim⁹ oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtrę cõtrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt: & vidim⁹, & teſtamur, & annuntiam⁹ vobis vitam æternam quæ erat apud patrẽ, & apparuit nobis. Quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos ſocietatẽ habeatis nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. & hęc ſcribimus vobis, vt gaudeatiś, & gaudiũ veſtrũ ſit plenũ. Et hæc eſt annuntiatio quã audiuimus ab eo, & annuntiam⁹ vobis, Quoniam Deus lux eſt: & tenebræ in eo non ſunt vllę. Si dixerimus q̃m ſocietatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem nõ facimus. Si aũt in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatẽ habemus adinuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerim⁹ q̃m peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus q̃m nõ peccauimus, mendacẽ facimus eum, & verbum eius nõ eſt in nobis.

Secundum Lucam. Lectio. iij.

IN illo tpe: Erat Ieſus eijciẽs dęmoniũ, & illud erat mutũ. c. 11.

Et reſ. Hom. ſcti Hiero. presby.

Tunc oblatus eſt Ieſu dæmoniacus, exiſtẽs cæcus & mutus: & curauit eũ ita vt loqueretur & videret. Tria ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt: cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur. Quod tunc carnaliter, factum eſt: ſic quotidie impletur ſpiritualiter in conuerſione credentiũ: vt expulſo dæmone primũ fidei lumen aſpiciãt: deinde in laudes Dei tacentia prius ora laxentur. Ieſus aũt ſciens cogitationes eorũ dixit eis, Omne regnũ diuiſum contra ſe deſolabitur.

labitur. Turbæ ſtupebãt,& cõfitebantur eũ(quia tanta ſigna faciebat)filiũ Dauid . Phariſæi vero opera Dei,principi dæmoniorũ deputabãt . Quibus dñs nõ ad dicta, ſed ad cogitata reſpõdet : vt vel ſic cõpellerentur credere potẽtiæ eius qui cordis videbat occulta . Si ſatanas ſatanã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt . Quomodo ergo ſtabit regnũ eius? Non poteſt ciuitas & regnũ contra ſe diuiſum ſtare. Sed quomodo cõcordia paruæ res creſcunt: ſic diſcordia maximę collabũtur . Si ergo ſatanas pugnat contra ſe,& demon inimicus eſt dæmoni : debet iam mundi venire conſummatio: nec haberẽt in eo locũ aduerſariæ poteſtates:quarum inter ſe bellum, pax hominũ eſt. Si aũt putatis,o Scribę & Phariſæi,qa receſſio dæmonis obediẽtia ſit in principem ſuũ vt homines ignorãtes fraudulẽta ſimulatione deludat : qd poteſtis dicere de corporũ ſanitatib⁹,quas dñs perpetrauit? Aliud eſt ſi mẽbrorũ quoq; debilitates,& ſpiritualiũ virtutũ inſignia dæmonib⁹ aſſignetis. Miſerere. 50. Orõ.

QVęſumus oĩpotens Deus vota humilium reſpice: atq; ad defenſionẽ noſtram dexteram tuæ maieſtatis extende. Per dominum no.

¶ Feria. ij. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 19.

ABraham aũt cõſurgens mane vbi ſteterat prius cum dño, intuitus eſt Sodomã & Gomorrham , & vniuerſam terram regionis illius : viditq; aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumũ. Cũ enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius:recordat⁹ eſt Abrahæ:& liberauit Lot de ſubuerſione vrbiũ , in quibus habitauerat . Aſcẽditq; Lot de Segor, & manſit in monte:duę quoq; filię eius cũ eo.(timuerat enim manere in Segor)& manſit in ſpelunca ipſe , & duæ filiæ eius cum eo . Dixitq; maior ad minorẽ , Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorũ remanſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ . Veni, inebriemus eum vino, dormiamuſq; cũ eo:vt ſeruare poſſim⁹ ex patre noſtro ſemẽ . Dederũt itaq; patri ſuo bibere vinũ nocte illa . Et ingreſſa eſt maior, dormiuitq; cũ patre : at ille nõ ſenſit,nec quando accubuit filia, nec quãdo ſurrexit . Altera quoq; die dixit maior ad minorẽ, Ecce dormiui heri cũ patre meo, demus ei bibere vinũ

etiã

etiã hac nocte,& dormies cum eo,vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Dederũt & illá nocte patri ſuo bibere vinũ, ingreſſáq; minor filia dormiuit cũ eo: & nec tunc quidẽ ſenſit quando cõcubuerit, vel qñ illa ſurrexerit. Conceperũt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperitq; maior filiũ,& vocauit nomen eius Moab, ipſe eſt pater Moabitarum vſque in pręſentem diem. Minor quoq; peperit filium,& vocauit nomen ei⁹ Ammon,id eſt filius populi mei:ipſe eſt pater Ammonitarũ vſq; hodie.

¶Ex ep'la prima Ioannis.I. ij.

ca. 2. FIlioli mei hęc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtũ:& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:nõ pro noſtris aũt tantum,ſed etiã pro totius mũdi. Et in hoc ſcimus qm̃ cognouimus eũ,ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mãdata eius nõ cuſtodit:mẽdax eſt,& in eo veritas non eſt. Qui aũt ſeruat verbũ eius,vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. in hoc ſcimus qm̃ in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere:debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Chariſſimi,nõ mandatũ nouũ ſcribo vobis,ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio. Mãdatũ vetus, eſt verbũ quod audiſtis. Iterũ mandatũ nouũ ſcribo vobis,quod verum eſt & in ipſo,& in vobis, qa tenebræ tranſierunt,& verũ lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrẽ ſuum odit, in tenebris eſt vſq; adhuc. Qui diligit fratrem ſuũ, in lumine manet, & ſcandalũ in eo nõ eſt. Qui aũt odit fratrẽ ſuũ, in tenebris eſt, & ĩ tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Scribo vobis filioli qm̃ remittuntur vobis peccata veſtra propter nomen eius. Scribo vobis patres qm̃ cognouiſtis eũ, qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes qm̃ viciſtis malignũ. Scribo vobis infantes, qm̃ cognouiſtis patrem. Scripſi vobis patres, qm̃ cognouiſtis eum qui eſt ab initio. Scripſi vobis iuuenes,quoniam fortes eſtis, & verbũ Dei manet in vobis,& viciſtis malignũ. Nolite diligere mundũ, neq; ea q̃ in mũdo ſunt. Si quis diligit mundũ, nõ eſt charitas patris in eo, qm̃ omne quod eſt in mundo,cõcupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcentia oculorum,

rum, & ſuperbia vitæ quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. qui autẽ facit voluntatẽ Dei, manet in æternũ.

¶ Sermo ſcti Aug. epi. Lcõ. iij.

DOminus Deus noſter nolens aliquẽ noſtrũ perire, extollẽs eccleſiam ſuam velut agrum ſuũ, quęrens fructũ de arboribus ſuis, anteq̃ tẽpus ſecuris adueniat, cui neceſſe erit infructuoſas arbores amputare, nõ ceſſat nos admonere: vt dum tẽpus eſt nobis cum Dei adiutorio, dũ in noſtra poteſtate cõſiſtit, bona opera faciam⁹. Cũ enim tranſierit tẽpus bene operãdi, nõ reſtat niſi recipiendi. Nemo tibi dicturus eſt poſt reſurrectionẽ mortuorũ in regno cœlorũ, Frange eſurienti panẽ tuum, & egenos vagosq; induc in domũ tuã: quia non inuenies eſuriẽtẽ neq; egentẽ. Nemo dictur⁹ eſt, Veſti nudũ: vbi omniũ tunica immortalis erit. Nemo dictur⁹ eſt, Suſcipe peregrinos: vbi omnes ĩ patria ſua viuent. Nam modo ſumus inde peregrini. Nemo enim dicet, Viſita ægrũ: vbi eſt ſempiterna ſanitas. Nemo dicet, Sepeli mortuũ: vbi mors morietur. Iſta omnia pietatis officia in vita æterna neceſſaria nõ erũt, vbi ſola pax erit & lętitia ſempiterna. Miſerere. 50. Oratio.

COrdibus noſtris quæſumus dñe gratiã tuã benignus infunde: vt ſicut ab eſcis corporalib⁹ abſtinemus, ita ſenſus quoq; noſtros à noxijs retrahamus exceſſibus. Per do.

¶ Feria. iij. ex Geneſi. Lectio. j.

PRofect⁹ inde Abraham in terram auſtralem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinat⁹ eſt in Geraris. Dixitq; de Sara vxore ſua, Soror mea eſt. Miſit ergo Abimelech, rex Geraræ, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierẽ quã tuliſti: habet enim virum. Abimelech vero nõ tetigerat eam: & ait, Dñe num gentem ignorantẽ & iuſtã interficies? Nõne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt? & ipſa ait, Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei & munditia manuũ mearũ feci hoc. Dixitq; ad eum Deus, Et ego ſcio ꝙ ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam, Nunc ergo redde viro ſuo vxorẽ, quia propheta eſt: & orabit pro te, & viues. ſi autem no-

noluerís reddere, ſcito ꝙ morte morieris tu & omnia quæ tua ſunt. Statimq; de nocte conſurgens Abimelech: vocauit omnes ſeruos ſuos: & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorũ, timuerũtq; oẽs viri valde. Vocauit aũt Abimelech etiam Abrahã, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxiſti ſup me & ſuper regnũ meum peccatũ grande? quæ nõ debuiſti facere, feciſti nobis, Rurſumq; expoſtulans ait, Quid vidiſti, vt hoc faceres? Reſpõdit Abraham, Cogitaui mecũ, dicens, forſitan nõ eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter vxorẽ meã: alias aũt & vere ſoror mea eſt, filia patris mei, nõ filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. Poſtquã aũt eduxit me De⁹ de domo patris mei, dixi ad eam, Hãc miſericordiã facies mecũ. In omni loco ad quẽ ingrediemur dices ꝙ frater tuus ſim.

¶ Ex epſa prima Ioannis. L.ij.

ca.2. Filioli, nouiſſima hora eſt & ſicut audiſtis quia antichriſtus venit, & nunc antichriſti multi facti ſunt, vnde ſcim⁹ quia nouiſſima hora eſt. Ex nobis prodierunt: ſed nõ erant ex nobis. Nã ſi fuiſſent ex nobis: permanſiſſent vtiq; nobiſcum, ſed vt manifeſti ſint qm̃ non ſunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. Nõ ſcripſi vobis quaſi ignorãtibus veritatẽ, ſed quaſi ſcientibus eã: & qm̃ omne mẽdaciũ ex veritate nõ eſt. Quis eſt mendax, niſi is qui negat quoniã Ieſus eſt Chriſtus? Hic eſt antichriſtus, qui negat patrẽ & filiũ. Omnis qui negat filium, nec patrem habet, qui confitetur filiũ: & patrẽ habet. Vos quod audiſtis ab initio, in vobis ꝑmaneat: qa ſi in vobis permanſerit: quod audiſtis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hęc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitã æternã. Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos. Et vos vnctionẽ quã accepiſtis ab eo maneat in vobis. Et nõ neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus: & verũ eſt, & non eſt mendaciũ. Et ſicut docuit vos, manete in eo. Et nũc filioli manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciam & non cõfundamur ab eo in aduentu eius: Si ſcitis quoniã iuſtus eſt, ſcitote quoniã & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

c.18. IN illo tempore: Reſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.

Et reſ. Hom. ſcti Auguſti. epi.

Quare illũ corripis? Quia doles ꝙ peccauerit in te? Abſit: ſi amore tui id facis, nihil facis: ſi amore illius facis: optime facis. Deniq; in ipſis verbis attende cuius amore id facere debeatis, vtrum tui, an illius. Si te audierit (inquit) lucrat⁹ eris fratrem tuum. Ergo propter illũ fac vt lucreris illũ. Sic faciẽdo, lucraris: niſi feciſſes, perierat. Quid eſt ergo ꝙ pleriq; homines iſta peccata cõtemnunt & dicunt: Quid magnum feci? In hominẽ peccaui. Noli contemnere, ꝙ in hominem peccaſti. Vis noſſe, quia in hominem peccando periiſti? Si te ille in quẽ peccaſti corripuerit inter te & ipſum ſolum, & audieris illum: lucratus eſt te. Quid eſt, lucratus eſt te: niſi qa perieras, ſi non lucraretur te? Nam ſi nõ perieras, quomodo te lucratus eſt? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem. Ait enim in quodã loco apoſtol⁹: Sic autẽ peccantes in fratres, & percutientes cõſcientiã eorum infirmã, in Chriſtum peccatis: ideo quia mẽbra Chriſti omnes facti ſumus. Quomodo nõ peccas in Chriſtũ, qui peccas in membrum Chriſti? Nemo ergo dicat, quia non peccaui in Deum: ſed peccaui in fratrem. In hominẽ peccaui, leue peccatum eſt, vel nullum peccatum eſt. Miſerere. 50. Oro.

EXaudi nos omnipotens, & miſericors Deus: & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per domi.

¶ Feria.iiij.ex Geneſi. Lcb.i.

TVlit igit̃ Abimelech oues & boues & ſeruos & ancillas, & dedit Abrahã, reddiditq; illi Saram vxorem ſuam, & ait, Terra coram vobis eſt, vbicũq; tibi placuerit, habita. Saræ aũt dixit, Ecce mille argẽteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecũ ſunt: & quocũq; perrexeris, memento te deprehenſam. Orante aũt Abraham, ſanauit Deus Abimelech & vxorẽ, ancillaſq; eius: & pepererunt: concluſerat enim Deus omnẽ vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ. c.20.

Viſitauit autem dñs Saram ſicut promiſerat: & impleuit quæ c.21.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

c.21. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudęorum parabolá hãc, Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepe circundedit eam. Et reſ. Hom. ſctĩ Ambroſij epi.

PLeriq; varias ſignificationes de vineæ appellatione deriuãt. Sed euidẽter Iſaias, vineam dñi Sabaoth domũ Iſrael eſſe commemorat. Hanc vineam quis alius niſi Deus cõdidit? Hic eſt ergo, qui locauit eã: & peregre profect' eſt. Non quia ex loco ad locũ profectus eſt Dñs, qui vbiq; ſemper præſens eſt: ſed quia pręſentior eſt diligẽtibus, negligẽtibus abeſt. Multis aũt tẽporib' abſuit, ne pręproperа videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcuſabilior peruicacia. Vnde bene ſecundũ Matthæum habes, quia & ſepe circundedit eam: hoc eſt diuinę cuſtodiæ munitione vallauit: ne facile pateret incurſibns beſtiarũ. Et fodit in ea torcular. Quomodo intelligimus qd ſit torcular, niſi quia forte pſalmi de torcularibus inſcribuntur: eo ꝙ in his myſteria dñicæ paſſionis modo muſti ſancto feruente ſpiritu prophetarũ ardentius ferbuerunt? Deniq; ebrij putabantur, quibus ſpiritus ſanctus inũdabat. Ergo & hic fodit torcular, in quo vuæ rationalis fructus interior ſpirituali infuſione deflueret. Ædificat turrim, verticem ſcilicet legit attollés: atq; ita hanc vineam munitam, inſtructam, ornatam, locauit Iudæis. Et tempore fructuum ſeruos ſuos miſit. Bene tẽpus fructuum poſuit, non prouentuũ. Nullus enim fructus extitit Iudæorum, nullus vineæ huius prouentus. Miſerere. 50. Oro.

DA quęſumus oṗs Deus: vt ſacro nos purificante ieiunio, ſynceris mentib' ad ſancta ventura facias peruenire. Per. Hodie dicit matu defunctorũ.

¶ Sabbato, ex Geneſi Lectio. j.

VEneruntq; duo angeli Sodomam veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cũ c.19. vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitq; pronus in terrã, & dixit, Obſecro dñi mei, declinate in domũ pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viam veſtrã. Qui dixerunt, Minime, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum: ingreſſiſq; domũ illius, fecit conuiuiũ, &

coxit

coxit azyma, & comederunt. Prius autem q̃ irent cubitum, viri ciuitatis vallauerũt domũ illius, à puero vſq; ad ſenem, omnis populus ſimul. Vocaueruntq; Lot, & dixerunt ei, Vbi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcam⁹ eos. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergũ occludens oſtiũ, ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ nondũ cognouerũt virũ, educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt, Recede illuc. Et rurſus, ingreſſus es, inquiũt, vt aduena, nũquid vt iudices? te ergo ipſum magis quã hos affligem⁹. Vimq; faciebãt Lot vehementiſſime: iamq; prope erat, vt effringerẽt fores. Et ecce miſerunt manũ viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntq; oſtium: & eos, qui foris erant, percuſſerũt cæcitate à minimo vſq; ad maximũ, ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. Dixerunt autẽ ad Lot, Habes hic quẽpiã tuorũ generum, aut filios aut filias? omnes qui tui ſunt educ de vrbe hac: delebimus enim locũ iſtum, eo ꝙ increuerit clamor eorũ coram domino, qui miſit nos vt perdamus illos.

Secundum Ioãnem. Lectio ii.

HÆc locutus eſt Ieſus & c.17. † ſubleuatis oculis in cœlum, dixit, Pater, venit hora, clarifica filiũ tuũ, vt filius tuus clarificet te, ſicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Hęc eſt aũt vita ęterna, vt cognoſcãt te, ſolũ Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ego te clarificaui ſuper terram: opus cõſummaui, quod dediſti mihi vt faciã. & nũc clarifica me tu pater apud temetipsũ, claritate quã habui prius q̃ mundus fieret, apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo. tui erant: & mihi eos dediſti, & ſermonẽ tuum ſeruauerũt. Nunc cognouerũt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperũt, & cognouerunt vere, quia à te exiui, & crediderũt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, qa tui ſunt. Et mea omnia, tua ſunt: & tua, mea ſunt, & clarificatus ſum in

eis. Etiam non ſum in mūdo: & hi in mūdo ſunt, & ego ad te
B venio:] Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mi
hi: vt ſint vnum ſicut & nos. Cum eſſem cū eis ego ſeruabā eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis: vt ſcriptura impleatur. Nunc aūt ad te venio: & hęc loquor in mundo: vt habeāt gaudiū meū impletū in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuum: & mundus eos odio habuit quia nō ſunt de mundo, ſicut & ego nō ſum de mūdo. Non rogo vt tollas eos de muudo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo nō ſunt: ſicut & ego non ſum de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundū, ita & ego miſi eos in mundū. Et pro eis ego ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis aūt rogo tantū, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbū eorum in me: vt oēs vnū ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnū ſint: vt credat mūdus qa tu me miſiſti. Et ego claritatē quam tu dediſti mihi, dedi eis vt ſint vnū, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tū in me: vt ſint conſummati in vnū, & cognoſcat mūdus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecū: vt videant claritatē meā quam dediſti mihi, qa dilexiſti me ante cōſtitutionē mūdi. Pater iuſte, mund⁹ te nō cognouit. ego aūt te cognoui: & hi cognouerūt, qa tu me miſiſti. Et notū feci eis nomē tuū, & notū faciā: vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tēpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc, c. 15.
Homo quidā habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantię q̄ me cōtingit. Et reł. Hom. ſctī Ambroſij epi.

Vides q̓ diuinum patrimoniū petentib⁹ datur: Nec putes culpā pr̄is, q̓ adoleſcentiori dedit. Nulla Dei regno infirma ętas, nec fides grauatur annis. Ipſe certe ſe iudicauit idoneum qui popoſcit: atq; vtinā non receſſiſſet à patre, impedimentū neſciſſet ætatis. Sed poſteā q̄ peregre profectus eſt, diſſipauit ſubſtantiā ſuam viuēdo luxurioſe. Merito ergo prodegit patri-

monium & receſſit ab eccleſia. Poſteaquã domum (inquit) patriamq; derelinquens, peregre profectus eſt in regionem longinquã. Quid eſt longinquius ire q̃ à ſe recedere? nec regionibus, ſed moribꝰ ſeparari, ſtudijs diſcretũ eſſe, nõ terris: & quaſi interfuſo luxuriæ ſecularis æſtu diuortia habere ſctõꝝ? Etenim qui ſe à Chriſto ſeparat, exul eſt patriæ, ciuis eſt mundi. Sed nos nõ ſumꝰ aduenæ atq; peregrini: ſed ſumus ciues ſctõrũ & domeſtici Dei. Qui enim eramus lõge, facti ſumus prope in
Ep. 2. ſanguine Chriſti. Nõ inuideamus de longinqua regione recedẽtibus: qa & nos fuimꝰ in regione lõginqua, ſicut Iſaias docet. Sic enĩ habet; Qui ſedebãt in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Miſerere. 50. Oro.

DA quæſumus domine noſtris effectũ ieiunijs ſalutarẽ, vt caſtigatio carnis aſſumpta ad noſtrarum vegetationẽ tranſeat animarum. Per domi.

¶Dominica tertia Quadrageſimæ, ex Geneſi. Lectio j.

c.19. INgreſſus itaque Lot, loquutꝰ eſt ad generos ſuos qui accepturi erãt filias eiꝰ, & dixit, Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit dñs ciuitatẽ hãc. Et viſus eſt eis quaſi ludẽs loqui. Cumq; eſſet mane: cogebant eũ angeli dicentes, Surge, tolle vxorẽ tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas ĩ ſcelere ciuitatis. Diſſimulante illo, apprehẽderũt manũ eius, & manũ vxoris, ac duarũ filiarũ eius, eo ꝙ parceret dñs illi: eduxerũtq; eũ, & poſuerunt extra ciuitatem. Ibiq; loquuti ſunt ad eũ, dicẽtes, Salua aĩam tuã: noli reſpicere poſt tergũ: nec ſtes in omni circa regionẽ; ſed in monte ſaluũ te fac, ne & tu ſimul pereas. Dixitq; Lot ad eos. Quæſo dñe mi, qa inuenit ſeruꝰ tuus gratiã corã te, & magnificaſti gloriã & miſericordiã tuã quã feciſti mecũ vt ſaluares aĩam meã, nec poſſum in mõte ſaluari ne forte apprehẽdat me malũ & moriar. Eſt ciuitas hic iuxta, ad quã poſſum fugere, parua, ſaluabor ĩ ea: nũquid nõ modica ẽ, & viuet aĩa mea? Dixitq; ad eum, Ecce etiã in hoc ſuſcepi ꝑces tuas, vt nõ ſubuertã vrbẽ pro qua loquutꝰ es. Feſtina, & ſaluare ibi: quia nõ potero facere quicquã, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatũ eſt nomen vrbis illius

Segor, Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor. Igitur dñs pluit ſuper Sodomã & Gomorrhã ſulphur, & ignẽ à dño de cœlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Reſpiciensq; vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.

℄ Epiſtola beati Ioannis apoſtoli prima. Lectio ſecunda.

ca. 1. QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidim' oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtrę cõtrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt: & vidim', & teſtamur, & annuntiam' vobis vitam æternam quæ erat apud patrẽ, & apparuit nobis. Quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos societatẽ habeatis nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. & hęc ſcribimus vobis, vt gaudeatis, & gaudiũ veſtrũ ſit plenũ. Et hæc eſt annuntiatio quã audiuimus ab eo, & annuntiam' vobis, Quoniam Deus lux eſt: & tenebræ in eo non ſunt vllę. Si dixerimus qm̃ ſocietatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem nõ facimus. Si aũt in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatẽ habemus adinuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerim' qm̃ peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus qm̃ nõ peccauimus, mendacẽ facimus eum, & verbum eius nõ eſt in nobis.

Secundum Lucam. Lectio. iij.

IN illo tpe: Erat Ieſus eijciẽs dęmoniũ, & illud erat mutũ. c. 11.

Et rel. Hom. ſcti Hiero. presby.

Tunc oblatus eſt Ieſu dæmoniacus, exiſtẽs cæcus & mutus: & curauit eũ ita vt loqueretur & videret. Tria ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt: cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur. Quod tunc carnaliter, factum eſt: ſic quotidie impletur ſpiritualiter in conuerſione credentiũ: vt expulſo dæmone primũ fidei lumen aſpiciãt: deinde in laudes Dei tacentia prius ora laxentur. Ieſus aũt ſciens cogitationes eorũ dixit eis, Omne regnũ diuiſum contra ſe deſolabitur.

labitur. Turbæ ſtupebãt,& cõfitebantur eũ(quia tanta ſigna faciebat)filiũ Dauid. Phariſæi vero opera Dei,principi dæmoniorũ deputabãt. Quibus dñs nõ ad dicta, ſed ad cogitata reſpõdet: vt vel ſic cõpellerentur credere potẽtiæ eius qui cordis videbat occulta. Si ſatanas ſatanã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt. Quomodo ergo ſtabit regnũ eius? Non poteſt ciuitas & regnũ contra ſe diuiſum ſtare. Sed quomodo cõcordia paruæ res creſcunt: ſic diſcordia maxime collabũtur. Si ergo ſatanas pugnat contra ſe,& demon inimicus eſt dæmoni: debet iam mundi venire conſummatio: nec haberẽt in eo locũ aduerſariæ poteſtates: quarum inter ſe bellum, pax hominũ eſt. Si aũt putatis,o Scribę & Phariſæi,qa receſſio dæmonis obediẽtia ſit in principem ſuũ vt homines ignorãtes fraudulẽta ſimulatione deludat: qd poteſtis dicere de corporũ ſanitatib⁹,quas dñs perpetrauit? Aliud eſt ſi mẽbrorũ quoq; debilitates,& ſpiritualiũ virtutũ inſignia dæmonib⁹ aſſignetis. Miſerere. 50. Orõ.

QVęſumus oĩpotens Deus vota humilium reſpice: atq; ad defenſionẽ noſtram dexteram tuæ maieſtatis extende. Per dominum no.

Feria.ij.ex Geneſi. Lectio.j.

ABraham aũt cõſurgens mane vbi ſteterat prius cum dño, intuitus eſt Sodomã & Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius: viditq; aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumũ. Cũ enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius: recordat⁹ eſt Abrahæ:& liberauit Lot de ſubuerſione vrbiũ, in quibus habitauerat. Aſcẽditq; Lot de Segor, & manſit in monte: duę quoq; filię eius cũ eo.(timuerat enim manere in Segor)& manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. Dixitq; maior ad minorẽ, Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorũ remanſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. Veni, inebriemus eum vino, dormiamuſq; cũ eo: vt ſeruare poſſim⁹ ex patre noſtro ſemẽ. Dederũt itaq; patri ſuo bibere vinũ nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, dormiuitq; cũ patre: at ille nõ ſenſit,nec quando accubuit filia, nec quãdo ſurrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorẽ, Ecce dormiui heri cũ patre meo, demus ei bibere vinũ etiã

c.19.

etiā hac nocte,& dormies cum eo,vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Dederūt & illā nocte patri ſuo bibere vinū, ingreſſaq; minor filia dormiuit cū eo: & nec tunc quidē ſenſit quando cōcubuerit, vel qñ illa ſurrexerit. Conceperūt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperitq; maior filiū,& vocauit nomen eius Moab, ipſe eſt pater Moabitarum vſque in pręſentem diem. Minor quoq; peperit filium,& vocauit nomen ei⁹ Ammon,id eſt filius populi mei:ipſe eſt pater Ammonitarū vſq; hodie.

¶ Ex ep'la prima Ioannis. L ij.

ca.2. Filioli mei hęc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrē Ieſum Chriſtum iuſtū:& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:nō pro noſtris aūt tantum,ſed etiā pro totius mūdi. Et in hoc ſcimus qm̄ cognouimus eū,ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mādata eius nō cuſtodit:mēdax eſt,& in eo veritas non eſt. Qui aūt ſeruat verbū eius,vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. in hoc ſcimus qm̄ in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere:debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare, Chariſſimi,nō mandatū nouū ſcribo vobis,ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio. Mādatū vetus, eſt verbū quod audiſtis. Iterū mandatū nouū ſcribo vobis,quod verum eſt & in ipſo,& in vobis, qa tenebræ tranſierunt,& verū lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrē ſuum odit, in tenebris eſt vſq; adhuc. Qui diligit fratrem ſuū, in lumine manet, & ſcandalū in eo nō eſt. Qui aūt odit fratrē ſuū, in tenebris eſt, & ī tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcauerūt oculos eius. Scribo vobis filioli qm̄ remittuntur vobis peccata veſtra propter nomen eius Scribo vobis patres qm̄ cognouiſtis eū, qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes qm̄ viciſtis malignū. Scribo vobis infantes, qm̄ cognouiſtis patrem. Scripſi vobis patres, qm̄ cognouiſtis eum qui eſt ab initio. Scripſi vobis iuuenes,quoniam fortes eſtis, & verbū Dei manet in vobis,& viciſtis malignū. Nolite diligere mundū, neq; ea q̄ in mūdo ſunt. Si quis diligit mundū, nō eſt charitas patris in eo, qm̄ omne quod eſt in mundo,cōcupiſcētia carnis eſt, & cōcupiſcentia oculorum,

rum,& ſuperbia vitæ quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. qui autē facit voluntatē Dei, manet in æternū.

❡ Sermo ſcti Aug. epi. Lcō.iij.

DOminus Deus noſter nolens aliquē noſtrū perire, extollēs eccleſiam ſuam velut agrum ſuū, quęrens fructū de arboribus ſuis, anteq̄ tēpus ſecuris adueniat, cui neceſſe erit infructuoſas arbores amputare, nō ceſſat nos admonere: vt dum tēpus eſt nobis cum Dei adiutorio, dū in noſtra poteſtate cōſiſtit, bona opera faciam⁹. Cū enim tranſierit tēpus benè operādi, nō reſtat niſi recipiendi. Nemo tibi dicturus eſt poſt reſurrectionē mortuorū in regno cœlorū, Frange eſurienti panē tuum, & egenos vagosq; induc in domū tuā: quia non inuenies eſuriētē neq; egentē. Nemo dictur⁹ eſt, Veſti nudū: vbi omniū tunica immortalis erit. Nemo dictur⁹ eſt, Suſcipe peregrinos: vbi omnes ī patria ſua viuent. Nam modo ſumus inde peregrini. Nemo enim dicet, Viſita ægrū: vbi eſt ſempiterna ſanitas. Nemo dicet, Sepeli mortuū: vbi mors morietur. Iſta omnia pietatis officia in vita æterna neceſſaria nō erūt, vbi ſola pax erit & lętitia ſempiterna. Miſerere. 50. Oratio.

COrdibus noſtris quæſumus dñe gratiā tuā benignus infunde: vt ſicut ab eſcis corporalib⁹ abſtinemus, ita ſenſus quoq; noſtros à noxiis retrahamus exceſſibus. Per do.

❡ Feria.iij. ex Geneſi. Lectio. j.

PRofect⁹ inde Abraham in terram auſtralem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinat⁹ eſt in Geraris. Dixitq; de Sara vxore ſua, Soror mea eſt. Miſit ergo Abimelech, rex Geraræ, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierē quā tuliſti: habet enim virum. Abimelech vero nō tetigerat eam: & ait, Dñe num gentem ignorantē & iuſtā interficies? Nōne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt? & ipſa ait, Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei & munditia manuū mearū feci hoc. Dixitq; ad eum Deus, Et ego ſcio q̄ ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam, Nunc ergo redde viro ſuo vxorē, quia propheta eſt: & orabit pro te, & viues. ſi autem no-

nolueris reddere, ſcito q morte morieris tu & omnia quæ tua ſunt. Statimq; de nocte conſurgens Abimelech: vocauit omnes ſeruos ſuos: & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorũ, timuerũtq; oẽs viri valde. Vocauit aũt Abimelech etiam Abrahã, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxiſti ſup me & ſuper regnũ meum peccatũ grande? quæ nõ debuiſti facere, feciſti nobis, Rurſumq; expoſtulans ait, Quid vidiſti, vt hoc faceres? Reſpõdit Abraham, Cogitaui mecũ, dicens, forſitan nõ eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter vxorẽ meã: alias aũt & vere ſoror mea eſt, filia patris mei, nõ filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. Poſtquã aũt eduxit me De⁹ de domo patris mei, dixi ad eam, Hãc miſericordiã facies mecũ. In omni loco ad quẽ ingrediemur dices q frater tuus ſim.

¶ Ex epſa prima Ioannis. L.ij.

ca.2. Filioli, nouiſſima hora eſt & ſicut audiſtis quia antichriſtus venit, & nunc antichriſti multi facti ſunt, vnde ſcim⁹ quia nouiſſima hora eſt. Ex nobis prodierunt: ſed nõ erant ex nobis. Nã ſi fuiſſent ex nobis: permanſiſſent vtiq; nobiſcum, ſed vt manifeſti ſint qm̃ non ſunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. Nõ ſcripſi vobis quaſi ignorãtibus veritatẽ, ſed quaſi ſcientibus eã: & qm̃ omne mẽdaciũ ex veritate nõ eſt. Quis eſt mendax, niſi is qui negat quoniã Ieſus eſt Chriſtus? Hic eſt antichriſtus, qui negat patrẽ & filiũ. Omnis qui negat filium, nec patrem habet, qui confitetur filiũ: & patrẽ habet. Vos quod audiſtis ab initio, in vobis pmaneat: qa ſi in vobis permanſerit: quod audiſtis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hęc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitã æternã. Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos. Et vos vnctionẽ quã accepiſtis ab eo maneat in vobis. Et nõ neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus: & verũ eſt, & non eſt mendaciũ. Et ſicut docuit vos, manete in eo. Et nũc filioli manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciam & non cõfundamur ab eo in aduentu eius: Si ſcitis quoniã iuſtus eſt, ſcitote quoniã & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

c.18. IN illo tempore: Reſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.

Et reſ. Homi. ſcti Auguſti. epi.

QUare illũ corripis? Quia doles ꝙ peccauerit in te? Abſit: ſi amore tui id facis, nihil facis: ſi amore illius facis: optime facis. Deniq; in ipſis verbis atten de cuius amore id facere debeatis, vtrum tui, an illius. Si te audierit (inquit) lucratꝰ eris fratrem tuum. Ergo propter illũ fac vt lucreris illũ. Sic faciẽdo, lucraris: niſi feciſſes, perierat. Quid eſt ergo ꝙ pleriq; homines iſta peccata cõtemnunt & dicunt: Quid magnum feci? In hominẽ peccaui. Noli contemnere, ꝙ in hominem peccaſti. Vis noſſe, quia in hominem peccando perijſti? Si te ille in quẽ peccaſti corripuerit inter te & ipſum ſolum, & audieris illum: lucratus eſt te. Quid eſt, lucratus eſt te: niſi qa perieras, ſi non lucraretur te? Nam ſi nõ perieras, quomodo te lucratus eſt? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem. Ait enim in quodã loco apoſtolꝰ: Sic autẽ peccantes in fratres, & percutientes cõſcientiã eorum infirmã, in Chriſtum peccatis: ideo quia mẽbra Chriſti omnes facti ſumus. Quomodo nõ peccas in Chriſtũ, qui peccas in membrum Chriſti? Nemo ergo dicat, quia non peccaui in Deum: ſed peccaui in fratrem. In hominẽ peccaui, leue peccatum eſt, vel nullum peccatum eſt. Miſerere. 50. Oro.

EXaudi nos omnipotens, & miſericors Deus: & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per domi.

❡ Feria.iiij.ex Geneſi. Lcõ.i.

TVlit igiť Abimelech oues c.20.
& boues & ſeruos & ancillas, & dedit Abrahã, reddiditq; illi Saram vxorem ſuam, & ait, Terra coram vobis eſt, vbicũq; tibi placuerit, habita. Saræ aũt dixit, Ecce mille argẽteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecũ ſunt: & quocũq; perrexeris, memento te deprehenſam. Orante aũt Abraham, ſanauit Deus Abimelech & vxorẽ, ancillaſq; eius: & pepererunt: concluſerat enim Deus omnẽ vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.
Viſitauit autem dñs Saram c.21.
ſicut promiſerat: & impleuit

quæ

quæ loquutus eſt: Concepitq́;, & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prędixerat ei Deus. Vocauitq́; Abraham nomẽ filij ſui, quẽ genuit ei Sara, Iſaac: & circuncidit eũ octauo die, ſicut præceperat ei Deus, cum centum eſſet annorũ: hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac Dixitq́; Sara, Riſum fecit mihi Deus: quicunq; audierit, corridebit mihi. Rurſumq́; ait, Quis auditurus crederet Abraham ꝙ Sara lactaret filiũ quẽ peperit ei iam ſeni? Creuit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitq́; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.

Ex ep͞l'a prima Ioannis. L. ij.

ca. 3. VIdete qualem charitatẽ dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc, mũdus nõ nouit nos: quia non nouit eũ. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus: & nondũ apparuit quid erimus. Scimus qm̃ cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniã videbimus eũ ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo: ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatẽ facit: & peccatũ eſt iniquitas. Et ſcitis qa ille apparuit vt peccata noſtra tolleret: & peccatũ in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, nõ peccat: & omnis qui peccat, nõ vidit eũ, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ, ex diabolo eſt: qm̃ ab initio diabol⁹ peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ non facit: qm̃ ſemen ipſius in eo manet, & nõ poteſt peccare, qm̃ ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis q non eſt iuſtus, nõ eſt ex Deo, & qui nõ diligit fratrẽ ſuum: qm̃ hęc eſt annuntiatio, quam audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrũ. Nõ ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrẽ ſuũ. Et propter quid occidit eũ? Quoniã opera ei⁹ maligna erãt: fratris aũt eius, iuſta. † Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, qm̃ B tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniã diligimus fratres. Qui nõ diligit, manet ĩ morte: omnis qui odit fratrẽ ſuum homicida eſt. Et ſcitis qm̃ omnis homicida nõ habet vitã æternam in ſe manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ Dei: qm̃ ille animã ſuam pro nobis poſuit:

fuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, nõ diligamus verbo: neq; lin-
C gua, ſed opere & veritate:] in hoc cognoſcimus, ꝙ ex veritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimꝰ corda noſtra. Quoniã ſi reprehenderit nos cor noſtrũ: maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrũ nõ reprehenderit nos: fiduciã habemus ad Deũ: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: qm̃ mãdata eius cuſtodimus & ea quę ſunt placita coram eo, facimus. Et hoc eſt mandatũ eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti: & diligamꝰ alterutrũ, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius: in illo manet, & ipſe in eo, & in hoc ſcimus qm̃ manet in nobis, ex ſpiritu quẽ dedit nobis.

Secundum Matthæũ. Lec̃ iij.

c.15. IN illo tẽpore: Acceſſerũt ad Ieſum ab Ieroſolymis Scribę & Phariſæi dicentes: quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Et reli.

Homilia ſancti Hiero. presby.

Mira Phariſęorũ, Scribarumq; ſtultitia: Dei filium arguunt, quare diſcipuli eius hominum traditiones & præcepta nõ ſeruent: Nõ enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Manus, id eſt, opera nõ corporis ſed animę lauandę ſunt: vt fiat in illis verbũ Dei. Ipſe aũt reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatũ Dei propter traditionẽ veſtrã? Falſam calumniã vera reſponſione confutat. Cum (inqt) vos propter traditiones hominum pręcepta Dei negligatis: quare diſcipulos meos arguendos creditis, ꝙ ſeniorũ iuſſa paruipendant, vt Dei ſcita cuſtodiant? Nã Deus dixit: Honora patrẽ tuum & matrẽ tuã: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri aut matri, munꝰ quodcũ q; eſt ex me, tibi proderit: & nõ honorificabit patrẽ ſuũ aut matrẽ. Honor in ſcripturis nõ tantũ in ſalutationibꝰ & officijs deferẽdis, quãtum in eleemoſynis, ac munerũ oblatione ſentitur. Honora (inquit Apoſtolus) viduas quæ vere viduæ ſunt. Hic honor donum intelligit. Et in alio loco:

Presby

Preſbyteri duplici honore honorandi ſunt: maximeq labo-rant in verbo & doctrina Dei. Et p huc mandatū iubemur vt boui trituranti os non claudamus: & dign⁹ ſit operarius mercede ſua. Miſerere. 50. Orō.

PRæſta nobis quęſum⁹ dñe, vt ſalutaribus ieiunijs eruditi, à noxijs quoq; vitijs abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per domi.

Feria.v.ex Geneſi. Lectio.j.

c.21. CVmq; vidiſſet Sara filiū Agar Aegyptię ludentem cum Iſaac, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Dure accepit hoc Abrahā pro filio ſuo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur aſperū ſuper puero & ſuper ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocē eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Sed & filiū ancillæ faciam in gentē magnam, quia ſemen tuum eſt. Surrexit itaq; Abrahā mane & tollens panē, & vtrem aquę, impoſuit ſcapulæ eius, tradiditq; puerū & dimiſit eam. Quæ cum abijſſet, errabat in ſolitudine Berſabeę. Cūq; conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerū ſubter vnā arborem quę ibi erat. Et abijt, ſeditq; è regione procul quantum poteſt arcus iacere. Dixit enim: Non videbo morientem puerū, & ſedens contra, leuauit vocem ſuā, & fleuit: exaudiuit aūt Deus vocē pueri: vocauitq; angelus dñi Agar de cœlo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt. Surge tolle puerum, & tene manum illius: qa in gentē magnā faciā eū. Aperuitq; oculos eius Deus: quæ videns puteū aquæ, abijt, & impleuit vtrē, deditq; puero bibere. Et fuit Deus cum eo: qui creuit, & moratus eſt in ſolitudine, factuſq; eſt iuuenis ſagittari⁹. Habitauitq; in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua vxorem de terra Ægypti.

Ex ep̄la prima Ioan. Lcō.ij.

CHariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: qm̄ multi pſeudoprophetę exierūt in mundū. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis ſpirit⁹ qui confitetur Ieſum Chriſtum in carnē veniſſe, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit, & nūc iam in mūdo eſt. ca.4

Vos ex Deo eſtis filioli, & viciſtis eos, qm̃ maior eſt qui in vobis eſt, q̃ qui in mundo. Ipſi de mundo ſunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deũ, audit nos. qui non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc cognoſcim⁹ ſpm̃ veritatis & ſpiritum erroris. Chariſſimi, diligamus nos inuicẽ: quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui nõ diligit,
B nõ nouit Deũ: qm̃ † Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: qm̃ filiũ ſuũ vnigenitũ miſit Deus in mundum, vt viuamus per eũ. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerim⁹ Deũ, ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. & miſit filiũ ſuum propitiationẽ pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnquã. Si diligam⁹ inuicẽ: Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcim⁹ ꝙ in eo manemus, & ipſe in nobis: qm̃ de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus & teſtificamur, qm̃ pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi. Quiſquis cõfeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & q manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc pfecta eſt charitas Dei nobiſcũ, vt fiduciã habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor nõ eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorẽ, qm̃ timor pœnã habet. qui aũt timet: nõ eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deũ: qm̃ Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniã diligo Deũ: & fratrẽ ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrẽ ſuum, quẽ videt: Deũ, quẽ non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mãdatũ habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrẽ ſuum.]

Secundum Lucam. Lectio.iij.

IN illo tpe: Surgens Ieſus de ſynagoga intrauit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus. ca.4.

Et rel'. Hom. ſctĩ Ambroſij epi.

Vide clementiã dñi ſaluatoris: nec indignatione cõmot⁹, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus, Iudęã deſeruit. Quinetiã im-

immemor iniuriæ, memor clementię, nũc docendo, nũc liberando, nũc ſanãdo, plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas virum à ſpũ nequitiæ liberatũ ante pręmiſit, & ſubſtituit fœminę ſanitatẽ. Vtrunq; enim ſexũ dñs curaturus aduenerat. Et primo ſanari debuit, qui prior creatus eſt. Nec prætermitti illa debuit, quæ mobilitate magis animi, quã prauitate peccauerat. Sabbato dñicę medicinę opera cœpta ſignificant, vt inde creatura noua cœperit, vbi vetus creatura ante deſierat. Nec ſub lege eſſe Dei filiũ: ſed ſupra legẽ in ipſo principio deſignaret: nec ſolui legem, ſed adimpleri. Neq; enim per legem ſed verbo factus eſt mundus: ſicut legimus, Verbo dñi cœli firmati ſunt. Non ſoluitur ergo lex, ſed impletur, vt fiat renouatio hominis iam labentis. Vnde & apoſtolus ait, Expoliãtes vos veterem hominem, induite nouũ, qui ſecundum Chriſtũ creat' eſt Et bene Sabbato cœpit: vt ipſe ſe oſtenderet curatorẽ, qui opera operibus intexeret, & proſequeretur opus quod ipſe iam cœperat: vt ſi faber domũ renouare diſponat, nõ à fundamẽtis, ſed à culminib' incipit ſoluere vetuſtatem. Miſerere. 50. Orõ.

SVbiectũ tibi populũ quęſumus dñe propitiatio cœleſtis amplificet, & tuis ſemper faciat ſeruire mandatis. Per do.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

EOdem tempore dixit Abimelech, & Phichol princeps exercitus eius ad Abrahã, Deus tecũ eſt in vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpiq; meæ: ſed iuxta miſericordiam quam feci tibi, facies mihi, & terræ, in qua verſatus es aduena? Dixitq; Abraham, ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ, quem vi abſtulerãt ſerui eius. Reſponditq; Abimelech, Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu nõ indicaſti mihi, & ego nõ audiui pręter hodie. Tulit itaq; Abrahã oues & boues & dedit Abimelech: percuſſerũtq; ambo fœdus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech, Quid ſibi volunt ſeptẽ agnę iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco vocatus

catus eſt locus ille Berſabeæ: quia ibi vterq; iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramẽti. Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram Palæſtinorum. Abraham vero plantauit nemus in Berſabeæ, & inuocauit ibi nomẽ dñi Dei æterni. Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

Ex epla prima Ioannis. Lcõ.ij.

OMnis qui credit quoniã Ieſus eſt Chriſt⁹, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, qm̃ diligimus natos Dei: cum Deũ diligamus, & mãdata eius faciamus. Hęc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius grauia non ſunt. Quoniã † omne quod natũ eſt ex Deo, vincit mundũ, & hęc eſt victoria quæ vincit mundũ, fides noſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei? hic eſt qui venit per aquam & ſanguinẽ Ieſus Chriſtus: non in aqua ſolum: ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniã tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: pater, verbum, & ſpũs ſanctus: & hi tres, vnũ ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis: & hi tres, vnũ ſunt. Si teſtimoniũ hominum accipimus: teſtimonium Dei maius eſt: Quoniã hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt: qm̃ teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filiũ Dei: habet teſtimoniũ Dei in ſe.] Qui nõ credit filio, mendacẽ facit eũ: quia nõ credit in teſtimoniũ, quod teſtificat⁹ eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimoniũ, Quoniã vitam æternam dedit nobis Deus. & hæc vita, in filio eius eſt. Qui habet filium Dei, habet vitam: qui non habet filium Dei: vitam non habet. Hęc ſcribo vobis: vt ſciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis ĩ nomine filij Dei. Et hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum, Quia quodcunq; petierimus ſecundũ voluntatẽ eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus: ſcimus, ꝙ habemus petitiones quas poſtulauimus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.

Eſt peccatũ ad mortẽ:non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas, peccatum eſt: & eſt peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat:ſed generatio Dei cõſeruat eum,& malignus nõ tangit eum. Scimus qm̃ ex Deo ſumus: & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus qm̃ filius Dei venit:& dedit nobis ſenſum:vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deꝰ,& vita ęterna. Filioli,cuſtodite vos à ſimulachris. Amen.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

ca.4. IN illo tẽpore: Venit Ieſus in ciuitatẽ Samarię quę dicitur Sychar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Et rel. Hom̃.ſctĩ Auguſti.e͠pi.

Erat autem ibi fons Iacob:puteus erat,ſed omnis puteꝰ fons: non omnis fons puteus. Vbi enim de terra aqua manat, & vſui prębetur haurientibus,fons dicitur. Sed ſi in promptu & ſuperficie ſit,fons tantum dicitur. Si autem in alto & in profundo ſit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat. Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem. Hora erat quaſi ſexta. Iam incipiũt myſteria. Non enim fruſtra fatigatur Ieſus. Non enim fruſtra fatigatur virtꝰ Dei. Non enim fruſtra fatigatur, per quẽ fatigati recreantur. Non enim fruſtra fatigatur, quo deſerente fatigamur, quo præſente firmamur. Fatigatur tamen Ieſus, & fatigatur ab itinere, & ſedet, & iuxta puteum ſedet, & hora ſexta fatigatus ſedet. Omnia iſta innuunt aliquid, indicare volunt aliquid. Intentos nos faciunt: vt pulſemus, hortantur. Ipſe ergo nobis aperiat & vobis, qui dignatus eſt ita hortari, vt diceret, Pulſate & aperietur vobis: tibi fatigatus eſt ab itinere Ieſus. Inuenimus virtutem Ieſu, & inuenimus infirmitatẽ Ieſu: fortem, & infirmum. Fortem, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deũ. Vis videre q̃ iſte fortis ſit? Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil, & ſine labore facta ſunt omnia. Miſerere. 50. Oratio.

IEiunia noſtra quęſumus domine benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: ita à vitijs ieiunemus in mente. Per.

Hodie

Hodie dicuntur ſeptẽ pſalmi.

¶ Sabbato, ex Geneſi. Lectio. j.

c. 22. QVæ poſtq̃ geſta ſunt, tentauit Deus Abrahã, & dixit ad eum, Abraham, Abraham. At ille reſpondit, adſum: Ait illi, Tolle filiũ tuum vnigenitũ quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis: atq; ibi offeres eum in holocauſtũ ſuper vnũ montiũ quem monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte cõſurgẽs ſtrauit aſinũ ſuũ: ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filiũ ſuum. Cumq; cõcidiſſet ligna in holocauſtũ, abijt ad locũ quem pręceperat ei Deus. Die aũt tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul, dixitq; ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino, ego aũt & puer illuc vſque properantes, poſtq̃ adorauerimus, reuertemur ad vos: Tulit quoq; ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuũ: ipſe vero portabat in manibus ignẽ & gladium. Cumq; duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo, Pater mi. At ille reſpondit, Quid vis fili? Ecce inquit, ignis & ligna, vbi eſt victima holocauſti? Dixit autẽ Abrahã, Deus prouidebit ſibi victimã holocauſti, fili mi. Pergebãt ergo pariter, & venerunt ad locũ quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit, cumq; colligaſſet Iſaac filium ſuũ, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorum. Extenditq; manũ, & arripuit gladiũ, vt immolaret filiũ ſuum. Ecce angelus dñi de cœlo clamauit, dicens: Abraham Abrahã. Qui reſpondit, Adſum. Dixitq; ei, Nõ extendas manũ tuã ſuper puerũ, neq; facias illi quicquã: nunc cognoui ꝙ timeas Deũ, & nõ peperciſti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditq; poſt tergũ arietẽ inter vepres, hęrentem cornibus, quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomẽ loci illius, Dñs videt. Vnde vſq; hodie dicitur, In monte dñs videbit.

Epiſtola beati Ioannis apoſtoli ſecunda. Lectio ſecunda.

SEnior, Electæ dñæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatẽ, propter veritatẽ quę permanet in vobis, & vobiſcũ erit in æternum. Sit vobiſcũ gratia, miſericordia, & pax à Deo patre, & à Chriſto Ieſu filio patris in veritate, & charitate. Gauiſus ſum ca. 1.

 valde

valde q̄ inueni de filijs tuis am
bulantes in veritate, ſicut man
datū accepimus à patre. Et nūc
rogo te domina, non tanquá
mandatū nouum ſcribēs tibi,
ſed quod habuim⁹ ab initio, vt
diligamus alterutrum. Et hæc
eſt charitas, vt ambulemus ſe-
cundū mandata eius. Hoc eſt
enim mandatū, vt quemadmo
dum audiſtis ab initio, in eo
ambuletis: qm̄ multi ſeducto-
res exierunt in mundū, qui nō
confitentur Ieſum Chriſtū ve-
niſſe in carnē. hic eſt ſeductor
& antichriſt⁹. Videte voſmetip
ſos, ne perdatis q̄ operati eſtis:
ſed vt mercedē plenā accipia-
tis. Omnis qui recedit, & non
permanet in doctrina Chriſti,
Deū nō habet. Qui permanet
in doctrina: hic patrē & filium
habet. Si quis venit ad vos, &
hanc doctrinā nō affert: nolite
recipere eum in domum, nec
Aue ei dixeritis. Qui enim di-
cit illi Aue: cōmunicat operib⁹
eius malignis. Ecce, prędixi vo
bis, vt in die dn̄i non confunda
mini. Plura habēs vobis ſcribe
re, nolui, per chartā & atramen
tum: ſpero enim me futurum
apud vos, & os ad os loqui: vt
gaudiū veſtrū plenum ſit. Salu
tant te filij ſororis tuæ Electæ.

Secundum Ioānem. Lectio. iij. ca. 8.

IN illo tēpore: Perrexit Ieſus
in montem Oliueti: & dilu-
culo iterum venit in templū.
Et reliq. Hom. ſcti Auguſti. epi.
In montē autē Oliueti, in mon
tem fructuoſum, in montē vn-
guenti, in montē chriſmatis.
Vbi enim decebat docere Chri
ſtum, niſi in monte Oliueti?
Chriſti enim nomē dictū eſt à
chriſmate. Chriſma aūt Gręce,
Latine vnctio nominat̃, Ideo
autē nos vnxit, quia luctatores
cōtra diabolū fecit. Et dilucu-
lo iterū venit in tēplū, & omnis
populus venit ad eū. Et ſedens
docebat eos, & non tenebatur:
quia nondū pati dignabatur.
Nunc iam attendite, vbi ab ini
micis tentata ſit dn̄i manſuetu
do. Adducunt aūt illi Scribę &
Phariſæi mulierē in adulterio
deprehenſam, & ſtatuerūt eam
in mediū, & dixerunt ei, Magi-
ſter, hæc mulier modo depre-
henſa eſt in adulterio. In lege
autē Moyſes mandauit nobis
huiuſmodi lapidare. Tu ergo
quid dicis? Hoc autē dicebant
tentantes eum vt poſſent accu
ſare eum. Vnde accuſare? Nun-
quid ipſum in aliquo facinore
deprehēderāt? Aut illa mulier
ad eū aliquo modo pertinuiſſe
dice-

dicebatur? Quid eſt ergo tẽtantes eũ, vt poſſent accuſare eũ? Intelligimus, fratres, admirabilem manſuetudinẽ in Chriſto fuiſſe. Animaduertebãt eũ nimium eſſe mitem, nimiũ eſſe manſuetũ. ℣ Miſerere. 50. Orō.

PRæſta quęſumus omnipotens Deus, vt qui ſe affligendo carnem ab alimẽtis abſtinent, ſectando iuſtitiam à culpa ieiunent. Per dominum.

¶ Dominicæ quarta Quadrageſimæ, ex Geneſi. Lectio j.

VOcauit autẽ angelus dñi Abraham ſecũdo de cœlo, dicens: Per memetipſũ iuraui (dicit dñs) qa feciſti hãc rẽ, & nõ pepciſti filio tuo vnigenito, ꝓꝑ me, bñdicã tibi, & multiplicabo ſemen tuũ ſicut ſtellas cœli, & velut arenã quæ eſt in litore maris: Poſſidebit ſemen tuũ portas inimicorũ ſuorum, & benedicẽtur in ſemine tuo oẽs gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abieruntq; Berſabeę ſimul: & habitauit ibi. His itaq; geſtis, nuntiatum eſt Abrahæ ꝙ Melcha quoq; genuiſſet filios Nachor fratri ſuo, Hus primogenitũ, & Buz fratrẽ ei⁹, & Camuel patrẽ Syrorũ, & Caſed, & Azau, Pheldas quoque & Iedlaph ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca. octo iſtos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ Concubina vero illius noĩe Roma, peperit Tabee, & Gahã, & Thas & Maacha. Vixit aũt Sara centum vigintiſeptẽ annis. Et mortua eſt in ciuitate Arbee, quæ eſt Hebron, in terra Chanaan, venitq; Abraham vt plangeret & fleret eã. Cumq; ſurrexiſſet Abrahã ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth, dicẽs: aduena ſum & peregrin⁹ apud vos, date mihi ius ſepulchri vobiſcum vt ſepeliam mortuum meum. Reſponderuntq; filij Heth, dicentes, Audi nos dñe, princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuũ tuũ, nullusq; te prohibere poterit quin in monumẽto eius ſepelias mortuũ tuum.

Epiſtola beati Ioannis Apoſtoli tertia. Lectio ſecunda.

SEnior, Caio chariſſimo, quẽ ego diligo in veritate. Chariſſime, de omnibus orationẽ facio proſpere te ingredi & valere, ſicut proſpere agit anima tua. Gauiſus ſum valde venientibus fratribus, & teſtimonium

perhibẽtibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. Maiorẽ horum non habeo gratiã, q̃ vt audiam filios meos in veritatẽ ambulare. Chariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui teſtimoniũ reddiderunt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ: quos, bene facies, deducens digne Deo. Pro noĩe enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi: vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitan eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes non recipit nos. Propter hoc ſi venero, cõmonebo eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos: & quaſi nõ ei iſta ſufficiant: neq; ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiũt, prohibet, & de eccleſia eijcit. Chariſſime, noli imitari malũ, ſed quod bonũ eſt. Qui bene facit: ex Deo eſt: qui male facit, non videt Deum. Demetrio teſtimoniũ redditur ab omnib', & ab ipſa veritate. Sed & nos teſtimoniũ perhibemus, & noſti quoniã teſtimonium noſtrũ verum eſt. Multa habui tibi ſcribere: ſed nolui per atramentũ & calamũ ſcribere tibi. Spero autẽ protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN illo tempore: Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis, & ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. ca. 6.

Et reſ. Hom.ſctĩ Auguſti.epi.

Miracula quæ fecit dñs noſter Ieſus Chriſtus, ſunt quidẽ diuina opera, & ad intelligendum Deum de viſibilibus admonẽt humanã mentem. quia enim ille nõ eſt talis ſubſtantię, quæ videri oculis poſſit, & miracula eius quibus totũ mundũ regit, vniuerſamq; creaturã adminiſtrat, aſſiduitate viluerũt ita vt pene nemo dignetur attẽdere opera Dei mira & ſtupenda in quolibet ſeminis grano. Secundum ipſam ſuã miſericordiam ſeruauit ſibi quędã, quę faceret opportuno tẽpore pręter vſitatum curſum ordinemq; naturæ, vt non maiora ſed inſolita videndo ſtuperẽt, quib' quotidiana viluerunt. Maius enim miraculũ eſt gubernatio totius mũdi, quã ſaturatio qnq; milliũ hominũ de qnq; panibus.

Et tamen hoc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius eſt, ſed qa rarũ eſt. Quis enim & nunc paſcit vniuerſum mundum: niſi ille qui de paucis granis ſegetes creat? Fecit ergo quomodo Deus. Vnde enim multiplicat de paucis granis ſegetes: inde manibus ſuis multiplicauit quinq; panes. Poteſtas enim erat in manibus Chriſti: panes autem illi quinq; quaſi ſemina erant: non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit, multiplicata. Miſerere. 50. Oratio.

CОncede quæſumus omnipotens Deus, vt qui ex merito noſtræ actionis affligimur, tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per dominum no.

¶ Feria.ij.ex Geneſi. Lectio.j.

c.23. SVrrexit Abraham & adorauit populũ terrę, filios videlicet Heth, dixitq; ad eos. Si placet animæ veſtræ vt ſepeliam mortuũ meũ, audite me & intercedite pro me apud Ephron filiũ Seor, vt det mihi ſpeluncã duplicẽ, quã habet in extrema parte agri ſui, pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in poſſeſſionẽ ſepulchri. Habitabat aũt Ephron in medio filiorũ Heth: reſpõditq; Ephron Hethæus ad Abraham cunctis audiẽtibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens: Nequaq̃ ita fiet dñe mi, ſed tu magis auſculta quod loquor, agrũ trado tibi, & ſpeluncã quę in eo eſt, pręſentib⁹ filijs populi mei, ſepeli mortuum tuum. Adorauit Abrahã corã dño & populo terrę. Et locutus eſt ad Ephron circunſtãte plebe eius, Quęſo vt audias me, dabo pecuniã pro agro, ſuſcipe eã, & ſic ſepeliam mortuũ meum in eo. Reſponditq; Ephron, Dñe mi, audi me. Terra quam poſtulas quadringentos ſiclos argẽti valet: iſtud eſt pretium inter me & te: ſed quãtum eſt hoc? ſepeli mortuum tuũ. Quod cum audiſſet Abrahã, appendit pecuniã quã Ephron poſtulauerat, audiẽtib⁹ filijs Heth, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetę publicę. Cõfirmatusq; eſt ager quondã Ephronis in quo erat ſpelunca duplex reſpiciens Mambre: tam ipſe q̃ ſpelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circumitum Abrahę in poſſeſſionem videntibus filijs Heth, & cunctis qui intrabant portã ciuitatis illius. Atq; ita ſepeliuit Abraham Saram vxorẽ ſuã in ſpe-

ſpelunca agri duplici, quæ reſpiciebat Mambre: hęc eſt Hebron in terra Chanaan. Et cōfirmat⁹ eſt ager & antrū quod erat in eo Abrahæ in poſſeſſionem monumēti à filijs Heth.

ca. 1. Ep'la catholica Iacobi ap'li.f.ij.

IAcobus Dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, quę ſunt in diſperſione, ſalutē. Omne gaudiū exiſtimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis: ſcientes quod probatio fidei veſtræ, patientiam operatur. Patiētia autē opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficiētes. Si quis aūt veſtrū indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Poſtulet aūt in fide, nihil hæſitans. qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, q à vento mouetur & circunfertur: non ergo exiſtimet homo ille quod accipiat aliquid à dño. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Glorietur aūt frater humilis, in exaltatione ſua: diues autē, in humilitate ſua: quoniam ſicut flos fœni trāſibit. Exortus eſt enim ſol cū ardore, & areſecit ſœnum, & flos eius decidit, & decor vult⁹ eius deperijt: ita & diues in itineribus ſuis marceſcet. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cū tentatur, dicat quoniā à Deo tētatur. Deus enim intētator malorum eſt, ipſe autem neminē tētat. Vnuſquiſq; vero tentatur, à cōcupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Dein de concupiſentia. cum conceperit, parit peccatū. peccatum vero cum conſummatū fuerit, generat mortem. Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi: † Omne datū optimū, & omne donum perfectū, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quē non eſt trāſmutatio, nec viciſſitudinis obūbratio. Volūtarie enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturę ei⁹. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autē omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad irā. Ira enim viri, iuſtitiā Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiā & abundantiam malitię, in māſuetudine ſuſcipite inſitū verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.]

Secundū

a. 2. Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN illo tempore: Prope erat Paſcha Iudæorum: & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Et inuenit in templo vendẽtes oues & boues & colũbas. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Quid audiuimus fratres? Ecce tẽplũ illud figura adhuc erat: & eiecit inde dñs omnes q ſua quęrebãt: qui ad nundinas venerãt. Et quę illi vendebãt? Illa quæ opus habebãt homines in ſacrificijs illius temporis. Nouit enim charitas veſtra quod ſacrificia illi populo pro eius carnalitate & corde adhuc lapideo talia data ſunt, quibus teneretur ne in idola defluerer: & immolabant ibi ſacrificia, boues & oues, & columbas. Noſtis, quia legiſtis. Nõ ergo magnũ peccatũ, ſi hoc vẽdebatur in tẽplo quod emebatur vt offerretur in tẽplo: & tamẽ eiecit illos inde. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret, quid faceret Dñs, ſi vendentes ea quę licita ſunt, & contra iuſtitiã non ſunt, eiecit? Quæ cum honeſte emũtur, nõ illicite venduntur. Expulit tamen, & non eſt paſſus domum orationis fieri domũ negociationis. Si negociationis domꝰ non debet fieri domus Dei: potationis debet fieri? Nos autẽ qñ eis iſta dicimus, ſtrident dentibus ſuis aduerſum nos. Et cõſolatur nos pſalmus quem audiſtis, Striderunt ſuper me dentibus ſuis. Miſerere. 50. Orõ

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus & mente. Per domi.

¶ Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j. c. 24.

ERat autẽ Abraham ſenex dierumq; multorũ: & dñs in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui pręerat omnibus quæ habebat, Pone manũ tuã ſubter femur meũ: vt adiurem te per dñm Deũ cœli, & terræ, vt nõ accipias vxorẽ filio meo de filiabus Chananæorũ, inter quos habito: ſed ad terrã & cognationẽ meã proficiſcaris, & inde accipias vxorẽ, filio meo Iſaac. Reſpondit ſeruus, Si noluerit mulier venire mecum in terrã hãc: nũquid reducere debeo filiũ tuũ, ad locũ de quo tu egreſſus es? Dixitq; Abraham, Caue ne qñ reducas filiũ meũ illuc. Dñs Deus cœli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meę, qui locutus eſt mihi, & iurauit

mihi,dicens: Semini tuo dabo terram hãc, ipſe mittet angelũ ſuum coram te,& accipies inde vxorẽ filio meo:ſin aũt mulier noluerit ſequi te, nõ teneberis juramẽto: filiũ meũ tm̃ ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus manũ ſub femore Abrahã dñi ſui, & iurauit illi ſup ſermone hoc. Tulitq; decẽ camelos de grege dñi ſui, & abijt, ex omnibus bonis ei⁹ portãs ſecũ,profectuſq; perrexit in Meſopotamiã ad vrbẽ Nachor. Cũq; camelos feciſſet accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ veſpere, eo tempore quo ſolẽt mulieres egredi ad hauriendã aquã, dixit, dñe Deus dñi mei Abrahã occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiã cum dño meo Abraham: ecce ego ſto prope fontẽ aquę,& filię habitatorum huius ciuitatis egrediuntur ad hauriendã aquam. Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriã tuã vt bibã: & illa reſpõderit,Bibe,quin & camelis tuis dabo potum:ipſa eſt quã pręparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam ꝙ feceris miſericordiam cum dño meo.

Ex epiſtola Iacobi. Lectio.ij.

c.1.c E† Stote aũt factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi,& nõ factor: hic cõparabitur viro cõſideranti vultũ natiuitatis ſuę in ſpeculo: conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui aũt perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea,non auditor obliuioſus fact⁹,ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe,non refrenans linguã ſuam, ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.]

Fratres mei, nolite in perſo- c.2.a narũ acceptione habere fidem dñi noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in conuentum veſtrũ vir aureũ anulum habẽs,in veſte candida,introierit aũt & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara,& dixeritis ei,Tu ſede hic bene: pauperi aũt dicatis: Tu ſta illic,aut ſede ſub ſcabello pedũ meorũ: nõne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationũ iniquarũ? Audite fratres mei

mei dilectiſſimi. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Vos auté exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per potentiã opprimunt vos: & ipſi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipſi blaſphemãt bonũ nomen quod inuocatũ eſt ſuper vos? Si tamen legé perficitis regalé ſecundũ ſcripturas, Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum, bene facitis. ſi auté perſonam accipitis, peccatũ operamini, redarguti à lege quaſi trãſgreſſores.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

ca.7. IN illo tempore: Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, & docebat, & admirabantur Iudæi. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Ille qui latebat, docebat: & palam loquebatur, & non tenebatur. Illud enim vt lateret erat cauſa exempli: hoc poteſtatis. Sed cum doceret mirabantur Iudæi Omnes quidem quantũ arbitror mirabantur: ſed nõ omnes cõuertebantur. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vbi natus: quemadmodũ fuerat educatus: nũquã eum viderant diſcenté literas. Audiebãt autem eum de lege diſputantem, legis teſtimonia proferenté: quæ nemo poterat proferre, niſi legiſſet: nemo legere, niſi literas didiciſſet. Et ideo mirabantur. Eorum auté admiratio, magiſtra facta eſt inſinuãdæ alterius veritatis occaſio. Ex eorum quippe admiratione & verbis, dixit dñs aliquid profundũ, & diligentius inſpici & diſcuti dignum. Propter quod intentã facio charitaté veſtrã non ſolũ ad audiendum pro vobis: ſed etiã ad orãdum pro nobis. Quid ergo dñs reſpodit eis admirantibus: quo modo ſciret literas quas nõ didicerat? Mea doctrina (inquit) nõ eſt mea: ſed ei⁹ q miſit me. Hæc eſt enim profunditas prima. Videtur enim paucis verbis quaſi cõtraria locutus. Nõ enim ait, iſta doctrina non eſt mea. Sed, mea doctrina non eſt mea. Si nõ tua, quomodo tua? ſi aũt tua, qũo nõ tua? Tu enim dicis vtrunq;: & mea doctrina, & nõ mea. Nam ſi dixiſſet, iſta doctrina nõ eſt mea, nulla eſſet queſtio. Miſerere. 50. Oratio.

SAcrę nobis quęſum⁹ domine obſeruationis ieiunia, & pię conuerſationis augmentũ, & tuæ propitiationis continuũ præſtent auxilium. Per domi.

Feria

¶Feria.iiij. ex Geneſi. Lcõ.j.

c. 24. NEcdum intra ſe verba cõpleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua, puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro: deſcenderat autẽ ad fontẽ, & impleuerat hydriã, ac reuertebatur. Occurritq; ei ſeruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad ſorbendum præbe de hydria tua. Quæ reſpondit, Bibe domine mi, Celeriterque depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potũ. Cumq; ille bibiſſet, adiecit. Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundenſq; hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquam: & hauſtam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus, ſcire volens vtrũ proſperũ iter ſuũ feciſſet dñs, an nõ. Poſtq; aũt biberũt cameli, protulit vir inaures aureas, appendẽtes ſiclos duos: & armillias totidẽ pondo ſiclorũ decẽ. Dixitq; ad eã: Cuius es filia? indica mihi, eſt in domo patris tui loc⁹ ad manendũ? Quæ reſpondit: Filia ſum Bathuelis filij Melchæ, quẽ peperit ipſi Nachor & addidit dicens, Palearum quoq; & fœni plurimũ eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manẽdũ. Inclinauit ſe homo, & adorauit dñm, dicens: Benedictus dñs Deus dñi mei Abrahã, qui nõ abſtulit miſericordiã & veritatẽ ſuã à dño meo, & recto itinere me perduxit in domũ fratris Dñi mei. Cucurrit itaq; puella, & nuntiauit in domo matris ſuæ omnia quę audierat. Habebat aũt Rebecca fratrem nomine Labã: qui feſtinus egreſſus eſt ad hominẽ foras vbi erat fons. Cũq; vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ, & audiſſet cũcta verba referẽtis, Hęc locutus eſt mihi homo: venit ad virum qui ſtabat iuxta camelos & prope fontẽ aquæ, dixitq; ad eum: ingredere benedicte domini, cur foris ſtas? præparaui domum & locum camelis tuis. Et introduxit eũ in hoſpitium: ac deſtrauit camelos, deditq; paleas & fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum, qui venerant cum eo. Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei, Loquere.

Ex epiſtola Iacobi. Lectio.ij.

ca. 2. QVicunq; autem totam legem ſeruauerit, offendat autẽ in vno: factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit & Nõ occides. Quod ſi non mœchaberis, occides aũt, factus es trãſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legẽ libertatis incipientes iudicari. Iudiciũ enim ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiã. Superexaltat autẽ miſericordia iudiciũ. Quid proderit, fratres mei, ſi fidẽ quis dicat ſe habere: opera autẽ non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eũ? Si aũt frater aut ſoror nudi ſint, & indigeãt victu quotidiano, dicat aũt aliquis ex vobis, illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: nõ dederitis aũt eis quæ neceſſaria ſunt corpori, qd proderit? Sic & fides, ſi nõ habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicet qs: Tu fidẽ habes, & ego opera habeo: oſtẽde mihi fidẽ tuã ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex operibus fidẽ meã. Tu credis q̃ vn⁹ eſt Deus. Bene facis: & dęmones credũt & contremiſcunt. Vis aũt ſcire ò homo inanis, qm̃ fides ſine operibus mortua eſt? Abrahã pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filiũ ſuũ ſuper altare? Vides quoniã fides cooperabatur operib' illius: & ex operib' fides cõſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens, Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis qm̃ ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide tantũ? Similiter & Raab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & alia via eijciẽs? Sicut enim corpus ſine ſpũ mortuũ eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij. ca. 9.

IN illo tpe: Pręteriẽs Ieſus vidit hoĩem cęcũ à natiuitate. Et rel'. Hom ſcti Auguſti epi.

Exiens Ieſus vidit hominem cæcum: nõ vtcunq; cæcũ, ſed à natiuitate. (Et interrogauerũt eum diſcipuli eius, Rabbi?) Scitis quia Rabbi magiſter eſt. Magiſtrum appellabant, quia diſcere deſiderabant. Quęſtionem quippe dño propoſuerũt tanquã magiſtro (Quis peccauit: hic, aut parentes eius, vt cęcus naſceretur? Reſpõdit Ieſus, Neq; hic peccauit, neq; parentes eius) Quid eſt hoc, quod dixit? Si null' homo ſine peccato, nunquid

nunquid parentes huius cæci ſine peccato erãt? Nunquid ipſe vel ſine originali peccato natus erat, vel viuẽdo nihil addiderat? An quia oculos clauſos habebat, cõcupiſcẽtię minime vigilabat? Quanta enim mala cęci cõmittũt? A quo enĩ malo abſtinet mens mala: etiã oculis clauſis? Non poterat videre, ſed nouerat cogitare: & forte cõcupiſcere aliquid, quod cæcus non poſſet implere. Sed in corde iudicari à nullo poteſt, niſi à cordis perſcrutatore. Si ergo & parentes eius habuerunt peccatũ, & iſte habuit peccatũ: quare dñs dixit, neq; hic peccauit, neq; parẽtes ei⁹: niſi ad rem de qua interrogatus eſt, vt cæcus naſceretur? Habebãt enim parẽtes eius peccatũ: ſed nõ ipſo peccato factum eſt vt cæcus naſceretur. Miſerere. 50. Orõ.

DEus qui & iuſtis præmia meritorũ, & peccatoribus per ieiuniũ veniã præbes: miſerere ſupplicibus tuis, vt reatus noſtri cõfeſſio indulgentiã percipere valeat delictorũ. Per do.

℄ Feria. v. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 24. AT ille, Seruus, inqt, Abraham ſum. Et dñs benedixit dño meo valde, magnificatusq; eſt: & dedit ei oues & boues, argentũ & aurum: ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. Et peperit Sara vxor dñi mei filium dño meo ĩ ſenectute ſua, deditq; illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dñs meus, dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiab⁹ Chananęorum, in quorũ terra habito: ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. Ego vero reſpondi dño meo, Quid ſi noluerit venire mecum mulier? Dñs, ait, in cuius cõſpectu ambulo, mittet angelũ ſuum tecũ, & diriget viam tuã: accipiesq; vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, & nõ dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi, Dñe Deus dñi mei Abraham, ſi direxiſti viam meã in qua nũc ambulo, ecce ſto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredieť ad hauriẽdã aquã, audierit à me: Da mihi pauxillũ aquæ ad bibendum de hydria tua: & dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriã: ipſa eſt mulier quam præparauit dñs filio dñi mei. Dumq; hæc tacitus mecũ voluerem, apparuit

Rebecca

Rebecca veniēs cū hydria quā portabat in ſcapula: deſcenditque ad fontē, & hauſit aquā. Et aio ad eam, Da mihi paululū bibere. Quę feſtinans depoſuit hydriā de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuā potū. Bibi, & adaquaui camelos. Interrogauiq; eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ rñdit, Filia Bathuelis ſum filij Nachor, quē peperit ei Melcha. Suſpendi itaq; inaures ad ornandā faciē eius, & armillas poſui in manibus eius, pronuſque adoraui dñm, bñdicēs Dño Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem filiam fratris Dñi mei filio eius. Quā ob rē ſi facitis miſericordiam, & veritatē cū Dño meo: indicate mihi, ſin aūt aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadā ad dexterā, ſiue ad ſiniſtram.

Ex epiſtola Iacobi. Lectio. ij.

Ca. 3. NOlite plures magiſtri fieri fratres mei, ſciētes qm̄ maius iudiciū ſumitis In multis enim offendimus oēs. Si qs in verbo non offendit: hic perfectus eſt vir, potens etiam fræno circūducere totum corpus. Si autē equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis, omne corpus illorū circūferimus. Et ecce naues cū magnę ſint, & à ventis validis minentur, circunferuntur à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicū quidem membrū eſt, & magna exaltat. ecce quātus ignis q̄ magnā ſyluam incendit. Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quę maculat totum corpus, & inflāmat totā natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura beſtiarū & volucrū & ſerpentiū & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana: linguā aūt nullus hominū domare pōt, inqetū malū, plena veneno mortifero. Ca. 7. In ipſa benedicimus deū & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginē & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Nō oportet, fratres mei, hęc ita fieri. Nūquid fons de eodē foramine emanat dulcē, & amarā aquā? Nūquid pōt fratres mei, ficus vuas facere: aut vitis, ficus? Sic neque ſalſa dulcē pōt facere aquā. Quis ſapiēs & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona cōuerſatione operationē ſuā in manſue-

tudine ſapiētię. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatē: nō eſt enim iſta ſapiētia deſurſum deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi incōſtātia, & omne opus prauū. Quæ autē deſurſum eſt ſapientia, primum quidē pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione. Fructus autem iuſtitiæ, in pace ſeminatur facientibus pacem.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

ca.7. IN illo tēpore: Ibat Ieſus in ciuitatē quę vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Et reliqua.

Homilia ſancti Ambroſij epi.

Hic locus ad vtranq; redundat gratiam, vt cito flecti diuinam miſericordiam matris viduæ lamentatione credamus: eius pręcipue quę vnici filij vel labore vel morte frangatur. Cui tamē viduę grauitatis meritū exequiarū turba conciliet. Et hanc viduā populorū turba ſeptam, plus videri eſſe q̄ fœminam, quę reſurrectionem vnici adoleſcentis filij ſui lachrymis meruerat impetrare, eo q᷑ ſancta eccleſia populum iuniorē à pompa funeris atq; ſupremi ſepulchri ſuariū reuocet ad vitā cōtemplatione lachrymarum: Quæ flere prohibetur eum cui reſurrectio debebatᷓ. Qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad ſepulchrū ferebatur elemētis: ſed ſpem reſurgēdi habebat: q̄a ferebatur in ligno. Quod etſi nobis ante nō proderat: tamen poſteaquā Ieſus id tetigit, proficere cœpit ad vitā: vt eſſet indicio ſalutem populo per crucis patibulū refundendā. Audito igitᷓ Dei verbo ſteterunt acerbi illius funeris portitores: qui corp' humanū letali fluxu naturę materialis vrgebāt. Quid enim aliud, niſi quaſi in quodam feretro, hoc eſt ſupremi funeris inſtrumento, iacemus exanimes: cū vel ignis modicæ cupiditatis exæſtuat, vel frigidus humor exudat, vel pigra quadam corporis hebetudine vigor hebetatur animoꝝ, vel cōcreta noſter ſpūs labe purę lucis vacuus alit mentē? Hi ſunt noſtri funeris portitores. Miſerere. 50. Oro.

PReſta quęſumus omnipotens Deus, vt quos ieiunia votiua

votiua caſtigant: ipſa quoque deuotio ſancta lætificet, vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cœleſtia capiamus. Per do.

¶ Feria.vi.ex Geneſi Lectio.j.

c.24. RESpõderuntq; Laban & Bathuel, A dño egreſſus eſt ſermo: non poſſumus extra placitũ eius quicquã aliud loqui tecũ. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij dñi tui, ſicut loquutus eſt dñs. Quod cũ audiſſet puer Abrahã, procidens adorauit in terrã dñm. Prolatiſq; vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: fratribus quoq; eius, & matri dona obtulit. Initoq; cõuiuio veſcẽtes pariter & bibentes manſerunt ibi. Surgens autem mane, loquutus eſt puer: Dimitte me, vt vadam ad dñm meum. Reſponderuntq; frater eius & mater. Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Nolite, ait me retinere, quia dñs direxit viã meã: dimittite me vt pergã ad dñm meum. Et dixerunt, Vocemus puellã, & quęramus ipſius volũtatẽ. Cumq; vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto? Quæ ait, Vadam. Dimiſerũt ergo eam, & nutricem illius, ſeruumq; Abrahã, & comites eius: imprecantes proſpera ſorori ſuę, atq; dicẽtes, Soror noſtra es, creſcas in mille millia & poſſideat ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ. Igit' Rebecca, & puellæ illius aſcenſis camelis ſequutæ ſunt virum: qui feſtinus reuertebatur ad dñm ſuum. Eo aũt tẽpore deambulabat Iſaac per viã quæ ducit ad puteũ, cuius nomẽ eſt Viuentis & Videntis: habitabat enim in terra auſtrali. Et egreſſus fuerat ad meditandũ in agro inclinata iam die: cumq; eleuaſſet oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoq; cõſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, & ait ad puerũ. Quis eſt ille homo qui venit per agrũ in occurſum nobis? Dixitq; ei, Ipſe eſt dñs me'. At illa tollens cito palliũ ſuũ, operuit ſe. Seruus autem cuncta quæ geſſerat, narrauit domino ſuo Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuę, & accepit eam vxorem: & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

Ex epiſtola Iacobi. Lectio.ij.

VNde bella & lites in vobis? Nõne ex cõcupiſcẽ ca.4.

tijs veſtris quæ militant in mē-
bris veſtris? Cōcupiſcitis: & nō
habetis. occiditis & zelatis: &
nō poteſtis adipiſci. litigatis &
belligeratis: & nō habetis, pro-
ptereą ꝙ non poſtulatis, Petitis
& nō accipitis, eo ꝙ male peta-
tis vt in concupiſcentijs veſtris
inſumatis: Adulteri, neſcitis ꝙ
amicitia huius mundi, inimica
eſt Dei? Quicūq; ergo voluerit
amicus eſſe ſeculi huius, inimi-
cus Dei conſtituitur. An puta-
tis ꝙ inaniter ſcriptura dicat,
Ad inuidiam concupiſcit ſpiri
tus qui habitat in vobis? Maio-
rē aūt dat gratiā. Propter quod
dicit, Deus ſuperbis reſiſtit: hu-
milibus autē dat gratiā. Subdi-
ti ergo eſtote Deo, reſiſtite au-
tem diabolo: & fugiet à vobis.
Appropriate Deo, & appropin-
quabit vobis. Emūdate manꝰ,
peccatores: & purificate corda,
duplices animo. Miſeri eſtote,
& lugete, & plorate, riſus veſter
in luctum conuertatur, & gau-
diū in mœrorem. Humiliami-
ni in conſpectu Domini, &
exaltabit vos. Nolite detrahe-
re alterutrum, fratres mei. Qui
detrahit fratri, aut qui iudicat
fratrem ſuum: detrahit legi &
4.c. iudicat legem. Si autē iudicas
legē: non es factor legis, ſed iu-
dex. Vnus eſt enim legiſlator
& iudex qui pōt perdere & libe
rare. Tu aūt quis es qui iudicas
proximum tuum? Ecce nunc q
dicitis. Hodie aut craſtino ibi-
mus in illā ciuitatem, & facie-
mus ibi quidem annū & mer-
cabimur, & lucrū facie mꝰ (qui
ignoratis quid erit in craſtino.
Quæ eſt enim vita veſtra? Va-
por eſt, ad modicū parens, & de
inceps, exterminabitur) pro eo
vt dicatis. Si Dñs voluerit & Si
vixerimus, faciemus hoc aut il
lud. Nunc autem exultatis in
ſuperbijs veſtris. Omnis exulta
tio talis, maligna eſt. Scien-
ti igitur bonum facere, & non
facienti: peccatum eſt illi.

Secundum Ioānem. Lectio iij.

IN illo tpe. Erat quidā lan- c. 11.
guens Lazarus in Bethania
de caſtello Mariæ & Marthæ
ſororum eius. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

In ſuperiori lectione memini-
ſtis, ꝙ Dñs exijt de manibus eo
rum, qui lapidare eum volue-
rant: & diſceſſit trans Iordanē,
vbi Iohannes baptizabat. Ibi
dño cōſtituto infirmabatur in
Bethania Lazarus, quod caſtel
lū erat proximū Ieroſolymis.
Maria aūt erat quæ vnxit dñm
vnguento, & exterſit pedes eius

capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores ad eũ dicentes, Dñe, ecce, quem amas infirmatur. Iá intelligimus quo miſerunt, vbi erat Dñs, qm̃ abſens erat. Trans Iordanem ſcilicet miſerunt ad dñm, nuntiátes ꝙ ęgrotaret frater earum: vt dignaretur venire, & eum ab ægritudine liberare: ille diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare. Quid ergo annuntiauerũt ſorores ei⁹? Dñe, ecce, quem amas infirmatur. Non dixerunt, veni. Amãti enim tantummodo nuntiandum fuit. Non auſę ſunt dicere Veni, & ſana. Non auſæ ſunt dicere, Ibi iube, & hic fiet. Cur enim nõ & iſtę ſicut fides illius centurionis inde laudatur? Ait enim, Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantũ dic verbo & ſanabitur puer meus. nihil horum iſtę, ſed tantummodo, Dñe, ecce, quẽ amas infirmatur. Sufficit vt noueris. non enim amas, & deſeris. Sed dicet aliquis, Quomodo per Lazarum peccator ſignificabatur, & a domino ſic amabatur? Audiat eum dicentem, Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Miſerere. 50. Oratio.

Deus, qui ineffabilibus mundum renouas ſacramentis: pręſta quæſumus, vt eccleſia tua & ęternis proficiat inſtitutis, & temporalibus nõ deſtituatur auxilijs: Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ.

Hodie dr̃ matu. pro defunctis.

℄ Sabbato, ex Geneſi. Lectio. j.

Abraham vero aliam duxit vxorem nomine Ceturam, quæ peperit ei Zamarã, & Ieſcan, & Madan, & Madian, & Ioſboc, & Sue. Ieſcan quoq; genuit Saba, & Dada. filij Dadam fuerunt Aſſurim, & Latuſſim, & Laomim: at vero ex Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Enoch, & Abida, & Eldaa: omnes hi, filij Ceturę. Deditq; Abraham cuncta quæ poſſederat Iſaac: filijs aũt concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viueret: ad plagam orientalem. Fuerunt aũt, dies vitæ Abrahæ centum ſeptuaginta quinq; anni. Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona prouectęq; ętatis, & plenus dierum, congregatuſq; eſt ad populum ſuum. Et ſepelierunt eum Iſaac, & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici, quę ſita eſt in agro Ephron, filij Seor Hethęi, è regione Mábre, quã

emerat à filijs Heth. ibi ſepul-
tus eſt ipſe, & Sara vxor eius.
Et poſt obitũ illius benedixit
Deus Iſaac filio eius, qui habi-
tabat iuxta puteum nomine
Viuentis & Vidẽtis. Hę ſunt ge-
nerationes Iſmahel filij Abra-
hæ, quẽ peperit ei Agar Ægy-
c. 25 ptia, famula Saræ: & hæc nomi-
na filiorũ eius in vocabulis, &
generationib' ſuis. Primogeni
t' Iſmahelis Nabaioth, deinde
Cedar, & Adbeel, & Mabſam.
Maſma quoque, & Duma, &
Maſſa, Hadad, & Thema, &
Ietur, & Naphis, & Cedma. iſti
ſunt filij Iſmahelis: & hæc no-
mina per caſtella & oppida eo-
rum, duodecim principes tri-
buum ſuarũ. Et facti ſunt anni
vitę Iſmahelis centum triginta
ſeptẽ, deficienſq; mortuus eſt,
& appoſitus ad populũ ſuum.
Habitauit autẽ ab Euila vſq;
Sur, quę reſpicit Ægyptum in-
troeuntibus Aſſyrios. Coram
cunctis fratribus ſuis obijt.

Ex epiſtola Iacobi. Lectio ii.

Ca. 5. AGite nũc diuites, plora-
te, vlulãtes in miſerijs ve-
ſtris quæ aduenięt vobis. Diui-
tiæ veſtræ putrefactæ ſunt: &
veſtimenta veſtra à tineis co-
meſta ſunt. Aurum & argentũ
veſtrum æruginauit: & ærugo
eorum in teſtimonium vobis
erit, & manducabit carnes ve-
ſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis
vobis irã in nouiſſimis diębus.
Ecce merces operariorum qui
meſſuerunt regiones veſtras,
quæ fraudata eſt à vobis, cla-
mat: & clamor eorum, in aures
dñi Sabaoth introiuit. Epulati
eſtis ſuper terram, & in luxu-
rijs enutriſtis corda veſtra in
die occiſionis. Addixiſtis & oc-
cidiſtis iuſtum: & non reſtitit
vobis. Patientes igitur eſtote
fratres, vſq; ad aduentum dñi.
Ecce, agricola expectat pretio-
ſum fructum terræ: patienter
ferẽs donec accipiat tempora-
neum & ſerotinum. Patientes
igitur eſtote & vos, & confirma-
te corda veſtra: quoniã aduen-
tus domini appropinquauit.
Nolite ingemiſcere fratres in
alterutrum: vt nõ iudicemini.
Ecce, iudex ante ianuã aſſiſtit.
Exemplũ accipite fratres exi-
tus mali laboris & patiẽtiæ pro
phetas, qui loquuti ſunt in no-
mine dñi. Ecce, beatificamus
eos qui ſuſtinuerũt. Sufferẽtiã
Iob audiſtis, & finem dñi vidi-
ſtis, ꝙ miſericors dñs eſt & mi-
ſerator. Ante omnia autem fra
tres mei, nolite iurare, neq; per
cœlũ, neq; per terrã, neq; aliud
quod-

quodcunq; iuramentū. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non nō: vt nō ſub iudicio decidatis. Triſtatur aūt aliquis veſtrum? oret æquo animo, & pſallat. infirmatur quis in vobis? inducat preſbyteros eccleſiæ, & orēt ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine dñi. & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dñs: & ſi in peccatis ſit,
B remittentur ei. † Confitemini ergo alterutrū peccata veſtra: & orate pro inuicē vt ſaluemini. multū enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Elias, homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit vt non plueret ſuper terrā, & non pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit: & cœlum dedit pluuiā, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei, Si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet quoniam qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animā eius à morte, & operiet multitudinē peccatorū.]

Secundum Ioānem. Lectio. iij.

ca. 8. IN illo tēpore, Dicebat Ieſus turbis Iudæorum. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Quod nunc ait dñs, Ego ſum lux mundi: clarū puto eſſe eis qui habent oculos, vnde huius lucis participes fiant. Qui autē non habent oculos niſi in ſola carne, mirantur quod dictū eſt à dño Ieſu Chriſto, Ego ſum lux mundi. Et forte non deſit qui dicat apud ſemetipſum, Nunquid forte dñs Chriſtꝰ eſt ſol iſte qui ortu & occaſu ſuo peragit diem? Non enim defuerunt hæretici qui iſta ſenſerūt. Manichæi ſolem iſtum oculis carnis viſibilem expoſitū & publicum, nō tantū hominibus, ſed etiā pecoribus ad videndū Chriſtū dñm eſſe putauerunt. Sed catholicæ eccleſiæ recta fides improbat tale cōmentum, & diabolicam doctrinam eſſe cognoſcit credendo. Non ſolū autem cognoſcit credēdo: ſed in quibus poteſt conuincit etiā diſputādo. Improbemus itaq; huiuſmodi errorem, quem ſancta ab initio anathematizauit eccleſia Non arbitremur dñm Ieſum hunc eſſe ſolem, quem videmus oriri ab oriente, occidere in occidente: cuius curſui nox ſuccedit, cuius radij nube obumbrātur, qui certa de loco in locū motione tranſmigrat,

Non eſt hic dn̄s Ieſus Chriſtus. Non eſt Chriſtus ſol factus: ſed per quem ſol factus eſt: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil. Eſt ergo lux, q̄ fecit hāc lucē. Miſe. 50. Oro.

Fiat Domine quæſum⁹ per gratiam tuā fructuoſus noſtræ deuotionis affectus: quia tunc nobis proderūt ſuſcepta ieiunia, ſi tuę ſint placita pietati: Per dominum nr̄m Ieſum.

Dominica de paſsione ad Matut. inuita. Chriſtum Dei filiū, qui ſua nos Paſsione redemit, Venite adoremus. Hoc inuitatoriū cū hymnis. Pange ling. ad Matutinum, & Vexila regis. ad Veſperas dicuntur vſq; ad Feriā quintā in cœna Dn̄i excluſiue: niſi agendum ſit de aliquo feſto duplici. Hymnus.

Pange lingua glorioſi Prę lium certaminis: Et ſuper crucis tropheum, Dic triūphū nobilem, Qualiter redemptor orbis Immolatus vicerit.

De parentis protoplaſti Fraude facta cōdolens: Quando pomi noxialis Morte morſu corruit, Ipſe lignum tūc notauit, Damna ligni vt ſolueret.

Hoc opus noſtræ ſalutis Ordo depopoſcerat, Multiformis proditoris Ars vt artem falleret: Et medelam ferret inde Hoſtis vnde lęſerat.

Quando venit ergo ſacri Plenitudo temporis, Miſſus eſt ab arce patris Natus orbis conditor: Atq; ventre virginali Caro factus prodijt.

Vagit infans inter arcta Conditus præſepia: Membra pannis inuoluta Virgo mater alligat. Et manus pedeſque crura Stricta cingit faſcia.

Gloria & honor Deo vſquequo altiſsimo, Vna pr̄i filioq; Inclyto paracleto, Cui laus eſt & poteſtas Per immēſa ſecula. Amen. Añā. Popule meus, quid feci tibi, aut quid moleſtus fui, reſponde mihi?

Notandum. q̄ omnes añæ vſque ad Paſcha dicūtur integræ in principio & in fine, ad Matutinum, Laudes, & Veſperas. Hic interrūpitur liber Geneſis vſq; ad Feriā ſecundā Paſchę.

Ex libro Sapientiæ. Lectio. j.

Dixerunt impij apud ſe non recte cogitantes, Circumueniam⁹ iuſtum, qm̄ inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis. & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Ex ca. 2.

ſtræ. Promittit ſe ſciẽtiam Dei habere, & filiũ dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarũ. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, qm̃ diſsimilis eſt alijs vita illius, & immutatę ſunt vię eius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a vijs noſtris tanquã ab immunditijs, & pręfert nouiſsima iuſtorum, & gloriatur patrem ſe habere Deum. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quę erunt nouiſſima illius: Si enim eſt verus filius dei, ſuſcipiet illũ, & liberabit illum de manu contrariorum Contumelia, & tormẽto interrogemus eũ, vt ſciamus reuerentiã eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſsiſima condemnemus eum: erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

c.26. ET factum eſt cũ conſummaſſet Ieſus ſermões hos
A oẽs, dixit diſcipulis ſuis, † Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filiꝰ hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc cõgregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. Cum autẽ Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis Leproſi, acceſsit ad eum Mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recũbentis. Videntes autẽ diſcipuli eius indignati ſunt dicentes, Vt quid perditio hæc? potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Ieſus, ait illis, Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me: nam ſemper pauperes habetis vobiſcum: me autẽ non ſemper habebitis. Mittens enim hęc vnguentum hoc in corpus meũ ad ſepeliendũ me, fecit. Amen dico vobis, vbicũq; prędicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur, & ꝙ hęc fecit in memoriam eius.

Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum, & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi cõſtituerunt ei triginta

argenteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ vt eũ traderet. Prima autem die azymorum acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus dixit, Ite in ciuitatẽ ad quendã, & dicite ei, Magiſter dicit: Tempus meũ prope eſt, apud te facio Paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Veſpere autẽ facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit, Amen dico vobis quia vnus veſtrũ me traditurus eſt. Et contriſtati valde cœperunt ſinguli dicere, Nunquid ego ſum dñe? At ipſe reſpondens, ait, Qui intingit mecũ manũ in paropſide, hic me tradet. Filius quidẽ hominis vadit, ſicut ſcriptũ eſt de illo: væ aũt homini illi per quem filius hominis tradetur. bonũ erat ei: ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Reſpõdẽs aũt Iudas qui tradidit eũ, dixit, Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi, Tu dixiſti. Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait, Accipite & comedite: hoc eſt corpus meũ. Et accipiẽs calicẽ, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite: ex hoc oẽs. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Dico autẽ vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis vſq; in diẽ illũ cũ illud bibã vobiſcũ nouũ in regno patris mei. Et hymno dicto: exierũt in montẽ Oliueti. Tunc dicit illis Ieſus. Omnes vos ſcandalũ patiemini in me, in iſta nocte, Scriptũ eſt enim, Percutiã paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis. Poſtq̃ autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæã. Reſpondens autẽ Petrus, ait illi, Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquã ſcandalizabor. Ait illi Ieſus, Amen dico tibi: quia in hac nocte ante q̃ gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiam ſi oportuerit me mori tecum, nõ te negabo, Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

IN illo tẽpore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorũ & principibus ſacerdotum, Quis ex vobis arguet me de peccato? Et reſ. ca. 8.

Homilia ſancti Gregorij papæ.

PEnſate fratres chariſſimi mãſuetudinem Dei: relaxare peccata venerat, & dicebat, Quis

ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem nõ eſſe, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Sed terribile eſt valde qđ ſubditur, Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Si enim verba Dei audit, q ex Deo eſt: & audire verba eius non poteſt quiſquis ex illo nõ eſt, interroget ſe vnuſquiſq; ſi verba Dei in aure cordis percipit: & intelliget vnde ſit. Cœleſtem patriã deſiderare veritas iubet, carnis deſideria conteri, à mũdi gloria declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penſet ergo vnuſquiſq; veſtrũ apud ſe, ſi hæc vox Dei in cordis eius aure cõualuit, & quia iam ex Deo ſit cognoſcit. Nam ſunt nõnulli qui præcepta Dei nec aurẽ cordis pcipere dignãtur. Et ſunt nonnulli, qui hæc quidẽ cordis aure pcipiunt, ſed nullo ea mentis deſiderio complectunt. Et ſunt nõnulli, qui libenter verba Dei ſuſcipiũt, ita etiã vt in fletibus compungantur, ſed poſt lachrymarũ tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiũt, qui ea exercere opere cõtemnunt. Vitam ergo veſtram, fratres chariſſimi, ante mentis oculos reuocate: & alta conſideratione pertimeſcite hoc quod ex ore veritatis ſonat, Propterea vos nõ auditis: quia ex Deo non eſtis. Miſerere. 50.

Ad laudes añ. Circundederũt me canes multi, conciliũ malignantium obſedit me. Oratio.

QVæſumus oĩs, De' familiã tuã propitius reſpice: vt te largiẽte regatur in corpore, & te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per. Ad veſper. hym.

VExilla regis prodeunt
Fulget crucis myſterium
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo,
Quo vulneratus inſuper,
Mucrone diro lanceæ:
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda ſanguine.
Impleta ſunt quæ concinit,
Dauid fidelis carmine:
Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata regis purpura:
Electa digno ſtipite,
Tam ſancta membra tangere,
Beata cuius brachijs,
Secli pependit pretium:
Statera facta corporis,
Prædamq; tulit tartari.

O crux

O crux aue ſpes vnica,
Hoc paſsionis tempore:
Auge pijs iuſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Te ſumma Deus trinitas,
Collaudat omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium.
Saluas, rege per ſecula. Amen.

Añ. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Notãdũ q̃ añæ hui⁹ diei dicuntur vſq; ad dñicã Palmarũ niſi feſtũ duplex occurrat. Feria.ij. ex Daniele. Lec.j.

Ex ca.9. NVnc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui. & preces eius: & oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum quod deſertũ eſt, propter temetipſum. Inclina deus me⁹ aurem tuam & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtrã, & ciuitatem ſuper quã inuocatum eſt nomen tuum. neq; enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciẽ tuã, ſed in miſerationib⁹ tuis multis Exaudi Dñe, placare Dñe: attende & fac, ne moreris propter temetipſum deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatẽ, & ſuper populũ tuũ. Cumq; adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Iſrael: vt proſternerẽ preces meas in conſpectu Dei mei pro mõte ſancto Dei mei, adhuc me loquente in oratione mea, ecce vir Gabriel quem viderã in viſione a principio, cito volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitq;, Daniel, nũc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres: Ab exordio precũ tuarũ egreſſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorũ es tu: ergo animaduerte ſermonem: & intellige viſionem, Septuaginta hebdomades abbreuiatę ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbẽ ſanctam tuam, vt conſummetur pręuaricatio & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducat iuſtitia ſempiterna; & impleat viſio & prophetia: & vngat ſcũs ſctõrũ. Scito ergo & aĩaduerte: ab exitu ſermonis vt iterũ ędificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtũ ducem: hebdomades ſeptem, & hebhomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporũ. Et poſt hebdomades ſexagĩta duas occidetur Chriſtus, & non erit ei⁹ populus, qui eũ negaturus eſt.

Et

Et ciuitatem & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce venturo:& finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Cõfirmabit autẽ pactum multis hebdomada vna & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in tẽplo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finẽ perſeuerabit deſolatio.

Secundum Matthæũ. Lcõ. ii.

c.26. TVnc venit Ieſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani:& dixit diſcipulis ſuis,Sedete hic,donec vadam illuc & orem. Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedęi,cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Tũc ait illis, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem : ſuſtinete hic & vigilate mecũ. Et progreſſus puſillum, procidit in faciẽ ſuã orans & dicens:Pater mi,ſi poſſibile eſt,trãſeat a me calix iſte, veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes : & dixit Petro, Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundo abijt, & orauit dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat volũtas tua. Et venit iterũ, & inuenit eos dormiẽtes, erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis,iterum abijt: & orauit tertio,eundẽ ſermonẽdicẽs. Tũc venit ad diſcipulos,& dixit illis, Dormite iã, & requieſcite, ecce appropinquauit hora,& filiꝰ hominis tradetᷣ in manꝰ peccatorũ. Surgite,eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet.

Adhuc eo loquente,ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cũ gladijs & fuſtibꝰ, miſſi a principibus ſacerdotum & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eũ, dedit illis ſignum,dicens:Quẽcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum. Et confeſtim accedẽs ad Ieſum, dixit, Aue rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitque illi Ieſus, Amice, ad quid veniſti? Tunc acceſſerunt & manus iniecerunt in Ieſum & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cũ Ieſu, extendẽs manum,exemit gladium ſuum: & percutiens ſeruum principis ſacerdotum,amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus, Cõuerte gladium tuum in locum ſuum:oẽs enim qui acceperint

gladium,

gladium, gladio peribunt. An putas quia non poſſum rogare patrem meũ: & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur ſcripturę? quia ſic oportet fieri? In illa hora dixit Ieſus turbis, Tanq̃ ad latronẽ exiſtis cũ gladijs & fuſtibus cõprehendere me: quotidie apud vos ſedebã docẽs in templo: & nõ me tenuiſtis. Hoc aũt totũ factũ eſt, vt adimplerẽtur ſcripturæ prophetarũ. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo fugerũt.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

ca.7. IN illo tempore: Miſerunt principes & Phariſæi miniſtros vt apprehenderẽt Ieſum.

Et reli. Hom. ſcti Auguſti.ebi.

Quomodo apprehenderẽt adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, miſſi ſunt vt audirent docentẽ. Quid docentem? Dixit ergo Ieſus, Adhuc modicum tẽpus vobiſcũ ſum. Quod modo vultis facere, facturi eſtis, ſed non modo: quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? Quia adhuc modicũ tempus vobiſcũ ſum: & nunc vado ad eum, qui me miſit. Implere debeo diſpenſationẽ meam, & ſic peruenire ad paſſionẽ meam. Quęretis me, & nõ inuenietis: & vbi ego ſum, vos nõ poteſtis venire. Hic iam reſurrectionẽ ſuã prædixit. Noluerunt enim eum agnoſcere præſentẽ, & poſtea quęſierũt eum cũ viderũt in eũ multitudinẽ iam credentem. Magna enim ſigna facta ſunt: etiã cum dñs reſurrexit, & aſcẽdit in cœlũ. Tunc per diſcipulos facta ſunt ſigna magna: ſed ille per illos, q & per ipſum. Ille illis qppe dixerat, Sine me nihil poteſtis facere. Quando claudus ille qui ſedebat ad portam ad vocem Petri ſurrexit, & in ſuis pedibus ambulauit, vt homines mirarentur: ſic eos allocutus eſt Petrus, Quia nõ in ſua poteſtate iſta fecit: ſed in virtute illius quem ipſi occiderunt: multi cõpuncti dixerunt, Quid faciemus? Viderũt enim ſe ingenti crimine impietatis aſtrictos: quia illũ occiderunt quẽ venerari & adorare debuerant: & hoc putabãt eſſe inexpiabile. Miſerere. 50. Oratio.

SAnctifica quæſumus domine noſtra ieiunia: & cunctarum nobis indulgentiã propitius largire culparum. Per do.

℄ Feria tertia ex Iſaia. Lcõ.j.

DOmine, Deus meus es tu, c.25. exaltabo te, & confitebor nomini

nomini tuo: quoniã feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. Quia poſuiſti ciuitatẽ in tumulũ, vrbem fortẽ in ruinã, domũ alienorũ: vt nõ ſit ciuitas, & in ſempiternũ nõ ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis: ciuitas gẽtiũ robuſtarũ timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno ĩ tribulatione ſua, ſpes à turbine, vmbraculũ ab æſtu. Spiritus enim robuſtorũ quaſi turbo impellens parietẽ. Sicut ęſtus in ſiti, tumultũ alienorũ humiliabis: & quaſi calore ſub nube torrẽte propaginẽ fortiũ marceſcere facies. Et faciet dñs exercituũ omnibus populis in monte hoc, cõuiuium pinguiũ, conuiuiũ vindemiæ, pinguium medullatorũ, vindemiæ defæcatę. Et præcipitabit in mõte iſto faciẽ vinculi colligati ſuper oẽs populos, & telã quã orditus eſt ſup oẽs nationes. Pręcipitabit mortẽ in ſempiternũ: & auferet dñs Deus lachrymã ab omni facie, & opprobriũ populi ſui auferet de vniuerſa terra, quia dñs locut⁹ eſt. Et dicet in die illa: Ecce De⁹ noſter iſte, expectauimus eũ, & ſaluabit nos: iſte dñs, ſuſtinuimus eum, & exultabimus, & lętabimur in ſalutari eius: q̃a requieſcet manus dñi in monte iſto.

Secundum Matthęum. Lcõ. ij.

At illi tenentes Ieſum duxerũt ad Caipham principem Sacerdotũ, vbi Scribæ & ſeniores cõuenerant. Petrus autem ſequebatur eum à longe, vſq; in atriũ principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris: vt videret finẽ. Principes aũt ſacerdotũ & omne conciliũ quęrebant falſum teſtimoniũ contra Ieſum, vt eũ morti traderent: & nõ inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime aũt venerunt duo falſi teſtes, & dixerũt: Hic dixit, Poſſum deſtruere tẽplũ Dei, & poſt triduũ reædificare illud. Et ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi. Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus aũt tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: Adiuro te per Deũ viuũ, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei. Dicit illi Ieſus, Tu dixiſti. Veruntamẽ dico vobis, amodo videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tũc princeps ſacerdotũ ſcidit veſtimẽta ſua, dicens: Blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus? ecce

c. 26. c

nunc

nunc audiſtis blaſphemiam; quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eũ cęciderũt: Alij autem palmas in faciẽ eius dederunt, dicẽtes: Propheꝛiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? Petr⁹ vero ſedebat foris in atrio, & acceſsit ad eũ vna ancilla, dicẽs, Et tu cũ Ieſu Galilęo eras? At ille negauit coram omnibus, dicens: Neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eũ alia ancilla: & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramẽto: Quia nõ noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabãt: & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es: nam, & loquela tua manifeſtum te facit. Tunc cœpit deteſtari & iurare, quia nõ nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit, Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu qui dixerat illi, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus

c.26. foras, fleuit amare. Mane autẽ facto conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum: & tradiderunt Põtio Pilato pręſidi. Tunc videns Iudas qui eũ tradidit, ꝙ damnatus eſſet: pœnitẽtia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdorũ & ſenioribus, dicens, Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum: At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, receſsit: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis argẽtis, dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam, quia pretiũ ſanguinis eſt. Conſilio autem inito: emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturã peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldema, hoc eſt ager ſanguinis, vſq; in hodiernum diẽ. Tunc impletũ eſt qđ dictum eſt per Ieremiã prophetam dicentẽ, Et acceperunt triginta argẽteos ꝑtiũ appretiati, quẽ appretiauerũt a filijs Iſrael & dederũt eos in agrum figuli ſicut cõſtituit mihi dominus.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN illo tempore, Ambulabat Ieſus in Galilæam: non enim volebat in Iudęam ambulare: quia quærebant eũ Iudæi interficere. Et reliqua. ca.7

Homilia ſancti Auguſti. epiſ.

Dominus noſter Ieſus Chriſt⁹

De⁹ & homo: Deus cum patre ſemper: homo nobiſcũ ex tẽpore. Nõ enim quæreret quod fecerat, niſi ipſe quod fecerat fieri voluiſſet. Verũ hoc memẽtote: & dimittere, ſic eſſe Chriſtum hominem factum, vt nõ deſtiterit Deus eſſe. Manẽs de⁹ accepit hominem, qui fecit hominem. Quando ergo latuit vt homo, non potentiam perdidiſſe putandus eſt: ſed exẽplũ noſtræ infirmitati præbuiſſe. Ille enim quando voluit detentus eſt: quando voluit occiſus eſt. Sed qm̃ futura erant mẽbra eius, id eſt fideles eius, qui non haberẽt illam poteſtatem quã habebat & ipſe dñs noſter, ꝙ latebat, ꝙ ſe tanquam ne occideretur occultabat: hoc indicabat factura eſſe mẽbra ſua, in quibus vtiq; membris ſuis ipſe erat caput. Nõ enim Chriſtus in capite, & nõ in corpore: ſed Chriſtus totus in capite & in corpore. Quod ergo membra ei⁹, hoc ipſe: quod autem ipſe, non continuo mẽbra eius. Nã ſi ipſi non eſſent membra eius, non diceret Saulo, Quid me perſequeris? Non enim Saulus ipſum, ſed membra eius, id eſt fideles ei⁹ in terra perſequebatur. Noluit tamẽ dicere ſanctos meos, ſeruos meos, poſtremo honorabili⁹ frẽs meos, ſed me, hoc eſt mẽbra mea, quib⁹ ego ſum caput. Miſerere. 50. Orõ.

NOſtra tibi dñe quæſum⁹ ſint accepta ieiunia: quæ nos expiãdo gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant, æterna. Per dñm noſtrũ.

¶ Feria. iiij. ex Iſaia. Lectio. j.

IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colligũtur, quia non eſt qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus: Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo qui ambulauit in directione ſua. Vos autem accedite huc filij auguratricis, ſemen adulteri, & fornicariæ. Super quem luſiſtis? ſuper quẽ dilataſtis os, & eieciſtis linguam? nũquid non vos filij ſceleſti ſemẽ mendax? qui conſolamini in dijs ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus ſubter eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua, & ipſis effudiſti libamẽ, obtuliſti ſacrificium, nunquid ſuper his nõ indignabor? Super montẽ excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcẽdiſti, vt immolares hoſtias. Et poſt oſtiũ,

c. 57.

oſtium, & retro poſtem poſui-
ſti memoriale tuũ: quia iuxta
me diſcooperuiſti, & ſuſcepi
ſti adulterum: dilataſti cubile
tuum, & pepigiſti cum eis fœ
dus. Dilexiſti ſtratum eorum
manu aperta. Et ornaſti te re-
gio vnguento, & multiplicaſti
pigmenta tua. Miſiſti legatos
tuos procul, & humiliata es
vſq; ad inferos. In multitudi-
ne viæ tuæ laboraſti: nec dixi-
ſti, Quieſcam. Vitam manus
tuæ inueniſti, propterea nõ ro
gaſti. Pro quo ſolicita timui-
ſti, quia mentita es, & mei non
es recordata, neq; cogitaſti in
corde tuo, quia ego tacens, &
quaſi non videns, & mei oblita
es. Ego annuntiabo iuſtitiam
tuam: & opera tua non prode-
runt tibi. Cum clamaueris, libe
rent te cõgregati tui, & omnes
eos auferet ventus, tollet aura.
Qui autẽ fiduciam habet mei,
hæreditabit terram, & poſſide-
bit montem ſanctum meum.

Secundum Matthæum. Lcõ ij.

c.27. b IEſus autem ſtetit ante prẹſi-
dem: & interrogauit eũ præ-
ſes, dicens, Tu es rex Iudæo-
rum? Dicit illi Ieſus, Tu dicis.
Et cum accuſaretur à principi-
bus ſacerdotum & ſenioribus,
nihil reſpondit. Tunc dixit illi
Pilatus, Non audis quanta ad-
uerſum te dicunt teſtimonia?
Et non reſpondit ei ad vllum
verbũ. ita vt miraretur præſes
vehementer. Per diem autem
ſolennem conſueuerat præſes
populo dimittere vnũ vinctũ,
quem voluiſſent: habebat au-
tem tunc vinctum inſignem,
qui dicebatur Barabbas. Con-
gregatis ergo illis, dixit Pilatus,
Quem vultis dimittam vobis:
Barabbam, an Ieſum, qui dici-
tur Chriſtus? Sciebat enim ꝙ
per inuidiã tradidiſſent eum.
Sedente autem illo pro tribu-
nali, miſit ad eum vxor eius,
dicens, Nihil tibi & iuſto illi.
multa enim paſſa ſum hodie
per viſum propter eum. Prin-
cipes autem ſacerdotum & ſe-
niores, perſuaſerunt populo, vt
peterent, Barabbam, Ieſum ve-
ro perderent. Reſpondens au-
tem præſes, ait illis, Quem vul-
tis vobis de duobus dimitti?
At illi dixerunt, Barabbam.
Dixit illis Pilatus, Quid igitur
faciã de Ieſu, qui dicitur Chri-
ſtus? Dicunt omnes, Crucifi-
gatur. Ait illis præſes, Quid
enim mali fecit? At illi magis
clamabant, dicentes, Crucifi-
gatur. Videns autem Pilatus
quia nihil proficeret, ſed magis
tumul-

tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo dicens, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis Et reſpondens vniuerſus populus, dixit, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabbam: Ieſum autē flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites pręſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineā circundederunt ei: & plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eū, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et poſtquā illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerūt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerūt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod eſt, Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet, noluit bibere.

Secundum Ioānem. Lectio. iij.

IN illo tpe: Facta ſunt encænia in Ieroſolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. c. 10.

Et rel. Hom. ſcti Auguſti. epi.

Encænia feſtiuitas erat dedicationis templi. Græce enim cænon, dicitur nouum Latine. Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatū, encænia vocatur. Iam & vſus habet hoc verbum, Si quis noua tunica induatur, encæniare dicitur. Illum ergo diem quo templum dedicatum eſt, Iudæi ſolenniter celebrabant. Ipſe dies feſtus agebatur, cum ea quę lecta ſunt locut⁹ eſt dñs. Hyems erat, & ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eū Iudæi, & dicebant ei, Quouſq; animam noſtrā tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam. Non veritatē deſiderabant: ſed calumniam præparabant. Hyems erat, & ideo frigidi erant. Ad illū enim diuinum ignem accedere pigri erant. Sed accedere eſt credere. Qui credit, accedit, qui negat, recedit. Non mouetur anima pedibus, ſed affectibus. Frigidi erant nō diligendo charitate,

&ardebant nocendi cupidita-
te. Longe agebant, & ibi erant.
e Non accedebant credẽdo, ſed
premebant perſequendo. Quę
rebant audire a dño, Ego ſum
Chriſtus. Et fortaſſe de Chriſto
ſecundum hominẽ ſapiebant.
Prędicauerunt enim prophetę
Chriſtum: ſed diuinitatẽ Chri
ſti & in prophetis, & in ipſo
Chriſti euangelio nec hæretici
intelligũt. Quanto min' Iudęi,
quãdiu velamen eſt ſuper cor
eorum? Miſerere. 50. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio de' tuorum corda fidelium miſerator illuſtra: & quibus deuotionis pręſtas affectum, prębe ſupplicantibus pium benignus auditum. Per dominum.

¶ Feria.v. ex Oſeæ. Lectio.j.

6.a IN tribulatione ſua mane
conſurgent ad me. Venite
& reuertamur ad Dñm: quia
ipſe cœpit, & ſanabit nos: per-
cutiet, & curabit nos. Viuifica-
bit nos poſt duos dies: in die ter
tia ſuſcitabit nos, & viuemus in
conſpectu eius. Sciemus ſeque-
murq;, vt cognoſcamus dñm:
quaſi diluculũ præparatus eſt
egreſſus eius, & veniet quaſi im
ber nobis temporaneus & ſe-
rotinus terrę. Quid faciam tibi
Ephraim? quid faciã tibi Iuda?
miſericordia veſtra quaſi nu-
bes matutina, & quaſi ros ma-
ne pertrãſiens. Propter hoc do
laui in prophetis, occidi eos in
verbis oris mei: & iudicia tua
quaſi lux egredietur. Quia mi-
ſericordiã volui, & non ſacrifi-
cium: & ſcientiã Dei plus q̃ ho-
locauſta. Ipſi aũt ſicut Adam B
trãſgreſſi ſunt pactum, ibi præ-
uaricati ſunt in me. Galaad ci-
uitas operantiũ idolũ, ſupplan
tata ſanguine. Et quaſi fauces
virorũ latronũ, particeps ſacer-
dotũ in via interficientiũ pergẽ-
tes de Sichem: qa ſcel' operati
ſunt. In domo Iſrael vidi horrẽ
dũ: ibi fornicationes Ephraim,
cõtaminat' eſt Iſrael. Sed & Iu-
da pone meſſem tibi, cũ cõuer-
tero captiuitatem populi mei.

Secundum Matthęum. Lcõ.ij.

POſtquã autẽ crucifixerunt c.27.
eum, diuiſerunt veſtimẽta c
eius ſortem mittentes: vt imple
retur quod dictum eſt per pro-
phetã dicentẽ, Diuiſerunt ſibi
veſtimẽta mea: & ſuper veſtem
meã miſerũt ſortẽ. Et ſedentes
ſeruabant eum. Et impoſuerũt
ſuper caput eius cauſam ipſius
ſcriptã, Hic eſt Ieſus rex Iudæo
rum. Tunc crucifixi ſunt cũ eo
duo latrones: vnus à dextris, &
vnus à ſiniſtris. Prætereuntes
autẽ

autē blaſphemabant eum: mo uentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis templū Dei, & in triduo illud reædificas: ſal ua temetipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotū illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant, Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō poteſt ſaluum facere. ſi rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo: liberet nunc eum ſi vult: dixit enim, Quia fili' Dei ſum. Idipſum autē & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A ſexta autem hora, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terrā vſq; ad horā nonā. Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eli, Eli, lammaſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidam aūt illic ſtantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iſte. Et continuo currens vnus ex eis: acceptā ſpongiā impleuit aceto: & impoſuit arūdini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant, Sine, videamus an ve niat Elias liberans eum. Ieſus autē iterum clamans voce magna emiſit ſpm. Et ecce, velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petrę ſciſſę ſunt, & monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum q dormierant, ſurrexerūt. Et exeūtes de monumētis poſt reſurrectionē eius, venerunt in ſanctā ciuitatē: & apparuerunt multis. Centurio aūt, & qui cū eo erāt cuſtodiētes Ieſum, viſo terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes, Vere filius Dei erat iſte. Erāt autē ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutę erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedęi. Cum autem ſero factū eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathęa, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu: hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpe Ioſeph, inuoluit illud in ſyndone munda: & poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxū magnū ad oſtium monumenti, & abijt. Erat autē ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes cōtra ſepulchrū. Altera aūt die, quę eſt poſt paraſceuē,

cōuenerūt principes ſacerdotū & Phariſæi ad Pilatū, dicentes: Dñe recordati ſumus qa ſeductor ille dixit adhuc viuēs, Poſt tres dies reſurgā. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrū vſq; in diem tertium: ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis. & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiā: ite, cuſtodite ſicut ſcitis Illi aūt abeuntes, munierunt ſepulchrū: ſignantes lapidem cum cuſtodibus.]

Secundum Lucam. Lectio. iij.

ca. 7. IN illo tempore, rogabat Ieſum quidam Phariſæus vt manducaret cum illo. Et reℓ.

Homilia ſancti Gregorij papę.

Cogitāti mihi de Marię pœnitentia, flere magis libet q̄ aliqd dicere. Cuius enim vel ſaxeum pectus illę huius peccatricis lachrymæ ad exemplū pœnitēdi non emolliunt? Conſiderauit nanq; quod fecit, & noluit moderari quid faceret. Super cōuiuantes ingreſſa eſt: nō iuſſa venit: inter epulas lachrymas obtulit. Diſcite quo dolore ardet, quæ flere etiā inter epulas nō erubeſcit Hanc vero quam Lucas peccatricē mulierē, Ioannes Mariā nominat, illam eſſe Mariā credimus, de qua Marcus ſeptē dęmonia eiecta fuiſſe teſtatur: & qd per ſeptē dęmones, niſi vniuerſa vitia deſignātur? Quia enim ſeptem diebus omne tempus cōprehenditur, recte ſeptenario numero vniuerſitas figuratur. Septē ergo dæmonia Maria habuit, quæ vniuerſis vitijs plena fuit. Sed ecce, qa turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontē miſericordiæ eucurrit: cōuiuātes nō erubuit. Nā qa ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit quod verecūdaretur foris. Quid igitur miramur fratres? Mariā veniētem, an dnm ſuſcipientē? Suſcipientem dicā, an trahentē? Sed melius dicam trahentem & ſuſcipientem. Quia nimirū ipſe eam per miſericordiā traxit intus, q per manſuetudinē ſuſcepit foris Miſerere 50. Oratio.

PRæſta quęſumus oīpotens Deus: vt dignitas conditionis humanæ per immoderātiā ſauciata, mediciualis parſimoniæ ſtudio reformetur. Per do.

❡ Feria. vj. ex Ieremia. Lcō. j.

ET dixit dñs ad me, Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habitatorib⁹ Ieruſalem. Reuerſi ſunt ad iniquita- c. 11.

tes patrum ſuorũ priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt poſt Deos alienos, vt ſeruirent eis: irritum fecerũt domus Iſrael & domus Iuda pactum meũ, quod pepigi cum patribus eorũ. Quam ob rem hęc dicit dñs, Ecce ego inducã ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabũt ad me: & nõ exaudiam eos. & ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalẽ, & clamabunt ad Deos quibus libant, & non ſaluabunt eos in tempore afflictiõnis eorũ. Secundũ numerum enim ciuitatũ tuarum erãt dij tui Iuda: & ſecundum numerũ viarum Ieruſalem poſuiſti aras confuſionis ad libandum Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudẽ, & orationẽ: quia nõ exaudiam in tempore clamoris eorum ad me in tempore afflictionis eorũ. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferẽt à te malitias tuas, in quib⁹ gloriata es? Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit dñs nomen tuum. Ad vocẽ loquelę, grandis exarſit ignis in ea, & cõbuſta ſunt fruteta eius. Et dñs exercituũ qui plãtauit te, locutus eſt ſuper te malum: pro malis domus Iſrael, & domus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandũ me, libantes Baalim.

D † Tu autem dñe demonſtraſti mihi & cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ. Et ego quaſi agnus mãſuetus, q portatur ad victimã: & non cognoui, qa cogitauerũt ſup me cõſilia, dicentes, mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autẽ dñe Sabaoth, qui iudicas iuſte, & probas renes & corda, videam vltionem tuã ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meã.]

Secundum Marcum Lectio.ij.

c.14. a ERat autẽ Paſcha & azyma poſt biduũ: & quærebant ſummi ſacerdotes & ſcribę quomodo eũ dolo tenerent & occiderent. Dicebant autẽ, Non in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo. Et cũ eſſet Bethaniæ in domo Simonis Leproſi, & recumberet, venit mulier habens alabaſtrũ vnguenti nardi piſtici pretioſi: & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput, eius. Erant autem quidam indigne ferẽtes intra ſemetipſos, & dicentes, Vt quid pditio iſta vn-

guenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud venundari plus q̃ trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebãt in eã. Ieſus autẽ dixit, Sinite eã: quid illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt in me. Sem p enim pauperes habetis vobiſcum, & cum volueritis poteſtis illis be nefacere: me aũt nõ ſemper ha betis. Quod habuit, hæc fecit: pręuenit vngere corpus meum in ſepulturã. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatũ fuerit euã- geliũ iſtud in vniuerſo mũdo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius. Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quęre- bat quomodo illũ opportune traderet. Et primo die azymo- rum qñ Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli. Quo vis ea- mus, & paremus tibi, vt mandu ces Paſcha? Et mittit duos ex di ſcipulis ſuis: & dicit eis, Ite in ciuitatem: & occurret vobis ho mo lagœnam aquæ baiulans, ſequimini eum: & quocunq; introierit, dicite dño domus, q a magiſter dicit, Vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculũ gran- de ſtratũ: & illic parate nobis. Et abierũt diſcipuli eius, & ve- nerũt in ciuitatẽ: & inuenerũt ſicut dixerat illis, & parauerunt Paſcha. Veſpere autẽ facto, ve- nit cum duodecim. Et diſcum- bentibus eis & manducãtibus, ait Ieſus, Amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me q man ducat mecum. At illi cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingula- tim, Nunqd ego? Qui ait illis, Vn⁹ ex duodecim, qui intingit mecũ manũ in catino. & filius quidẽ hominis vadit: ſicut ſcri- ptum eſt de eo: væ aũt homini illi per quẽ filius hominis tra- detur. bonũ erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. Et mãducan- tibus illis, accepit Ieſus panẽ: & benedicẽs fregit, & dedit eis, & ait illis, Sumite, hoc eſt cor- pus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & bibe- runt ex illo omnes. Et ait illis, Hic eſt ſanguis meus noui te- ſtamenti, qui pro multis effun detur. Amen dico vobis, quia iam nõ bibam de genimine vi tis, vſq; in diem illũ, cum illud bibam nouũ in regno Dei. Et hymno dicto, exierunt in mon tem oliuarum. Et ait eis Ieſus, Omnes

Omnes ſcādalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptū eſt, Percutiā paſtorē: & diſpergentur oues. Sed poſtquā reſurrexero, præcedā vos in Galilæā. Petrus autē ait illi, Et ſi omnes ſcādalizati fuerint: ſed nō ego. Et ait illi Ieſus, Amē dico tibi, quia tu hodie ī nocte hac prius quā gallus vocē bis dederit, ter me es negatur⁹. At ille amplius loquebat̄, Et ſi oportuerit me ſimul cōmori tibi, nō te negabo. Similiter aūt & oēs dicebāt.

Secundum Ioānem. Lectio iij.

c. 11. IN illo tempore: Collegerūt pontifices & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum, & dicebant, Quid facimus? qa hic homo multa ſigna facit? Et reliq.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Pontifices & Phariſæi ſibi cōſulebant: nec tamen dicebant, credam⁹. Plus enim perfidi homines cogitabāt quomodo nocerent, vt perderēt: quā quomodo ſibi cōſulerent ne perirent. Et tamen timebāt, & quaſi cōſulebāt. Dicebant enim, Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic: omnes credēt in eum, & venient Romani, & tollent locū noſtrū & gentem. Temporalia quidē perdere timuerūt, & vitā æternā nō cogitauerunt, ac ſic vtrunq; amiſerūt. Nam & Romani poſt dñi paſſionē & glorificationē, tulerunt eis locū & gentē expugnādo & transferendo. Et illud eos ſequitur quod alibi dictum eſt, Filij aūt regni ibunt in tenebras exteriores. Hoc aūt timuerunt: ne ſi omnes in Chriſtū crederēt, nemo remaneret q aduerſus Romanos ciuitatem Dei templumq; defenderet: qm̄ contra ipſum templū, & cōtra ſuas paternas leges, doctrinā Chriſti eſſe ſentiebant. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cū eſſet pontifex anni illius, dixit illis, Vos neſcitis quicquā nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc aūt à ſeipſo nō dixit. Sed cū eſſet pontifex anni illius, prophetauit. Hoc docemur etiam homines malos prophetię ſpiritu futura prędicere. Quod tamen euāgeliſta diuino tribuit ſacramēto: quia pōtifex fuit, id eſt, ſumm⁹ Sacerdos. Miſerere. 50. Orō.

Cordibus noſtris quæſumus dñe, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibētes temporaliter potius mace-

maceremur, quàm ſupplicijs deputemur æternis. Per domi.
Hodie dicuntur ſeptẽ pſalmi.
℄Sabbato, ex Zacharia. L. j.
Ex c. 9. EXulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinã, & ſuper pullũ filiũ aſinæ. Et diſperdã quadrigam ex Ephraim, & equũ de Ieruſalem, & diſſipabitur arcus belli: & loquetur pacem gentibus, & poteſtas ei⁹ à mari vſq; ad mare, & à fluminib⁹ vſq; ad fines terræ. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, ĩ quo nõ eſt aqua. Cõuertimini ad munitionem vincti ſpei: hodie quoq; annũtians duplicia reddã tibi. Quoniam extendi mihi Iudã, quaſi arcũ, impleui Ephraim: & ſuſcitabo filios tuos Sion ſup filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladiũ fortium. Et dñs Deus ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculũ eius, & dñs deus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri. Dñs exercituũ proteget eos: deuorabũt, & ſubijciẽt lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quaſi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos dñs Deus eorum in die illa, vt gregẽ populi ſui: quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrũ eius, niſi frumentum electorum: & vinum germinans virgines?

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET veniunt in prędium cui nomẽ Gethſemani. Et ait diſcipulis ſuis, Sedete hic donec orem. Et aſſumit Petrũ & Iacobũ, & Ioannẽ ſecũ: & cœpit pauere & tædere. Et ait illis, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ, ſuſtinete hic, & vigilate. Et cũ proceſſiſſet paululũ, procidit ſuper terrã: & orabat vt ſi fieri poſſet trãſiret ab eo hora, & dixit, Abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt: trãsfer calicem hũc à me, ſed nõ quod ego volo, ſed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormiẽtes. Et ait Petro, Simon, dormis? non potuiſti vna hora vigilare? Vigilate, & orate vt nõ intretis in tentationem: Spũs quidẽ prompt⁹ eſt: caro vero, infirma. Et iterum abiẽs orauit, eundẽ ſermonẽ, dicẽs. Et reuerſus denuo inuenit eos dormiẽtes (erãt enim oculi eorũ grauati) & ignorabãt qd reſponderẽt ei. Et venit tertio, & ait illis, Dormite iam, & requie-

c. 14. b

quieſcite. Sufficit, venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus pctõrũ Surgite eamus: ecce q me tradet prope eſt Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iſcariotes vnus de duodecim. & cũ eo turba multa cum gladijs & lignis, à ſummis ſacerdotibus & Scribis & ſenioribus. Dederat aũt traditor ei' ſignũ eis, dicens: Quemcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt, tenete eũ, & ducite caute. Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait, Rabbi, & oſculat' eſt eũ. At illi manus iniecerunt in Ieſum: & tenuerũt eum. Vnus aũt quidã de circunſtãtibus, educens gladiũ percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis & amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus, ait illis, Tanquã ad latronẽ exiſtis cum gladijs & lignis cõprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleantur ſcripturæ. Tunc diſcipuli eius relinquentes eum: oẽs fugerunt. Adoleſcens autẽ quidã ſequebatur eum amictus ſyndone ſuper nudo: & tenuerunt eũ. At ille reiecta ſyndone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummũ ſacerdotem, & conuenerunt omnes ſacerdotes & Scribæ & ſeniores. Petr' autẽ à lõge ſequutus eſt eũ vſq; intro ĩ atriũ ſummi ſacerdotis: & ſedebat cũ miniſtris ad ignẽ, & calefaciebat ſe. Summi vero ſacerdotes & omne conciliũ quęrebãt aduerſus Ieſum teſtimoniũ, vt eũ morti traderẽt: nec inueniebãt. Multi autẽ teſtimoniũ falſum dicebant aduerſus eũ: & conueniẽtia teſtimonia nõ erãt Et quidã ſurgẽtes falſum teſtimoniũ ferebãt aduerſus eum dicẽtes, Quoniã nos audiuimus eum dicẽtem, Ego diſſoluam templũ hoc manufactũ: & poſt triduũ aliud nõ manufactũ ędificabo. Et nõ erat cõueniẽs teſtimoniũ illorũ. Et exurgẽs ſummus ſacerdos in mediũ, interrogauit Ieſum, dicens, Non reſpõdes quicquã ad ea quæ tibi obijciunt ab his? Ille aũt tacebat & nihil reſpõdit. Rurſum ſumm' ſacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? Ieſus aũt dixit illi, Ego ſum: & videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientẽ cũ nubibus cœli. Summus autẽ ſacerdos ſcindens veſtimẽta ſua, ait, Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam, quid

quid vobis videtur? Qui omnes cõdemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciẽ eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei Prophetiza. & miniſtri alapis eum cędebant.

Secundum Ioãnem. Lectio iij.

ca. I. IN illo tẽpore: Dicebat Ieſus ad eos qui crediderunt ei, Iudęos. Si vos mãſeritis ĩ ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis. Et rel. Hom. ſctĩ Auguſti epi.

Cum rex iuſtitię ſederit ĩ throno, ſicut ſcriptura loquit᷑, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? Aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Multum nos terruit, ò fratres mei, dicendo, Seruus nõ manet in domo in æternũ Adiungit autẽ & dicit, Filius manet in æternum. Ergo ſolus in domo ſua erit Chriſtus? Nullus ne ei populus cohęrebit? Cui erit caput ſi nõ erit corpus? An forte totũ hoc fili⁹ caput & corpus? Nõ enim ſine cauſa terruit & ſpẽ dedit. Terruit ne peccatũ amaremus. Spem dedit, ne de peccati ſolutione diffideremus. Omnis (inquit) qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati, Seruus aũt non manet in domo in ęternũ. Quæ ergo nobis ſpes eſt, qui nõ ſumus ſine peccato? Audi ſpem tuam. Filius manet in domo in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis. Hæc ſpes noſtra fratres eſt, vt à libero liberemur. Et liberando nos ſeruos facit. Serui enim eramus cupiditatis: liberati ſerui efficimur charitatis. Hoc & Apoſtolus dicit. Vos autẽ fratres in libertatẽ vocati eſtis: tantum ne libertatem in occaſionẽ carnis detis: ſed per charitatẽ ſeruite inuicem. Non ergo dicat Chriſtianus, liber ſum, in libertatem vocatus ſum: ſeruus eram: ſed ipſa redemptione liber effectus ſum: faciam quod volo. Miſerere. 50. Oratio.

PRoficiat quęſumus domine plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu: vt ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tuę ſit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per domi.

Dñica palmarũ. Ad matu. aũ.

Cõfortati ſunt, qui perſequuti ſunt me inimici mei iniuſte, quæ non rapui tunc exoluebã.

Ex [illegible]. Lectio prima.

HÆc dicit dñs, Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eã? Aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatib⁹ c. 50 a

veſtris

veſtris vẽditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrẽ veſtrã: q̃a veni, & non erat vir: vocaui, & nõ erat q̃ audiret. Nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea, vt non poſſim redimere? aut non eſt in me virtus ad liberandũ? Ecce, in increpatione mea deſertũ faciã mare, ponã flumina in ſiccum: cum putreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti. Induã cœlos tenebris, & ſaccũ ponam operimentũ eorum. Dñs dedit mihi linguã eruditã, vt ſciam ſuſtentare eum qui lapſus eſt, verbo. Erigit mane: mane erigit mihi aurem: vt audiam quaſi magi-
B ſtrũ † Dñs Deus aperuit mihi aurẽ, ego autẽ non contradico, retrorſum non abij. Corp⁹ meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meã nõ auerti ab increpantibus, & cõſpuentibus. Dñs Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio quoniã nõ cõfundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me, quis contradicet mihi? ſtemus ſimul: quis eſt aduerſarius meus? accedat ad me. Ecce dñs Deus, auxiliator meus: quis eſt qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimẽtum cõterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timẽs dñm, audiens vocẽ ſerui ſui? quis ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.] Ecce vos oẽs accenden- C
tes ignẽ accincti flãmis: ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis. de manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET cũ eſſet Petrus in atrio c. 14.
deorſum, venit vna ex an- c
cillis ſummi ſacerdotis, & cum vidiſſet Petrũ calefacientem ſe aſpiciens illum, ait, Et tu cum Ieſu Nazareno eras? At ille negauit, dicẽs, Neq; ſcio, neq; noui q̃d dicas. Et exijt foras ante atriũ: & gallus cantauit. Rurſus aũt cum vidiſſet illũ ancilla cœpit dicere circunſtantibus, Quia hic ex illis eſt. At ille iterum negauit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant dicebant Petro, Vere ex illis es: nam & Galilæus es. Ille autẽ cœpit anathematizare & iurare, Quia neſcio hominẽ iſtum quẽ dicitis. Et ſtatim gallus iterũ cãtauit. Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus, Prius q̃ gall⁹ cantet bis, ter me negabis.

Et

c. 15. Et cœpit flere. Et cõfeſtim ma
a ne cõſilium faciẽtes ſummi ſacerdotes cũ ſenioribus, & ſcribis, & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait illi, Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis: Pilatus autẽ rurſum interrogauit eum, dicens: Nõ reſpõdes quicquam? vides in quãtis te accuſant. Ieſus autẽ amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtũ ſolebat dimittere illis vnũ ex vinctis quẽcunq; petijſſent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui ĩ ſeditione fecerat homicidiũ. Et cum aſcendiſſet turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpondit eis, & dixit, Vultis dimittã vobis regem Iudæorum? Sciebat enim ꝙ per inuidiã tradidiſſent eũ ſummi ſacerdotes. Pontifices autem concitauerũt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum reſpondens, ait illis, Quid ergo vultis faciã regi Iudæorũ? At illi iterũ clamauerunt, Crucifige eũ. Pilatus vero dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum. Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbã, & tradidit Ieſum flagellis cęſum vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totã cohortem: & induunt eũ purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam. Et cœperũt ſalutare eum, Aue rex Iudæorũ. Et percutiebãt caput eius arundine: & conſpuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et poſtquã illuſerũt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eũ veſtimentis ſuis: & educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerũt prętereuntem quempiam Simonẽ Cyrenæũ venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt illũ in Golgotha locum: quod eſt interpretatum Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatũ vinũ: & nõ accepit.

Secundũ Matthæum. Lec. iij.

In illo tẽpore, cum appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti, tunc miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens eis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt, c. 21.

Et reſ. Hom. ſcti Ambroſij epi.

PVlchre autē relictis Iudæis habitaturus in affectibus gentiū, templum dn̄s aſcendit. Hoc enim templū eſt verum, in quo nō in litera, ſed in ſpiritu dn̄s adoratur. Hoc Dei templum eſt, quod fidei ſeries, non lapidum ſtructura fundauit. Deſeruntur ergo qui adorant: eliguntur qui amaturi erant. Et ideo ad montē venit Oliueti, vt nouellas oliuas in ſublimi virtutum plantaret: quarū mater eſt illa quæ ſurſum eſt Ieruſalē: in hoc monte eſt ille cœleſtis agricola: vt plantati omnes in domo dn̄i poſſint in veritate dicere, Ego ſicut oliua fructificaui ī domo dn̄i. Et fortaſſe ipſe mons eſt Chriſtus. Quis enim alius tales fructus ferret olearū non curueſcentiū vbertate baccarum: ſed ſpirit⁹ plenitudine gētiū fœcundarū? Ipſe eſt per quē aſcendimus, & ad quem aſcendimus: ipſe eſt ianua: ipſe eſt via: quę aperitur & qui aperit: qui pulſatur ab ingrediētibus, & ab egredientibus adoratur. Ergo in caſtello erat, & ligatus erat pullus cum aſina, non poterat ſolui niſi iuſſu dn̄i. Soluit eum manus apoſtolica: talis actus, talis vita, talis gr̄a. Eſto talis vt poſſis ligatos ſoluere. Nunc cōſideremus qui fuerūt illi q errore detecto de paradiſo eiecti ī caſtello ſint religati. Et videbimus quemadmodū quos mors expulerat, vita reuocauerit. Et ideo ſecundum Matthæum & aſinā & pullū legimus: vt quia in duobus hominibus vterq; fuerat ſexus expulſus, duobus animalibus vterq; reuocetur. Miſerere 50. Ad laudes an̄a. Pueri Hebręorum tollentes ramos oliuarum obuiauerūt domino clamantes, & dicentes, Hoſanna in excelſis. Oratio.

OMp̄s ſempiterne De⁹, qui humano generi ad imitandū humilitatis exemplū ſaluatorē noſtrū carnē ſumere, & crucē ſubire feciſti: cōcede propitius, vt & patiētię ipſius habere documēta, & reſurrectionis conſortia mereamur. Per eun. Ad veſperas antiphona. Erue à framea Deus animā meam, & de manu canis vnicā meam.

¶ Feria ij ad matutinum an̄. Extraneus factus ſum fratrib⁹ meis, & peregrinus filijs matris meæ. Ex Zacharia. Lectio j.

APeri libane portas tuas, c. 11. & comedet ignis cedros tuas, vlula abies, quia cecidit

cedrus,

cedrus, quoniã magnifici vaſta ti ſunt: vlulate quercus Baſan, quoniã ſucciſus eſt ſaltus munitus. Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Hæc dicit dñs Deus meus, Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebant, & non dolebant: & vendebant ea, dicentes, Benedictus dñs, diuites facti ſumus: & paſtores eorum nõ parcebant eis. Et ego nõ parcã vltra ſuper habitantes terram, dicit dñs: ecce ego tradã homines, vnũquẽq; in manu proximi ſui, & in manu regis ſui, concident terram, & nõ eruam de manu eorum. Et paſcã pecus occiſionis propter hoc ò pauperes gregis: & aſſumpſi mihi duas virgas, vnã vocaui Decorem, & alteram vocaui Funiculum: & paui gregem. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno, & contracta eſt anima mea in eis: ſiquidem & anima eorum variauit in me. Et dixi, Non paſcam vos: quod moritur moriatur: & quod ſucciditur, ſuccidatur: & reliqui deuorẽt Vnuſquiſq; carnẽ proximi ſui. Et tuli virgã meã, quæ vocabatur Decus, & abſcidi eã: vt irritum facerem fœdus meũ quod percuſſi cũ omnibus populis. Et in irritũ deductũ eſt in die illa: & cognouerunt ſic pauperes gregis qui cuſtodiũt mihi, quia verbũ dñi eſt. Et dixi ad eos, Si bonũ eſt in oculis veſtris, afferte mercedem meã: & ſi nõ, quieſcite. Et appenderunt mercedẽ meã triginta argenteos. Et dixit Dñs ad me, Proijce illud ad ſtatuarium decorum pretium quo appretiatus ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo domini, ad ſtatuarium.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

E T crucifigentes eum diuiſerunt veſtimẽta eius, mittentes ſortẽ ſuper eis quis quid tolleret. Erat aũt hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnũ à dextris, & alium à ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura quę dicit, Et cum iniquis reputatus eſt. Et prętereuntes blaſphemabãt eum, mouentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis tẽplũ Dei, & in tribus diebus reædificas: ſaluũ fac temetipſum deſcendens de cruce. Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes, ad

c. 15. b

ad alterutrũ cũ Scribis dicebãt, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Chriſtus rex Iſrael deſcẽdat nũc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebrę factæ ſunt per totam terram, vſque in horam nonã. Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens, Eloi, Eloi, lammaſabacthani? quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt q̃d dereliquiſti me? Et quidã de circunſtantibus audientes dicebant. Ecce, Eliam vocat. Currens autem vnus, & implens ſpongiã aceto, circumponẽsq; calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite: videamus ſi veniat Elias ad deponendũ eum. Ieſus aũt emiſſa voce magna expirauit. Et velũ tẽpli ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſq; deorſum. Videns autẽ Centurio q̃ ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait, Vere hic homo, filius Dei erat. Erant aũt & mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi Minoris & Ioſeph mater, & Salome, & cũ eſſet in galilęa ſequebantur eũ, & miniſtrabant ei, & alię multę quę ſimul cum eo aſcẽderant Ieroſolymam. Et cum iam ſero eſſet factũ (quia erat paraſceue quod eſt ante Sabbatũ) venit Ioſeph ab Arimatæa nobilis decurio, q̃ & ipſe erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Pilatus aũt mirabat̃ ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cũ cognouiſſet à Centurione: donauit corp9 Ioſeph. Ioſeph aũt mercatus eſt ſindonem, & deponẽs eum inuoluit ſyndone, & poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumẽti.] Maria C
autẽ Magdalene, & Maria Ioſeph aſpiciebãt vbi poneretur.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN ilo tempore, Ante ſex dies c.12.
Paſchę venit Ieſus Bethaniã, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Et rel.

Homilia ſancti Augustini epi.

Ne putarent homines phantaſma eſſe factum, quia mortuus reſurrexit, Lazarus vnus erat ex recũbentibus. Videbat, loquebatur, epulabatur, veritas oſtẽdebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Diſcumbebat ergo dñs cum Lazaro &

cæteris: miniſtrabat Martha vna ex ſororibus Lazari. Maria altera ſoror Lazari accepit librã vnguenti nardi piſtici pretioſi: & vnxit pedes Ieſu: & extерſit capillis ſuis pedes eius: & domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Factũ audiuimus: requiramus myſteriũ. Quęcũq; anima fidelis vis eſſe cũ Maria, vnge pedes dñi pretioſo vnguẽto. Vnguentum illud iuſtitia fuit: ideo libra fuit. Erat autem vnguentũ nardi piſtici pretioſi. Quod ait piſtici, locum aliquẽ credere debem⁹, vnde hoc erat vnguentum pretioſum. Nec tamen hoc vacat, & ſacramento optime cõſonat. Piſtis Græce, Latine, dicitur fides. Quęrebas operari iuſtitiam, iuſtus aũt ex fide viuit. Vnge pedes Ieſu bene viuendo: dñica ſectare veſtigia. Capillis terge: ſi habes ſuperflua, da pauperib⁹, & dñi pedes terſiſti. Capilli enim ſuperflua corporis videnť eſſe. Habes quod agas de ſuperfluis tuis: tibi ſupflua ſunt: ſed dñi pedib⁹ neceſſaria ſunt. Miſerere. 50.

Ad laudes añ. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicorniũ humilitatem meam. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus: vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedẽte vnigeniti filij tui paſſione reſpirem⁹. Per eũ.

Ad veſp. añ. Aperuerũt ſup me os ſuũ, ſicut leo rapiẽs, & rugiẽs.

¶ Feria. iij. ad matu. añ. Foderunt man⁹ meas, & pedes meos, dinumerauerũt oĩa oſſa mea.

Ex Zacharia. Lectio prima.

IN die illa, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem: in ablutionem peccatoris & mẽſtruatę. Et erit in die illa, dixit dñs exercituũ. Diſperdam nomina idolorum de terra, & nõ memorabuntur vltra: & pſeudoprophetas, & ſpiritũ immundũ auferam de terra. Et erit: cũ prophetauerit quiſpiam vltra, dicent ei pater eius & mater eius q genuerunt eum, Non viues, quia mendaciũ loquutus es in nomine dñi: & configent eum pater eius & mater eius genitores eius cum pphetauerit. Et erit: in die illa cõfundenť prophetę vnuſq̃ſq; ex viſione ſua cum prophetauerint, nec operientur pallio ſaccino, vt mentiãtur: ſed dicet, Nõ ſum propheta, homo agricola ego ſum: quoniam Adam exemplũ meũ ab adoleſcentia mea. Et dicetur ei, Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarũ

C. 13.

tuarum? Et dicet, His plagatus ſum in domo eorũ qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſup paſtoré meũ, & ſup virũ cohęrẽtem mihi, dicit dñs exercituũ: percute paſtoré, & diſpergẽtur oues: & cõuertã manũ meã ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit dñs: partes duæ in ea diſpergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiã parté per ignem: & vram eos ſicut vritur argentũ, & probabo eos, ſicut probatur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam, Populus meus es, & ipſe dicet, Dominus Deus meus.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

c.22. a A†Ppropinquabat autem dies feſtus azymorũ, qui dicit᷑ Paſcha: & quęrebãt principes ſacerdotum & ſcribę quo modo eũ interficerẽt: timebãt vero plebem. Intrauit aũt ſatanas in Iudã qui cognominabatur Iſcariotes, vnum de duodecim: & abijt, & loquutus eſt cũ principibus ſacerdotũ & magiſtratibus, quemadmodũ illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopõdit. Et q̃rebat opportunitaté, vt traderet illum ſine turbis. Venit aũt dies azymorũ, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. Et miſit Petrũ & Ioanné, dicés: Euntes parate nobis Paſcha, vt manducemus. At illi dixerũt, Vbi vis paremus? Et dixit ad eos, Ecce introeuntib' vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſequimini eũ in domũ in quã intrat, & dicetis patrifamilias dom', Dicit tibi magiſter, Vbi eſt diuerſoriũ, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculũ magnum ſtratũ: & ibi parate. Euntes aũt inuenerũt ſicut dixit illis: & parauerunt Paſcha. Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim apoſtoli cũ eo, & ait illis, Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcũ anteq̃ patiar. Dico enim vobis q̃a ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis ꝙ non bibã de generatione vitis, donec regnũ Dei veniat. Et accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens, Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur. hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicem poſtq̃ cœnauit, dicens,

Hic eſt calix nouũ teſtamentũ in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamẽ ecce manus tradentis me, mecũ eſt in menſa. Et quidem filius hominis ſecundum quod definitum eſt, vadit: veruntamen væ homini illi, per quem tradetur. Et ipſi cœperunt quęrere inter ſe quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem & cõtentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatẽ habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui pręceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt: qui recumbit, an qui miniſtrat? nõne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. vos autẽ eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ, regnũ: vt edatis & bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Ait autẽ dñs Simoni, Simon: ecce ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquãdo conuerſus, confirma fratres tuos, Qui dixit ei, dñe, tecum paratus ſum, & in carcerẽ & in mortẽ ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie Gallus, donec ter abneges noſſe me. Et dixit eis, Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamẽtis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nũc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vẽdat tunicã ſuam: & emat gladiũ. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptũ eſt oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quę ſunt de me, finem habent. At illi dixerũt, Dñe, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, Satis eſt. Et egreſſus ibat ſecundũ conſuetudinẽ in mõtem Oliuarum. Sequuti ſunt autem illum & diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locum, dixit illis, Orate ne intretis in tentationẽ. Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat dicens: Pater, ſi vis transfer calicẽ iſtum à me. Veruntamen nõ mea voluntas, ſed tua fiat. Apparuit autem illi angelus

ſus de cœlo cōfortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cū ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormiētes prę triſtitia. Et ait illis, Quid dormitis? ſurgite, orate ne intretis in tentationem.

Sermo ſcti Auguſt. epi. Leō. iij.

DE dño & ſaluatore noſtro, fratres dilectiſſimi, ante multa tempora prophetatū eſt, Aſcendet ſicut virgultū, & ſicut radix de terra ſitienti. Quare vt radix? Ideo quia non eſt ſpecies illi, neq; honor. paſſus eſt, humiliatus eſt, conſumptus eſt, non habebat ſpeciem: homo apparebat, cū eſſet Deus. Sed quomodo radix nō eſt pulchra, ſed int⁹ habet vim pulchritudinis ſuæ? Attendite fratres mei: videte miſericordiam Dei: attendens arborem pulchrā, amœnā, folijs virentē, fructib⁹ opulentā, laudas: delectat aliquid de fructu ei⁹ carpere: ſub vmbra eius ſedere: & requieſcere ab æſtu. Laudas totā illam pulchritudinem. Si radix oſtendatur tibi: nulla pulchritudo in ea eſt. Noli cōtemnere quod abiectū eſt: inde ꝓceſſit quod miraris: vt radix ſit in terra ſitienti. Attēdite modo claritatē arboris: creuit eccleſia, crediderūt gentes, victi ſunt terræ principes ſub nomine Chriſti, vt eſſent victores in orbe terrarum. Poſitū eſt collū ſub iugo Chriſti. Perſequebantur ante Chriſtianos propter idola: perſequunť idola ꝓpter Chriſtū. Omnes cōfugiūt ad auxiliū eccleſię ī omni preſſura, ſin omni tribulatione ſua. Creuit illud granū ſinapis: factū eſt maius ſup omnia olera. Miſerere. 50.

Ad laudes aña. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, da nobis ita dominicæ paſſionis ſacramenta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem.

Ad veſperas añ. Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt.

℄ Feria iiij. ad matutinū aña. Proprio filio ſuo non pepercit Deus: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ex Iſaia. Lcō. j.

QVis credidit auditui noſtro? & brachium dñi cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. c. 53. a

Non eſt ſpecies ei, neq; decor: Et vidimus eũ, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectũ, & nouiſſimũ virorum, virũ dolorũ & ſcienté infirmitaté, & quaſi abſcõditus vultus eius & deſpect⁹, vnde nec reputauimus eum. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimus eũ quaſi leproſum, & pcuſſum à Deo & humiliatũ. Ipſe aũt vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſup eum, & liuore eius ſanati ſum⁹. Omnes nos quaſi oues errauim⁹, vnuſquiſq; in viã ſuã declinauit: & poſuit dñs in eo iniquitaté omniũ noſtrũ. Oblatus eſt qa ipſe voluit, & non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & nõ aperiet os ſuũ. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationé ei⁹ quis enarrabit? qa abſciſſus eſt de terra viuentium: propter ſcelus populi mei percuſſi eũ. Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua: eo φ iniquitaté non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius: & dñs voluit cõterere eũ in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animã ſuã, videbit ſemen longæuũ, & voluntas dñi in manu eius dirigetur. Pro eo φ laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſt⁹ ſeruos meos multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortiũ diuidet ſpolia, pro eo φ tradidit in morté animã ſuã, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.]

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 22. b

ADhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas vn⁹ de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eũ. Ieſus autem dixit illi. Iuda, oſculo filiũ hominis tradis? Videntes aũt hi qui circa ipſum erãt quod futurum erat, dixerũt ei, Dñe, ſi percutimus in gladio? Et percuſſit vnus ex illis ſeruũ principis ſacerdotũ: & amputauit auriculã eius dexterã. Reſpondens aũt Ieſus, ait, Sinite vſq; huc. Et cũ tetigiſſet auriculã eius, ſanauit eum. Dixit aũt Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, principes ſacerdotum & magiſtratus templi, & ſeniores, Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus?

Cum quotidie vobiſcũ fuerim in tẽplo,& nõ extẽdiſtis manus in me, ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarũ. Compre hendentes autẽ eum,duxerunt ad domũ principis ſacerdotũ. Petrus vero ſequebatur eum à longe. Accenſo aũt igne in medio atrij, & circunſedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorũ. Quẽ cũ vidiſſet ancilla quędã ſedentẽ ad lumen, & eũ fuiſſet intuita,dixit,Et hic cũ illo erat. At ille negauit eum, dicẽs: Mulier,nõ noui illũ. Et poſt puſillum alius videns eũ,dixit,Et tu de illis es. Petrus vero ait,O homo,non ſum. Et interuallo facto,quaſi horę vnius,alius quidam affirmabat, dicẽs: Vere & hic cũ illo erat, nã & Galilæus eſt. Et ait Petrus,Homo,neſcio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquẽte cantauit gallus. Et cõuerſus dñs,reſpexit Petrum. Et recordat' eſt Petr' verbi dñi ſicut dixerat, Quia priuſq̃ gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras Petr',fleuit amare. Et viri qui tenebant Ieſum illudebãt ei cędentes. Et velauerunt eum,& percutiebant faciẽ eius,& interrogabant eum, dicentes, Propheriza,quis eſt qui te percuſſit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenerũt ſeniores plebis & principes ſacerdotũ & ſcribę, & duxerũt illũ in cõciliũ ſuũ,dicẽtes, Si tu es Chriſtus,dic nobis. Et ait illis,Si vobis dixero,non credetis mihi: ſi autẽ & interrogauero, nõ reſpõdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes,Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis: quia ego ſum. At illi dixerunt, Quid adhuc deſideramus teſtimonium? ipſi enim audiuimus de ore eius.

Et ſurgẽs omnis multitudo eorũ, duxerũt illũ ad Pilatum. c.23. a
Cœperunt aũt illũ accuſare, dicentes, Hũc inuenim' ſubuertentẽ gentẽ noſtrã,& ꝓhibentẽ tributa dari Cæſari; & dicentẽ ſe Chriſtũ regẽ eſſe. Pilatus aũt interrogauit eũ dicẽs,Tu es rex Iudæorũ? At ille reſpondẽs ait, Tu dicis. Ait aũt Pilat' ad principes ſacerdotũ & turbas,Nihil inuenio cauſę in hoc hoĩe. At illi inualeſcebãt dicẽtes,Cõmouit populũ docens per vniuerſam Iudæã; incipiẽs à Galilæa vſq; huc. Pilatus autẽ audiens Galilæã, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit

ꝙ de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autẽ viſo Ieſu gauiſus eſt valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo ꝙ audiret multa de eo: & ſperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonib⁹. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autẽ principes ſacerdotum & ſcribę cõſtanter accuſantes eũ: Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatũ. Et facti ſunt amici Pilatus & Herodes in ipſa die, nam antea inimici erant adinuicem.

Sermo ſcti Ambro. epi. Lec. iij.

LEgimus quia Chriſtus peccata noſtra portat: & pro nobis dolet. Doles ergo dñe nõ tua, ſed noſtra vulnera: nõ tuá mortẽ, ſed noſtrá infirmitatẽ: & nos exiſtimauimus te eſſe in doloribus, cũ tu non pro te, ſed pro nobis doleres. Infirmatus enim es: ſed propter peccata noſtra. Non quia tibi illa infirmitas erat ex patre aſſumpta, ſed pro nobis ſuſcepta: quia nihil proderat vt eruditio pacis noſtræ eſſet in te: niſi liuore tuo vulnera noſtrá ſanares. Sed qd mirum, ſi pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Quid mirũ, ſi moriturus pro oĩbus tædeat, qui Lazarũ reſuſcitaturus illachrymat? Sed & ibi piæ ſororis lachrymis commouetur: quia mentẽ humaná tangebant: & hic alto appetitur affectu: vt qui in carne ſua peccata noſtra perimebat, mortẽ quoq; animæ noſtrę, ſuę animę mœror aboleret. Et fortaſſe ideo triſtis eſt: quia poſt Adæ lapſum tali tráſitu nobis erat de hoc ſeculo recedendũ vt mori eſſet neceſſe. Deus enim mortem non fecit, nec lętatur in perditione viuorum: & ideo faſtidit quod ipſe non fecit. Deniq; ait, Transfer à me calicem iſtum: quaſi homo mortẽ recuſans, quaſi Deus ſententiá ſuá reſeruans. Oportet enim nos mori ſeculo, vt reſurgamus Deo. Miſerere. 50.

Ad laudes añ. Omnes videntes me, deriſerũt me: loquuti ſunt labijs, & mouerũt caput. Oro.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt qui noſtris exceſſib⁹ inceſſanter affligimur, per vnigeniti filij tui paſſionem liberemur. Qui tecum vi.

Ad veſperas añ. Sperauit in domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

¶ Notandũ quod ſi in aliquo ex his tribus diebus ſequentibus inciderit aliquod feſtum ſimplex, non debet fieri officium, nec cõmemoratio de eo: ſi autem fuerit duplex, transferendum eſt poſt octa. Paſchæ.

¶ Feria. v. in cœna dñi. Notandum q̃ hodie **Pater noſter. & Aue Maria.** dicũtur in principio omnium horarũ ſicut antea, ſed omnibus alijs prætermiſſis, abſolute incipiũt matutĩ. ab antipho. infraſcripta aña.

Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderũt ſuper me. Deinde dicuntur pſalmi, & terminantur abſolute ſine **Gloria patri.** & ſic terminãtur etiã in omnibus alijs horis. Poſt pſalmos repetitur aña. & ſtatim dicitur **Pater noſter. &c.** Deinde dñr tres ſequẽtes lectiones ſine benedictionibus, & ſine **Tu autẽ.**

Lamentatio Ieremiæ prophetæ. Lectio prima. Aleph.

QVomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? facta eſt quaſi vidua domina gentium: Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

Beth. Plorans plorauit in nocte: & lachrymæ eius in maxillis eius: non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici.

Gimel. Migrauit Iudas ꝓpter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

Daleth. Viæ Sion lugent, eo q̃ non ſint qui veniant ad ſolennitatem: omnes portæ eius deſtructę, ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſquallidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

He. Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia dñs locut⁹ eſt ſup eã ꝓpter multitudinẽ iniquitatũ ei⁹: paruuli ei⁹ ducti ſunt in captiuitatẽ, ante faciẽ tribulãtis.

Vau. Et egreſſus eſt à filia Sion oĩs decor ei⁹. Facti ſunt principes ei⁹ velut arietes nõ inueniẽtes paſcua: & abierũt abſq; fortitudine ante faciẽ ſubſequẽtis.

Zain. Recordata eſt Ieruſalem dierũ afflictionis ſuæ, & præuaricationis: oĩum deſiderabiliũ ſuorũ, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hoſtili, & nõ eſſet auxiliator: Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius.

Heth. Peccatũ peccauit Ieruſalem,

ſalẽ, propterea inſtabilis facta eſt: oẽs qui glorificabant eam, ſpreuerunt illã, quia viderunt ignominiam eius: ipſa autẽ gemens, & cõuerſa eſt retrorſum.

Heth. Sordes eius in pedibus eius: nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer, non habens cõſolatorem. Vide domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.

Iod. Manũ ſuã miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuũ, de quibus prçceperas ne intrarent in eccleſiã tuam.

Caph. Omnis populus eius gemens, & quçrens panem: dederunt pretioſa quæq; pro cibo, ad reſocillandũ animam. Vide Domine & conſidera, quoniam facta ſum vilis.

Lamed. O vos oẽs qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt dñs in die irç furoris ſui. Ieruſalem, Ieruſalem, conuertere ad dominũ Deum tuum.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 23. b Pilatus autem conuocatis, principibus ſacerdotum & magiſtratibus & plebe, dixit ad illos, Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentẽ populum: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullã cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eũ accuſatis. Sed neq; Herodes. nam remiſi vos ad illum, & ecce, nihil dignũ morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittã. Neceſſe autẽ habebat dimittere eis per diem feſtum, vnum. Exclamauit autẽ ſimul vniuerſa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbã: qui erat propter ſeditionẽ quandã factã in ciuitate & homicidiũ, miſſus ĩ carcerẽ. Iterum autẽ Pilatus loquutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabãt dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos, Quid enĩ mali fecit iſte? Nullã cauſam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illũ, & dimittã. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulãtes vt crucifigeretur: & inualeſcebãt voces eorũ. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorum. Dimiſit aũt illis eum qui propter homicidiũ & ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerẽ, quẽ petebant. Ieſum vero tradidit volũtati eorũ. Et cum ducerẽt eum, apprehenderunt Simonẽ quendã Cyrenenſem venientẽ de villa: & impoſuerunt

runt illi crucẽ portare poſt Ieſum. Sequebatur aũt illũ multa turba populi & mulierũ: quę plangebãt & lamentabant eũ. Conuerſus autem ad illas Ieſus dixit, Filię Ieruſalem, nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete, & ſup filios veſtros. quoniã ecce venient dies in quibus dicent, Beatę ſteriles, & ventres qui nõ genuerũt, & vbera quæ nõ lactauerũt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autẽ & alij duo nequã cum eo, vt interficerentur. Et poſtquã venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus aũt dicebat, Pater, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt: Diuidentes vero veſtimenta eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat populus expectãs, & deridebant eum principes cum eis dicentes, Alios ſaluos fecit, ſe ſaluũ faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. Illudebãt autẽ ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes, Si tu es rex Iudæorũ, ſaluum te fac. Erat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis & Latinis, & Hebraicis, Hic eſt rex Iudæorũ. Vnus autẽ de his qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum, dicẽs, Si tu es Chriſtus, ſaluũ fac teipſum & nos. Reſpondens aũt alter, increpabat eum, dicens. Neq; tu times Deũ, qui in eadẽ damnatione es? Et nos quidem iuſte: nam digna factis recipim⁹: hic vero nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſũ, Dñe memẽto mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus, Amen dico tibi, Hodie mecũ eris ĩ paradiſo. Erat autẽ fere hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſq; in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol: & velum tẽpli ſciſſum eſt mediũ. Et clamans voce magna Ieſus, ait, Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ. Et hęc dicens: expirauit. Vidẽs aũt Centurio quod factũ fuerat, glorificauit Deũ, dicẽs, Vere, hic homo iuſt⁹ erat. Et omnis turba eorũ qui ſimul aderant ad ſpectaculũ iſtud & videbãt quæ fiebãt, percutiẽtes pectora ſua reuertebant. Stabãt aũt oẽs noti eius à longe: & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilęa, hęc vidẽtes. Et ecce, vir nomine Ioſeph q erat decurio,

vir

vir bonus & Iuſtus·hic nõ conſēnſerat conſilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnũ Dei. Hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu, & depoſitũ inuoluit ſyndone, & poſuit illud in monumẽto exciſo, in quo nondũ quiſquã poſitus

C fuerat.] Et dies erat paraſceues, & ſabbatũ illuceſcebat. Subſecutę aũt mulieres quæ cum eo venerãt de Galilęa, viderũt monumentum, & quemadmodũ poſitum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & Sabbato quidẽ ſiluerunt ſecundũ mandatum.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio tertia.

Ex c. 11. Conuenientibus vobis in vnũ iam non eſt dñicam cœnã manducare. Vnuſquiſq; enim ſuã cœnam præſumit ad manducandũ. Et alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandũ & bibendũ? Aut eccleſiã Dei cõtemnitis: & cõfunditis eos qui nõ habent? Quid dicã vobis? Laudo vos? in hoc nõ laudo. Ego enim accepi à dño quod & tradidi vobis: quoniam dñs Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ & gratias agens fregit & dixit: Accipite, & mãducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicem poſtquã cœnauit dicẽs. Hic calix nouum teſtamentũ eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcunq; bibetis, in meã cõmemorationẽ. Quotieſcũq; enim manducabitis panẽ hũc, & calicem bibetis, mortem dñi annuntiabitis, donec veniat. Itaq; quicunq; manducauerit panẽ, & biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & ſanguinis dñi. Probet aũt ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mãducat & bibit indigne: iudicium ſibi mãducat, & bibit, nõ diiudicans corpus dñi: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiũt multi. Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus: nõ vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autẽ, à dño corripimur, vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur. Finitis lectionibus non dicitur Te Deũ nec Miſerere, ſed ſtatim ad laudes dicitur añ. Traditor autẽ dedit eis ſignum dicẽs, Quẽ obſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eũ. Deinde dicuntur pſalmi cũ cantico, Benedictus.

quo

quo finito repetitur antiph.& ſtatim dicitur ℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod eſt ſup omne nomẽ. Deinde flexis genibus dicitur Pater noſter.&c.& pſal. Miſerere.&c. fol.47. quo finito īmediate ſine Oremus, dicit̃ orõ.

RESpice quęſumus dñe ſuper hãc familiam tuam, pro qua dñs noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentiũ, & crucis ſubire tormentum: Deinde dicit̃ ſub ſilentio Qui tecum viuit. &c. Et nõ dicit̃ Benedicamus. nec Fideliũ. Prædicto modo dicit̃ ℣. Chriſtus factus.&c. vſq; ad finẽ orõnis. Reſpice, in omnib' horis vſque ad veſperas ſabba. ſancti excluſiue. Ad primam, tertiã, ſextã & nonam, cæteris oĩbus omiſſis abſolute dñr pſalmi, quib' finitis in qualibet dictarũ horarũ dicitur ſtatim ℣. Chriſtus factus. &c. vt ſupra. Ad veſperas abſolute dicit̃ añ. Cœnantibus illis accepit Ieſus panem, benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis. Deinde dicũt̃ pſal. cũ cãti. Magnificat. quo finito repetitur añ.& ſtatim dicit̃. Chriſtus factus. &c. vt ſupra. Ad completo. abſolute dicuntur pſalmi cum cãtico Nunc dimittis. quo finito ſtatim dicitur Chriſtus factus.&c. vt ſupra. Notandũ quod ſicut in hac feria.v.ita etiã dicendũ eſt officium in duobus diebus ſequẽtib', mutãdo antiphonas & lectiones, vt in eis videbis.

¶ Feria ſexta in Paraſceue ad matutinũ añ. Aſtiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius.

Ex lamentatione Ieremiæ prophetæ. Lectio prima. Nun.

SCrutemur vias nr̃as, & q̃ramʼ, & reuertamur ad dñm. ca. 3.
Nun. Leuemus corda noſtra, cum manib' ad dñm in cœlo.
Nun Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimʼ: idcirco tu inexorabilis es.
Samech Operuiſti in furorę, & percuſſiſti nos : occidiſti, nec pepercisti.
Samech. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.
Samech. Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorum.
Phe. Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri.
Phe Formido & laqueus facta eſt

eſt nobis vaticinatio & ꝯtritio.

Phe. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.

Ain. Oculus meus afflictus eſt nec tacui,eo ꝙ nõ eſſet requies.

Ain. Donec reſpiceret & videret dominus de cœlis.

Ain. Oculus meus depredatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.

Sade. Venatione cœperunt me quaſi auem inimici mei gratis.

Sade. Lapſa eſt in lacum vita mea,& poſuerũt lapidẽ ſup me

Sade. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum : dixi , Perij.

Coph. Inuocaui nomen tuum domine de lacis nouiſſimis.

Coph. Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus.

Coph. Appropinquaſti in die quando inuocaui te : dixiſti, Ne timeas.

Res. Iudicaſti dñe cauſam animæ meę,redemptor vite meæ.

Res. Vidiſti domine iniquitatem illorum aduerſum me:iudica iudicium meum.

Res. Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me.

Sin. Audiſti opprobria eorum domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me.

Sin. Labia inſurgentium mihi , & meditationes eorum aduerſum me tota die.

Sin. Seſſionem eorum , & reſurrectionem eorum vide:ego ſum pſalmus eorum.

Tau. Reddes eis vicẽ domine, iuxta opera manuum ſuarum.

Tau. Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.

Tau. Perſequeris eos in furore tuo, & conteres eos ſub cœlis dñe. Ieruſalem Ieruſalem conuertere ad dñm Deum tuum.

Secundum Ioãnem. Lectio.ij.

HÆc cum dixiſſet Ieſus, c.18.
egreſſus eſt cũ diſcipu- a
lis ſuis trans torrentẽ Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli ei⁹ . Sciebat aũt & Iudas,qui tradebat eum, locũ:quia frequenter Ieſus cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis. Iudas ergo cũ accepiſſet cohortem, & à pontificibus & Pharisæis miniſtros, venit illuc cũ laternis,& facibus & armis. Ieſus itaq; ſciens omnia quæ ventura erãt ſup ſe, proceſſit & dixit eis, Quẽ quęritis? Reſponderũt ei , Ieſum Nazarenũ . Dixit eis Ieſus, Ego ſum . Stabat autẽ & Iudas,qui tradebat eum,cũ ipſis . Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt

abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterũ ergo interrogauit eos, Quem quęritis? Illi autẽ dixerunt, Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus, Dixi vobis quia ego ſum, ſi ergo me quęritis, ſinite hos abire. Vt impleretur ſermo quẽ dixit, Quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eũ: & percuſſit pontificis ſeruũ, & abſcidit auriculã eius dexteram. Erat autẽ nomen ſeruo, Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro, Mitte gladiũ tuum in vaginam. Calicẽ quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Cohors aũt & tribunus & miniſtri Iudæorũ cõprehenderũt Ieſum, & ligauerunt eum: & adduxerũt eum ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphę, qui erat pontifex anni illius. Erat aũt Caiphas qui conſiliũ dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autẽ Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus aũt ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atriũ pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus põtifici, & dixit oſtiariæ: & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nunqd & tu ex diſcipulis es hominis iſti⁹? Dicit ille. Nõ ſum. Stabant aũt ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat aũt cũ eis & Petrus, ſtans, & calefaciẽs ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina ei⁹. Reſpõdit ei Ieſus, Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga & in templo quo omnes Iudæi cõueniunt: & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierũt quid locutus ſum ipſis: ecce hi ſciũt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixiſſet, vnus aſſiſtẽs miniſtrorũ dedit alapã Ieſu, dicẽs: Sic reſpondes pontifici? Reſpõdit ei Ieſus, Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo: ſi autẽ bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autẽ Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Dixerũt ergo ei. Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille & dixit, Non ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam, Nõne ego te vidi in horto cum

eum illo? Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætoriũ. Erat autẽ mane: & ipſi nõ introierunt in prætoriũ, vt nõ contaminarentur, ſed vt mãducarẽt Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quã accuſationẽ affertis aduerſus hominẽ hũc? Reſponderunt & dixerunt ei, Si non eſſet hic malefactor, nõ tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & ſecundũ legem veſtram iudicate eum. Dixerũt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquã. Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: & vocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorũ? Reſpondit Ieſus. A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Reſpõdit Pilatus, Nunquid ego Iudęus ſum? Gens tua & pontifices, tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpõdit Ieſus, Regnũ meum nõ eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnũ meũ, miniſtri mei vtiq; decertarent vt nõ traderer Iudæis, nunc autẽ regnum meũ non eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus, Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mũdũ: vt teſtimoniũ perhibeã veritati: oĩs qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dixit ei Pilatus, Quid eſt veritas? Et cũ hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullã inuenio in eo cauſam. Eſt aũt conſuetudo vobis, vt vnũ dimittam vobis in Paſcha: vultis ergo dimittã vobis regem Iudęorum? Clamauerũt rurſum omnes dicentes, Non hũc, ſed Barabbã. Erat autem Barabbas latro.

Ex tractatu ſancti Auguſtini ſuper pſalmos. Lectio tertia.

PRotexiſti me Deus à conuentu malignantiũ: à multitudine operantiũ iniquitatẽ: Iam ipſum caput noſtrum intueamur: Multi martyres talia paſſi ſunt: ſed nihil ſic elucet quomodo caput martyrũ. Ibi melius intuemur quod illi experti ſunt: protectus eſt à multitudine malignãtiũ protegente ſe Deo. Protegente carnem ſuam in ipſo filio & homine quẽ gerebat: quia filius hominis eſt, & filius Dei eſt. Filius Dei ꝓpter formã Dei: & filius hominis propter formã ſerui,

habens poteſtatem ponere ani mam ſuã & recipere eã. Quid ei potuerũt facere inimici? occi derunt corpus: animã aũt non occiderunt. Intendite: parum ergo erat dñm hortari marty- res verbo, niſi firmaret exẽplo. Noſtis qui cõuentus erat mali- gnantiũ Iudæorũ, & quæ mul- titudo operantiũ iniquitatem. Quam iniquitatẽ? Quia volue rũt occidere dñm Ieſum Chri- ſtum. Tãta opera bona, inquit, oſtendi vobis, propter quod ho rum opus vultis me occidere? Pertulit omnes infirmos eorũ: curauit oẽs languidos eorum: prædicauit regnũ cœlorũ: non tacuit vitia eorũ, vt ipſa potius eis diſplicerent: non medicus à quo ſanabantur. His omnibus curationib⁹ eius ingrati, tanq̃ multa febri phrenetici, inſaniẽ tes in medicũ, q venerat cura- re eos, excogitauerunt conſiliũ perdendi eũ, tanquã ibi volen- tes probare virũ vere homo ſit qui mori poſſit: an aliquid ſup homines ſit, & mori ſe nõ per- mittat. Verbũ ipſorũ agnoſca- mus in ſapientia Salomonis. Morte turpiſſima, inquiũt, con dẽnemus eũ. Erit enim reſpect⁹ in ſermonibus ipſius. Si enim vere filius Dei eſt, liberet eum.

Ad laudes añ. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper ve- ſtem meam miſerunt ſortem. Ad veſperas antiphona. Dede- runt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.

¶ Sabbato. Ad matutinũ añ. Poſuerũt me in lacu inferiori, in tenebroſis, in vmbra mortis.

Ex lamentatione Ieremiæ.

Lectio prima. Ain.

CVm adhuc ſubſiſterem⁹, defecerũt oculi noſtri ad auxilium noſtrũ vanum, cum reſpiceremus attenti ad gentẽ quæ ſaluare nos non poterat. ca. 4.

Sade. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum no ſtrarum: appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies no- ſtri, quia venit finis noſter.

Coph. Velociores fuerũt perſe- cutores noſtri aquilis cœli: ſu- per montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

Res. Spiritus oris noſtri Chri- ſtus dñs, captus eſt in pecca- tis noſtris: cui diximus, in vm- bra tua viuemus in gentibus.

Sin. Gaude & lętare filia Edon quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, ine- briaberis, atque nudaberis.

Thau. Completa eſt iniqui- tas tua filia Sion, non addet vl-

ſtra vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom: diſcooperuit peccata tua.

Oro. Ieremiæ ca. 5. Recordare dñe quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobriũ noſtrũ: Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: dom⁹ noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſq; patre: matres noſtræ quaſi viduæ. Aquã noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio cõparauimus. Ceruicib⁹ noſtris minabamur, laſſis nõ dabatur requies. Ægypto dedimus manũ, & Aſſyrijs: vt ſaturaremur pane. Patres noſtri peccauerunt, & nõ ſunt: & nos iniquitates eorũ portauimus. Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panẽ nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra, quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. Ieruſalem Ieruſalem, conuertere ad dominũ Deum tuum.

Secundum Ioãnem. Lectio. ij.

c. 19. TVnc ergo apprehẽdit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorũ. & dabant ei alapas. Exiuit iterũ Pilat⁹, & dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia in eo nullã inuenio cauſam. Exiuit ergo Ieſus foras portans coronã ſpineã, & purpureũ veſtimentũ. Et dixit eis: Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eũ pontifices & miniſtri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos, & crucifigite. Ego enim nõ inuenio in eo cauſam. Reſpõderũt ei Iudæi: Nos legẽ habemus: & ſecundũ legẽ debet mori, quia filiũ Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hũc ſermonẽ, magis timuit. Et ingreſſus eſt prętorium iterũ, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autẽ reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus, Non haberes poteſtatẽ aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea q me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabãt, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regẽ facit,

contradicit Cæſari. Pilatus autem cũ audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco q dicitur Lithoſtrotos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem paraſceue Paſchę hora quaſi ſexta: & dicit Iudæis, Ecce rex veſter. Illi aũt clamabant, Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices, Non habemus regem, niſi Cæſaré. Tunc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt eum. Et baiulans ſibi crucé, exiuit in eũ, qui dicitur Caluariæ, locũ, Hebraice auté Golgotha: vbi crucifixerũt eum, & cũ eo alios duos hinc & hinc, mediũ auté Ieſum. Scripſit auté & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucé. Erat aũt ſcriptũ: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulũ multi Iudæorũ legerũt: quia prope ciuitaté erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorũ: Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperunt veſtimenta eius (& fecerũt quatuor partes: vnicuiq; militi partem) & tunicam. Erat aũt tunica inconſutilis, deſuper cõtexta per totũ. Dixerunt ergo adinuicé, Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit vt ſcriptura impleretur, dicés, Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſté meam miſerunt ſortem. Et milites quidé hæc fecerunt. Stabant aũt iuxta crucem Ieſu mater ei⁹, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matré & diſcipulũ ſtantem qué diligebat, dicit matri ſuæ. Mulier, ecce fili⁹ tuus. Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eá diſcipulus in ſuá. Poſtea ſciés Ieſus qa omnia iá cõſummata ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura, dixit, Sitio. Vas aũt erat poſitum aceto plenum. Illi aũt ſpongiá plená aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerũt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit, Conſummatũ eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

B Iudæi ergo (quoniam paraſceue erat) vt non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magn⁹ dies ille Sabbati)

rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorũ crura & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius q crucifixus eſt cũ eo. Ad Ieſum autẽ cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus ei' aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimoniũ perhibuit: & verum eſt teſtimoniũ ei'. Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur, Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit, Videbunt in quẽ transfixerunt. Poſt hæc autẽ rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathęa (eo ꝙ eſſet diſcipul' Ieſu, occultus aũt propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autẽ & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primũ, ferens miſturã myrrhæ & aloes quaſi libras centũ. Acceperunt autẽ corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudęis ſepelire. Erat autẽ in loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentũ nouũ, in quo nondũ quiſquã poſitus fuerat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentũ, poſuerũt Ieſum.

Ex tractatu ſancti Auguſti. epi ſuper pſalmos. Lectio tertia.

ACcedet homo ad cor altum: & exaltabit Deus. Illi dixerunt: Quis nos videbit? Defecerũt ſcrutantes ſcrutinio conſilia mala. Acceſſit homo ad ipſa conſilia: paſſus eſt ſe teneri homo. Non enim teneretur, niſi homo: aut videretur, niſi homo: aut cæderetur, niſi homo: aut crucifigiretur & moreretur, niſi homo. Acceſſit ergo homo ad omnes illas paſſiones, quæ in illo nihil valerent, niſi eſſet homo. Sed ſi ille non eſſet homo, non liberaretur homo. Acceſſit homo ad cor altũ, id eſt cor ſecretum, obijciens aſpectibus humanis hominẽ, ſeruans intus Deum, celans formam Dei, in qua æqualis eſt patri: & offerens formã ſerui, qua minor eſt patre. Ipſe enim dixit vtrunq;: ſed aliud ex forma Dei, aliud ex forma ſerui. Dixit ex forma Dei: Ego & pater vnũ ſumus. Dixit ex forma ſerui, Quoniã pater maior me eſt. Vnde ex forma Dei? ego & pater vnũ ſumus. Quia cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbi-

arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Vnde ex forma ſerui? qñ pater maior me eſt: qa ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Acceſſit ergo ad cor altum, & exaltatus eſt Deus. Occiditur homo, & exaltatur Deus. Quod enim occiſus eſt, ex infirmitate humana fuit. Quod reſurrexit & aſcendit, ex poteſtate diuina. Accedet homo ad cor altũ, cor ſecretũ, cor abſcõditũ: nõ oſtendens quid noſſet, nõ oſtendens quid eſſet. Ad laud. añ. O mors, ero mors tua, morſus tuus ero inferne. Ad veſperas abſolute dicit᷑ añ. Haleluiah, haleluiah, hal'ah. Veſpere aũt ſabbati, q̃ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum, Haleluiah. Deinde pſalmi vt in pſalterio, & in fine cuiuſlibet dicitur: Gloria patri, more ſolito, q̃bus finitis cũ cantico Magnificat. repetit᷑ añа. Deinde dicitur ℣. Domine exaudi ora. &c. Orõ.

SPiritum nobis dñe tuæ charitatis infunde: vt quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per. in vnitate eiuſdẽ. ℣. Benedicamus dño Haleluiah, haleluiah. ℟. Deo gratias Haleluiah, haleluiah. Fidelium animæ. &c. Prædicto modo dicit᷑ Bñdicamus. cũ duplici Hal'ah. in fine omnium horarum per totam hebdomadã ſequentẽ. Ad cõplet. ℣. Cõuerte nos. &c. Deus in adiutoriũ. &c. Hal'ah. & cęte. oĩa, vt ſup. añ ſeptuageſimã. Et in fine añæ: Salua nos, addit᷑ Hal'ah, vſq; ad aſcẽſionẽ.

¶ Dñica reſurrectionis duplex maius. Si hodie inciderit aliquod feſtũ ſimplex, omittitur omnino: ſi autem venerit infra octauam, fiet cõmemora. de eo finita prima ante ℣. Pretioſa, vt ſupra dictũ fuit. Si vero fuerit feſtum duplex, transferendum eſt poſt octauam Paſchę. Ad matut. inuita. Surrexit dñs vere, Haleluiah. Hymnus.



AVrora lucis rutilat, Cœlum laudib⁹ intonat, Mũdus exultãs iubilat, Gemens infernus vlulat.

Cum rex ille fortiſſimus, Mortis confractis viribus:

 Pede

Pede conculcans tartara,
Soluit à pœna miſeros.
Ille qui clauſus lapide,
Cuſtoditur ſub milite:
Triumphans pompa nobili,
Victor ſurgit de funere.
Solutis iam gemitib⁹, Et inferni dolorib⁹: Quia ſurrexit dñs,
Reſplendens clamat angelus.
Gloria tibi domine,
Qui ſurrexiſti à mortuis:
Cum patre, & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Notandũ, ꝙ in fine omniũ hymnorũ tam feſtiuorũ q̃ ferialium in oĩbus horis vſq; ad Aſcenſionẽ dicitur. Gloria tibi dñe, qui ſurrexiſti à mor. &c.

Añ. Ego dormiui, & ſomnum cœpi, & exurrexi, quoniam dñs ſuſcepit me, Haleluiah haľah.

¶ Ex Iona propheta. Lectio. j.

ca. 2. ET præparauit dñs piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dñm Deũ ſuum de vtero piſcis. Et dixit, Clamaui de tribulatione mea ad dñm, & exaudiuit me: de vẽtre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meã. Et proieciſti me in profundũ in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierũt. Et ego dixi, Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorũ: veruntamen rurſus videbo templũ ſanctum tuũ. Circundederunt me aquę vſq; ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium deſcendi, terrę vectes concluſerunt me in æternũ: & ſubleuabis de corruptione vitam meã: dñe Deus meus. Cum anguſtiaretur in me anima mea, dñi recordatus ſum: vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuũ. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquẽt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quęcunq; voui reddam pro ſalute domino. Et dixit dñs piſci: & euomuit Ionam in aridam.

Secundum Matthæum. Lec. ij.

VEſpere aũt ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrũ. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim dñi deſcendit de cœlo: & accedens, reuoluit lapidẽ, & ſedebat ſuper eũ. Erat aũt aſpectus eius ſicut fulgur: & veſtimentũ eius ſicut nix. Præ timore aũt eius, exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt c. 28. a

velut

velut mortui. Reſpondens aũt angelus, dixit mulierib⁹, Nolite timere vos. Scio enim q̃ Ieſum, q crucifixus eſt, quęritis: non eſt hic: ſurrexit enim, ſicut dixit, Venite & videte locũ, vbi poſitus erat dñs. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam. ibi eum videbitis,
B ecce prædixi vobis.] Et exierũt cito de monumento cũ timore & gaudio magno, currẽtes nuntiare diſcipulis eius. Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ aũt acceſſerũt, & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eum. Tũc ait illis Ieſus, Nolite timere: ite, nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cũ abijſſent, ecce quidã de cuſtodib⁹ venerũt in ciuitatẽ, & nuntiauerunt principibus ſacerdotũ omnia quæ facta fuerãt. Et cõgregati cum ſenioribus, cõſilio accepto, pecuniã copioſam dederunt militibus, dicentes, dicite, Quia diſcipuli eius nocte veneruut, & furati ſunt eũ, nobis dormientibus. Et ſi hoc auditũ fuerit à præſide, nos ſuadebim⁹ ei, & ſecuros vos faciem⁹. At illi accepta pecunia fecerũt ſicut erant edocti. Et diuulgatũ eſt verbũ iſtud apud Iudæos, vſq; in hodiernũ diem.
† Vndecim aũt diſcipuli abierunt in Galilæam, in montẽ vbi conſtituerat illis Ieſus. Et videntes eũ adorauerunt, quidã autẽ dubitauerũt. Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, dicẽs: Data eſt mihi omnis poteſtas ĩ cœlo & in terra. euntes ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & filij, & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quęcunq; mandaui vobis, & ecce ego vobiſcum ſum oĩbus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi.] C

Secundum Marcũ. Lectio vij.

IN illo tpe, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome abeuntes emerũt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. c. 16.

Et reľ. Hom̃ ſcti Grego. papæ

Multis vobis lectionibus fratres chariſſimi, per dictatum loqui cõſueui: ſed quia laceſſente ſtomacho ea quæ dictauerã, legere ipſe nõ poſſum: quoſdã veſtrũ minus libenter audiẽtes intueor. Vnde nũc à memetipſo exigere cõtra morem volo: vt inter ſacra miſſarũ ſolennia lectionem ſancti euangelij nõ dictãdo, ſed colloquẽdo ediſſeram, ſicq; excipiatur vt loquimur. Quia collocutionis vox

corda torpentia plusq̃ lectionis ſermo excitat, & quaſi quadã manu ſolicitudinis vt euigilẽt, pulſat. Et quidem ad hoc opus me ſufficere poſſe non video: ſed tamen vires quas imperitia denegat, charitas miniſtrat. Scio nanq; qui dixit, Aperi os tuũ, & adimplebo illud. Bonũ ergo opus nobis in voluntate ſit: nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi auſum etiam reſurrectionis dñicę tanta ſolennitas. Quia & indignũ valde eſt, vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo videlicet die caro reſurrexit authoris. Audiſtis fratres chariſſimi, ꝙ ſanctæ mulieres quæ dñm fuerant ſequutę, cũ aromatib⁹ ad monumentũ venerũt, & ei quẽ viuẽtẽ dilexerant, etiã mortuo ſtudio humanitatis obſequuntur. Sed res geſta aliquid in ſancta eccleſia ſignificat gerendũ. Sic quippe neceſſe eſt, vt audiamus quę facta ſunt: quatenus cogitemus etiam q̃ nobis ſunt ex eorũ imitatione facienda. Et nos ergo in eũ qui eſt mortuus credẽtes, ſi odore virtutũ referti cũ opinione bonorũ operũ dñm quęrim⁹: ad monumentũ profecto illius cũ aromatibus venimus.

Poſt tertiam lectionem dicitur Te Deũ. ſemp̱ vſq; ad aduẽtũ. Ad laudes añ. Haleluiah, exurrexi, & adhuc tecũ ſum, haſ̃ah. Deinde dñr pſalmi, & repetitur aña more ſolito, & poſt añ. dr̃. Hęc eſt dies quã fecit dñs: exultem⁹, & lętemur in eis, Haſ̃ah. & ſic fieri debet in omnibus horis per totam octauam ℣. Domine exaudi. &c. Oratio.

Deus, qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra quæ præueniendo aſpiras, etiã adiuuando proſequere. Per.

Ad primam, tertiam, ſextam, & nonam, aña. Haleluiah, haleluiah, haſ̃ah. Ad veſper. hym.

Ad cœnam agni prouidi:
Et ſtolis albis candidi,
Poſt tranſitum maris rubri,
Chriſto canamus principi.
Cuius corpus ſanctiſſimum,
In ara crucis torridum:
Cruore eius roſeo,
Guſtando, viuimus Deo.
Protecti Paſchæ veſpere,
A deuaſtante angelo:
Erepti de duriſsimo,
Pharaonis imperio.
Iã Paſcha noſtrũ Chriſtus eſt,
Qui immolatus agnus eſt:
Synceritatis azyma,

Caro eius oblata eſt.
O vere digna hoſtia,
Per quam fracta ſunt tartara:
Redempta plebs captiuata,
Redit ad vitæ præmia.
Conſurgit Chriſtus tumulo,
Victor redit de barathro:
Tyrannum tradens vinculo,
Et reſerans paradiſum.
Gloria tibi dñe, Qui ſur. &c.
Aña. Halleluia: gauiſi ſunt diſcipuli viſo Dño, Halleluia.

¶ Notandum, ꝙ inuitatoriũ hymni, & antiph. huius diei dicuntur per totã octauã, & deinde vſq; ad Aſcenſionem qñ fit officium de dñica, vel de feria. Item notandum ꝙ in antiphonis de cõi ſanctorũ, & 1 antiph. cõpletorij adiungitur Halah. in fine vſq; ad Aſcẽſionẽ, & in prædicto tpe omittuntur añæ aſſignatæ in Pſalterio ad primam, tertiã, ſextam, & nonam.

¶ Feria.ij. de octaua, duplex.
Ex Geneſi. Lectio prima.

HÆ quoq; ſunt generationes Iſaac filij Abraham, Abraham genuit Iſaac: qui cũ quadraginta eſſet annorũ, duxit vxorem Rebeccam filiã Bathuelis Syri de Meſopotamia, ſororem Laban. Deprecatuſq; eſt Iſaac dñm pro vxore ſua, eo ꝙ eẽt ſterilis: qui exaudiuit eũ, & dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si ſic mihi futurũ erat, quid neceſſe fuit me concipere? Perrexitq; Rebecca vt conſuleret Dñm. Qui reſpõdens, ait, Duę gẽtes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſq; populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Iam tṗs pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti ſunt. Qui primus egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidꝰ: vocatũq; eſt nomẽ eius Eſau. protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Iſaac qñ nati ſunt ei paruuli. Quibus adultis, factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob aũt vir ſimplex habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau, eo ꝙ de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob. Coxit aũt Iacob pulmentum, ad quem cũ veniſſet Eſau de agro laſſus, ait, Da mihi de coctione hac rufa, qa oppido laſſus ſum. Quam ob cãm vocatum eſt nomen eius Edon. Cui dixit Iacob, Vende mihi primogenita tua. Ille reſpondit,

ſpondit, En morior, quid mihi
proderunt primogenita? Ait
Iacob, Iura ergo mihi. Iura-
uit ei Eſau, & vendidit primo-
genita. Et ſic accepto pane &
lentis edulio comedit, & bibit,
& abijt, paruipendens quòd
primogenita vendidiſſet.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

c.16. ET cum tranſiſſet ſabbatū,
a †Maria Magdalene & Ma
ria Iacobi & Salome emerunt
aromata, vt venientes vngerēt
Ieſum. Et valde mane vna ſab-
batorū, veniunt ad monumen
tum, orto iam ſole. Et dicebāt
adinuicem, Quis reuoluet no-
bis lapidē ab oſtio monumēti?
Et reſpicientes: viderunt reuo-
lutum lapidē. Erat quippe ma-
gnus valde. Et introeuntes in
monumentum, viderunt iuue-
nem ſedentē in dextris, cooper
tum ſtola candida, & obſtupue
runt. Qui dixit illis, Nolite ex-
pauēſcere. Ieſum quęritis Na-
zarenum crucifixum: ſurrexit,
non eſt hic: ecce locus vbi po-
ſuerunt eum. Sed ite, dicite di-
ſcipulis eius & Petro, q͂ præce-
det vos in Galilæam: ibi eum
B videbitis, ſicut dixit vobis] At
illæ exeuntes, fugerunt de mo-
numento. inuaſerat enim eas
tremor & pauor: & nemini
quicq̄ dixerunt: timebāt enim.
Surgens autem Ieſus mane pri-
ma ſabbati, apparuit primo
Mariæ Magdalenæ, de qua eie-
cerat ſeptem dæmonia. Illa va-
dens, nuntiauit his qui cum eo
fuerāt, lugentibus & flentibus.
Et illi audientes quia viueret &
viſus eſſet ab ea, non credide-
runt. Poſt hæc aūt duobus ex
his ambulantibus oſtenſus eſt
in alia effigie, euntibꝰ in villā:
& illi euntes nuntiauerūt cæte-
ris: nec illis crediderūt. Nouiſſi-
me autē † recumbentibus illis C
vndecim apparuit: & expro-
brauit incredulitatē eorum, &
duritiā cordis: quia his, qui vi-
derāt eū reſurrexiſſe, nō credi-
derunt, & dixit eis, Euntes in
mundū vniuerſum, prædicate
euangeliū omni creaturę. Qui
crediderit & baptizatus fuerit,
ſaluus erit: qui vero non credi-
derit, cōdemnabitur. Signa aūt
eos q crediderint, hæc ſequen-
tur. In nomine meo dæmonia
eijciēt. Linguis loquentur no-
uis. Serpētes tollēt. Et ſi morti-
ferū quid biberint, nō eis noce
bit. Super ægros manus impo-
nent, & bene habebunt. Et dn̄s
quidē Ieſus poſtquā loquutus
eſt eis, aſſumptus eſt in cœlū, &
ſedet à dextris Dei. Illi autem
pro-

profecti, prædicauerunt vbiq; dño cooperante, & ſermonem cõfirmãte ſequentibus ſignis.

Secundum Lucam. Lectio iij.

c.24. IN illo tempore: Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emaus. Et reꝗ.

Homilia ſancti Gregorij papę.

In quotidiana nobis ſolennitate laborãtibus pauca loquenda ſunt: & fortaſſe hæc vtilius proderunt: quia ſępe & alimenta quæ minus ſufficiũt, auidius ſumuntur. Lectionis ergo euãgelicæ ſummatim ſenſum ſtatui nõ per ſingula verba diſcutere, ne dilectionẽ veſtrã valeat ſermo prolixior expoſitionis onerare. Ecce, audiſtis, fratres chariſſimi, quia duobus diſcipulis ambulantibus in via, nõ quidẽ credentibus, ſed tamẽ de eo loquentibus dñs apparuit: ſed eis ſpeciem quam recte cognoſcerent non oſtendit. Hoc ergo egit foris dñs in oculis corporis, quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. Ipſi nanq; apud ſemetipſos intus & amabant & dubitabant. Eis autem dñs foris & prę ſens aderat, & quis eſſet non oſtendebat. De ſe ergo loquentibus pręſentiam exhibuit: ſed de ſe dubitantibus cognitionis ſuæ ſpeciem occultauit. Verba quidẽ contulit, duritiam intellectus increpauit. Scripturæ ſacrę myſteria, quæ de ipſo erant, aperuit: & tamẽ quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ire ſe lõgius finxit. Fingere nanq;, componere dicimus. Vnde & cõpoſitores luti, figulos vocamus. Te Deum. Oro.

DEus qui ſolennitate paſchali mũdo remedia cõtuliſti, populum tuum quęſumus dñe cœleſti dono proſequere: vt & perfectam libertatem cõſequi mereatur, & ad vitam proficiat ſempiternã. Per.

¶ Feria iij. de octaua duplex ma. ex Geneſi. Lectio prima.

ORta aũt fame ſuper terrã poſt eam ſterilitatẽ quæ acciderat in diebus Abraham, abijt Iſaac ad Abimelech regẽ Palæſtinorũ in Gerara. Apparuitq; ei dñs, & ait, Ne deſcendas in Ægyptũ, ſed quieſce in terrã quã dixero tibi. Et peregrinare in ea, eroq; tecũ, & benedicam tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, cõplens iuramentũ quod ſpopondi Abrahã patri tuo. Et multiplicabo ſemen tuũ ſicut c.26.

ſtellas

ſtellas cęli, daboq́; poſteris tuis vniuerſas regiones has: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terrę, eo ꝙ obedierit Abrahã voci meæ, & cuſtodierit præcepta, & mandata mea, & ceremonias meas legesq́; ſeruauerit. Manſit itaq; Iſaac in Geraris. Qui cũ interrogaretur à viris loci illius ſup vxore ſua, reſpõdit, ſoror mea eſt. timuerat enim cõfiteri ꝙ ſibi eſſet ſociata cõiugio: reputãs ne forte interficerẽt eum propter illius pulchritudinem. Cumq́; pertrãſiſſent dies plurimi, & ibidẽ moraretur, proſpiciens Abimelech rex Palæſtinorũ per feneſtram, vidit eum iocantẽ cum Rebecca vxore ſua. Et accerſito eo ait, Perſpicuũ eſt, ꝙ vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororẽ tuam eſſe? Reſpõdit, Timui ne morerer propter eam. Dixitq́; Abimelech, Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiã de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum. Pręcepitq́; omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorẽ, morte morietur.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

c. 24. VNa aũt ſabbati valde di-
a luculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerãt aromata, & inuenerũt lapidem reuolutũ à monumẽto, Et ingreſſæ, non inuenerũt corpus dñi Ieſu. & factũ eſt: dũ mẽte cõſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti. Cũ timerent aũt, & declinarẽt vultum in terrã, dixerũt ad illas: Quid quæritis viuẽtem cũ mortuis? non eſt hic, ſed ſurrexit, recordamini qualiter loquutus eſt vobis, cũ adhuc in Galilæa eẽt dicens: Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ peccatorũ, & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatæ ſũt verborũ eius. Et regreſſę à monumento, nũtiauerũt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus: Erat aũt Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cęteræ quæ cum eis erãt, q̃ dicebant ad apoſtolos hæc. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumẽtum: & procũbens vidit linteamina ſola poſita, & abijt ſecũ mirans quod factum fuerat. Et ecce † duo ex illis ibãt ipſa die, B
in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Ieruſalẽ noĩe Emaus: & ipſi loquebantur

bantur adinuicem de his omnibus quę acciderant. Et factũ eſt: dum fabularentur, & ſecũ quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans, ibat cũ illis. oculi autem illoꝝ tenebantur, ne eum agnoſcerẽt. Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicẽ, ambulãtes, & eſtis triſtes? Et rñdens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalẽ, & nõ cognouiſti q̃ facta ſunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit Quæ? Et dixerunt, De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in ope & ſermone corã Deo & omni populo. Et qũo eũ tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in dãnationẽ mortis: & crucifixerunt eum, nos aũt ſperabamus qa ipſe eſſet redẽpturus Iſrael: & nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie ꝙ hęc facta ſunt. Sed & mulieres quædã ex noſtris, terruerũt nos, q̃ ante lucẽ fuerunt ad monumentũ, & nõ inuento corpore eius venerunt dicentes ſe ẽt viſionẽ angelorũ vidiſſe, qui dicunt eum viuere: Et abierũt quidã ex noſtris ad monumentũ: & ita inuenerũt ſicut mulieres dixerunt, ipſum vero non inuenerũt. Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quę loquuti ſunt ꝓphetę: nonne hæc oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriam ſuam?

Sermo ſancti Aug. epi. Lcõ. iij.

PAſcha Chriſti, fratres chariſſimi, regnum eſt cęlorũ, ſalus mundi, occaſus inferni, gloria ſupernoꝝ, vita credentium, & reſurrectio mortuorũ, teſtimoniũ miſerationis diuinę, pretium redẽptionis humanæ, contritio mortis abolitę. Quę feſtiuitas Dei ſacra myſteria & incognita ſacra virtutem dñicæ reſurrectionis per angelos indicat, ꝑ populos manifeſtat. Hæc ergo eſt dies, dilectiſſimi, quã fecit dñs, vt audiſtis, excelſior cunctis, dulcior vniuerſis: in qua dñs reſurrexit, in qua nouã ſibi plebem, vt ipſi videtis, gñationis ſpiritu conquiſiuit, in qua ſingulorum mẽtes gaudio, & exultatione ꝑfudit. Sic ergo dies reſurrectiõis Chriſti defunctis vita peccatoribus venia, ſanctis eſt gloria. Siquidẽ operatione virtutũ eleuat de imis, ſuſcitat de terrenis, collocat in excelſis: cõfirmat iuſtos, firmat dubios, dãnat incredulos. Ad hoc. n. Dñs reſurrexit, vt imaginẽ futurę reſurrectionis

nis oſtenderet. Et ideo hodie ad vitale lauachrum reſurgens Dei populus inſtar reſurrectionis eccleſiam noſtrã ſplendore niueo illuminat. Gratias Deo noſtro agere debemus, ꝙ dum ſancti Paſchæ ſolennitatem cõlimus, futurę reſurrectionis ſpeciem iam videmus. Reſurrecturum eſt enim genus humanũ in ſeculi conſummatione poſt mortem: nunc reſurgit in baptiſmo. Te Deum. Oratio.

DEus qui eccleſiã tuam nouo ſemper fœtu multiplicas: concede famulis tuis, vt ſacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per do.

¶ Feria.iiij. de oct. ex Gen. L.j.

c.26. SEuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplũ: benedixitq́; ei dñs. Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atq; ſuccreſcẽs: donec magnus vehemẽter effectus eſt, habuitq́; poſſeſſiones ouium & armẽtorũ, & familiæ plurimũ. Ob hoc inuidentes ei Palæſtini, oẽs puteos quos foderant ſerui patris illius Abraham, illo tẽpore obſtruxerunt, implentes humo: in tantũ vt ipſe Abimelech diceret ad Iſaac Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es valde. Et ille diſcedens, vt veniret ad torrentẽ Gerarę, habitaretq́; ibi: rurſum fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham, & quos illo mortuo olim obſtruxerãt Philiſtijm; appellauitq́; eos eiſdem nominibus quibus ante pater vocauerat. Foderuntq́; in torrente, & repererunt aquã viuam. Sed & ibi iurgium fuit paſtorum Gerarę aduerſus paſtores Iſaac dicentium, Noſtra eſt aqua. quam obrem nomẽ putei ex eo quod acciderat, vocauit Calumniã. Foderunt autẽ & alium: & pro illo quoq; rixati ſunt, appellauitq́; eum Inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo nõ cõtenderunt: itaq; vocauit nomen eius, Latitudo, dicens, nunc dilatauit nos dñs, & fecit creſcere ſuper terram.

Secundum Lucam. Lectio.ij.

ET incipiẽs à Moyſe, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in oĩbus ſcripturis quę de ipſo erãt. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant, & ipſe finxit ſe longius ire. Et coegerunt illũ, dicentes, Mane nobiſcum, qm̃ adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt, dum recumberet cũ eis, accepit c.24. c

panẽ,

panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ, & cognouerunt eũ: & ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et dixerũt adinuicem, Nonne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadẽ hora regreſſi ſunt in Ieruſalẽ: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant dicentes, Quòd ſurrexit dñs vere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quę geſta erant in via: & quomodo cognouerũt eum in fractione

D panis.] Dum aũt hæc loquuntur, † ſtetit Ieſus in medio eorum, & dicit eis, Pax vobis: ego ſum, nolite timere. Conturbati vero & conterriti exiſtimabãt ſe ſpiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate & videte: quia ſpũs carnẽ & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & pedes. Adhuc aũt illis nõ credentibus & mirantibus, præ gaudio dixit, Habetis hic aliquid quod mãducetur? At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cum manducaſſet corã eis, ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos cũ adhuc eſſem vobiſcũ, quõ neceſſe eſt impleri oĩa quę ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas, & dixit eis: Quoniã ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorũ in omnes

gentes,] incipientibus ab Iero- E

ſolyma. Vos aũt teſtes eſtis horum. Et ego mittã promiſſum patris mei in vos. Vos aũt ſedete in ciuitate, quoaduſq; induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlũ. Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Ieruſalẽ cum gaudio magno: & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Secundum Ioãnem. Lectio iij.

IN illo tempore, Manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis c. 21.
ſuis ad mare Tyberiadis: manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul

Simon

Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij papę.

Lectio ſancti euangelij quæ modo in veſtris, auribus lecta eſt, fratres chariſſimi, quæſtione animum pulſat: ſed pulſatione ſua vim diſcretionis indicat. Quæri etenim poteſt, cur Petrus qui piſcator ante conuerſionem fuit, poſt conuerſionem ad piſcationem rediit? Et cum veritas dicat: nemo mittens manum ſuam ad aratrũ, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei: cur repetiit quod reliquit? Sed ſi virtus diſcretionis inſpicitur, citius videtur: quia nimirũ negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. Nam piſcatorem Petrum, Matthæum verò telonearium ſcimus. Et poſt conuerſionem ſuam ad piſcationem Petrus rediit: Matthæus verò ad telonij negotium non reſedit. Quia aliud eſt victum per piſcationem quærere: aliud telonij lucris pecunias augere. Sunt. n. pleraq; negotia quæ ſine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionẽ animus non recurrat. Quæri etiam poteſt, cur diſcipulis in mari laborantibus poſt reſurrectionem ſuam Dominus in litore ſtetit, qui ante reſurrectionem ſuam corã diſcipulis ſuis in fluctibus maris ambulauit? Cuius rei ratio feſtinè cognoſcitur, ſi ipſa quæ tunc inerat cauſa penſetur. Quid enim mare niſi præſens ſeculũ deſignat: quod ſe cauſarum tumultibus & vndis vitæ corruptibilis illidit? Te deum. Oratio.

Deus qui nos reſurrectionis dominicæ annua ſolennitate lætificas: cõcede propitius, vt per temporalia feſta quæ agimus: peruenire ad gaudia ęterna mereamur: Per.

¶ Feria. v. de octa. ex Gen. L. j.

Aſcendit autem Iſaac ex illo loco in Berſabeæ, vbi c. 26. apparuit ei Dominus in ipſa nocte dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum ſum, & benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham. Itaq; ædificauit ibi altare, & inuocato noĩe domini extendit tabernaculũ, præcepitq; ſeruis ſuis vt foderent puteum. Ad quem locum cum

cum veniſſent de Geraris Abi-
melech,& Ochozath amicus il
lius,& Phicol dux militum,lo-
quutus eſt eis Iſaac, Quid veni
ſtis ad me hominē quē odiſtis,
& expuliſtis à vobis? Qui re-
ſponderunt, Vidimus tecū eſſe
dn̄m,& idcirco nunc diximus,
Sit iuramētū inter nos, & inea-
mus fœdus: vt nō facias nobis
quicq̄ mali ſicut, & nos nihil
tuorū attigimus, nec fecimus
quod te lęderet, ſed cū pace di-
miſim⁹ auctū bn̄dictione dn̄i.
Fecit ergo eis conuiuiū:& poſt
cibū & potū ſurgētes mane,iu-
rauerunt ſibi mutuo:dimiſitq;
eos Iſaac pacificè in locū ſuū.
Ecce aūt venerūt in ipſo die ſer
ui Iſaac annūtiātes ei de puteo
quē foderāt atq; dicētes, Inue-
nimus aquā: Vn̄ appellauit eū
Abūdātiā:& nomē vrbi impoſi
tū eſt Berſabeę vſq; in pręſentē
diē. Eſau verò quadragenarius
duxit vxores, Iudith filiā Beeri
Hethęi,& Baſemath filiā Elon
eiuſdē loci:quę ambę offende-
rant animū Iſaac & Rebeccæ.

Secundum Ioānem. Lectio.ij.

.20. V† Na autē ſabbati Maria
a Magdalene venit mane
cū adhuc tenebrę eſſent,ad mo
numentū,& vidit lapidē ſubla-
tū a monumēto. Cucurrit ergo
& venit ad Simonē Petrū, & ad
aliū diſcipulū quē amabat Ie-
ſus:& dicit illis, Tulerūt Dn̄m
de monumēto,& neſcimus vbi
poſuerūt eū. Exiit ergo Petr⁹ &
ille alius diſcipulus, & venerūt
ad monumētū. Currebant aūt
duo ſimul:& ille alius diſcipu-
lus ꝑcucurrit citius Petro,& ve
nit prim⁹ ad monumētū. Et cū
ſe inclinaſſet,vidit poſita lintea
mina: nō tn̄ introiuit. Venit er
go Simon Petrus ſequēs eum,
& introiuit in monumentū,&
vidit lintea mina poſita, & ſu-
darium quod fuerat ſuper ca-
put eius, non cum linteamini-
bus poſitum, ſed ſeparatim in-
uolutum in vnum locum. Tūc
ergo introiuit & ille diſcipulus
qui venerat primus ad monu-
mentum & vidit: & credidit,
nondum enim ſciebāt ſcriptu-
ram, quia oporteret eū à mor
tuis reſurgere. Abierunt ergo
iterū diſcipuli ad ſemetipſos.
† Maria autem ſtabat ad mo- B
numentum foris plorās. Dum
ergo fleret, inclinauit ſe,& pro-
ſpexit in monumentum: & vi-
dit duos angelos in albis ſe-
dentes, vnum ad caput, & vnū
ad pedes, vbi poſitum fuerat
corpus Ieſu: Dicunt ei illi, Mu-
lier,quid ploras? Dicit eis, Quia

tulerunt dñm meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cũ dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciebat quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus, Mulier, quid phoras? Quem quęris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei, Dñe, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eũ tollã. Dicit ei Ieſus, Maria. Cõuerſa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magiſter. Dicit ei Ieſus. Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Aſcendo ad patrem meum & patrẽ veſtrum, Deum meum & Deũ veſtrum. Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis, Quia vidi dominum, & hæc dixit mihi.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

c. 20. IN illo tpe: Maria ſtabat ad monumentũ foris plorans.

Et reſ. Hom ſcti Grego. papæ.

Maria Magdalene, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatẽ lauit lachrymis maculas criminis: & vox veritatis impletur, qua dicit', Dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multũ. Quæ enim frigida prius peccando remanſerat, poſtmodum amando fortiter ardebat. Nam poſtquã venit ad monumentũ, ibiq; corpus dñicum nõ inuenit, ſublatum credidit, atq; diſcipulis nuntiauit. Qui venientes viderunt, atq; ita eſſe, vt mulier dixerat, crediderunt. Et de eis protinus ſcriptũ eſt. Abierunt ergo diſcipuli ad ſemetipſos. Ac deinde ſubiungitur, Maria ſtabat ad monumentũ foris plorãs. Qua in re penſandum eſt huius mulieris mentẽ, quanta vis amoris accenderat, quæ à monumẽto dñi, etiam diſcipulis recedentibus, nõ recedebat. Exquirebat quem non inueniebat. Flebat inquirendo, & amoris ſui igne ſuccenſa, eius quem ablatũ credidit, ardebat deſiderio. Vnde cõtigit, vt tunc eum ſola videret, quæ remanſit vt quęreret. Quia nimirũ virtus boni operis perſeuerantia eſt: & voce veritatis dicitur, Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Te Deum. Oratio.

DEus qui diuerſitatem gentium in cõfeſſione tui nominis adunaſti: da, vt renatis fonte baptiſmatis vna ſit fides mentiũ, & pietas actionũ. Per.

¶ Feria. vj. de oct. ex Geñ. L. j.

SEnuit autem Iſaac, & caligauerũt oculi eius, & vide- c. 27.

re non poterat: vocauitq́; Eſau filium ſuum maiorem, & dixit ei, Fili mi? Qui reſpondit, Adſum. Cui pater, Vides, inquit, ꝙ ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetrā & arcum, & egredere foras. Cumq́; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentū, ſicut velle me noſti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequā moriar. Quod cum audiſſet Rebecca, & ille abijſſet in agrum vt iuſſionem patris im-
A pleret, † dixit filio ſuo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei, Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino ante quàm moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce conſilijs meis: & pergens ad gregē affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur, quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi prius q̄ moriatur. Cui ille reſpondit, Noſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego leuis? Si attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionē pro benedictione. Ad quem mater, In me ſit, ait, iſta maledictio fili mi: tantū audi vocem meā, & pergens affer quę dixi.

Secundum Ioānem. Lectio. ij.

C.† Vm ergo ſero eſſet die c. 20.
illo vna ſabbatorum, & c
fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli cōgregati propter metum Iudæorum: venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et cum hęc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis: ſicut miſit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.] D
† Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipu-

li eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei, Dñs meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati
E qui nõ viderũt, & crediderũt.] Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ, quę non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc aũt ſcripta sũt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei: & vt credẽtes vitam habeatis in nomine eius.]

Sermo ſancti Ambro. epi. L. iij.

AVdiſtis fratres chariſſimi, ꝙ ſanctæ mulieres, q̃ cum aromatibus ad monumẽtum venerũt angelos viderũt: & Maria Magdalene q̃ arctius Ieſum diligebat, Apoſtolis ad domum, de qua cucurrerãt, reuertẽtib⁹, quia erga ſepulchrũ pſeuerauit, Deũ prima omniũ cognouit. Nos per hoc monemur, vt cum aromatibus, id eſt cum odore bonoꝝ opeꝝ, & pleni virtutibus Deũ quæramus. Sunt q̃ videnť Deũ quęrere, ſed otioſi ſunt, & à virtutibus alieni: ideo illũ videre non merentur. Quid quęrebant illæ sãctæ mulieres in monumento, niſi corpus dñi Ieſu? Et vos quid q̃ritis ĩ eccleſia, niſi Ieſum, id eſt Saluatorẽ? Sed ſi cupitis illũ inuenire: orto ſole venite: id eſt, non ſint in cordibus veſtris tenebrę vitioꝝ. Carnalia vero deſideria, & opera mala tenebræ ſunt. In quoꝝ cordibus tales tenebræ ſunt, non vident lucẽ, & non intelligunt Chriſtũ, quia Chriſtus lux eſt. Repellite a vobis, fratres, tenebras, id eſt, oẽs delectatiões, & omnia opa mala, & curate hr̃e aromata, hoc ẽ orationẽ mundã, dicentes cum pſalmiſta, Dirigať oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. Ecce Maria pſeuerãdo ad monumentũ quẽ quærebat inuenit, quia qui pſeuerauerit vſq; in finẽ, ſaluus erit. Te deũ. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui paſchale ſacramentum in recõciliationis humanæ fœdere cõtuliſti: da mẽtibus noſtris, vt quod profeſſione celebramus, imitemur effectu. Per dominum noſtrum.

℄ Sabbato de oct. ex Geñ. L. j.

ABijt, & attuliť, dediťq; matri. Parauit illa cibos ſicut c. 27. b

cut velle nouerat patrē illius.
Et veſtibus Eſau valde bonis,
quas apud ſe habebat domi, in
duit eum: pelliculaſq́; hœdorū
circūdedit manibus, & colli nu
da protexit. Deditq́; pulmen-
tum, & panes quos coxerat, tra-
didit. Quibus illatis dixit, Pa-
ter mi? At ille reſpōdit: Audio,
quis es tu fili mi? Dixitq́; Ia
cob: Ego ſum primogenitus
tuus Eſau: feci ſicut præcepiſti
mihi: ſurge, ſede, & comede de
venatione mea, vt bn̄dicat mi-
hi anima tua. Rurſumq́; Iſaac
ad filiū ſuū, Quomodo, inquit,
tam cito inuenire potuiſti fili
mi? Qui reſpondit, Voluntas
Dei fuit, vt cito occurreret mi-
hi, quod volebā. Dixitq́; Iſaac,
Accede huc vt tangā te fili mi,
& probem vtrū tu ſis filiꝰ meus
Eſau, an non: Acceſſit ille ad pa
trem: & palpato eo, dixit Iſaac,
Vox quidem, vox Iacob eſt, ſed
manus, manꝰ Eſau ſunt. Et nō
cognouit eū, quia piloſę manꝰ
ſimilitudinē maioris expreſſe-
rant. Benedicens ergo illi, ait,
Tu es filius meus Eſau? Reſpō-
dit, Ego ſum, At ille, affer mihi,
inquit, cibos de venatione tua,
fili mi, vt benedicat tibi anima
mea. Quos cum oblatos come
diſſet, obtulit ei etiā vinū, quo
hauſto, dixit ad eū, Accede ad
me, & da mihi oſculum fili mi.
Acceſſit, & oſculatus eſt eum.
Statimq́; vt ſenſit veſtimētorū
illius fragrātiā, bn̄dicēs illi ait,
Ecce odor filij mei ſicut odor
agri pleni, cui benedixit dn̄s.
Det tibi Deus de rore cœli, &
de pinguedine terrę abundan-
tiam frumēti & vini. Et ſeruiāt
tibi populi, & adorēt te tribus:
eſto dn̄s fratrū tuorū, & incur-
uentur ante te filij matris tuæ,
qui maledixerit tibi, ſit ille ma-
ledictus: & qui benedixerit ti-
bi, benedictionibus repleatur.

Secundum Ioānem. Lectio iij.

POſtea manifeſtauit ſe ite c. 21
rum Ieſus ad mare Tybe- a
riadis. Manifeſtauit autem ſic.
Erant ſimul Simon Petrus &
Thomas, qui dicitur Didymus,
& Nathanael, qui erat à Cana
Galileæ, & filij Zebedæi, & alij
ex diſcipulis eius duo. Dicit eis
Simon Petrus, Vado piſcari.
Dicūt ei, Venimus & nos tecū.
Et exierunt & aſcenderunt in
nauim: & illa nocte nihil pren-
diderunt. Mane autem facto,
ſtetit Ieſus in litore, nō tamen
cognouerunt diſcipuli quia Ie
ſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus: Pue
ri, nunquid pulmentarium ha-
betis? Reſponderunt ei, Non.

Dixit eis, Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam nõ valebant illud trahere præ multitudinẽ piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille quẽ diligebat Ieſus, Petro, dñs eſt. Simon Petrus cum audiſſet, quia dñs eſt: tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij aũt diſcipuli nauigio venerũt (nõ enim longe erãt à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahẽtes rete piſcium. Vt ergo deſcenderũt in terrã, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitũ, & panẽ. Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Aſcẽdit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenum magnis piſcibus, centũquinquagintatribus. Et cum tot eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus, Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogare eum, Tu quis es? ſcientes quia dñs eſt. & venit Ieſus & accepit panẽ, & dabat eis, & piſcẽ ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis cum ſurrexiſſet à mortuis.] Cum er
B go prandiſſent, † dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioãnis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam dñe, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dixit ei iterũ, Simon Ioãnis diligis me? Ait illi, Etiam dñe: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis, amas me? Cõtriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tertio, amas me: & dixit ei, dñe, tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce oues meas. Amẽ amen dico tibi, cũ eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum aũt ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc aũt dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deũ.] C
Et cum hoc dixiſſet, dicit ei, † Sequere me. Cõuerſus Petrus vidit illum diſcipulũ quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſup pectus eius, & dixit, Dñe, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit Ieſu, Dñe hic aũt quid? Dixit ei Ieſus, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres quia diſcipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei Ieſus, Non moritur: ſed, ſi eum volo manere donec veniã, quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ perhibet de his, & ſcri-

pſit

pſit hæc: & ſcimus quia verum
D eſt teſtimoniũ ei⁹.] Sunt aũt &
alia multa q̃ fecit Ieſus, quæ ſi
ſcribanť per ſingula, nec ipſum
arbitror mundũ capere poſſe
eos qui ſcribendi ſunt libros.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

c.20. IN illo tempore: Vna ſabbati, Maria Magdalene venit mane, cũ adhuc tenebrę eſſent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij papę.

Fractus longa moleſtia ſtomachus, diu me charitati veſtræ de lectionis euãgelicæ loqui expoſitione prohibuit. Vox nãq; ipſa à clamoris virtute ſuccumbit: & quia à multis audiri non valeo, loqui (fateor) inter multos erubeſco. Sed hanc in me verecundiã & ipſe reprehẽdo. Quid enim? Nunquid ſi multis prodeſſe nequeo, nec paucis curabo? Et ſi ex meſſe portare manipulos multos nõ poſſum, nunquid nam debeo ad aream vacuus redire? Quãuis enim quantos debeo ferre nõ valeo: certe vel paucos, certe vel duos, certe vel vnũ ferã. Habet nãq; ipſa infirmitatis intẽtio mercedis ſuæ certitudinẽ: quia ſupernus arbiter noſter, & ſi pondus conſiderat in retributione, tamen vires penſat in pondere. Lectio ſancti Euãgelij, quã modo, fratres, audiſtis, valde in ſuperficie hiſtorica eſt aperta: ſed eius nobis ſunt myſteria ſub breuitate requirenda. Maria Magdalene, cũ adhuc tenebræ eſſent, venit ad monumentũ. Iuxta hiſtoriã notať hora: iuxta ĩtellectũ vero myſticũ requirẽtis ſignať intelligẽtia. Maria enim authorẽ oĩum, quẽ carne viderat mortuũ q̃rebat in monumẽto: & qa hũc minime inuenit, furatũ credidit. Adhuc ergo erãt tenebrę, cũ venit ad monumẽtũ. Cucurrit ergo citius, Diſcipulis nũtiauit. Sed illi prę cęteris cucurrerũt, q prę cęteris amauerunt: videlicet Petrus, & Ioannes. Te Deum. Oratio.

COncede q̃s oṗs Deus: vt q feſta Paſchalia venerãdo egimus, per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per.

ℭ Dñica in albis octa. Paſchæ, duplex min⁹. Ex Gen. Lec. j.

VIx Iſaac ſermonẽ impleuerat: & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, coctoſq; de venatione cibos intulit patri, dicẽs: c.27 c
Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi

Iſaac, Quis es tu? Qui reſpõdit, Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: & vltra quam credi poteſt admirãs, ait, Quis igitur ille eſt qui dudũ captam venationem attulit mihi, & comedi ex oĩbus priuſq̃ tu venires? benedixiq; ei, & erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibus pr̃is, irrugijt clamore magno: & cõſternatus ait, Benedic etiã & mihi, pater mi. Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuã. At ille ſubiunxit, Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob: ſupplãtauit enim me iam altera vice. Primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundo ſurripuit benedictionẽ meã. Rurſumq; ad patrẽ, Nunquid nõ reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac, Dñm tuũ illũ cõſtitui, & oẽs fratres eius ſerui tuti illius ſubiugaui: frumento & vino ſtabiliui eũ: & tibi poſt hæc fili mi vltra q̃d faciã? Cui Eſau, Num vnã, inquit, tantũ benedictionẽ habes pater? mihi quoq; obſecro, vt benedicas. Cunq; eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eũ, In pinguedine terrę, & ĩ rore cœli, de
D ſuper erit bñdictio tua.] Viues in gladio. & fratri tuo ſeruies: tempuſq; veniet cũ excutias & ſoluas iugũ ei' de ceruicib' tuis.

Epiſtola Pauli apoſtoli ad Romanos. Lectio ſecunda.

P† Aulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegre- c. 1. a
gatus in euangeliũ Dei (quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundũ ſpiritũ ſanctificationis: ex reſurrectione mortuorũ Ieſu Chriſti dñi noſtri, per quẽ accepimus gratiam & apoſtolatũ ad obediendũ fidei in oĩbus gentibus pro nomine eius, in quib' eſtis & vos vocati
Ieſu Chriſti:] omnibus q̃ ſunt B
Romæ dilectis Dei, vocatis ſanctis, gratia vobis & pax à Deo patre & dño noſtro Ieſu Chriſto. Primũ quidẽ gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtũ, pro omnibus vobis, quia fides veſtra annũtiatur in vniuerſo mundo. Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpũ meo, in euãgelio filij eius, ꝙ ſine intermiſſione memoriã veſtri facio ſemp in orationibus meis, obſecrans, ſi quo modo tandem aliquando proſperũ iter habeã in

voluntate Dei, veniẽdi ad vos. Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratię ſpiritualis, ad cõfirmandos vos: id eſt, ſimul cõſolari in vobis, per eam quæ inuicẽ eſt, fidẽ veſtrã atq; meã. Nolo autẽ vos ignorare, fratres, quia ſępe propoſui venire ad vos, & prohibit⁹ ſum vſq; adhuc, vt aliquem fructũ habeã in vobis, ſicut & in cæteris gẽtibus. Græcis ac Barbaris, ſapientib⁹ & inſipientibus debitor ſum: ita ꝙ in me promptũ eſt, & vobis qui Romę eſtis, euãgelizare. Non enim erubeſco euãgeliũ. Virtus enim Dei eſt, in ſalutẽ omni credenti, Iudæo primũ & Græco. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ: ſicut ſcriptũ eſt, Iuſtus aũt ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cœlo, ſuꝑ omnẽ impietatẽ & iniuſtitiã hominum eorũ qui veritatẽ Dei in iniuſtitia detinẽt: quia quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi per ea q̃ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cũ cognouiſſent Deũ, nõ ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerũt in cogitationib⁹ ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ. dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hoĩs, & volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpentiũ. Propter q̃d tradidit illos De⁹ in deſideria cordis eorum in immunditiam: vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, qui cõmutauerunt veritatẽ Dei in mendacium: & coluerunt & ſeruierũt creaturę potius q̃ creatori, qui eſt benedictus in ſęcula. Amẽ.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

IN illo tẽpore: Cũ eſſet ſero die illo vna ſabbatorũ: & fores eſſent clauſæ vbi erant diſcipuli congregati propter metũ Iudæorũ, venit Ieſus: & ſtetit in medio: & dixit eis, Pax vobis. c. 20.

Et reſ. Hom. ſctĩ Grego papæ:

Prima lectionis huius euangelicæ quęſtio animum pulſat: quomodo poſt reſurrectionẽ corpus dñicum verũ fuit, quod clauſis ianuis ad diſcipulos ingredi potuit? Sed ſciendũ nobis eſt, ꝙ diuina operatio ſi ratione cõprehenditur, nõ eſt admirabilis: nec fides habet meritũ, cui humana ratio præbet ex-

perimentum. Sed hæc ipſa redemptoris noſtri opera, quæ ex ſemetipſo cõprehendi nequaq̃ poſſunt, ex alia eius operatione penſanda ſunt: vt rebus mirabilibus fidem prębeant facta mirabiliora. Illud enim corpus dñi intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem ſuã clauſo exijt vtero virginis. Quid ergo mirũ ſi clauſis ianuis poſt reſurrectionẽ ſuam in æternũ iam victurus intrauit: qui moriturus veniens nõ aperto vtero virginis exijt? Sed quia illud corpus quod videri poterat, fides intuentiũ dubitabat: oſtendit eis protinus manus & latus. Palpandã carnem præbuit, quã clauſis ianuis introduxit. Qua in re duo mira & iuxta humanã rationẽ ſibi valde contraria oſtendit: dum poſt reſurrectionẽ ſuam & corpus ſuũ incorruptibile, & tamẽ palpabile demonſtrauit. Nam & corrũpi neceſſe eſt quod palpatur, & palpari non põt quod nõ corrũpitur. Sed miro modo atq; inæſtimabili redẽptor noſter, & incorruptibile poſt reſurrectionẽ, & palpabile corp⁹ exhibuit, vt mõſtrãdo incorruptibile, inuitaret ad præmium: & præbẽdo palpabile, firmaret ad fidem. Te Deum. Oratio.

PRęſta quęſumus oĩpotens De⁹: vt qui Paſchalia feſta peregimus, hęc, te largiẽte, moribus, & vita teneamus. Per do.

¶ Feria.ij.ex Geneſi. Lectio.j.

ODerat ergo ſemper Eſau c.27.
Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitq; in corde ſuo, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrẽ meum. Nuntiata ſunt hęc Rebeccę, quæ mittẽs, & vocans Iacob filium ſuum: dixit ad eum, Ecce Eſau frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrẽ meu in Haran: habitabiſq; cũ eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio ei⁹, obliuiſcaturq; eorũ, quæ feciſti in eum: poſtea mittam, & adducã te inde huc. cur vtroq; orbabor filio in vno die? Dixitq; Rebecca ad Iſaac, Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorẽ de ſtirpe huius terræ, nolo viuere.
Vocauit itaq; Iſaac Iacob, & be c.28.
nedixit eũ, præcepitq; ei, dicẽs: Noli accipere coniugem de genere Chanaã: ſed vade & profici-

ficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad domũ Bathuel patrem matris tuæ & accipe tibi inde vxorẽ de filiabus Laban auunculi tui. Deus aũt omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat atq; multiplicet: vt ſis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones Abrahæ,& ſemini tuo poſt te: vt poſſideas terram peregrinationis tuæ, quã pollicitus eſt auo tuo. Cumq; dimiſiſſet eum Iſaac, profectus peruenit in Meſopotamiã Syriæ ad Laban filiũ Bathuel Syriç,fratrẽ Rebeccæ matris ſuæ.

Excepta Pauli ad Roman. L.ij.

ca. I. PRopterea tradidit illos De⁹ in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eũ vſum qui eſt cõtra naturã. Similiter aũt & maſculi,relicto naturali vſu fœminç,exarſerũt in deſiderijs ſuis in inuicẽ, maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes,& mercedem(quam oportuit)erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut nõ probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia,fornicatione,auaritia,nequitia, plenos inuidia,homicidio,contentione,dolo,malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorũ, parentibus nõ obediẽtes, inſipientes,incõpoſitos,ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Qui cum iuſtitiã Dei cognouiſſent, non intellexerunt qm̃ qui talia agunt, digni ſunt morte: nõ ſolũm qui ea faciũt, ſed etiã q cõſentiũt faciẽtibus.

Propter quod inexcuſabilis es,ô homo omnis, qui iudicas. ca. 2. In quo enim iudicas alterũ, teipſum condemnas: eadẽ enim agis,quç iudicas. Scimus enim qm̃ iudiciũ Dei eſt ſecundum veritatẽ in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos, qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ,& longanimitatis cõtemnis?ignorãs quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?Secundum autẽ duritiam tuã & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, q reddet vnicuiq; ſecundũ opera eius: ijs quidem qui ſecundum patientiã boni operis, gloriã & honorẽ & incorru-

corruptionē quęrunt, vitā ęternam: iјs aūt qui ſunt ex cōtentione, & qui nō acquieſcunt veritati, credunt autē iniquitati: ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animā hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci: gloria autē & honor & pax, omni operanti bonū, Iudæo primū & Græco: nō enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunq; enim ſine lege peccauerūt, ſine lege & peribunt, & quicunq; in lege peccauerunt: per legē iudicabuntur. Nō enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.

¶ Feria. iij. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 28. VIdens autē Eſau ꝙ benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eū in Meſopotamiā Syriæ, vt inde vxorē duceret: & ꝙ poſt bñdictionē præcepiſſet ei, dicens: Nō accipies vxorem de filiabus Chanaan: quodq́; obediens Iacob parētibus ſuis iſſet in Syriam: probans quoq; ꝙ non libenter aſpiceret filias Chanaan pater ſuus, iuit ad Iſmahelem, & duxit vxorem abſq; iјs quas prius habebat, Maheleth filiam Iſmahel filij Abraham, ſororem Nabaioth. Igitur egreſſus Iacob de Berſabeę, pergebat Haran. Cunq; veniſſet ad quendā locū, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitū, tulit, de lapidibus, qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. Viditq; in ſomnis ſcalā ſtantē ſup terrā, & cacumen illius tangens cœlū: angelos quoq; Dei aſcendentes & deſcendētes per eam: & dn̄m innixum ſcalę dicentē ſibi, Ego ſum dn̄s Deus Abrahā patris tui, & Deꝰ Iſaac. Terrā in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo. Eritq; ſemē tuū quaſi puluis terræ: dilataberis ad orientē & occidētē, & ſeptentrionē, & meridiē: & benedicentur in te & in ſemine tuo cūctę tribus terræ. Et ero cuſtos tuus quocunq; perrexeris, & reducā te in terrā hāc: nec dimittā niſi compleuero vniuerſa quę dixi. Cūq; euigilaſſet Iacob de ſomno, ait, Verè dn̄s eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſq́;, q̄ terribilis eſt, inquit, locus iſte: nō eſt hic aliud niſi domꝰ Dei, & porta cœli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidē, quē ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulū: fundēs oleum deſuper. Appellauitq; nomen vrbis, Bethel, quæ prius Luza vocabat. Vouit etiā votū, dicēs: Si fuerit

Deus mecũ, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad veſcendum, & veſtimentũ ad induendum, reuerſuſq; fuero proſpere ad domũ patris mei: erit mihi dñs in Deũ, & lapis iſte quem erexi in titulũ, vocabitur dom⁹ Dei: cunctorumq;, quę dederis mihi, decimas offeram tibi.

Ex epl̃a Pauli ad Roman. L.ij.

ca.2. CVm enim gentes quæ legem nõ habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem nõ habentes ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis, teſtimoniũ reddente illis cõſcientia ipſorũ, & inter ſe inuicẽ cogitationibus accuſantibus, aut etiã defendentibus, in die cũ iudicabit Deus occulta hominũ ſecundũ Euangelium meũ per Ieſum Chriſtũ. Si aũt tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatẽ eius, & probas vtiliora inſtructus per legẽ, confidis teipſum eſſe ducẽ cæcorũ, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientiũ, magiſtrũ infantiũ, habentem formã ſciẽtiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipſum non doces? qui prędicas non furandũ, furaris? qui dicis non mœchandũ, mœcharis? qui abominaris idola, ſacrilegiũ facis? qui in lege gloriaris per præuaricationẽ legis Deũ inhonoras? Nomẽ enim Dei ꝑ vos blaſphematur inter gẽtes, ſicut ſcriptũ eſt. Circuncíſio q̃dem prodeſt, ſi legẽ obſerues: ſi aũt præuaricator legis ſis, circũciſio tua præputiũ facta eſt. Si igitur præputiũ iuſtitias legis cuſtodiat: nõne prępputiũ illius in circunciſionẽ reputabitur? & iudicabit quod ex natura eſt prępputium, legẽ conſummans, te, qui per literã & circũciſionẽ ꝑuaricator legis es? Non enim q in manifeſto eſt, Iudæus eſt: neq; quæ in manifeſto in carne, eſt circũciſio: ſed qui in abſcondito, Iudęus eſt, & circunciſio cordis ĩ ſpiritu, nõ litera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Quid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis? Multũ per oẽm modũ. Primum quidẽ, q̃a credita ſunt illis eloquia Dei. Quid enim, ſi quidã illoꝝ non crediderunt? Nũquid incredulitas illoꝝ fidẽ Dei euacuauit? Abſit. Eſt aũt Deus verax: omnis aũt homo mẽdax, ſicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus ca.3.

monibus tuis & vincas cum iu dicaris. Si aũt iniquitas noſtra iuſtitiã Dei cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? ſecundũ hominẽ dico. Abſit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hũc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius: quid adhuc & ego tanq̃ peccator iudicor, & nõ (ſicut blaſphemamur: & ſicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorũ damnatio iuſta eſt.

¶ Feria.iiij. ex Geneſi. Lcõ j.

c.29. PRofectus ergo Iacob venit in terrã orientalẽ. Et vidit puteũ in agro, tres quoq; greges ouiũ accubantes iuxta eũ: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebat, moriſq; erat vt cunctis ouibus cõgregatis deuoluerent lapidẽ, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerẽt, Dixitq; ad paſtores, Fratres, vnde eſtis? Qui reſponderunt, De Haran. Quos interrogãs, Nunquid (ait) noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus. Sanus ne eſt inquit? Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia ei⁹ venit cum grege ſuo. Dixitq; Iacob, Adhuc multũ diei ſuper eſt, nec eſt tẽpus vt reducantur ad caulas greges: date ante potum ouib⁹, & ſic eas ad paſtum reducite. Qui reſpõderũt, Non poſſum⁹, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidẽ de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cũ ouibus patris ſui: nam gregem ipſa paſcebat. Quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret cõſobrinã ſuam, oueſq; Laban auunculi ſui: amouit lapidẽ quo puteus claudebatur. Et adaquato grege oſculatus eſt eam: & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei q̃ frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ. at illa feſtinans nunciauit patri ſuo. Qui cum audiſſet veniſſe Iacob filiũ ſororis ſuæ, occurrit obuiã ei: complexuſq; eũ, & in oſcula ruens, duxit in domũ ſuam. Auditis autem cauſis itineris, reſpondit, Os meum es, & caro mea.

Ex ep̃la Pauli ad Roman. L.ij.

QVid ergo? præcellim⁹ eos? ca.3. Nequaq̃. Cauſati enim ſum⁹ Iudęos & Gręcos, oẽs ſub pctõ eſſe: ſicut ſcriptũ eſt. Quia nõ eſt iuſt⁹ quiſquã; nõ eſt intelligens: nõ eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non

non eſt qui faciat bonũ, nõ eſt vſq; ad vnũ. Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebãt: Venenũ aſpidum ſub labijs eorũ. Quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt: Veloces pedes eorum ad effundẽdũ ſanguinẽ. Cõtritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis nõ cognouerũt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniã quęcunq; lex loquitur, ijs qui in lege ſunt, loquitur: vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo: qa ex operib' legis nõ iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim, cognitio peccati. Nunc autẽ ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt: teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autẽ Dei, per fidẽ Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum. non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt: & egẽt gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionẽ quę eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorẽ per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuę, propter remiſſionẽ præcedentium delictorũ, in ſuſtẽtatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificãs eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legẽ? factorũ? Non: ſed per legẽ fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidẽ ſine operibus legis. An Iudæorum Deus tantũ? Nonne & gentium? Imo & gentium: quoniã quidẽ vnus eſt Deus, qui iuſtificat circuncisionẽ ex fide: & præputium per fidem. Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legẽ ſtatuimus.

¶ Feria.v.ex Geneſi. Lectio ij.

ET poſtq̃ impleti ſunt dies menſis vni', dixit ei, Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias, nomen maioris Lia: minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia, lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venuſto aſpectu. Quam diligẽs Iacob, ait, Seruiã tibi pro Rachel filia tua minore ſeptẽ annis. Reſpõdit Laban, Melius eſt vt tibi eam dem, q̃ alteri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptẽ annis: & videbantur illi pauci dies prę amoris magnitudine. Dixitq; ad Laban, Da mihi vxorẽ meam: quia c.29.

quia iam tempus impletũ eſt, vt ingrediar ad illã. Qui vocatis multis amicoꝝ turbis ad cõuiuiũ, fecit nuptias. Et veſpere Liam filiã ſuam introduxit ad eum, dans ancillã filiæ, Zelphã nomine. Ad quam cũ ex more, Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liã: & dixit ad ſocerum ſuũ, Quid eſt quod facere voluiſti? nõne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi? Rñdit Laban, Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamꝰ ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoq; dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptẽ annis alijs. Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorẽ: cui pater ſeruam Balam tradiderat. Tandemq; potitus operatis nuptijs, amorem ſequentis priori prętulit, ſeruiens apud eum ſeptem annis alijs.

Ex epl̃a Pauli ad Roman. L.ij.

ca.4. QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrẽ noſtrum ſecundũ carnẽ? Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus, eſt habet gloriam, ſed non apud Deũ. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei aũt qui operatur, merces non imputatur ſecundũ gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti aũt in eũ qui iuſtificat impiũ: reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundũ propoſitũ grãæ Dei, ſicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiã ſine operibus, Beati, quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit dñs peccatum. Beatitudo ergo hæc, in circunciſione tantũ manet, an etiã in pręputio? Dicimus enim quia reputata eſt Abrahę fides ad iuſtitiã: Quomodo ergo reputata eſt? in circunciſione, an in pręputio? Nõ in circunciſione, ſed in præputio. Et ſignũ accepit circunciſionis, ſignaculũ iuſtitię fidei quæ eſt in pręputio: vt ſit pater omniũ credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiã: & ſit pater circunciſionis, nõ ijs tantum qui ſunt ex circunciſione, ſed & his qui ſectãtur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahę. Non enim per legem, promiſſio Abrahæ aut ſemini eius vt hęres eſſet mũdi: ſed per iuſtitiam fidei. Si enim qui ex

lege,

lege, hæredes ſunt: exinanita
eſt fides, abolita eſt promiſſio.
Lex enim iram operatur. Vbi
enim non eſt lex: nec præuari-
catio. Ideo ex fide: vt ſecundũ
gratiã firma ſit promiſſio om-
ni ſemini, nõ ei qui ex lege eſt
ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt
Abrahæ qui pater eſt omnium
noſtrũ, ſicut ſcriptũ eſt, Quia
patrẽ multarũ gentiũ poſui te
ante Deum, cui credidiſti, qui
viuificat mortuos: & vocat ea
quæ non ſunt, tanquã ea quæ
ſunt: qui contra ſpem in ſpem
credidit: vt fieret pater multa-
rum gentiũ ſecundũ quod di-
ctum eſt ei, Sic erit ſemen tuũ
ſicut ſtellę cœli & arena maris.
Et non infirmatus eſt in fide:
nec conſiderauit corpus ſuum
emortuũ, cum iam fere centũ
eſſet annorũ, & emortuã vuluã
Saræ. In repromiſſione etiam
Dei non hæſitauit diffidentia:
ſed confortatus eſt fide, dans
gloriã Deo: pleniſſime ſciens
quia quęcunq; promiſit Deus
potens eſt & facere. Ideo & re-
putatũ eſt illi ad iuſtitiã. Non
eſt aũt ſcriptũ tantũ propter ip
ſum; Quia reputatũ eſt illi ad
iuſtitiã: ſed & propter nos, qui-
bus reputabitur credentibus in
eũ, qui ſuſcitauit Ieſum Chri-
ſtum dñm noſtrũ à mortuis,
qui traditus eſt propter deli-
cta noſtra, & reſurrexit pro-
pter iuſtificationem noſtram.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

VIdens autem dñs ꝙ deſpi c.29.
ceret Liam, aperuit vul-
uam eius, ſorore ſterili perma-
nente. Quæ conceptũ genuit
filium, vocauitq; nomen eius
Ruben, dicens: Vidit dñs humi
litatem meã, nunc amabit me
vir meus. Rurſumq; cõcepit &
peperit filium, & ait, Quoniam
audiuit me dñs haberi cõtem-
ptui, dedit etiam iſtum mihi,
vocauitq; nomẽ eius Simeon.
Cõcepitq; tertio, & genuit aliũ
filiũ: dixitq;, Nũc quoq; copu-
labitur mihi maritus meus, eo
ꝙ pepererim ei tres filios, & id-
circo appellauit nomen eius
Leui. Quarto concepit, & pepe-
rit filiũ, & ait, Modo confitebor
dño, & ob hoc vocauit eum Iu-
dam: ceſſauitq; parere. Cernẽs c.30.
aũt Rachel ꝙ infœcunda eſſet,
inuidit ſorori ſuę, & ait marito
ſuo, Da mihi liberos, alioquin
moriar. Cui iratus reſpõdit Ia-
cob, Num pro Deo ego ſum,
qui priuauit te fructu ventris
tui? At illa, Habeo, inquit, fa-
mulã Balam: ingredere ad illã,
vt pariat ſuper genua mea, &

habeam ex illa filios. Deditq; illi Balam in coniugiũ: quę ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium. Dixitq; Rachel, Iudicauit mihi dñs, & exaudiuit vocẽ meã, dans mihi filiũ, & appellauit idcirco nomen eius Dan. Rurſumq; Bala cõcipiẽs, peperit alterum, pro quo ait Rachel, Comparauit me dñs cum ſorore mea, & inualui: vocauitq; eum Nephthalim. Sentiens Lia ꝙ parere deſiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Qua poſt conceptum ędente filium, dixit. Feliciter: & idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoq; Zelpha alterũ. Dixitq; Lia, Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicẽt omnes mulieres, propterea appellauit eum Aſer.

Ex epl'a Pauli ad Roman. L. ij.

c. 5. a IVſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deũ per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum: per quẽ habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur, in ſpe glorię filiorũ Dei. Non ſolum aũt, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes, ꝙ tribulatio patientiã operatur, patientia autẽ probationẽ, probatio vero ſpẽ: ſpes autem nõ confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis.] Vt quid B
enim Chriſtus, cũ adhuc infirmi eſſemus, ſecundũ tẽpus, pro impijs mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur, nã pro bono forſitan quis audeat mori. Cõmendat aũt charitatem ſuam Deus in nobis: qm̃ cum adhuc peccatores eſſem⁹, ſecundum tẽpus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis, nũc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortẽ filij eius: multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum aũt, ſed & gloriamur in Deo per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, per quẽ nũc recõciliationẽ accepimus. Propterea, ſicut per vnũ hominem peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerũt. Vſq; ad legem enim, peccatũ erat in mũdo: peccatũ aũt non imputabatur, cum lex nõ eſſet. Sed regnauit mors ab Adam, vſq; ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem pręuaricationis

Adæ, qui eſt forma futuri. Sed nõ ſicut delictũ, ita & donum. Si enim vni' delicto, multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et nõ ſicut per vnũ peccatũ, ita & donũ: nam iudicium quidẽ ex vno, in cõdemnationẽ: gratia autẽ ex multis delictis, in iuſtificationem. Si enim vni' delicto, mors regnauit per vnũ: multo magis abundantiã gratiæ & donationis & iuſtitię accipiẽtes, in vita regnabunt per vnũ Ieſum Chriſtũ. Igitur ſicut per vnius delictũ, in oẽs homines in condemnationẽ: ſic & per vnius iuſtitiã, in omnes homines in iuſtificationem vitę. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionẽ, iuſti cõſtituentur multi. Lex aũt ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vbi aũt abundauit delictũ, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortẽ: ita & gratia regnet per iuſtitiã in vitam æternam per Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum.

30. ¶ Sabbato ex Geneſi. Lcõ j.

EGreſſus autẽ Ruben tẽpore meſſis triticeæ in agrũ, repperit mãdragoras: quas mã tri Liæ detulit. Dixitq; Rachel: Da mihi partẽ de mãdragoris filij tui. Illa reſpõdit, Parumne tibi videtur ꝙ præripueris maritũ mihi, niſi etiã mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Redeuntiq; ad veſperã Iacob de agro egreſſa eſt in occurſum ei' Lia, & ait: Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei, dormiuitq; cũ ea, nocte illa. Et exaudiuit De' preces eius: cõcepitq; & peperit filium quintũ, & ait: Dedit De' mercedẽ mihi, quia dedi ancillã meã viro meo, appellauitq; nomẽ eius Iſſachar. Rurſum Lia cõcipiens peperit ſextũ filium, & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiã hac vice mecũ erit maritus meus, eo ꝙ genuerim ei ſex filios, & idcirco appellauit nomẽ eius Zabulon. Poſt quem peperit filiam nomine Dinam. Recordatus quoq; dñs Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ cõcepit, & peperit filium, dicens: Abſtulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens: addat mihi dominus filiũ alterum;

Nato autẽ Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimitte me vt reuertar in patriam meam, & ad terrã meã. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quib' ſeruiui tibi, vt abeam: tu vero noſti ſeruitutẽ, qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban: Inueniam gratiã in cõſpectu tuo: experimẽto didici, quia benedixerit mihi Deus propter te: cõſtitue mercedem tuã, quam dem tibi. At ille reſpondit: Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. Modicum habuiſti antequàm venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: iuſtum eſt igitur vt aliquando prouideam etiã domui meæ.

Ex ep̃la Pauli ad Roman. L.ij.

ca.6. QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abũdet? Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia

A † quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt: iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto: credimus quia ſimul etiã viuemus cum Chriſto, ſcientes ꝙ Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: ꝙ aũt viuit, viuit Deo. Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidẽ eſſe peccato: viuentes aũt Deo in Chriſto Ieſu.] Non ergo re- B
gnet peccatũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neq; exhibeatis mẽbra veſtra, arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquã ex mortuis viuentes: & membra veſtra, arma iuſtitiæ Deo. Peccatũ enim vobis nõ dominabitur, nõ enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergo? Peccabimus, q̃m non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. An neſcitis q̃m cui exhibetis vos ſeruos ab obediendũ:

ſerui

ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue
peccati ad mortem, ſiue obedi-
tionis ad iuſtitiã? Gratias autẽ
Deo, ꝙ fuiſtis ſerui peccati: obe
diſtis autẽ ex corde in eam for-
mam doctrinę in quam traditi
eſtis. Liberati aũt à peccato, ſer
C ui facti eſtis iuſtitiæ.† Huma-
num dico propter infirmitatẽ
carnis veſtræ: ſicut enim exhi-
buiſtis membra veſtra ſeruire
immunditiæ & iniquitati, ad
iniquitatem: ita nũc exhibete
membra veſtra ſeruire iuſtitię,
in ſanctificationẽ. Cum enim
ſerui eſſetis peccati, liberi fui-
ſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructũ
habuiſtis tũc in illis, in quibus
nũc erubeſcitis? Nã finis illorũ,
mors eſt. Nunc vero liberati à
peccato, ſerui autem facti Deo,
habetis fructũ veſtrũ in ſancti-
ficationẽ, finẽ vero vitã ęternã.
Stipendia enim peccati, mors:
gratia autem Dei, vita æterna
in Chriſto Ieſu dño noſtro.]

¶Dominica ſecunda poſt Pa
ſcha, ex Geneſi Lectio prima.

30. DIxitque Laban,
Quid tibi dabo?
At ille ait, Nihil
volo: ſed ſi fece-
ris quod poſtu-
lo, iterum paſcam, & cuſtodiã
pecora tua. Gyra omnes greges
tuos, & ſepara cunctas oues va-
rias, & ſparſo vellere, & quod-
cunq; fuluum & maculoſum,
variumq; fuerit, tam in ouibus
quã in capris, erit merces mea.
Reſpondebitq; mihi cras iuſti-
tia mea, quãdo placiti tempus
aduenerit coram te: & oĩa quæ
nõ fuerint varia, & maculoſa,
& fulua, tam in ouib' quã in ca
pris, furti me argues. Dixitq;
Laban, Gratũ habeo quod pe-
tis. Et ſeparauit in die illa ca-
pras, & oues, hircos & arietes
varios atq; maſculoſos: cunctũ
autẽ gregem vnicolorem, id eſt
albi aut nigri velleris, tradidit
in manu filiorũ ſuorum. Et po-
ſuit ſpatiũ itineris trium dierũ
inter ſe & generũ, qui paſcebat
reliquos greges eius. Tollens er
go Iacob virgas populeas viri-
des, & amigdalinas, ex plãtanis
ex parte decorticauit eas: detra
ctiſq; corticibus in his quæ ſpo
liata fuerant, candor apparuit:
illa vero quæ integra fuerant
viridia permanſerunt: atq; in
hunc modũ color effectus eſt
varius. Poſuitq; eas in canali-
bus, vbi effundebatur aqua: vt
cum veniſſent greges ad biben
dum, ante oculos haberent vir
gas, & in aſpectu earum conci-
perent. Factumq; eſt vt in ipſo

calore coitus oues intuerentur virgas,& parerent maculoſa,& varia, & diuerſo colore reſperſa. Diuiſitq; gregem Iacob, & poſuit virgas in canalibus ante oculos arietū: Erāt aūt alba & nigra quæque Labā: cætera vero Iacob,ſeparatis īter ſe gregibus. Igitur qñ primo tēpore aſcendebantur oues ponebat Iacob virgas ī canalibus aquarū ante oculos arietū & ouiū: vt in earū cōtēplatione cōciperēt. Qñ vero ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaq; ſunt ea quæ erant ſerotina, Labā: & quæ primi tpis,Iacob. Ditatuſque eſt homo vltra modum,& habuit greges multos, ancillas & ſeruos, camelos & aſinos.

Ex epl'a Pauli ad Roman. L.ij.

ca.7. AN ignoratis, fratres,(ſciētibus enim legē loquor) quia lex in hoīe dñatur quanto tpe viuit? Nā quæ ſub viro eſt mulier: viuente viro alligata eſt legi.Si autē mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt a lege viri. Igitur viuente viro vocabit' adultera ſi fuerit cū alio viro. Si aūt mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: vt nō ſit adultera ſi fuerit cū alio viro. Itaq; fratres mei,& vos mortificati eſtis legi, per corpus Chriſti: vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis deo.Cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorū quæ ꝑ legē erant,operabantur in mēbris noſtris, vt fructificarent morti:nunc aūt ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur: ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & nō in vetuſtate literę. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum nō cognoui, niſi per legē, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Nō cōcupiſces. Occaſione aūt accepta, peccatum per mandatum operatū eſt in me omnem cōcupiſcentiā.Sine lege enim peccatū mortuū erat. Ego autē viuebā ſine lege aliqñ Sed cum veniſſet mandatū: peccatū reuixit. Ego aūt mortuus ſum: & inuētum eſt mihi mādatum, quod erat ad vitā, hoc eſſe ad mortē. Nam peccatū, occaſione accepta per mādatū,ſeduxit me: & per illud occidit. Itaq; lex quidem ſancta; & mādatū ſanctū & iuſtū,& bonum. Quod ergo bonū eſt, mihi factū eſt mors? Abſit. Sed peccatum vt appareat peccatū,per bonū operatū eſt mihi mortem: vt fiat ſupra mo-

modũ peccãs peccatũ per man datum. Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt: ego aũt carnalis ſum, venundatus ſub peccato.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

c.10. IN illo tpe: Dixit Ieſus Phariſęis: Ego ſum paſtor bon⁹. Bonus paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis. Et reliqua.

Homilia ſancti Grego papæ

Audiſtis fratres chariſſimi ex lectione euangelica eruditionem veſtram: audiſtis & periculũ noſtrũ. Ecce enim, is qui non ex accidẽti dono, ſed eſſentialiter bon⁹ eſt, dicit: Ego ſum paſtor bonus: atq; eiuſdẽ bonitatis formã, quã nos imitemur, adiũxit dicẽs, Bonus paſtor animã ſuã ponit pro ouibus ſuis. Fecit quod monuit, oſtẽdit qđ iuſſit. Bonus paſtor pro ouibus ſuis animam ſuã poſuit: vt in ſacramento noſtro corpus ſuũ & ſanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis ſuæ alimento ſatiaret. Oſtenſa nobis eſt igitur de cõtemptu mortis via quam ſequamur: appoſita forma cui imprimamur. Primũ nobis eſt exteriora noſtra miſericorditer ouibus eius impendere. Poſtremũ vero, ſi neceſſe eſt, etiã vitã noſtrã pro eiſdẽ ouibus miniſtrare. A primo aũt hoc minimo, puenitur ad poſtremũ maius. Sed cũ incõparabiliter lõge ſit anima melior, qua viuimus, terrena ſubſtantia quam exterius poſſidemus: qui nõ dat pro ouib⁹ ſubſtantiã ſuã, quando pro eis daturus eſt animã ſuam? Et ſunt nonnulli, qui dum plus terrenam ſubſtantiam quam oues diligunt, meritum paſtoris perdunt. De quibus protinus ſubditur, Mercenarius autẽ, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupũ veniẽtẽ, & dimittit oues, & fugit. Nõ paſtor ſed mercenarius vocat̃, qui nõ pro amore intimo oues dominicas, ſed ad temporales mercedes paſcit. Tu e Deũ. Oro.

DEus, qui in filij tui humilitate iacentẽ mundũ erexiſti, fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam: vt quos perpetuæ mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis perfrui: Per eundem dominũ no.

¶ Feria.ij. ex Geneſi. Lectio.j.

POſtquam autẽ audiuit verba filiorum Labã dicẽtiũ, c.31. Tulit Iacob omnia quæ fuerũt patris noſtri: & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus: animaduertit quoque faciem Laban quòd non eſſet erga

ſe ſicut heri & nudiuſtertius, maxime dicente ſibi dño, Reuertere in terrã patrũ tuorũ, & ad generationẽ tuã, eroq; tecũ: miſit Iacob, & vocauit Rachel & Liam in agrũ, vbi paſcebant greges, dixitq; eis. Video faciẽ patris veſtri, ꝙ non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius: Deꝰ autem patris mei fuit mecum. Et ipſe noſtis quod totis viribꝰ meis ſeruierim patri veſtro. Sed & pater veſter circunuenit me, & mutauit mercedẽ meam decẽ vicibus: & tamen nõ dimiſit eum Deus vt noceret mihi. Si quando dixit, Variæ erunt mercedes tuæ: pariebãt omnes oues varios fœtus: quãdo vero ecõtrario ait, Alba quæq; accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. Tulitq; Deus ſubſtantiã patris veſtri, & dedit mihi. Poſtquã enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendẽtes mares ſuper fœminas, varios & maculoſos, & diuerſorum colorum. Dixitq; angelus Dei ad me in ſomnis, Iacob? Et ego reſpõdi, Adſum. Qui ait, Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendẽtes ſuper fœminas, varios, maſculoſos, atq; reſperſos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem, & votum vouiſti mihi. Nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. Responderuntq; Rachel, & Lia, nunquid habemus reſidui quicquã in facultatibus, & hæreditate domꝰ patris noſtri? Nonne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditq; pretium noſtrum? Sed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filijs noſtris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac.

Ex epl̃a Pauli ad Roman. L.ij.

Q Vod enim operor, nõ intelligo. ca.7.
Non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malũ, illud facio. Si autẽ quod nolo, illud facio, cõſentio legi quoniã bona eſt. Nunc aũt iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonũ. Nam velle adiacet mihi: perficere aũt bonum nõ inuenio. Non enim quod volo bonũ, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autẽ quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat

in

in me peccatũ. Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, qm̃ mihi malũ adiacet. Condelector enim legi Dei ſecundũ interiorem hominem: video aũt aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem, legi peccati.

ca.8. Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundũ carnem ambulant. Lex enim ſpũs vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui nõ ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundũ ſpiritũ. Qui enim ſecundũ carnẽ ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt: qui vero ſecundũ ſpiritũ ſunt: quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt. Nam prudentia carnis, mors eſt: prudentia aũt ſpiritus, vita & pax, qm̃ ſapientiã carnis, inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Qui aũt in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: Vos autẽ in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis aũt ſpiritum Chriſti nõ habet: hic nõ eſt eius. Si autẽ Chriſtus in vobis eſt: corpus quidẽ mortuum eſt propter pctm̃: ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem. Quòd ſi ſpũs eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis: habitat in vobis: q ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, ꝓpter inhabitantẽ ſpm̃ eius in vobis.

¶ Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j.

SVrrexit itaq; Iacob: & impoſitis liberis, ac coniugibus ſuis ſup camelos, abijt: Tulitq; omnẽ ſubſtantiã ſuã, & greges, & quicquid in Meſopotamia acquiſierat, pergẽs ad Iſaac patrem ſuum in terrã Chanaan. Eo tẽpore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata eſt idola patris ſui. Noluitq; Iacob cõfiteri ſocero ſuo ꝙ fugeret. Cumq; abiiſſet tam ipſe q̃ omnia quæ iuris ſui erant: & amne trãſmiſſo pergeret cõtra montẽ Galaad: nuntiatum eſt c.31.

Laban

Laban die tertio ꝙ fugeret Iacob. Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſequutus eſt eũ diebus ſeptẽ,& cõprehẽdit eũ in mõte Galaad. Viditq; in ſomnis dicẽtẽ ſibi dñm, Caue ne quicquã aſpere loquaris cõtra Iacob. Iãque Iacob extenderat in mõte tabernaculũ: cumq; ille conſequutus fuiſſet eũ cũ fratribus ſuis,in eodẽ mõte Galaad fixit tẽtoriũ Et dixit ad Iacob,Quare ita egiſti, vt clã me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluiſti, nec indicare mihi: vt perſequerer te cũ gaudio, & cãticis, & tympanis, & citharis? Nõ es paſſus vt oſcularer filios meos,& filias,ſtulte operat⁹ es. Et nũc quidẽ valet manus mea reddere tibi malũ:ſed Deus patris veſtri heri dixit mihi,Caue ne loquaris contra Iacob quicquã durius. Eſto,ad tuos ire cupiebas,& deſyderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es Deos meos? Rñdit Iacob,quòd inſcio te profectus ſum, timui ne violẽter auferres filias tuas. Quòd autem furti me arguis: apud quẽcũq; inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus noſtris: ſcrutare,quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. hæc dicens: ignorabat quòd Rachel furata eſſet idola.

Ex epiſtola Pauli ad Ro. L.ij.

Ergo fratres, † debitores ſumus:non carni, vt ſecũdũ carnẽ viuamus. Si enim ſecũdũ carnẽ vixeritis, moriemini: ſi aũt ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Nõ enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum,in quo clamamus Abba, pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij Dei. Si autem filij,& hæredes: hæredes quidẽ Dei, cohęredes aũt Chri:]ſi tamen cõpatimur,vt cõglorificemur. † Exiſtimo enim ꝙ non ſunt condignę paſſiones huius tpis,ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nã expectatio creaturæ, reuelationẽ filiorũ Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, nõ volẽs, ſed propter eũ qui ſubiecit eã in ſpe:quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. Non ſolum autem illa,ſed & noſipſi primitias

c. 8.b

C

tiás ſpiritus habentes,& ipſi in-
tra nos gemimus adoptionem
filiorũ Dei,expectátes redéptio
D nẽ corporis noſtri.] Spe enim
ſalui facti ſumus. Spes aũt quæ
vr̃, non eſt ſpes, nã quod videt
quis,quid ſperat? Si autẽ quod
non videmus,ſperamus:per pa
tientiam expectamus. Similiter
aũt & ſpiritus adiuuat infirmi-
tatẽ noſtram : nã quid oremus
ſicut oportet, neſcimus:ſed ip-
ſe ſpiritus poſtulat pro nobis
gemitib' inenarrabilibus. Qui
autẽ ſcrutatur corda, ſcit quid
deſyderet ſpiritus : quia ſecun-
dum Deũ poſtulat pro ſanctis.

¶ Feria.iiij.ex Geneſi. Lect j.

c.31. INgreſſus itaq; Laban taber-
naculum Iacob,& Liæ, & v-
triuſque famulæ,non inuenit:
Cũq; intraſſet tentoriũ Rache
lis, illa feſtinans abſcondit ido
la ſubter ſtramenta cameli, &
ſedit deſuper : ſcrutãtiq; omne
tentoriũ,& nihil inueniẽti, ait,
Ne iraſcatur dñs meus, ꝙ corã
te aſſurgere nequeo: qa iuxta
conſuetudinẽ fœminarũ nunc
accidit mihi,ſic deluſa ſolicitu
do quærentis eſt. Timenſq; Ia-
cob, cũ iurgio ait, Quã ob cul-
pã meã, & ob quod peccatum
meum ſic exarſiſti poſt me, &
ſcrutatus es omnẽ ſupellectilẽ
meã? Quid inueniſti de cũcta
ſubſtantia domus tuæ? pone
hic coram fratribus meis,& fra
tribus tuis,& iudicent inter me
& te. Idcirco viginti annis fui
tecũ, oues tuæ & capræ ſteriles
non fuerunt : arietes gregis tui
nõ comedi : nec captũ à beſtia
oſtendi tibi,ego damnũ omne
reddebam:quicquid furto pe-
rierat, à me exigebas : die no-
ctuque æſtu vrgebar, & gelu :
fugiebatque ſomnus ab oculis
meis. Sic per viginti annos in
domo tua ſeruiui tibi quatuor
decim pro filiabus, & ſex pro
gregib' tuis, immutaſti quoq;
mercedem meã decem vicib'.
Niſi Deus patris mei Abrahã
& timor Iſaac affuiſſet mihi,
forſitan modo nudum me di-
miſiſſes:afflictionẽ meam,& la
borem manuũ mearũ reſpexit
De', & arguit te heri. Rñdit ei
Labã, Filiæ iſtę,filię meę:& filij
iſti filij mei. Sed & greges tui,&
oĩa q̃ cernis,mea ſunt : qd poſ-
ſum facere filijs & nepotibus
meis? Veni ergo,& ineam' fœd':
vt ſit teſtimoniũ inter me & te.

Ex ep̃la Pauli ad Roman. L.ij.

SCimus autem quoniã dili ca.8.
gentibus Deum omnia co-
operãtur in bonum, ijs qui ſe-
cundum propoſitũ vocati ſunt
ſancti

ſancti. Nam quos præſciuit: & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos auté prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiã proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ: quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus q iuſtificat: quis eſt qui cõdẽnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui & eſt ad dexterã Dei, q etiã interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an pſecutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt, Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his oĩbus ſuperam' propter eum qui dilexit nos. Cert' ſum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro.

Veritatẽ dico, in Chriſto Ieſu nõ mentior, teſtimoniũ mi ca.9.
hi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto, qm̃ triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundũ carnem qui ſunt Iſraelitę, quorũ adoptio eſt filiorũ, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, quorũ patres, ex qbus eſt Chriſtus ſecundum carnẽ, qui eſt ſup omnia Deus bñdictus in ſecula. Amẽ.

¶ Feria.v.ex Geneſi. Lectio.j.

TVlit itaq; Iacob lapidem c.31.
& erexit illum in titulũ. Dixitq; fratrib' ſuis, Afferte lapides. Qui cõgregantes fecerũt tumulum, comederũtq; ſuper eũ: Quẽ vocauit Laban Tumulum teſtis: & Iacob, Acervũ teſtimonij, vterq; iuxta proprietatẽ linguę ſuę. Dixitq; Laban, Tumulus iſte erit teſtis inter me, & te hodie: & idcirco appellatũ eſt nomẽ eius Galaad, id eſt tumulus teſtis. Intueatur & iudicet dñs inter nos quãdo receſſerim' à nobis, ſi affixeris

filias

filias meas; & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſq; Deo,q pręſens reſpicit. Dixitq; rurſus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, teſtis erit. Tumulus inquã iſte & lapis ſint in teſtimoniũ: ſi aut ego tranſiero illũ pergẽs ad te:aut tu præterieris, malum mihi cogitans. Deus Abraham & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac:immolatiſq; victimis in monte, vocauit fratres ſuos, vt ederẽt panẽ. Qui cum comediſſent,manſerunt ibi. Laban vero de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas: & benedixit illis, reuerſuſq; eſt in locum ſuum.

Ex epl'a Pauli ad Roman. I.ij.

ca.9. NOn autẽ quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes q ex Iſrael ſunt, ij ſunt Iſraelitæ: neq; qui ſemen ſunt Abrahæ, oẽs filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen:id eſt, nõ qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis,ęſtimantur in ſemine. Promiſſionis enim verbũ hoc eſt, Secundum hoc tẽpus veniam:& erit Saræ filius. Non ſolũ autẽ illa: ſed & Rebecca ex vno concubitu habens, Iſaac patris noſtri. Cum enim nõdũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali,vt ſecundũ electionẽ propoſitũ Dei maneret:nõ ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſt ei, Quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptũ eſt, Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui. Quid ergo dicem⁹? Nunquid iniquitas apud Deũ? Abſit. Moyſi enim dicit, Miſerebor cui⁹ miſereor; & miſericordiã præſtabo cuius miſerebor. Igitur nõ volentis, neq; currentis,ſed miſerẽtis eſt Dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni, Quia in hoc ipſum excitaui te,vt oſtendã in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meũ in vniuerſa terra. Ergo, cuius vult miſeretur: & quem vult indurat. Dicis itaq; mihi,Quid adhuc quęritur? voluntati enim eius quis reſiſtit? O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunqd dicit figmentum ei q ſe finxit, Quid me feciſti ſic? An nõ habet poteſtatẽ figulus luti ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud vero ĩ cõtumeliã? Quòd ſi Deus volens oſtẽdere iram,& notam facere potẽtiã ſuã ſuſtinuit in multa patiẽtia, vaſa iræ

apta

apta in interitũ, vt oſtẽderet diuitias gloriç ſuç in vaſa miſericordiç quç pparauit in gloriã, Quos & vocauit, nos: non ſolũ ex Iudæis, ſed etiã ex gentibus, ſicut in Oſee dicit, Vocabo nõ plebem meã, plebem meam: & nõ dilectã, dilectã: & nõ miſericordiã conſecutã, miſericordiã conſecutam Et erit, in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos: ibi vocabunt filij Dei viui. Iſaias autẽ clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus filiorũ Iſrael tanq̃ arena maris, reliquiæ ſaluæ fiẽt. Verbũ aũt cõſummãs, & abbreuiãs in æquitate: quia verbũ breuiatũ faciet dñs ſup terrã. Et ſicut prædixit Iſaias, niſi dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Quid ergo dicemus? Quòd gentes quæ non ſectabantur iuſtitiã, apprehenderunt iuſtitiã, iuſtitiam autẽ quæ ex fide eſt: Iſrael vero ſectando legẽ iuſtitiç, in legẽ iuſtitiç, nõ puenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus: offenderũt enim in lapidẽ offenſionis, ſicut ſcriptum eſt, Ecce pono ĩ Sion lapidẽ offenſionis, & petrã ſcandali, & oĩs qui credit in eũ, non cõfundet.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

IAcob autẽ abijt in itinere, quod cœperat: fueruntq; ei obuiã angeli Dei. Quos cum vidiſſet, ait, Caſtra Dei ſunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanin, id eſt, caſtra. Miſit aũt & nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir regionis Edom: prçcepitq; eis, dicens: Sic loquimini dño meo Eſau: Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus ſum, & fui vſq; in prçſentem diem. Habeo boues, & aſinos, & oues, & ſeruos, & ancillas: mittoq; nunc legationẽ ad dñm meum, vt inueniã gratiã in cõſpectu tuo. Reuerſiq; ſunt nuntij ad Iacob, dicentes, Venimus ad Eſau fratrẽ tuum, & ecce properat in occurſum tibi cum quadringentis viris. Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populũ qui ſecum erat, greges quoq; & oues, & boues, & camelos in duas turmas: dicens: Si venerit Eſau ad vnã turmã, & pcuſſerit eã, alia turma quæ reliqua eſt, ſaluabitur. Dixitq; Iacob Deus patris mei Abrahã, & deus pr̃is mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi, Reuertere in terram tuam: & in locum natiuitatis tuæ, & bene fa-

faciã tibi: minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua quã expleuiſti ſeruo tuo: in baculo meo tranſiui Iordanẽ iſtũ: & nunc cũ duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eũ timeo: ne forte veniens percutiat matrẽ cũ filijs. Tu locutus es ꝙ bene faceres mihi, & dilatares ſemen meũ ſicut arenã maris, quæ præ multitudine numerari non põt: Cũq; dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo capras ducẽtas, hircos viginti, oues ducentas, arietes vigĩti, camelos fœtas cũ pullis ſuis triginta, vaccas q̃dragin ta, & tauros viginti, aſinas viginti, pullos earum decem.

Ex epl'a Pauli ad Roman. L. ij.

c. 10. FRatres, voluntas quidem cordis mei & obſecratio ad Deũ, fit pro illis in ſalutem. Teſtimoniũ enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Finis n. legis, Chriſt⁹: ad iuſtitiã omni credẽti. Moyſes enim ſcripſit, quoniã iuſtitiam, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo viuet in ea. Quæ autẽ ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum? id, eſt Chriſtum deducere. Aut quis deſcẽdet in abyſſũ? hoc, eſt Chriſtũ à mortuis reuocare. Sed quid dicit ſcriptura? prope eſt verbũ in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei quod prædicamus. Quia ſi confitearis in ore tuo Dominũ Ieſum, & in corde tuo credideris ꝙ Deus illũ ſuſcitauit à mortuis: ſaluus eris. † corde enim creditur ad iu- B
ſtitiã: ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Dicit enim ſcriptura, Omnis qui credit in illũ, nõ cõfundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nã idẽ dñs omniũ, diues in oẽs qui inuocãt illũ. Oĩs enim quicunque inuocauerit nomen dñi, ſaluus erit. Q̃uo ergo inuocabunt eum in quẽ non crediderũt? Aut q̃uo credent ei, quem nõ audierũt? Q̃uo autem audient ſine prædicante? Q̃uo vero prædicabunt, niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt, Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacẽ, euangelizantium bona. Sed nõ omnes obediunt euangelio. Iſaias enim dicit, Dñe, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides, ex

auditu: auditus autē per verbū Christi. Sed dico, Nunquid nō audierunt? Et quidē, in omnē terram exiuit ſonus eorū: & in
C fines orbis terræ verba eorū.] Sed dico, Nunquid Iſrael non cognouit? Primus Moyſes dicit, ego ad æmulationem vos adducam in non gentē: in gentem inſipientem, in iram vos mittā. Iſaias aūt audet & dicit, Inuentus ſum à non quęrentibus me: palam apparui ijs qui me nō interrogabāt. Ad Iſrael
E autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

¶ Sabbato ex Geneſi. Lectio j.

c.32. ET miſit per manus ſeruorum ſuorū ſingulos ſeorſum greges, dixitq́; pueris ſuis, Antecedite me, & ſit ſpatium inter gregē & gregē. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Eſau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quo vadis? aut, Cuius ſunt iſta quę ſequeris? reſpōdebis, Serui tui Iacob, munera miſit dn̄o ſuo Eſau: ipſe quoq; poſt nos venit. Similiter dedit mandata ſecūdo & tertio, ac cunctis qui ſequebātur greges, dicēs: Iiſdē verbis loquimini ad Eſau cum inueneritis eum, & addetis, ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrū inſequitur: dixit enim, Placabo illum muneribus quę pręcedūt, & poſtea videbo illū, forſitan propitiabitur mihi. Præceſſerūt itaq; munera ante eum, ipſe vero māſit nocte illa in caſtris. Cumq́; mane ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidē famulas cum vndecim filijs, & tranſiuit vadū Iaboch. Traductiſq́; omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cū eo vſq; mane. Qui cū videret ꝙ eū ſuperare nō poſſet, tetigit neruū femoris eiꝰ, & ſtatim emarcuit. Dixitq́; ad eum, Dimitte me, iam enim aſcendit aurora, Reſpondit, Non dimittam te niſi benedixeris mihi. Ait ergo, Quod nomē eſt tibi? Reſpōdit, Iacob. At ille, Nequaquā, in- c.35.
quit, Iacob appellabitur nomē tuum, ſed Iſrael: qm̄ ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis cōtra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob, Dic mihi quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quęris nomen meū quod eſt mirabile? Et benedixit ei in eodē loco. Vocauitq́; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicēs: Vidi Deū facie ad faciē, & ſalua facta eſt anima

ma mea. Ortuſq; eſt ei ſtatim ſol poſtq̃ trangreſſus eſt Phanuel: ipſe vero claudicabat pede. Quã ob cauſam non comedunt neruũ filij Iſrael, q emarcuit ĩ femore Iacob, vſq; in præſentẽ diẽ: eo ꝙ tetigerit neruũ femoris eius, & obſtupuerit.

Ex ep'la Pauli ad Roman. L.ij.

c.11. DIco ergo, Nunquid Deus repulit populum ſuum? Abſit. Nã & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit. An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura: quemadmodũ interpellat Deum aduerſum Iſrael? Dñe, prophetas tuos occiderũt, & altaria tua ſuffoderũt: & ego relictus ſum ſolus, & quęrunt animã meã. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia virorũ, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tẽpore, reliquię ſecundũ electionẽ gratiæ factæ ſunt. Si autẽ gratia: iam nõ ex operibus. Alioquin gratia iam nõ eſt gratia. Quid ergo? Quod quęrebat Iſrael, hoc nõ eſt conſecutus: electio autem cõſecuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt ſicut ſcriptũ eſt, Dedit illis Deus ſpiritũ cõpunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt nõ audiant vſq; in hodiernũ diẽ. Et Dauid dicit, Fiat menſa eorũ coram ipſis in laqueum, & in captionẽ, & in ſcandalum, & in retributionẽ illis. Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua. Dico ergo: Nunquid ſic offenderunt vt caderent? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt gentibus: vt illos æmulentur. Quòd ſi delictum illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium: quãto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus, Quandiu quidem ego ſum gentium apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis. Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi: quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis? Quod ſi delibatio ſancta eſt: & maſſa, & ſi radix ſancta: & rami. Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos. Quòd ſi gloriaris: non tu radicem portas, ſed radix te.

¶ Dominica tertia poſt Paſcha, ex Geneſi. Lectio prima.

c.33. ELeuans autẽ Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringẽtos viros, diuiſitq; filios Liæ & Rachel, ambarumq; famularũ: & poſuit vtranq; ancillã & liberos earũ in principio: Liam vero, & filios eius in ſecũdo loco: Rachel autẽ, & Ioſeph nouiſſimos. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terrã ſepties, donec appropinquaret frater ei⁹. Currẽs itaq; Eſau obuiã fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringensq; collũ eius, & oſculãs fleuit. Leuatisq; oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait, Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertineant? Reſpõdit, Paruuli ſunt quos donauit mihi Deus ſeruo tuo. Et appropinquãtes ancillæ, & filij earũ incuruati ſunt. Acceſſit quoq; Lia cum pueris ſuis: & cũ ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph, & Rachel adorauerũt. Dixitq; Eſau. Quænã ſunt iſtæ turmæ quas obuiam habui? Reſpondit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, ſint tua tibi. Dixit Iacob, Noli ita obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculũ de manibus meis: ſic enim vidi faciẽ tuã, quaſi viderim vultũ Dei: eſto mihi propitius, & ſuſcipe benedictionẽ quam attuli tibi, & quã donauit mihi Deus, tribuens omnia. Vix fratre cõpellente ſuſcipiens ait, gradiamur ſimul, eroq; ſocius itineris tui. Dixitq; Iacob, Noſti dñe mi ꝙ paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas ſi plus in ambulãdo fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat dñs meus ante ſeruũ ſuũ: & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad dñm meũ in Seir. Reſpõdit Eſau, Oro te, vt de populo qui mecum eſt, ſaltẽ ſocij remaneant viæ tuæ. Nõ eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantũ indigeo, vt inueniã gratiam in conſpectu tuo, dñe mi.

Ex ep̃la Pauli ad Roman. L.ij.

DIcis ergo, Fracti ſunt rami, vt ego inſerar. Bene: c.11. propter incredulitatem fracti ſunt: tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis nõ pepercit: ne forte nec tibi parcat.

Vide

Vide ergo bonitatẽ & ſeueritatem Dei: in eos quidẽ qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autẽ bonitatẽ Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerẽtur, potẽs eſt enim Deus iterũ inſerere illos. Nam ſi & tu ex naturali excíſus es oleaſtro, & cõtra naturam inſertus es in bonam oliuã: quãto magis ij qui ſecũdum naturã, inſerentur ſuę oliuæ? Nolo enim vos ignorare fratres myſteriũ hoc, vt nõ ſitis vobiſipſis ſapientes: qa cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael, donec plenitudo gẽtiũ intraret: & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret: ſicut ſcriptũ eſt, Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me teſtamentũ: cum abſtulero peccata eorũ. Secundũ euãgeliũ quidẽ, inimici propter vos: ſecundum electionẽ aũt, chariſſimi ꝓpter patres. Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquãdo & vos nõ crediſtis Deo, nũc aũt miſericordiã cõſecuti eſtis propter incredulitatẽ illorũ, ita & iſti nunc nõ crediderũt in veſtrã miſericordiam, vt & ipſi miſericordiã cõſequantur. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate: vt omniũ miſereatur. † O altitudo diuitiarũ ſapiẽtię & ſcientiæ Dei: q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ei⁹. Quis enim cognouit ſenſum dñi? Aut quis conſiliarius ei⁹ fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuet́ ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amẽ. C

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Modicum & iam non videbitis me: & iterum modicũ & videbitis me, quia vado ad patrem. Et re. c.16.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Hæc dñi verba, vbi ait, Modicum & iam nõ videbitis me: & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem: ita obſcura erant diſcipulis anteq̃ id quod dixit eſſet impletum, vt quęrentes inter ſe quid eſſet quod diceret, omnino ſe neſcire faterentur. Sequitur enim euangelium, Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis, Modicum & non videbitis me: & iterum modicũ & videbitis me, quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid eſt hoc

quod dicit nobis, modicum? Neſcimus quid loquitur. Hoc enim eſt qđ eos mouebat, quia dixit, modicum & nõ videbitis me: & iterũ modicũ & videbitis me Nam in pręcedentibus, quia non dixerat, modicũ: ſed dixerat, ad patrẽ vado, & iam nõ videbitis me: tanquã aperte illis viſus eſt loqui: nec inter ſe de hoc aliquid quæſierũt. Nũc ergo quod illis tunc obſcurum fuit, & mox manifeſtum eſt: iã nobis vtique manifeſtum eſt. Poſt paululũ enim paſſus eſt, & non viderunt eum. Rurſus poſt paululum reſurrexit, & viderunt eũ. Illud autẽ quod ait, Et iam non videbitis me: quia iſto verbo, id eſt, iã, hoc intelligi voluit, ꝙ eum vlterius nõ viderent, ibi expoſuimus quomõ accipiendũ ſit: vbi dixit, De iuſtitia arguet mundum ſpiritus ſanctus: quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: quia ſcilicet mortalẽ Chriſtum vlterius nõ viderunt. Te deũ. Orõ.

DEus, qui errantibus vt in viã poſſint redire iuſtitię, veritatis tuæ lumen oſtẽdis: da cunctis q Chriſtiana profeſſione cẽſentur, & illa reſpuere quę huic inimica ſunt nomini, & ea q̃ ſunt apta ſectari: Per do.

¶ Feria.ij.ex Geneſi. Lectio.j.

REuerſus eſt itaq; illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit ĩ Sochot: vbi ædificata domo & fixis tentorijs, appellauit nomen loci illius Socoth, id eſt tabernacula. Trãſiuitq; in Salem vrbẽ Sichimorũ, quę eſt ĩ terra Chanaan, poſtquã reuerſus eſt de Meſopotamia Syrię: & habitauit iuxta oppidum. Emitq; partẽ agri in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit ſup illud fortiſſimũ Deum Iſrael Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eã: & rapuit, & dormiuit cum illa: vi opprimẽs virginem. Et conglutinata eſt aĩa eius cũ ea, triſtemq; deliniuit blanditijs. Et pergens ad Hemor patrẽ ſuũ, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugẽ. Quod cum audiſſet Iacob abſentibus filijs, & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent. Egreſſo autẽ Hemor patre Sichem, vt loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebãt de agro, auditoq; quod acciderat, irati

ſtati ſunt valde, eo ꝙ fœdam rẽ operatus eſſet in Iſrael, & violata filia Iacob, rem illicitã perpetraſſet. Locutus eſt itaque Hemor ad eos, Sichẽ filij mei, adhæſit aĩa filiæ veſtræ: date eam illi vxorem. Et iungamus viciſſim connubia: filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite. Et habitate nobiſcũ: terra in poteſtate veſtra eſt, exercete, negotiamini, & poſſidete eã.

Ex ep̃la Pauli ad Roman. L.ij.

c.12. OBſecro itaque vos fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vr̃a hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentẽ, rationabile obſequiũ veſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt ꝓbetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiã quę data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ, & vnicuiq; ſicut Deus diuiſit mẽſuram fidei. Sicut.n. in vno corpore, multa mẽbra habemus, oĩa aũt membra nõ eundem actũ habent: ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter alterius membra: † habentes donationes, ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam ſecũdũ rationẽ fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui pręeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione: odientes malum, adhærentes bono: charitatem fraternitatis inuicem diligẽtes honore inuicẽ præuenientes, ſolicitudine non pigri, ſpiritu feruentes, dño ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum cõicantes: hoſpitalitatẽ ſectantes. Benedicite perſequẽtibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cũ flentibus. Idipſum inuicẽ ſentientes. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.] † Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona, nõ tantum corã Deo, ſed etiã coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locũ iræ: ſcriptum eſt

enim, Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illũ: ſi ſitit, potũ da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo: ſed vince ĩ bono malũ.]

Feria iij. ex Geneſi. Lectio .i.

c.34. SEd & Sichem ad patrem, & ad fratres eius ait: Inueniã gratiã corã vobis: & quęcunq; ſtatueritis dabo, augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuã quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorẽ. Reſponderũt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis: Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtrã homini incircunciſo: quod illi citum & nefariũ eſt apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circuncidatur in vobis omnis maſculini ſexus. Tunc dabimus & accipiemus mutuo filias veſtras ac noſtras: & habitabim⁹ vobiſcũ, erimuſq; vnus populus. Si autẽ circuncidi nolueritis, tollemus filiã noſtram, & recedemus. Placuit oblatio eorũ Hemor, & Sichẽ filio ei⁹. Nec diſtulit adoleſcens, quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui. Ingreſſiq; portam vrbis, locuti ſunt ad populum, Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcũ: negotientur in terra, & exerceãt eã: quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorũ accipiemus vxores, & noſtras illis dabim⁹. Vnũ eſt, quo differtur tantum bonũ. Si circuncidam⁹ maſculos noſtros, ritum gẽtis imitantes, & ſubſtãtia eorũ, & pecora, & cuncta quę poſſident, noſtra erunt: tantũ in hoc acquieſcam⁹, & habitãtes ſimul, vnũ efficiamus populũ. Aſſenſiq; ſunt oẽs, circuncſis cunctis marib⁹.

Ex epl'a Pauli ad Roman. L.ij.

OMnis anima poteſtatib⁹ c.13. ſublimiorib⁹ ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ aũt ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui aũt reſiſtunt: ipſi ſibi damnationẽ acquirũt. nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis aũt nõ timere poteſtatẽ? Bonũ fac: & habebis laudẽ ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonũ. Si aũt malum feceris: time. nõ enim ſine cauſa gladiũ portat. Dei enim mini-

miniſter eſt: vindex in iram, ei qui malũ agit. Ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote: nõ ſolum propter irã, ſed etiã propter cõſciẽtiã. Ideo enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt: in hoc ipſum ſeruiẽtes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorẽ: cui honorẽ, honorẽ.† Nemini quicquã debeatis, niſi vt inuicẽ diligatis, qui enim diligit proximum, legẽ impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis: Non falſum teſtimoniũ dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo
C legis eſt dilectio.] Et hoc † ſciẽtes tẽpus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, q̃ cum credidimus. Nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Sicut in die, honeſte ambulemus, nõ in comeſſationib' & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, nõ in contentione & æmulatione: ſed induimini dñm Ieſum Chriſtum,] & carnis curam ne feceritis in deſiderijs. D

¶Feria.iiij. ex Geneſi. Lcõ.j.

ET ecce, die tertio quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt, arreptis duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, ingreſſi ſunt vrbem cõfidenter: interfectiſq; omnibus maſculis, Hemor & Sichem pariter necauerũt, tollentes Dinã de domo Sichem ſororẽ ſuam. Quibus egreſſis irruerũt ſuper occiſos cæteri filij Iacob: & depopulati ſunt vrbem in vltionẽ ſtupri. Oues eorũ, & armenta, & aſinos, cunctaq; vaſtãtes quę in domibus & in agris erant: paruulos quoq; eorũ, & vxores duxerũt captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius: nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Reſponderũt. Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra? Interea locutus eſt Deus ad Iacob, Surge & aſcende in Bethel, & habita ibi, facq; altare Deo qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum. Iacob vero conuo-

C.34.

cata omni domo ſua, ait: Abijcite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei. Dederũt ergo ei oẽs Deos alienos quos habebãt, & inaures quæ erant in auribus eorũ: at ille infodit eas ſubter Terebinthum, quæ eſt poſt vrbẽ Sichem. Cumq; profecti eſſent, terror Dei inuaſit oẽs per circumitum ciuitates: & non ſunt auſi perſequi recedentes.

Ex epſa Pauli ad Roman. L.ij.

c.14. INfirmũ aũt in fide aſſumite: non in diſceptationibus cogitationum. Alius enim credit ſe manducare omnia: qui aũt infirmus eſt, olus manducet. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducãtem non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit, ſtabit autẽ: potens eſt enim Deus ſtatuere illũ. Nã alius iudicat diẽ inter diem: alius aũt iudicat omnẽ diem. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abũdet. Qui ſapit diem: dño ſapit. Et qui mãducat: dño mãducat, gratias enim agit Deo. Et q nõ mãducat dño, nõ manducat, & gratias agit Deo. Nemo em̃ noſtrũ ſibi viuit: & nemo ſibi moriť. Siue enim viuimus, dño viuimus: ſiue morimur, dño morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, dñi ſumus. In hoc em̃ Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit: vt & viuorũ & mortuorum dñetur. Tu aũt quid iudicas fratrẽ tuum? aut tu, quare ſpernis fratrem tuũ? Oẽs enim ſtabimus ante tribunal Chriſti: ſcriptũ eſt. n. Viuo ego dicit dñs, qm̃ mihi flectetur omne genu: & omnis lingua cõfitebitur Deo. Itaque vnuſquiſq; noſtrum pro ſe rationẽ reddet Deo. Nõ ergo amplius ĩuicẽ iudicemus: ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri vel ſcandalũ. Scio & confido in dño Ieſu, q̃a nihil cõe per ipſum: niſi ei qui exiſtimat quid cõe eſſe, illi cõe eſt. Si enim propter cibũ frater tuus cõtriſtatur: iam non ſecũdum charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt. Nõ ergo blaſphemetur bonũ noſtrum. Nõ eſt enim regnum Dei eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gau-

gaudium in ſpiritu ſancto: qui em̃ in hoc ſeruit Chr̃o, placet Deo: & probatus eſt hoı̃bus.

¶ Feria. v. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 55. VEnit igitur Iacob Luzã, quæ eſt in terra Chanaã, cognomento Bethel: ipſe & oı̃s populus cum eo. Aedificauitq; ibi altare, & appellauit nomen loci illius domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cũ fugeret fratrẽ ſuũ. Eodem tẽpore mortua eſt Delbora nutrix Rebeccę & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercũ: vocatumq; eſt nomen illius Quercus fletus. Apparuit aũt iterum Deus Iacob, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, benedixitq; ei, dicẽs: Nõ vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuũ. Et appellauit eũ Iſrael, dixitq; ei, Ego Deus omnipotẽs, Creſce & multiplicare; gentes, & populi nationũ ex te erunt: reges de lumbis tuis egredientur. Terrãq; quã dedi Abrahã & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſt te. Et receſſit ab eo: ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei De⁹: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum: vocanſq; nomen loci illius Bethel. Egreſſus aũt inde venit verno tẽpore ad terrã quæ ducit Ephrathã: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitq; ei obſtetrix Noli timere, quia & hunc habebis filium, Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: pr̃ vero appellauit eũ Beniamin, id eſt, filius dextræ.

Ex epiſtola Pauli ad Ro. L. ij.

ITaq; quæ pacis ſunt ſectemur: & quæ ædificationis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Omnia quidẽ ſunt mũda: ſed malũ eſt homini q per offendiculũ manducat. Bonũ eſt non manducare carnẽ & non bibere vinũ, neq; in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. Tu fidẽ habes penes temetipſum: habe corã Deo. Beatus qui non iudicat ſemetipſum ĩ eo quod probat. Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt: quia nõ ex fide. Omne autem quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt. c. 14.

Debemus autẽ nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat in bonũ, ad ędifica- c. 15.

tionem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantiũ
B tibi, ceciderũt ſuper me. †Quęcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiã & cõſolationem ſcripturarũ, ſpem habeamus. Deus autẽ patientiæ & ſolatij, det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundũ Ieſum Chriſtum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deũ & patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. Dico enim Chriſtum Ieſum, miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatẽ Dei, ad cõfirmandas promiſſiones patrum. Gentes aũt ſuper miſericordia, honorare Deum, ſicut ſcriptũ eſt, Propterea cõfitebor tibi in gentibus dñe, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Lętamini gentes cũ plebe eius. Et iterũ, Laudate omnes gẽtes dñm, & magnificate eum omnes populi. Et rurſus Iſaias ait, Et erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eo gentes ſperabunt. Deus autem ſpei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in ſpe, & virtute ſpiritus ſancti.]

¶Feria.vj.ex Geneſi. Lectio.j.

MOrtua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratham, hæc eſt Bethlehem. Erexitq; Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: hic eſt titulus monumenti Rachel, vſq; in præſentem diem. Egreſſus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cũq; habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minime latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Iſſachar, & Zabulon. Filij Rachel, Ioſeph, & Beniamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan, & Nephthalim. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer. Hi ſunt filij Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre ciuitatem Arbee, hæc eſt Hebron: in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. Et completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. Conſumptusq; ætate mortuus eſt: & appoſitus eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum: & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui.

c.35.

Ex epl̃a Pauli ad Roman. L. ij.

c. 15. CErtus ſum autem fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſciẽtia, ita vt poſſitis alterutrum monere. Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte, tanquã in memoriam vos reducens: propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gẽtibus, ſanctificãs euangelium Dei: vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in ſpiritu ſctõ. Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deũ. Nõ enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Chriſtus in obedientiam gentium, verbo & factis, in virtute ſignorũ & prodigiorum, in virtute ſpiritus ſancti: ita vt ab Ieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricũ repleuerim Euangeliũ Chriſti. Sic autem prædicaui Euangeliũ hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſup alienum fundamentũ ędificarem: ſed ſicut ſcriptũ eſt, Quibus nõ eſt annuntiatũ de eo, videbũt: & qui non audierunt de eo, intelligẽt. Propter quod & impediebar plurimũ venire ad vos: & prohibitus ſum vſq; adhuc. Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem aũt habens veniẽdi ad vos ex multis iam præcedentibus annis cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero ꝙ præteriens videam vos & à vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero. Nũc igitur proficiſcor in Ieruſalẽ miniſtrare ſanctis. Probauerunt enĩ Macedonia & Achaia collationẽ aliquã facere in pauperes ſanctos q ſunt in Ieruſalẽ. Placuit enim eis: & debitores ſunt eorũ. Nam ſi ſpiritualium eorũ participes facti ſunt Gentiles, debẽt & in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igitur cum cõſummauero, & aſſignauero eis fructũ hũc: per vos proficiſcar in Hiſpaniã. Scio aũt quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Euãgelij Chriſti veniam. Obſecro ergo vos fratres per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & per charitatem ſancti ſpirit⁹ vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deũ, vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudęa: & obſequij mei oblatio accepta fiat in Ieruſalẽ ſanctis, vt veniã ad vos in gaudio per voluntatẽ Dei, vt refrigerer vobiſcum. Deus autẽ pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

¶ Sab-

¶ Sabbato ex Geneſi. Lcō.j.

c.36. HÆ ſunt autē generatio
nes Eſau, ipſe eſt Edon.
Eſau accepit vxores de filiabus
Chanaan: Ada filiā Elon He-
thæi,& Oolibama filiam Anæ
filij Sebeon Heuæi. Baſemath
quoq; filiam Iſmahel ſororem
Nabaioth. Peperit autē Ada,
Eliphaz: Baſemath genuit Ra-
huel Oolibama genuit Iehus
& Ihelom & Core, hi filij Eſau
qui nati ſunt ei in terra Cha-
naan. Tulit autē Eſau vxores
ſuas & filios & filias,& omnem
animā domus ſuæ, & ſubſtan-
tiā,& pecora,& cuncta quæ ha
bere poterat in terra Chanaā:
& abijt in alterā regionem, re-
ceſſitq; à fratre ſuo Iacob. Diui
tes enim erant valde, & ſimul
habitare nō poterāt: nec ſubſti
nebat eos terra peregrinatio-
nis eorū præ multitudine gre-
gum. Habitauitq; Eſau ī mon
te Seir, ipſe eſt Edon. Hæ autē
ſunt generationes Eſau patris
Edon in monte Seir,& hęc no-
mina filiorū ei⁹: Eliphaz filius
Ada vxoris Eſau: Rahuel quo-
que filius Baſemath vxoris ei⁹.
Fuerūtq; Eliphaz filij: Themā,
Omar, Sephua, & Gatham, &
Ceuez. Erat aūt Thamna, con
cubina Eliphaz filij Eſau: quæ
peperit ei Amalec. hi ſunt filij
Ada vxoris Eſau. Filij aūt Ra-
huel: Nahath & Zara, Samma
& Meza. hi filij Baſemath vxo-
ris Eſau. Iſti quoq; erant filij
Oolibama filiæ Anæ filiæ Se-
beon vxoris Eſau, quos genuit
ei Iehus & Ihelom & Core.

Ex epl'a Pauli ad Roman. L.ij.

COmmendo autem vobis c.16.
Phœbem ſororē noſtrā,
quæ eſt in miniſterio eccleſiæ
quæ eſt in Cenchreis: vt eam
ſuſcipiatis in dn̄o digne ſan-
ctis: & aſſiſtatis ei ī quocūq; ne
gotio veſtri indiguerit. Etenim
ipſa quoq; aſtitit multis, & mi
hi ipſi. Salutate Priſcā & Aqui-
lam adiutores meos ī Chriſto
Ieſu (qui pro anima mea ſuas
ceruices ſuppoſuerunt: quibus
nō ſolus ego gratias ago, ſed &
cunctæ eccleſiæ gentiū)& do-
meſticā eccleſiam eorū. Salu-
tate Epenetum dilectū mihi:
qui eſt primitiuus Achaiæ in
Chriſto Ieſu. Salutate Mariā,
quę multū laborauit in nobis.
Salutate Andronicū & Iuniam
cognatos & cōcaptiuos meos:
qui ſunt nobiles in apoſtolis,
qui & ante me fuerūt in Chri-
ſto. Salutate Ampliatum dile-
ctiſſimū mihi in dn̄o. Salutate
Vrbanū adiutorem noſtrū in
Chri-

Chriſto Ieſu, & Stachyn dile
C ctum meũ. Salutate Apellem probũ in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meũ. Salutate eos q ſunt ex Narciſci domo, qui ſunt in dño. Salutate Triphænam & Tryphoſam: quæ laborant in dño. Salutate Perſidẽ chariſſimam, quæ multũ laborauit in dño. Salutate Rufum electũ in dño, & matrem eius & meam. Salutate Aſyncritũ, Phlegontem, Hermã, Patrobam, Hermam: & qui cum eis ſunt, fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororẽ eius & Olimpiadẽ: & oẽs qui cum eis ſunt, ſanctos. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos oẽs eccleſiæ Chriſti. Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula pręter doctrinã quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſmodi enim Chriſto dño noſtro nõ ſeruiũt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones, & benedictiones, ſeducunt corda innocẽtiũ. Veſtra enim obediẽtia, in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos ſapientes eſſe in bono: & ſimplices in malo. Deus aũt pacis cõterat Satanã ſub pedibus veſtris velociter. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ. Salutat vos Timothe⁹ adiutor meus: & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius qui ſcripſi epiſtolã in dño. Salutat vos Caius hoſpes meus & vniuerſa eccleſia. Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia dñi nr̃i Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen. Ei autẽ qui potens eſt vos confirmare iuxta euangeliũ meũ & prędicationem Ieſu Chriſti, ſecundũ reuelationẽ myſterij, temporib⁹ æternis taciti (quod nunc patefactũ eſt per ſcripturas prophetarũ ſecundũ pręceptum æterni Dei ad obeditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, ſoli ſapiẽti Deo per Ieſum Chriſtũ, cui honor & gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Dominica quarta poſt Paſcha, ex Geneſi. Lectio prima.

HI duces filiorum c.36
Eſau, Filij Eliphas primogeniti Eſau: dux Themam, dux Omar, dux Sephua, dux Genez, dux Core, dux Gatham, dux Amalec. Hi filij Eliphaz in

in terra Edom, & hi filij Adæ. Hi quoque filij Rahuel, filij Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. Hi aũt duces Rahuel in terra Edom: iſti filij Baſemath vxoris Eſau. Hi autẽ filij Oolibama vxoris Eſau: dux Iehus, dux Ihelõ, dux Core. Hi duces ex Oolibama filia Anæ vxoris Eſau. Iſti ſunt filij Eſau. & hi duces eorũ. ipſe eſt Edõ. Iſti ſunt filij Seir Horrhæi, habitatores terrę: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, & Diſon, & Eſer, & Diſan. Hi duces Horrhæi. filij Seir in terra Edom. Facti ſunt autẽ filij Lotan: Hori & Heman. erat autem ſoror Lotan, Thamna. Et iſti filij Sobal, Aluan, & Manahath, & Ebal, & Sepho, & Onam. Et hi filij Sebeon. Aia & Ana. Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, cũ paſceret aſinos Sebeon patris ſui. Habuitq; filiũ Diſon, & filiam Oolibama. Et iſti filij Diſan: Hamdam, & Eſeban, & Iethran, & Charan. Hi quoq; filij Eſer: Balaan, & Zauan, & Acan. Habuit aũt filios Diſan: Hus, & Aran. Hi duces Horrhæorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan. iſti duces Horrhæorum, qui imperauerunt in terra Seir.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

PAulus vocat⁹ apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatem Dei, & Soſthenes frater: eccleſię Dei, quæ eſt Corinthi, ſanctificatis ĩ Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis, cum oĩbus, qui inuocãt nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtro, gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto. ca. 1.

† Gratias ago Deo meo ſemp pro vobis, in gratia Dei, q̃ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, ꝙ in oĩbus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſciẽtia, ſicut teſtimoniũ Chriſti cõfirmatũ eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui & cõfirmabit vos vſq; in finem ſine crimine, in die aduentus dñi noſtri Ieſu Chriſti.] Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatẽ filij ei⁹ Ieſu Chriſti dñi noſtri. Obſecro aũt vos fratres, per nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis oẽs, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis aũt perfecti in eodẽ ſenſu, & in eadem ſententia. Significatũ eſt enim A B

mihi

mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui ſunt Chloes, quia cõtentiones ſunt inter vos. Hoc aũt dico, quod vnuſquiſq; veſtrũ dicit, Ego quidẽ ſum Pauli: ego autẽ Apollo, ego vero Cephæ: ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Gratias ago Deo meo, ꝙ neminem veſtrũ baptizaui, niſi Criſpum & Caium: ne quis dicat ꝙ in nomine meo baptizati eſtis. Baptizaui aũt & Stephanæ domum. Cęterũ, neſcio ſi quẽ aliũ veſtrũ baptizauerim. Nõ enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare: nõ in ſapientia verbi, vt nõ euacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitia eſt. Iis aũt qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. Scriptũ eſt enim. Perdam ſapientiã ſapientium: & prudentiã prudẽtiũ reprobabo. Vbi ſapiens? vbi Scriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nõne ſtultã fecit Deus ſapientiã huius mundi? Nam quia in Dei ſapiẽtia nõ cognouit mundus per ſapientiã Deũ: placuit Deo per ſtultitiã prędicationis, ſaluos facere credẽtes. Quoniã & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiã quęrunt: nos aũt prędicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidẽ ſcandalũ, Gentibus autẽ ſtultitiã, ipſis autẽ vocatis Iudæis atq; Gręcis, Chriſtũ Dei virtutẽ & Dei ſapientiam. quia quod ſtultũ eſt Dei, ſapientius eſt hominibꝰ: & quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus.

Secundum Ioãnem. Lectio.iii.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vado ad eum qui miſit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? c.16.

Et reł. Hom̃. ſctĩ Auguſti. epi.

Cum dñs Ieſus prædixiſſet diſcipulis ſuis pſecutiones, quas paſſuri erãt poſt eiꝰ abſceſſum, ſubiunxit, atq; ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram: nunc autẽ vado ad eum qui miſit me. Vnde primum videndum eſt vtrum eis futuras nõ prędixerit anteà paſſiones. Sed alij tres Euangeliſtæ ſatis eum prædixiſſe iſta demonſtrant, antequã ventum eſſet ad cœnam. Qua peracta ſecundũ Ioannẽ iſta loquutus eſt, vbi ait, Hæc autẽ vobis ab initio non dixi: quia vobiſcum erã. An forte hinc iſta ſoluitur quęſtio: quia & illi eum narrãt paſſioni proximum fuiſſe cum hæc diceret? Non ergo ab initio

tio quando cũ illis erat: quia iã diſceſſurus: iamq; ad patrẽ perrecturus hæc dicit. Et ideo etiã ſecundum alios Euangeliſtas verum eſt quod hic dictũ eſt. Hæc autem vobis ab initio nõ dixi. Sed quid agimus de fide Euangelij ſecundũ Matthæũ: qui hæc eis à Domino non ſolum cum iam eſſet in Paſcha cũ diſcipulis cœnaturus imminente paſſione, verumetiã ab initio denuntiata eſſe commemorat: vbi primũ nominatim duodecim apoſtoli exprimuntur, & ad opera diuina mittuntur: Quid ſibi ergo vult quod hic ait? Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum erã: niſi ea quæ Ieſus hic dicit de Spiritu ſancto, quòd ſit venturus ad eos: & teſtimonium perhibiturus, qñ mala illa paſſuri ſunt: hoc eñ ab initio non dixit: quia cũ eis erat. Conſolator ergo ille vel aduocatus (vtrunq; enim interpretatur qđ eſt Græce paracletus) Chriſto aſcendente fuerat neceſſarius. Et ideo de illo non dixerat in initio quando cum illis erat: quia eius præſentia conſolabantur. Te deum. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis volũtatis: da populis tuis id amare qđ præcipis, id deſyderare, quod promittis: vt inter mũdanas varietates, ibi nostra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per do.

¶ Feria.ij. ex Geneſi. Lectio.j.

REges autem qui regnauerunt in terra Edom antequàm haberent regem filij Iſrael, fuerunt hi: Bela filius Beor, nomenq; vrbis eius Denaba. Mortuus eſt autem Beta, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra. Cũq; mortuus eſſet Iobab, regnauit ꝓ eo Huſan de terra Themanorũ. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madiã ĩ regione Moab: & nomẽ vrbis eius Auih. Cũq; mortuus eſſet Adad, regnauit pro eo Sêla de Maſreca. Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. Cũque & hic obijſſet. ſucceſſit in regnum Balanam filius Achobor. Iſto quoq; mortuo, regnauit pro eo Adar, nomenque vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eiꝰ Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab. Hæc ergo nomina ducũ Eſau in cognationibꝰ & locis & vocabulis ſuis: dux Thãna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, c.6.

Phi non, dux Genez, dux Themã, dux Mabſar, dux Magdiel, dux Hirã: hi duces Edom habitantes in terra imperij ſui, ipſe eſt Eſau pr̃ Idumęorũ. Habitauit aũt Iacob in terra Chanaã, in qua pater ſuus peregrinatus eſt. Et hę ſunt generationes ei⁹.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ca.1. Videte enim vocationẽ veſtram, fratres, quia non multi ſapiẽtes ſecundũ carnẽ, non multi potentes, non multi nobiles: ſed q̃ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mũdi elegit De⁹, vt cõfundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ ſunt, vt ea quę ſunt deſtrueret: vt nõ glorietur omnis caro in cõſpectu eius. Ex ipſo aũt vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt (quemadmodum ſcriptũ eſt) Qui gloriat, in dño glorietur.

ca.2. Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni nõ in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Nõ enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtũ, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore & tremore multo fui apud vos: & ſermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominũ, ſed in virtute Dei. Sapientiã autẽ loquimur inter perfectos. ſapientiam vero, nõ huius ſeculi, neq; principum huius ſeculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiã in myſterio, quæ abſcondita eſt, quã prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriã noſtrã, quam nemo principũ huius ſeculi cognouit. ſi enim cognouiſſent, nunquã dñm gloriæ crucifixiſſent. Sed, ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs qui diligũt illũ: nobis autẽ reuelauit Deus per ſpiritũ ſuũ. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei. Quis enim hominũ ſcit quę ſunt hominis, niſi ſpũs hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus Dei. Nos aũt nõ ſpiritũ huius mundi accepimus, ſed ſpiritũ qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis: quæ & lo-

quimur nõ in doctis humanæ ſapientiæ verbis: ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quę ſunt ſpiritus Dei. ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Sicut ſcriptum eſt, Quis enim cognouit ſenſum dñi? aut quis inſtruxit eũ? Nos aũt ſenſum Chriſti habemus.

¶ Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j.

c.37. a IOſeph cũ ſexdecim eſſet annorũ, paſcebat gregem cum fratrib⁹ ſuis adhuc puer: & erat cũ filijs Balæ, & Zelphæ vxorũ patris ſui: accuſauitq; fratres ſuos apud patrẽ crimine peſſimo. Iſrael aũt diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo ꝙ in ſenectute genuiſſet eum: fecitq; ei tunicã polymitam. Videntes autẽ fratres eius ꝙ à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterãt ei quicquã pacifice loqui. Accidit quoq; vt viſum ſomniũ referret fratrib⁹ ſuis, quæ cauſa maioris odij ſe-
B minariũ fuit † Dixitq; Ioſeph fratribus ſuis, Audite ſomniũ meũ quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meũ, & ſtare, veſtroſq; manipulos circunſtantes adorare manipulum meũ. Reſponderunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris? aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorũ atq; ſermonũ. inuidiæ & odij fomitẽ miniſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomniũ, quod narrans fratrib⁹, ait, Vidi per ſomniũ quaſi ſolẽ, & lunã, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cũ patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit, Quid ſibi vult hoc ſomniũ quod vidiſti? num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ca.3. ET ego, fratres, nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanꝗ paruulis in Chriſto. Lac vobis potum dedi, nõ eſcam: nondũ enim poteratis, ſed nec nunc quidẽ poteſtis, adhuc enim carnales eſtis. Cum enim ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem ſum

Pauli, alius autē, Ego Apollo: nonne homines eſtis? Quid igitur eſt Apollo? qd vero Paul'? ministri eius cui credidiſtis, & vnicuiq; ſicut dñs dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incrementū dedit. Itaq; neq; q̄ plantat eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed qui incrementū, dat, De'. Qui aūt plātat, & qui rigat, vnū ſunt. Vnuſquiſq; aūt propriā mercedem accipiet ſecundū ſuū laborē. Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ędificatio eſtis. Secundum gratiam Dei quæ data eſt mihi, vt ſapiēs architectus fundamentū poſui: alius autem ſuperędificat. Vnuſquiſq; autem videat quomodo ſuperędificet. Fundamētū enim aliud nemo pōt ponere, præter id quod poſitum eſt: quod eſt Chriſt' Ieſus. Si quis aūt ſuperædificat ſuper fundamentū hoc, aurū, argētū, lapides pretioſos, ligna, fœnū, ſtipulā, vniuſcuiuſq; opus manifeſtū erit. Dies enim dñi declarabit, qa in igne reuelabit: & vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus māſerit quod ſuperædificauit: mercedē accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentū patietur: ipſe aūt ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignē. Neſcitis quia templū Dei eſtis, & ſpūs Dei habitat in vobis? Si quis autē templū Dei violauerit: diſperdet illū Deus. Templū enim Dei ſanctū eſt: quod eſtis vos. Nemo ſe ſeducat. Siquis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat, vt ſit ſapiēs. Sapiētia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deū. Scriptū eſt enim, cōprehēdam ſapientes in aſtutia eorū. Et iterū. dñs nouit cogitatiões ſapiētiū qm̄ vanæ ſunt. Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt: ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mūdus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura: omnia enim veſtra ſunt: vos autē Chriſti, Chriſtus aūt Dei.

¶ Feria iiij. ex Geneſi. Lcō. j. c. 37.

CVmq; fratres illius in paſcendis gregib' patris morarentur in Sichem, dixit ad eū Iſrael, Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, Præſto ſum: ait, Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga frēs tuos, & pecora: & renūtia mihi qd agatur. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem: inuenitq; eū vir errantē in agro, & interrogauit quid quęreret. At ille reſpōdit,

Fratres meos quęro: indica mi-
hi vbi paſcant greges. Dixitq;
ei vir, Receſſerunt de loco iſto:
audiui aũt eos dicentes, Eamus
in Dothain. Perrexit itaq; Io-
ſeph poſt fratres ſuos, & inue-
nit eos in Dothain. Qui cum
vidiſſent eum procul, antequã
accederet ad eos, cogitauerunt
illũ occidere. Et mutuo loque-
bantur. Ecce ſomniator venit,
venite, occidamus eum, & mit-
tamus in ciſternã veterem: di-
cemusq;, Fera peſſima deuora-
uit eũ: & tunc apparebit quid
illi proſint ſomnia ſua. Audiẽs
aũt hoc Ruben, nitebatur libe-
rare eum de manibus eorũ, &
dicebat, Nõ interficiamus ani-
mã eius, nec effundamꝰ ſangui
nem: ſed proiicite eũ in ciſter-
nam hãc, quę eſt in ſolitudine,
37.c manusq; veſtras ſeruate inno-
a xias. Hoc aũt dicebat, volẽs eri-
pere eũ de manibus eorũ, & red
D dere pr̃i ſuo.] Cõfeſtim igitur
vt pũenit ad fratres ſuos, nuda-
uerunt eũ tunica talari, & poly-
mita, miſeruntq; eũ in ciſternã
veterẽ, quæ nõ habebat aquã.

Ex epiſtola prima Pauli ad Co
rinthios. Lectio ſecunda.

c.4.a SIc nos æſtimet homo, vt
miniſtros Chriſti, & diſpen-
ſatores myſteriorum Dei. Hic
iam quęritur inter diſpenſa-
tores vt fidelis quis inueniatur.
Mihi autẽ pro minimo eſt vt à
vobis iudicer, aut ab humano
die: ſed neq; meipſum iudico.
Nihil enim mihi cõſcius ſum:
ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum.
Qui autẽ iudicat me, dñs eſt.
Itaq; nolite ante tempus iudi-
care: quoadusq; veniat dñs, qui
& illuminabit abſcondita tene
brarũ: & manifeſtabit conſilia
cordiũ: & tũc laus erit vnicuiq;
à Deo.] Hæc aũt fratres, tranſ- B
figuraui in me, & Apollo, pro-
pter vos: vt in nobis diſcatis, ne
ſupra quã ſcriptũ eſt, vnus ad-
uerſus alterũ infletur pro alio.
Quis enim te diſcernit? Quid
autẽ habes, quod nõ accepiſti?
Si autẽ accepiſti, quid gloriaris
quaſi non acceperis? Iam ſatu-
rati eſtis, iam diuites facti eſtis:
ſine nobis regnatis: & vtinã re-
gnetis, vt & nos vobiſcũ regne-
mus. Puto enim ꝙ Deus nos
apoſtolos nouiſſimos oſtẽdit,
tanquã morti deſtinatos: quia
† ſpectaculũ facti ſumus mun- C
do, & angelis, & hominibus.
Nos ſtulti propter Chriſtum:
vos autẽ prudentes in Chriſto:
nos infirmi: vos aũt fortes: vos
nobiles: nos autem ignobiles.
Vſq; in hãc horam & eſurimus

& ſitimus & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operātes manib' noſtris, maledicimur: & benedicimus: perſecutionē patimur: & ſuſtinemus. blaſphemamur: & obſecramus, tanq̄ purgamenta huius mundi facti ſumus, omniū peripſema vſq; adhuc. Non vt cōfundam vos, hæc ſcribo, ſed vt fi-
D lios meos chariſſimos moneo.] Nā ſi decē milia pædagogorū habeatis ī Chriſto: ſed nō multos patres. Nā in Chriſto Ieſu per Euangeliū ego vos genui.

¶ Feria. v. ex Geneſi. Lectio. j.

c.37. ET ſedentes vt comederent panē viderūt Iſmahelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorū portātes aromata, & reſinā & ſtacten in Ægyptū. Dixit ergo Iudas fratrib' ſuis, Quid nobis prodeſt, ſi occiderimus fratrē noſtrū, & celauerimus ſanguinem ipſius? Melius eſt vt vendatur Iſmahelitis, & manus noſtræ nō polluantur: frater enim, & caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſermonibus illius. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus: extrahentes eum de ciſterna, vendiderunt eū Iſmahelitis viginti argenteis: qui duxerūt eū in Ægyptum. Reuerſuſq; Ruben ad ciſternā, nō inuenit puerū: & ſciſſis veſtibus pergēs ad fratres ſuos, ait: Puer non cōparet, & ego quo ibo? Tulerunt autē tunicam eius, & in ſanguinem hœdi quē occiderant, tinxerūt: mittentes qui ferrent ad patrē, & dicerent, Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui ſit, an non. Quā cum cognouiſſet pater, ait: Tunica filij mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. Sciſſiſq; veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filiū ſuum multo tēpore. Congregatis autē cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit cōſolationem accipere, ſed ait: Deſcendā ad filiū meum, lugens in infernum. Et illo perſeuerante in fletu, Madianitę vendiderunt Ioſeph in Ægypto Phutiphari Eunucho Pharaonis magiſtro militum.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ROgo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego ca. 4
Chriſti. Ideo miſi ad vos Timo- B
theum, qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in dño: qui vos cōmonefaciet vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbiq; in omni eccleſia doceo.

Tanquã non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam. Veniam autem ad vos cito, ſi dñs voluerit: & cognoſcam nõ ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutẽ. Non enim in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos: an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?

Ca. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctũ habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit? Ego quidem abſens corpore: præſens autẽ ſpũ, iam iudicaui vt præſens eũ, qui ſic operatus eſt, in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, cõgregatis vobis & meo ſpũ, cum virtute dñi noſtri Ieſu tradere huiuſmodi hominẽ Satanæ in interitũ carnis, vt ſpũs ſaluus ſit in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis, qa modicũ fermẽtũ, totã maſſam B corrumpit? † Expurgate vetus fermentũ, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur: non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ, & nequitię, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.] Scripſi vobis in epiſtola; C Ne cõmiſceamini fornicarijs, nõ vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacib⁹, aut idolis ſeruiẽtibus alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nũc aũt ſcripſi vobis, nõ cõmiſceri, ſi is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cũ eiuſmodi nec cibũ ſumere. Quid enim mihi de ijs q foris ſunt iudicare? Nõne de ijs qui intus ſunt vos iudicatis? nã eos, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobiſipſis.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio j.

EOdem tempore deſcendẽs c. 38. Iudas à fratribus ſuis diuertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram. Viditq; ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua; & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eã. Quæ cõcepit, & peperit filiũ, & vocauit nomen eius Her. Rurſumq; cõcepto fœtu, natum filium vocauit Onam. Tertiũ quoq; peperit: quẽ appellauit Sela, quo nato, parere vltra ceſſauit. Dedit aũt Iudas vxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar. Fuit quoq;

Her

Her primogenitus Iudę nequã in ɔſpectu dñi: & ab eo occiſus eſt. Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuũ, Ingredere ad vxorẽ fratris tui, & ſociare illi: vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad vxorẽ fratris ſui, ſemen fundebat in terrã: ne liberi fratris nomine naſcerẽtur. Et idcirco percuſſit eũ dñs, eo ꝙ rem deteſtabilẽ faceret. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui ſuę, Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus: Timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut frẽs eiꝰ. Quę abijt, & habitauit in domo patris ſui. Euolutis aũt multis diebꝰ mortua eſt Sua, vxor Iudæ, qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta, aſcendebat ad tonſores ouium ſuarũ, ipſe & Hiras opilio gregis Odollamites in Thamnas.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ca 6. AVdet aliquis veſtrum habens negocium aduerſus alterũ, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis, quoniã ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniã angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis: contẽptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquã, qui poſſit iudicare inter fratrẽ ſuũ? Sed frater cũ fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles? Iam quidẽ omnino delictum eſt in vobis, ꝙ iudicia habetis inter vos. Quare nõ magis iniuriam accipitis? quare nõ magis fraudẽ patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus? An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neq; maſculorũ concubitores, neq; fures, neque auari, neque ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſſidebũt. Et hæc quidẽ fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Omnia mihi licẽt: ſed nõ omnia expediunt. Omnia mihi licẽt: ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc & has deſtruet, corpus

autē nō fornicationi; ſed dño: & dñs corpori. Deꝰ vero & dñm ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit per virtutē ſuam. Neſcitis quoniā corpora veſtra, membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo ī carne vna. Qui aūt adhæret dño: vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationē. Omne enim pctm̄ quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autē fornicatur, in corpus ſuū peccat. An neſcitis, quoniā membra veſtra templū eſt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quē habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

¶ Sabbato ex Geneſi. Lectio. j.

c. 38. NVntiatumq; eſt Thamar, q; ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quæ depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit theriſtrū: & mutato habitu ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnā: eo q; creuiſſet Sela, & non eum accepiſſet maritum. Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricē: operuerat enim vultum ſuū, ne agnoſceret. Ingrediensq; ad eā ait: Dimitte me, vt coeam tecū: neſciebat enim q; nurus ſua eſſet. Qua reſpondente, Quid dabis mihi vt fruāris cōcubitu meo? dixit, Mittā tibi hœdum de gregibus. Rurſumq; illa dicēte: Patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabonē: donec mittas quod polliceris: ait Iudas, Quid vis tibi pro arrhabone dari? Reſpōdit, Anulū tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit, & ſurgens abiit: depoſitoq; habitu quem ſumpſerat, induta eſt viduitatis veſtibus. Miſit autem Iudas hœdum per paſtorem ſuum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cum non inueniſſet eam, interrogauit homines loci illius, Vbi eſt mulier, quæ ſedebat in biuio? Reſpondentibus cunctis, Non fuit in loco iſto meretrix: reuerſus eſt ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam: ſed & homines loci illius dixerunt mihi nunq̄ ſediſſe ibi ſcortum. Ait Iudas: Habeat ſibi, certe mendacij arguere nos non poterit: ego miſi hœdum quem promiſeram, & tu nō inueniſti eam.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

Ca.7. DE quibus autẽ ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini mulierem nõ tangere. Propter fornicationem aũt, vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat. Vxori vir debitũ reddat: ſimiliter autẽ & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet: ſed vir. Similiter aũt & vir ſui corporis poteſtatẽ nõ habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicem: niſi forte ex cõſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterũ reuertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiã veſtrã. Hoc autẽ dico ſecundũ indulgentiam, nõ ſecundũ imperiũ. Volo aũt omnes vos eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſq; propriũ donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius vero ſic. Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint ſicut & ego. Quòd ſi non ſe cõtinent: nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri. Iis autẽ qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed dñs, vxorem à viro nõ diſcedere: ꝙ ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo recõciliari. Et vir vxorem non dimittat. Nam cæteris ego dico, nõ dñs, Si quis frater vxorem habet infidelẽ: & hæc conſentit habitare cum illo: nõ dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virum infidelẽ, & hic cõſentit habitare cũ illa: non dimittat virum, ſanctificatꝰ eſt enim vir infidelis per mulierẽ fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virũ fidelem, alioquin filij veſtri immundi eſſent: nunc aũt ſancti ſunt. Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat, nõ enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi: in pace autem vocauit nos Deus. Vnde enim ſcis mulier, ſi virũ ſaluũ facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierẽ ſaluã facies? niſi vnicuiq; ſicut diuiſit dñs, vnumquenq; ſicut vocauit Deꝰ, ita ambulet, & ſicut in oĩbꝰ eccleſijs doceo. Circunciſus aliquis vocatꝰ eſt? nõ adducat prępatiũ. In pręputio aliquis vocatꝰ eſt? nõ circuncidatur. Circũciſio nihil eſt, & præputiũ nihil eſt: ſed obſeruatio mãdatorũ Dei. Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatꝰ eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es? nõ ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber: magis vtere. Qui enim in dño vocatꝰ eſt ſeruus: libertꝰ eſt dñi. Similiter ꝗ liber voca-

vocatus eſt: ſeruus eſt Chriſti. Pretio empti eſtis: nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſq; ergo in quo vocatus eſt, fratres, in hoc maneat apud Deum.

¶ Dominica quinta poſt Paſcha, ex Geneſi. Lectio prima.

c. 38. ECce autem poſt tres menſes nunciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videt̃ vterus illius intumeſcere. Dixitq; Iudas, Producite eam, vt cõburatur. Quæ cum duceretur ad pœnã, miſit ad ſocerum ſuũ dicens: De viro cuius hæc ſunt, cõcepi: cognoſce cuius ſit anulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus, ait, iuſtior me eſt: quia nõ tradidi eam Sela filio meo. Attamẽ vltra nõ cognouit eã. Inſtante aũt partu, apparuerũt gemini in vtero: atque in ipſa effuſione infantiũ, vnus protulit manũ, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens: Iſte egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egreſſus eſt alter: dixitq; mulier, Quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares. Poſtea egreſſus eſt frater ei⁹, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zarã.

Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptũ, emitq; eum Phutiphar Eunuch⁹ Pharaonis princeps exercitus ſui, vir ægyptius, de manu Iſmahelitarũ, à quibus perductus erat. Fuitq; dñs cũ eo, & erat vir in cunctis proſpere agens: habitauitq; in domo dñi ſui, q optime nouerat dñm eſſe cum eo, & omnia quę gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq; Ioſeph gratiã coram dño ſuo, & miniſtrabat ei; à quo præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant: benedixitq; dñs domui Aegyptij ꝓpter Ioſeph; & multiplicauit tam in ædibus q̃ in agris cunctã eius ſubſtãtiã. Nec quicquam aliud nouerat, niſi panem quo veſcebatur. c. 39.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

D† E virginibus aũt præceptum dñi nõ habeo: cõſilium aũt do, tanq̃ miſericordiã cõſecutus à dño, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonũ eſſe propter inſtantem neceſſitatẽ, qm̃ bonum eſt homini ſic eſſe. Alligat⁹ es vxori? noli quęrere ſolutionẽ. Solutus es ab vxore? noli quęrere vxorem. Si autem acce- c. 7. b

acceperis vxorem, nõ peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. tribulationẽ tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego aũt vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tẽpus breue eſt: reliquum eſt, vt & qui habẽt vxores, tanq̃ non habentes ſint, & qui flent: tanquã non flentes, & qui gaudent: tanquã nõ gaudentes, & qui emũt: tanquã nõ poſſidentes, & qui vtuntur hoc mundo: tanquã non vtantur, præterit enim figura huius mũdi. Volo autẽ vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſolicitus eſt quæ dñi ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autẽ cum vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſunt mũdi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ dñi ſunt, vt
C ſit ſancta & corpore & ſpiritu.] Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mũdi: quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem veſtrã dico: non vt laqueũ vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dñm obſecrandi. Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, ꝙ ſit ſuper adulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat, nõ peccat, ſi nubat. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatẽ autẽ habens ſuæ voluntatis. Et hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginẽ ſuã, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginẽ ſuã bene facit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata eſt legi quãto tempore vir eius viuit: ꝙ ſi dormierit vir eius: liberata eſt, cui aũt vult nubat: tantum in dño. Beatior autẽ erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit vobis. c.16.

Et reliq. Hom. ſcti Auguſti. epi.

DOmini verba nũc iſta tractanda ſunt, Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Iam dictum eſt in ſuperioribus huius dñici ſermonis partibus propter eos, qui nõnulla petunt à patre in Chriſti nomine nec accipiunt. Non petitur in nomine ſaluatoris, quicquid petitur cõtra rationem ſalutis. Non enim ſonum literarũ ac ſyllabarũ, ſed quod ſonus ipſe ſigni-

ſignificat, & quod eo ſono recte & veraciter intelligitur:hoc accipiendũ eſt dicere, cum dicit, in nomine meo. Vnde qui hoc ſentit de Chriſto,quod nõ eſt de vnico Dei filio ſentiendum, nõ petit in eius nomine, etiã ſi nõ taceat literis ac ſyllabis Chriſtum:quomodo in nomine eius petit,quẽ nõ cogitat cum petit? Qui vero quod eſt de illo ſentiendũ ſentit, ipſe in nõie eius petit, & accipit quod petit,ſi non contra ſalutẽ ſuam ſempiternã petit. Accipit autẽ quãdo debet accipere,quędam autẽ non negantur:ſed vt congruo dentur tẽpore, differũtur. Ita ſane intelligendũ eſt quod ait,Dabit vobis:vt ea beneficia ſignificata ſciantur his verbis, quæ ad eos qui petunt proprie pertinent. Te deum. Oratio.

DEus, à quo cuncta bona procedunt,largire ſupplicibus tuis, vt cogitem⁹ te inſpirante, quæ recta ſunt, & te gubernãte eadẽ faciamus. Per do.

¶ Feria.ij. ex Geneſi. Lectio.j.

c.39. ERat autẽ Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph,& ait, Dormi mecũ. Qui nequaquã acquieſcẽs operi nefario,dixit ad eã, Ecce dñs meꝰ omnibus mihi traditis ignorat quid habet in domo ſua: nec quicquã eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es:quomodo ergo poſſum hoc malũ facere,& peccare in Deũ? Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies loquebatur: & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprũ. Accidit autẽ quadam die,vt intraret Ioſeph domũ, & operis quippiã abſq; arbitris faceret:& illa, apprehẽſa lacinia veſtimenti eius diceret, Dormi mecũ. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras. Cũq; vidiſſet mulier veſtem in manib⁹ ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocauit ad ſe homines dom⁹ ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecũ:cũq; ego ſucclamaſſem, & audiſſet vocẽ meam,reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras.In argumentũ ergo fidei, retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum ſuã, & ait, Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus,quẽ adduxiſti, vt illuderet mihi:cumq; audiſſet me clamare, reliquit palliũ quod

tenebát, & fugit foras. His auditis dñs & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valde, tradiditq; Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebantur: & erat ibi clauſus. Fuit autem dñs cum Ioſeph, & miſertus eſt illius: & dedit ei gratiam in cõſpectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos q in cuſtodia tenebantur: & quicquid fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: dominus enim erat cũ illo, & omnia opera eius dirigebat.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ca.8. DE ijs autem quę idolis immolantur, ſcimus q̃ omnes ſcientiã habemus. Scientia inflat: charitas vero ædificat. Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodũ oporteat eum ſcire. Si quis aũt diligit Deum: hic cognitus eſt ab eo. De eſcis autem quę idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & q̃ nullus eſt Deus niſi vnus. Nam & ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidẽ ſunt dij multi, & dñi multi) nobis tamẽ vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, & vnus dñs Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum: ſed non in omnibus eſt ſcientia. Quidam aũt cum cõſcientia vſq; nunc idoli quaſi idolothytũ manducant, & cõſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur. Eſca autem nos non cõmendat Deo. Neq; enim ſi manducauerim⁹, abundabimus: neq; ſi non manducauerimus, deficiemus. Videte autem, ne forte hæc licentia veſtra, offendiculũ fiat infirmis. Si enim quis viderit eũ qui habet ſcientiam, in idolio recumbentẽ: nonne conſcientia eius, cum ſit infirma, ædificabitur ad mãducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt? Sic aũt peccantes in fratres, & percutiẽtes cõſcientiam eorũ infirmã: in Chriſtũ peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum nõ manducabo carnẽ in æternũ, ne fratrem meũ ſcandalizem.

❡ Feria iij. ex Geneſi Lectio. j.

HIs itaque geſtis accidit vt peccarent duo eunuchi, c.40. pincerna regis Ægypti, & piſtor, dñõ ſuo. Iratuſq; contra eos Pharao (nã alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit

trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtiq; hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt: quoniã debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fruct⁹ percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metam⁹? Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt: quare nõ potius nos? Sed non vſi ſum⁹ hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculũ demus euangelio Chriſti. Neſcitis qm̃ qui in ſacrario operãtur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altario deſeruiũt: cum altario participant? Ita & dñs ordinauit ijs qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Ego autẽ nullo horum vſus ſum. Non aũt ſcripſi hæc, vt ita fiant in me. Bonum eſt enim mihi magis mori, q̃ vt gloriam meam quis euacuet. Nam & ſi euãgelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit. væ enim mihi eſt ſi non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedẽ habeo Si aũt inuitus: diſpenſatio mihi credita eſt Quæ eſt ergo merces mea? Vt euangeliũ prædicãs, ſine ſumptu ponam euãgeliũ, vt nõ abutar poteſtate mea in euãgelio. Nam cũ liber eſſem ex oĩbus, omniũ me ſeruũ feci: vt plures lucrifacerẽ.

¶ Feria.iiij. ex Geneſi. Lcõ. j.

VIdens piſtorum magiſter c.40.
ꝙ prudenter ſomniũ diſſoluiſſet, ait, Et ego vidi ſomnium, Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meũ: & in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me putabã omnes cibos qui fiũt arte piſtoria, aueſq; comedere ex eo. Reſpõdit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſomnij, Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt: poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpẽdet te in cruce, & lacerabũt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat qui faciens grande cõuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum & piſtorũ principis, reſtituitq; alterũ in locũ ſuum, vt porrigeret ei poculum: alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen ſuccedentibus proſperis, prępoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ET factus ſum Iudæis tanq̃ ca.9.
Iudæus: vt Iudæos lucrarer,

rer, ijs qui ſub lege ſunt, quaſi
ſub lege eſſem (cum ipſe non
eſſem ſub lege) vt eos qui ſub
lege erant, lucrifacerem, ijs qui
ſine lege erant, tanꝙ ſine lege
eſſem (cum ſine lege Dei non
eſſem: ſed in lege eſſem Chri-
ſti) vt lucrifacerem eos qui ſine
lege erãt. Factus ſum infirmis
infirmus: vt infirmos lucriface
rem. Omnibus omnia factus
ſum: vt omnes facerem ſaluos.
Omnia aũt facio propter euan
geliũ: vt particeps eius efficiar.
B † Neſcitis ꝙ ij, qui ĩ ſtadio cur-
runt, omnes quidẽ currunt: ſed
vnus accipit brauiũ? Sic curri-
te vt comprehendatis. Omnis
autẽ qui in agone cõtendit, ab
omnibus ſe abſtinet. & illi qui-
dem vt corruptibilẽ coronam
accipiant: nos autem incorru-
ptam. Ego igitur ſic curro: nõ
quaſi in incertũ: ſic pugno, nõ
quaſi aerem verberans: ſed ca-
ſtigo corpus meũ & in ſeruitu-
tem redigo, ne cum alijs prædi
cauerim, ipſe reprobus efficiar.
c.10. Nolo enim vos ignorare fra
a tres, quoniã patres noſtri om-
nes ſub nube fuerũt: & omnes
mare tranſierunt, & omnes in
Moyſe baptizati ſunt in nube,
& in mari, & omnes eandem
eſcam ſpiritualem mãducaue-
runt, & omnes eundem potum
ſpiritualem biberunt, bibebãt
autẽ de ſpirituali, conſequente
eos petra: petra autẽ erat Chri-
ſtus.] Sed nõ in pluribus eorũ B
beneplacitũ eſt Deo, nam pro-
ſtrati ſunt in deſerto. Hæc au-
tem in figura facta ſunt noſtri,
vt † non ſimus concupiſcentes C
malorũ, ſicut & illi cõcupierũt,
neque idololatræ efficiamini,
ſicut quidam ex ipſis: quemad
modum ſcriptum eſt, Sedit po-
pulus manducare & bibere, &
ſurrexerunt ludere: neq; forni-
cemur: ſicut quidã ex ipſis for-
nicati ſunt, & ceciderunt vna
die viginti tria milia. neq; ten-
temus Chriſtũ: ſicut quidã eo-
rum tentauerunt, & à ſerpenti-
bus perierunt, neq; murmura-
ueritis: ſicut quidã eorum mur
murauerunt, & perierũt ab ex-
terminatore. Hæc autẽ omnia,
in figura cõtingebant illis: ſcri
pta ſunt aũt ad correptionẽ no
ſtram, in quos fines ſeculorum
deuenerunt. Itaque qui ſe exi-
ſtimat ſtare, videat ne cadat.
Tentatio vos nõ apprehendat,
niſi humana: fidelis autẽ Deus
eſt, qui nõ patietur vos tentari
ſupra id, quod poteſtis: ſed fa-
ciet etiam cum tentatione pro
uentum, vt poſſitis ſuſtinere.]

¶ Si in die Aſcenſionis dñi inciderit feſtũ ſimplex, omittitur omnino: ſi aũt inciderit ĩ alijs diebus vſque ad Pentecoſten, fit cõmemoratio de eo in fine Primæ anteq̃ dicatur Pretioſa. Si vero feſtum duplex inciderit in die Aſcenſio transfertur in ſequentẽ diẽ. ſi autẽ in alijs, celebrabitur in die qua inciderit.

¶ Feſtũ Aſcẽſionis dñi duplex maius. Ad Veſperas Hymnus.



IEſu noſtra redẽptio, Amor & deſiderium:
Deꝰ creator omnium,
Homo in fine temporum.
Quæ te vicit clementia,
Vt ferres noſtra crimina:
Crudelem mortem patiens,
Vt nos à morte tolleres?
Inferni clauſtra penetrans,
Tuos captiuos redimens:
Victor triumpho nobili,
Ad dextram patris reſidens.
Ipſa te cogat pietas,
Vt mala noſtra ſuperes,
Parcendo, & voti compotes,
Nos tuo vultu ſaties.
Gloria tibi domine,
Qui ſcandis ſuper ſydera:
Cum patre, & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.

& ſic terminant͛ hymni in omnibus horis vſque ad Penteco. excluſiue añ. Aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus, Haleluiah. Oratio.

COncede quęſumus omnipotẽs Deus, vt qui hodierna die vnigenitũ tuũ redẽptorem noſtrũ ad cœlos aſcẽdiſſe credimus, ipſi quoq; mente in celeſtibus habitemus: Per eun.

Ad matutinum, inuitatorium.

HAleluiah, Chriſtũ dñm aſcendentẽ in cœlũ, venite adoremus, Halłah. Hymnꝰ.

AEterne rex altiſſime,
Redemptor & fidelium:
Quo mors ſoluta deperit,
Datur triumphus gratiæ.
Scandens tribunal dexteræ,
Patris poteſtas omnium:
Collata Ieſu cœlitus,
Quæ non erat humanitus.
Vt trina rerum machina,
Cœleſtium, terreſtium:
Et infernorum condita,
Flectat genu iam ſubdita.
Hinc te precantes quęſumus,
Ignoſce culpis omnibus:

Et corda ſurſum ſubleua,
Ad te ſuperna gratia,
Vt cum repente cœperis,
Clarere nube iudicis:
Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.
Gloria tibi domine,
Qui ſcādis ſup ſydera. &c. Añ.
Aſcendit Deus in iubilo: & dominus in voce tubæ, Halſah.

Ex Iſaia. Lectio prima.

c.63. QVis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Ego qui loquor iuſtitiā, & propugnator ſum ad ſaluandū. Quare ergo rubrū eſt indumentū tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecū: calcaui eos ī furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper veſtimēta mea, & oīa indumēta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus redemptionis meæ venit. Circunſpexi, & nō erat auxiliator: quęſiui, & nō fuit qui adiuuaret, & ſaluauit mihi brachiū meū, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et cōculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miſerationū dñi recordabor, laudē dñi ſuper omnibus quæ reddidit nobis dñs, & ſup multitudinē bonorū domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundum indulgentiā ſuam, & ſecundū multitudinem miſericordiarū ſuarum. Et dixit, Veruntamen populus meus eſt, filij non negantes: & fact⁹ eſt eis ſaluator. In omni tribulatione eorū nō eſt tribulatus, & angelus faciei eius ſaluauit eos: in dilectione ſua, & indulgētia ſua ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus ſeculi.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

PRopter qđ chariſſimi mihi, fugite ab idolorū cultura. ca.9. Vt prudentibus loquor: vos ipſi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicim⁹, nonne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis dñi eſt? Quoniā vnus panis, & vnū corp⁹ multi ſumus: omnes quidē de vno pane & de vno calice participamus. Videte Iſrael ſecundū carnē. Nonne q edunt hoſtias, participes ſunt altaris? quid ergo? dico ꝙ idolis im-

immolatum, ſit aliquid? aut ꝙ idolum ſit aliquid? Sed ꝙ quæ immolãt gentes, dæmonijs immolant, & non Deo: Nolo aũt vos ſocios fieri dæmoniorum. Non poteſtis calicem dñi bibere, & calicem dæmoniorũ: non poteſtis menſæ dñi participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. An ęmulamur dñm? Nunquid fortiores illo ſum⁹? Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuũ eſt quęrat: ſed quod alteri⁹. Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. Dñi enim eſt terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infideliũ ad cœnã, & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate: nihil interrogãtes propter conſcientiã. Si quis aũt dixerit, Hoc immolatũ eſt idolis: nolite mãducare propter illum qui indicauit, & ꝓpter cõſcientiã: cõſcientiã aũt dico nõ tuã, ſed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicat ab alia cõſcientia? Si ego cũ gratia participo: quid blaſphemor pro eo ꝙ gratias ago? Siue ergo mãducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offenſione eſtote Iudęis & gentib⁹, & eccleſię Dei: ſicut & ego per omnia omnib⁹ placeo, nõ quęrẽs quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.

Secundum Marcũ. Lectio.iij.

IN illo tpe: Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ & duritiã cordis, quia his qui viderãt eũ reſurrexiſſe à mortuis nõ crediderũt. c.16.

Et reſ. Hom. ſctĩ Grego. papæ.

Quod reſurrectionem dominicam diſcipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas q̃ noſtra (vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipſa nanq; reſurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monſtrata eſt: quę dum nos legẽtes agnoſcimus, quid aliud q̃ de illorũ dubitatione ſolidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene præſtitit, quæ citius credidit, q̃ Thomas, qui diu dubitauit: Ille etenim dubitãdo vulnerum cicatrices tetigit, & de noſtro pectore dubietatis vulnus amputauit. Ad inſinuandam quoque veritatẽ dominicę reſurrectionis, notãdũ nobis eſt quod Lucas refert dicens: Cõueſcens præcepit eis ab Ieroſolymis nę diſcederent. & poſt pauca;

Videntibus illis eleuatus eſt:& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Notate verba, ſignate myſteria. Cõueſcens eleuatus eſt. Comedit & aſcendit: vt videlicet per effectũ comeſtionis, veritas pateſceret carnis. Marcus vero prius q̃ cœlos dñs aſcẽderet, eum de cordis atq; infidelitatis duritia increpaſſe diſcipulos memorat. Qua in re, quid conſiderandum eſt, niſi quod idcirco dñs tunc diſcipulos increpauit, cum corporaliter reliquit: vt verba quæ recedens diceret, in corde audiẽtiũ arctius impreſſa remanerẽt. Increpata igitur eorũ duritia, quid admonendo dicat, audiamus. Euntes in mundũ vniuerſum prædicate euangelium omni creaturę. Nunquid fratres mei ſanctum euangeliũ vel inſenſatis rebus, vel brutis animalib⁹ fuerat prędicandũ: vt de eo diſcipulis dicatur, prædicate euangelium omni creaturę? Sed omnis creaturæ nomine ſignatur homo. Ad laud.añ. Viri Galilæi quid aſpicitis in cœlũ? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlũ, ſic veniet, Haleluiah. Oratio. Concede q̃s. &c. Ad veſ.hym. Ieſu noſtra redẽptio. &c. Aña. O rex glorię dñe virtutum: qui triũphator hodie ſup oẽs cęlos aſcẽdiſti, ne derelinquas nos orphanos: ſed mitte promiſſum pr̃is ĩ nos ſpm̃ veritatis, Hal'ah.

¶ Notandum ꝙ inuitatoriũ, hymni, antiphonæ, & oratio huius diei dicũtur in omnibus diebus vſq; ad Pẽtecoſten, quãdo non occurrit feſtũ duplex.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

POſt duos annos vidit Pharao ſomniũ, Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues pulchrę & craſſæ nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus. Alię quoq; ſeptem emergebãt de flumine, fœdæ, confectæq; macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentib⁹: deuorauerũtq; eas quarũ mira ſpecies & habitudo corporũ erat. Expergefactus Pharao, rurſum dormiuit, & vidit alterũ ſomniũ, Septem ſpicæ pullulabãt in culmo vno plenę atq; formoſę: aliæ quoq; totidẽ ſpicę tenues, & percuſſæ vredine oriebantur, deuorãtes omnẽ priorum pulchritudinẽ. Euigilãs Pharao poſt quietem, & facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes cõiectores Ægypti, cunctoſq; ſapientes: & accerſitis narrauit ſomniũ, nec erat qui interpretaretur. Tunc demũ c.41.

demũ reminiſcens pincernarũ magiſter,ait, Cõfiteor peccatũ meũ. Iratus rex ſeruis ſuis, me & magiſtrũ piſtorum retrudi iuſſit in carcerẽ principis militum:vbi vna nocte vterq; vidimus ſomniũ, præſagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdẽ ducis militũ famulus: cui narrantes ſomnia, audiuimus quicquid poſtea rei probauit euentus. Ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpenſus eſt in cruce. Protinus ad regis imperiũ eductum de carcere Ioſeph totonderunt:ac veſte mutata obtulerũt ei. Cui ille ait, Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat:quæ audiui te ſapientiſſime conijcere. Reſpondit Ioſeph, Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

c.11. IMitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Laudo autẽ vos fratres, ꝙ per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, pręcepta mea tenetis. Volo autẽ vos ſcire ꝙ omnis viri caput, Chriſtus eſt:caput aũt mulieris, vir: caput vero Chriſti, Deus. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuũ. Omnis autẽ mulier orans aut prophetãs nõ velato capite, deturpat caput ſuum, vnũ enim eſt, ac ſi decaluetur. Nam & ſi non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe eſt mulieri, tõderi aut decaluari, velet caput ſuum. Vir quidem non debet velare caput ſuũ: quoniã imago & gloria Dei eſt, mulier autẽ gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere eſt: ſed mulier ex viro. Etenim nõ eſt creatus vir propter mulierẽ: ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamen habere ſupra caput ſuum, & propter angelos. Veruntamen neq; vir ſine muliere: neq; mulier ſine viro in dño. Nã ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierẽ. Omnia autẽ ex Deo. Voſipſi iudicate: decet mulierẽ non velatã orare Deũ? Nec ipſa natura docet vos, ꝙ vir quidẽ ſi comam nutriat, ignominia eſt illi: mulier vero ſi comam nutriat, gloria eſt illi? qm̃ capilli pro velamine ei dati ſunt. Si quis aũt videtur cõtentioſus eſſe: nos talem cõſuetudinẽ nõ habemus, neq; eccleſia Dei. Hoc aũt pręcipio: nõ laudans, ꝙ nõ in melius, ſed in deterius cõuenitis. Primum quidẽ cõuenientibus vobis in eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe

inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hęreſes eſſe: vt & qui probati ſunt: manifeſti
B fiant in vobis. † Cõuenientibus ergo vobis in vnũ, iam non eſt dominicã cœnam mãducare. Vnuſquiſq; enim ſuã cœnam præſumit ad manducandum. Et alius quidẽ eſurit: alius autẽ ebrius eſt. Nuaquid domos nõ habetis ad manducandũ & bibendũ? aut eccleſiã Dei cõtemnitis: & confuditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Sermo ſctĩ Leonis papæ. L. iij.

POſt beatam & glorioſam dñi noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem, qua verum Dei templũ Iudaica impietate reſolutũ, diuina ſe ĩ triduo potẽtia ſuſcitauit, q̃dragenarius hodie (dilectiſſimi) ſanctorũ dierũ expletus eſt numerus, ſacratiſſima ordinatione diſpoſitus, & ad vtilitatẽ noſtræ eruditionis impenſus. Vt dũ à dño in hoc ſpatio mora pręſentiæ corporalis extenditur, fides reſurrectionis documẽtis neceſſarijs muniretur. Mors enim Chriſti multorũ diſcipulorum corda turbauerat: & de ſupplicio Crucis, & de emiſſione ſpũs, & de exanimati corporis ſepultura, grauatis mœſtitudine mentibus, quidã diffidentiæ torpor obrepſerat. Nam cũ ſanctæ mulieres (ſicut euangelica nobis patefecit hiſtoria) reuolutũ à monumento lapidẽ ſepulchrumq; corpore vacuum, & viuentis dñi teſtes angelos nuntiarẽt, verba earũ apoſtolis alijſq; diſcipulis, deliramentis ſimilia videbantur.

℄ Sabbato ex Geneſi. Lectio. j.

NArrauit ergo Pharao qđ viderat: Putabam me ſtare ſup ripam fluminis: & ſeptẽ boues de amne cõſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus: quę in paſtu paludis vireta carpebãt, & ecce, has ſequebantur aliæ ſeptẽ boues, intantũ deformes & macilentę, vt nunquã tales in terra Ægypti viderim: quæ deuoratis & conſumptis prioribus, nullũ ſaturitatis dedere veſtigiũ, ſed ſimili macie & ſqualore torpebãt. Euigilãs, rurſus ſopore depreſſus, vidi ſomniũ, Septẽ ſpicæ pullulabãt in culmo vno plenæ atq; pulcherrimæ, aliæ quoq; ſeptem tenues & pcuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula: quæ priorem pulchritudinem deuorauerũt. Narraui coniectorib' ſomniorum, & nemo eſt qui ediſſerat. Reſpõdit Ioſeph, Somniũ regis vnũ

c. 41.

vnũ eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchrę, & ſeptem ſpicæ plenæ: ſeptem vbertatis anni ſunt, eandemq́; vim ſomnij cõprehendunt, ſeptem quoq; boues tenues atq; macilẽtę, quę aſcenderunt poſt eas, & ſeptẽ ſpicę tenues, & vento vrente percuſſæ: ſeptẽ anni venturę ſunt famis. Qui hoc ordine cõplebuntur. Ecce, ſeptem anni venient fertilitatis magnę in vniuerſa terra Aegypti: quos ſequentur ſeptẽ anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cũcta retro abundantia: conſumptura eſt enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo. Quod autẽ vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinẽs ſomniũ: firmitatis indiciũ eſt, eo ꝙ fiat ſermo Dei, & veloci⁹ impletur.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

C.11. C EGo enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniã dñs Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ: & gratias agens fregit, & dixit: accipite, & mãducate, hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicẽ, poſtq̃ cœnauit, dicẽs: Hic calix, nouũ teſtamẽtũ eſt ĩ meo ſanguine. hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in meã cõmemorationẽ. Quotieſcũq; enim mãducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annũtiabitis, donec veniat. Itaq; quicũq; mãducauerit panẽ hũc, & biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis & ſanguinis dñi. Probet autẽ ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat, & bibit, nõ diiudicans corpus dñi.] D

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur aũt, à dño corripimur, vt nõ cum hoc mundo damnemur.] Itaq; frẽs mei, cũ E

cõuenitis ad mãducandũ, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet: vt nõ in iudiciũ cõueniatis. Cætera aũt cũ venero, diſponã. De ſpiritualib⁹ aũt C.12.

nolo vos ignorare frẽs.† Scitis A

aũt qm̃ cũ gẽtes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini eũtes. Ideo notũ vobis facio, ꝙ nemo ĩ ſpũ Dei loquẽs, dicit anathema Ieſu. Et nemo põt dicere dñs Ieſus: niſi ĩ ſpũ ſctõ.

Diuiſiones vero gratiarũ ſunt: idẽ autẽ ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt:idem autẽ dñs. Et diuiſiones operationũ ſunt: idẽ vero Deus qui operatur omnia in oĩbus. Vnicuiq; aũt datur manifeſtatio ſpirit⁹, ad vtilitatẽ, Alij quidẽ per ſpiritũ datur ſermo ſapientiæ,alij autem ſermo ſcientiæ ſecundũ eundẽ ſpiritũ, alteri fides in eodem ſpiritu,alij gratia ſanitatũ in vno ſpiritu,alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituũ,alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.]

Ex ſerm.ſctĩ Leonis papę L.iij.

QVam vtiq; hæſitationem humana infirmitate nutantem nequaq̃ permiſiſſet ſpiritus veritatis prædicatorum ſuorũ ineſſe pectorib⁹: niſi illa trepida ſolicitudo & curioſa cũctatio, noſtrę fidei fundamenta ieciſſent. Noſtris igitur perturbationib⁹,noſtris periculis in Apoſtolis conſulebatur. Nos in illis viris contra calumnias impiorũ, & contra terrenæ argumenta ſapientiæ docebamur. Nos illorũ inſtruxit aſpectus, nos erudiuit auditus, nos confirmauit attactus. Gratias igitur agamus diuinæ diſpenſationi, & ſanctorũ patrũ neceſſariæ tarditati. Dubitatũ eſt ab illis: ne dubitaretur à nobis. Non ergo hi dies, dilectiſſimi, qui inter reſurrectionẽ dñi aſcenſionemq; fluxerũt,otioſo trãſiere decurſu, ſed magna in eis cõfirmata ſacramenta, magna ſunt reuelata myſteria. In his metus dirę mortis aufertur: & nõ ſolum animę, ſed etiã carnis immortalitas declaratur. In his per inſufflationẽ dñi infunditur apoſtolis ſpiritus ſanctus,& beato apoſtolo Petro ſupra cæteros poſt regni claues, ouilis dñici cura mandatur. In his diebus duob⁹ diſcipulis tertius in via dñs iungitur comes: & ad oẽm nr̃æ ambiguitatis caliginẽ detergẽdã,pauẽtiũ ac trepidantiũ tarditas increpatur.

❡ Dominica infra octauam Aſcenſionis, ex Geneſi. Lcõ.j.

NVnc ergo prouideat rex virũ ſapientem & induſtriũ,& præficiat eum terrę Ægypti. Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones:& quintã partẽ fructuum per ſeptem annos fertilitatis, qui iam nũc futuri c.41.

turi ſunt, cõgreget in horrea: & omne frumẽtũ ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſeruetúrq; in vrbibus. Et præparetur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptũ: & non conſumetur terra inopia. Placuit Pharaoni conſiliũ & cunctis miniſtris eius: locutuſq; eſt ad eos, Num inuenire poterimus talem virũ, qui ſpiritu Dei plen⁹ ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtẽdit tibi Deus omnia quę locut⁹ es, nunquid ſapientiorem & ſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantũ regni ſolio te præcedam. Dixitq; rurſum Pharao ad Ioſeph, Ecce cõſtitui te ſuper vniuerſam terrã Ægypti. Tulitq; anulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitq; eum ſtola byſſina, & collo torquẽ aureã circũpoſuit. Fecitq; eum aſcendere ſnper currum ſuũ ſecundũ, clamãte pręcone, vt oẽs coram eo genu flecterẽt, & præpoſitũ eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti. Dixit quoq; Rex Aegypti ad Ioſeph, Ego ſum Pharao: abſq; tuo imperio non mouebit ꝗſquã manũ aut pedẽ in omni terra Aegypti. Vertitq; nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mũdi. Deditq; illi vxorem Aſeneth filiam Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

Sicut enim corpus vnũ eſt, & c. 12.
membra habet multa: om- b
nia aũt membra corporis cum ſint multa, vnũ tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Nam & corpus nõ eſt vnum membrũ, ſed multa. Si dixerit pes, Quoniã nõ ſum manus, nõ ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? Et ſi dixerit auris, Quoniam nõ ſum oculus, non ſum de corpore: num ideo nõ eſt de corpore? Si totũ corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nunc aũt poſuit Deus membra, vnumquodq; eorum in corpore ſicut voluit. Quòd ſi eſſent omnia vnum mẽbrũ, vbi corpus? Nunc autẽ multa quidẽ membra: vnũ aũt corpus. Non poteſt aũt oculus dicere manui, Opera tua nõ indigeo: aut iterũ caput pedibus,

Non eſtis mihi neceſſarij, ſed multo magis quæ videtur mébra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt: & quæ putam⁹ ignobiliora membra eſſe corporis, his honoré abundantiorem circundamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundãtioré honeſtaté habét. Honeſta aũt noſtra, nullius egent: ſed Deus temperauit corp⁹, ei cui deerat abundãtioré tribuẽdo honoré: vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicé ſolicita ſint mẽbra. Et ſi quid patitur vnũ membrũ, cópatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnũ mẽbrũ, congaudét omnia membra. Vos auté eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de membro, Et quoſdã quidé poſuit Deus in eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ, interpretationes ſermonum. Nunquid oés Apoſtoli? nunquid oés Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunqd omnes virtutes? nunquid oés gratiã habent curationũ? nunquid omnes linguis loquũtur? nunqd omnes interpretantur? Aemulamini auté chariſmata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus c. 15. diſcipulis ſuis, Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis qui à patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me: & vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis.

Et reſ. Hom: ſctĩ Auguſti. epĩ.

Dñs Ieſus in ſermone quem loquut⁹ eſt diſcipulis ſuis poſt cœnã proxim⁹ paſſioni: tanquã iturus & relicturus eos præſentia corporali, cũ omnibus auté ſuis vſq; ad cõſummationé ſeculi, futurus præſentia ſpirituali, exhortatus eſt eos ad pferendas pſecutiones impiorũ, quos mũdi nomine nuncupauit: ex quo tamen mũdo etiam ipſos diſcipulos elegiſſe ſe dixerat: vt ſcirent ſe gratia Dei eſſe quod ſunt, ſuis aũt vitijs fuiſſe quod fuerãt. Deinde perſecutores & ſuos, & ipſorũ, Iudæos euidenter expreſſit: vt omnino appareret etiã ipſos mundi damnabiles appellatione concluſos, qui perſequuntur ſanctos. Cumq; de illis diceret, ꝙ ignorarent eum à quo miſſus eſt: & tamen odiſſent & filium & patrem;

hoc eſt eum qui miſſus eſt, & à quo miſſus eſt. De quibus omnibus in alijs ſermonibus iam diſſeruimus: ad hoc peruenit, vbi ait, Vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia odio habuerũt me gratis.

Feria.ij.ex Geneſi. Lectio j.

c.41. EGreſſus eſt itaq; Ioſeph ad terrã Aegypti (triginta aũt annorum erat quãdo ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) circuiuit oẽs regiones Aegypti. Venitq; fertilitas ſeptẽ annorũ: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Aegypti. Omnis etiã frugum abundãtia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tantaq; fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coęquaretur, & copia menſurã excederet. Nati ſunt autem Ioſeph filij duo anteq̃ veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Vocauitq; nomẽ primogeniti, Manaſſes, dicẽs: Obliuiſci me fecit Deus omniũ laborum meorũ, & domus patris mei. Nomen quoq; ſecundi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit De⁹ in terra paupertatis meæ. Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto, cœperunt venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames pręualuit, in cunctã autẽ terra Aegypti erat panis. Qua eſuriẽte clamauit populus ad Pharaonem alimẽta petens. Quibus ille reſpondit, Ite ad Ioſeph: & quicquid ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat aũt quotidie fames ĩ omni terra: aperuitq; Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppreſſerat fames. Omneſq; prouinciæ veniebãt in Aegyptum, vt emerẽt eſcas: & malum inopię temperarent.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

SI linguis hominũ loquar c.13.
& angelorum, charitatẽ au- c
tem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalũ tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatẽ aũt non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem aũt non habuero: nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit

agit perperam, nõ inflatur, nõ eſt ambitioſa, non quęrit quæ ſua ſunt, non irritatur, nõ cogitat malũ: nõ gaudet ſup iniquitate, cõgaudet aũt veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet Charitas nunq̃ excidit: ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autẽ venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quãdo aũt factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate: tunc aũt facie ad faciem. Nũc cognoſco ex parte: tunc autẽ cognoſcã ſicut & cognitus ſum. Nunc aũt manẽt, fides, ſpes, charitas, tria hæc:
c.14. maior autẽ horũ eſt charitas.]
d Sectamini charitatẽ, æmulamini ſpiritualia: magis aũt vt prophetetis. Qui enim loquit̃ lingua, nõ hominib⁹ loquitur, ſed Deo: nemo enim audit: ſpirit⁹ autẽ loquitur myſteria, nã qui prophetat, hominib⁹ loquitur ad ædificationẽ, & exhortationem, & cõſolationem. Qui loquitur lingua, ſemetipſum ædificat: qui aũt ꝓphetat, eccleſiã Dei, ædificat. Volo autẽ omnes vos loqui linguis, magis autẽ prophetare. Nã maior eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, niſi interpretetur vt eccleſia ædificationem accipiat.

Ex ſerm. ſctĩ Leonis papę. L.iiij.

PEr omne hoc tempus, dilectiſſimi, quod inter reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ dñi exactũ eſt, hoc prouidentia Dei curauit, hoc docuit, hoc ſuorum & oculis inſinuauit, & cordibus, vt dñs Ieſus vere agnoſceretur reſuſcitat⁹, qui vere erat natus, & paſſus, & mortuus. Vnde beatiſſimi apoſtoli, omneſq; diſcipuli, q & de exitu crucis fuerãt trepidi, & de fide reſurrectionis ambigui, ita ſunt in veritate perſpicua roborati, vt dño in cœlorum eunte ſublimia, non ſolũ nulla afficerẽtur triſtitia, ſed etiam magno gaudio replerentur. Et reuera magna erat, & ineffabilis cauſa gaudendi cum in cõſpectu ſanctæ multitudinis ſuper omniũ creaturarum cœleſtiũ dignitatẽ humani generis naturam conſcenderet ſupergreſſura angelicos ordines, & vltra archangelorum altitudines eleuanda, nec vllis

ſubli-

ſublimitatibus modũ ſuæ pro-
uectionis habitura: niſi æterni
patris recepta cõſenſu illi⁹ glo-
riæ ſociaretur in throno, cuius
natura copulabatur in filio.
Quia igitur Chriſti aſcẽſio no-
ſtra eſt prouectio, & quo pro-
ceſſit gloria capitis, eo ſpes vo-
catur & corporis, dignis, dile-
ctiſſimi, exultemus gaudijs, &
pia gratiarũ actione lætemur.
Hodie enim non ſolũ paradiſi
poſſeſſores firmati ſum⁹, ſed ẽt
cœlorũ in Chr̃o ſuperna pene-
trauimus, ampliora adepti per
ineffabilẽ Chriſti gratiã, quam
per diaboli amiſeram⁹ inuidiã.

¶ Feria iij. ex Geneſi. Lectio j.

c.42. AVdiens autẽ Iacob ꝙ ali-
menta vẽderent̃ in Aegy
pto, dixit filijs ſuis, Quare ne-
gligitis? audiui ꝙ triticum ve-
nundetur in Aegypto: deſcen-
dite, & emite nobis neceſſaria,
vt poſſimus viuere, & nõ conſu
mamur inopia. Deſcendentes
igitur fratres Ioſeph decem, vt
emerent frumẽta in Aegypto,
Beniamin domi retento à Ia-
cob, qui dixerat fratribus eius,
Ne forte in itinere quicquã pa
tiatur mali: ingreſſi ſunt terrã
Aegypti cũ alijs qui pergebant
ad emendũ, erat autẽ fames in
terra Chanaan. Et Ioſeph erat
princeps in terra Aegypti, atq;
ad eius nutum frumenta popu
lis vendebantur. Cumq; ado-
raſſent eum fratres ſui, & agno
uiſſet eos, quaſi ad alienos du-
rius loquebat̃, interrogans eos,
Vnde veniſtis? Qui reſpõderũt,
De terra Chanaan: vt emamus
victui neceſſaria. Et tñ fratres
ipſe cognoſcens, nõ eſt agnitus
ab eis. Recordatuſq; ſomniorũ
quæ aliquando viderat, ait ad
eos, Exploratores eſtis: vt videa
tis infirmiora terræ veniſtis.
Qui dixerunt, Non eſt ita do-
mine, ſed ſerui tui venerunt vt
emerẽt cibos. Omnes filij vni⁹
viri ſumus: pacifici venimus,
nec quicquam famuli tui ma-
chinantur mali. Quibus ille re
ſpõdit, aliter eſt: immunita ter-
ræ huius conſiderare veniſtis.

Ex epiſtola prima Pauli ad
Corinthios. Lectio ſecunda.

NVnc autẽ fratres, ſi vene- c.14.
ro ad vos linguis loquẽs,
quid vobis prodero, niſi vobis
loquar aut in reuelatione, aut
in ſciẽtia, aut in prophetia, aut
in doctrina? Tamen quæ ſine
anima ſunt vocem dantia, ſiue
tibia, ſiue cithara: niſi diſtin-
ctionem ſonituum dederint,
quomodo ſcietur id quod ca-
nitur, aut quod citharizatur?

Etenim ſi incertã vocem det tuba: quis parabit ſe ad bellum? Ita & vos per linguã niſi manifeſtum ſermonẽ dederitis: quomodo ſcietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa vt puta genera linguarũ ſunt in hoc mũdo: & nihil ſine voce eſt. Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbar⁹: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & vos qm̃ æmulatores eſtis ſpirituum: ad ædificationẽ eccleſię quęrite vt abũdetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam ſi orem lingua, ſpũs me⁹ orat: mens aũt mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallã ſpiritu, pſallã & mente. Cæterũ ſi benedixeris ſpiritu: qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, ſuper tuã benedictionẽ? quoniã qd dicas, neſcit, Nam tu quidẽ bene gratias agis: ſed alter nõ ędificatur. Gratias ago Deo meo, ꝙ omnium veſtrum linguis loquor. Sed in eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruã: q̃ decem millia verborũ in lingua. Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. In lege enim ſcriptũ eſt, Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit dñs. Itaq; linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: prophetiæ aũt non infidelibus, ſed fidelibus. Si ergo cõueniat vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles: nonne dicent ꝙ inſanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians ꝙ vere Deus in vobis ſit.

Sermo ſctĩ Auguſt. epĩ. Lcõ. iij.

SAluator noſter, dilectiſſimi fratres, aſcendit in cœlum: nõ ergo turbemur in terra. Ibi ſit mens, & hic erit requies. Aſcendamus cum Chriſto interim corde, vt cũ dies promiſſus aduenerit, ſequamur & corpore. Scire tñ debem⁹ fratres, quia cũ Chriſto non aſcendit ſuperbia, nõ auaritia, nõ luxuria, nullum vitium noſtrũ aſcendit cũ medico noſtro. Et ideo ſi poſt medicũ deſideramus aſcẽdere, debem⁹ vitia & pctã deponere

Omnia

Omnia enim quaſi quibuſdã cõpedibus nos premunt: & peccatorũ nos retibus ligare contendunt. Et ideo cũ Dei adiutorio, ſecundũ quod ait pſalmiſta, dirumpam⁹ vincula eorũ: vt ſecure poſſimus dicere dño, Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Reſurrectio dñi ſpes noſtra eſt. Aſcẽſio dñi glorificatio noſtra eſt. Aſcenſionis hodie ſolẽnia celebramus. Si ergo recte, ſi fideliter, ſi ſancte, ſi pie aſcẽſionẽ dñi celebramus, aſcendamus cum illo, & ſurſum corda habeam⁹. Aſcẽdẽtes autẽ nõ extollamur: nec de noſtris quaſi de proprijs meritis præſumamus. Surſum enim corda habeamus, ſed ad dñm. Surſum enim cor non ad dñm ſupbia vocatur. Surſum aũt cor ad dñm, refugiũ vocatur. Videte fratres magnũ miraculũ. Altus eſt Deus. Humilias te, & deſcendit ad te. Erigis te, & fugit à te. Quare hoc? Quia excelſus eſt, & humilia reſpicit: & alta à lõge cognoſcit.

¶ Feria.iiij.ex Geneſi. Lec.j.

c.42. AT illi dixerũt, duodecim, inquiũt, ſerui tui fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cũ patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. Hoc eſt, ait, quod loquut⁹ ſum, exploratores eſtis iam nunc experimentũ veſtri capiam. per ſalutẽ Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus. Mittite ex vobis vnũ, & adducat eũ: vos aũt eritis in vinculis, donec probentur, quæ dixiſtis vtrum vera an falſa ſint: alioquin, per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodię tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait, Facite quæ dixi, & viuetis: Deũ enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos aũt abite, & ferte frumẽta quæ emiſtis, in domos veſtras, & fratrẽ veſtrũ minimũ ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & loquuti ſunt adinuicẽ, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrũ, vidẽtes anguſtias animę illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. E quibus vnus Ruben, ait, Nunquid nõ dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. Neſciebant autem ꝙ intelligeret Ioſeph: eo ꝙ per inter-

interpretem loqueretur ad eos. Auertitq́; ſe parũper, & fleuit: & reuerſus loquutus eſt ad eos. Tollensq́; Simeon, & ligás, illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt implerét eorũ ſaccos tritico, & reponerét pecunias ſingulorũ in ſacculis ſuis, datis ſupra cibarijs in via: qui fecerunt ita.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

c. 14. QVid ergo eſt fratres? cum conuenitis, vnuſquiſq; veſtrũ pſalmũ habet, doctrinã habet, Apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationẽ fiant. Siue lingua quis loquitur: ſecundũ duos, aut vt multũ tres, & per partes, & vnꝰ interpretetur. Si autẽ non fuerit interpres taceat in eccleſia, ſibi autem loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicãt, & cęteri diiudicẽt. Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti: prior taceat. Poteſtis enim oẽs per ſingulos prophetare: vt omnes diſcant, & oẽs exhortentur: & ſpiritus prophetarũ, prophetis ſubiecti ſunt. Non enim eſt diſſenſionis Deꝰ, ſed pacis: ſicut & in oĩbus eccleſijs ſanctorum doceo. Mulieres in eccleſijs taceant: nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe: ſicut & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri, loqui in eccleſia. An à vobis verbũ Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit? Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, ꝙ dñi ſunt mandata. Si quis autẽ ignorat, ignorabitur. Itaq; fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autẽ honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis.

† Notum autẽ vobis facio fratres euãgeliũ, quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, ĩ quo & ſtatis, ꝑ quod & ſaluamini. qua ratione prædicauerim vobis ſi tenetis, niſi fruſtra crediſtis. Tradidi enim vobis ĩ primis quod & accepi, ꝙ Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundũ ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſecundũ ſcripturas: & quia viſus eſt Cephæ & poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt plus q̃ quingẽtis fratribꝰ ſimul: ex quibus multi manent vſq; adhuc, quidam aũt dormierũt. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis oĩbus. Nouiſſime autẽ omnium tanq̃ abortiuo viſus c. 15. a

viſus eſt & mihi. Ego enī ſum minimus apoſtolorū: qui non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniā perſequutus ſum eccleſiam Dei. Gratia autē Dei ſum id quod ſum: & gratia eius in
B me vacua non fuit,] ſed abundantius illis oībus laboraui, nō ego autē, ſed gratia Dei mecū. Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus, & ſic crediditis.

Sermo ſctī Auguſtini epi. L. iij.

ASceuſionis dñi noſtri Ieſu Chriſti ſanctus dies & ſolennis hodie illuxit: exultemus & lætemur in ea. Chriſtus deſcendit, inferna patuerunt: Chriſtus aſcendit, ſuperna claruerunt: Chriſtus in ligno pependit, inſultent furentes. Chriſtus in ſepulchro, mentiantur cuſtodes. Chriſtus in inferno, viſitentur quieſcētes. Chriſtus in cœlo, credāt omnes gentes. Ipſe ergo debet eſſe author noſtri ſermonis, q eſt largitor noſtrę ſalutis. Non de alio aliquo loquimur vobis, niſi de illo qui modo ex Euangelio loquebatur omnibus nobis. Et aſcenſurus ad patrē, dicebat diſcipulis ſuis, Hæc loquutus ſum vobis, cum adhuc eſſem vobiſcum. Paracletus autē ſpiritus veritatis, quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & cōmonebit vos omnia quæ dixi. Non turbetur cor veſtrū neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, vado ad patrem meū, quia, pater maior me eſt.

℄ Feria. v. ex Geneſi. Lectio. j.

AT illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. Apertoq; vnus ſacco vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi, dixit fratribus ſuis, Reddita eſt mihi pecunia mea, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatiq; mutuo, dixerunt, Quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Deus? Veneruntq; ad Iacob patrē ſuum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes, Loquutus eſt nobis dñs terræ dure, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. Cui reſpondimus, Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaan. Qui ait nobis, Sic probabo q̄ pacifici ſitis, Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite, fratremq; veſtrū mini-

C. 42.

minimum adducite ad me, vt ſciam q̃ nõ ſitis exploratores, vt iſtũ qui tenetur ĩ vinculis, recipere poſſitis, ac deinceps quę vultis, emendi habeatis licẽtiã. His dictis cũ frumenta effunderent, ſinguli repererũt in ore ſaccorũ ligatas pecunias: exterritiſq; ſimul omnibus, dixit pater Iacob, Abſq; liberis me eſſe feciſtis. Ioſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui reſpõdit Rubẽ, Duos filios meos interfice, ſi nõ reduxero illum tibi: trade illũ in manu mea, & ego eum tibi reſtituam. At ille, Nõ deſcẽdet, inquit, filius me⁹ vobiſcũ: frater ei⁹ mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſitatis acciderit ĩ terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

c.15. SI autẽ Chriſtus prædicatur q̃ reſurrexit à mortuis: quomodo quidã dicunt vobis, q̃m reſurrectio mortuorũ non eſt? Si autẽ reſurrectio mortuorum nõ eſt: neq; Chriſt⁹ reſurrexit. Si aũt Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra, inuenimur autẽ & falſi teſtes Dei: quoniã teſtimonium diximus aduerſus Deum, q̃ ſuſcitauerit Chriſtum, quem nõ ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt: neq; Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſt⁹ non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Ergo & qui dormiũt in Chriſto, perierunt. Si in hac vita tantũ in Chriſto ſperãtes ſumus, miſerabiliores ſumus oĩbus hominibus. Nũc autẽ Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientiũ. q̃m quidẽ per hominẽ mors: & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. Et ſicut in Adam oẽs moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, vnuſquiſq; autẽ in ſuo ordine. Primitiæ, Chriſtus: deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduẽtũ eius crediderũt. Deinde finis: cum tradiderit regnũ Deo & patri, cũ euacuauerit omnẽ principatũ & poteſtatem & virtutẽ, Oportet aũt illũ regnare, donec ponat oẽs inimicos ſub pedibus ei⁹. Nouiſſime autem inimica deſtruetur mors. Omnia enĩ ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autẽ dicat, omnia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio, præter eum qui ſubiecit ei

omnia. Cum aũt ſubiecta fuerint illi omnia: tũc & ipſe filius ſubiectus erit ei, q ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deꝰ omnia in omnibus. Alioquin qd facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui nõ reſurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt qd & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior, propter veſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu dño noſtro. Si (ſecundũ hominẽ) ad beſtias pugnaui Epheſi: quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite ſeduci. Corrũpunt mores bonos colloquia mala.

Sermo ſctĩ Auguſtini epi. L. iij.

OMnia, chariſſimi, quę dñs Ieſus Chriſtꝰ in hoc mundo ſub fragilitate noſtra miracula edidit, nobis proficiunt. Qui dum humanam conditionem ſyderibus importauit, cœlum credentibus patere poſſe monſtrauit. Et dũ victorẽ mortis in cœleſtia eleuauit, victorẽ eiuſdem mortis quo ſequamur oſtẽdit. Aſcẽſio ergo dñi catholicę fidei cõfirmatio fuit: vt ſecuri in poſterũ crederemꝰ miraculi illius donũ, cuius iam in pręſenti percepiſſemus effectũ. Et fidelis quiſq; cum iam tanta perceperit per ea quæ agnoſcit pręſtita, diſcat ſperare promiſſa: ac Dei ſui præteritã præſentemq; bonitatẽ, quaſi futurorũ teneat cautionẽ. Super excelſa ergo cœli terrenũ corpus imponitur: oſſa intra ſepulchri anguſtias paulo ante cõcluſa, angelorũ cœtibus inferuntur. In gremio immortalitatis mortalis natura transfunditur. Et ideo ſacra apoſtolicæ lectionis teſtatᷣ hiſtoria, Cũ hęc dixiſſet (inquit) vidẽtibus illis eleuatus eſt. Cum audis eleuatũ, agnoſce militię cœleſtis obſequium vnde hodierna feſtiuitas hominis nobis & Dei ſacramẽta manifeſtat, ſub vna eademq; perſona. In eo qui eleuat diuinam potẽtiã: in eo aũt qui eleuatur, humanã agnoſce ſubſtantiã.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

INterim fames omnem terrã vehementer premebat. Conſumptiſq; cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos, Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum. Reſpondit Iudas, Denuntiauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi, dicẽs, Non videbitis faciẽ meã, niſi fratrẽ veſtrũ minimũ adduxeritis vobiſcũ. c. 43

Si ergo vis eũ mittere nobiſcũ, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria. Si autẽ non vis, non ibimus, vir enim, vt ſæpe diximus, denuntiauit nobis, dicens. Non videbitis faciẽ meã abſque fratre veſtro minimo. Dixit eis Iſrael, In meã hoc feciſtis miſeriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. At illi reſponderũt, Interrogauit nos homo per ordinem, noſtrã progeniẽ: ſi pater viueret, ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei cõſequẽter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: nunquid ſcire poteram' ꝙ dicturus eſſet? Adducite fratrem veſtrũ vobiſcũ. Iudas quoq; dixit patri ſuo, Mitte puerum mecũ, vt proficiſcamur, & poſſim' viuere: ne moriamur nos & paruuli noſtri. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea require illũ: niſi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus. Igitur Iſrael pater eorum dixit ad eos, Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera: modicũ reſinæ & mellis & ſtoracis, ſtactis, & terebinthi, & amygdalarũ. Pecuniam quoq; duplicẽ ferte vobiſcũ, & illam quã inueniſtis ĩ ſacculis, reportate, ne forte errore factum ſit. Sed & fratrẽ veſtrũ tollite, & ite ad virum. Deus aũt meus omnipotens faciat vobis eũ placabilẽ: & remittat vobiſcũ fratrẽ veſtrũ, quẽ tenet in vinculis, & hunc Beniamin: Ego autem quaſi orbatus abſq; liberis ero.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

EVigilate iuſte: & nolite peccare: ignorantiã enim Dei quidam habent. Ad reuerentiã vobis loquor. Sed dicit aliquis, Quomodo reſurgunt mortui? quali autem corpore venient? Inſipiens tu, quod ſeminas nõ viuificat̃, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum: vt puta tritici aut alicuius cæterorum. Deus aũt dat illi corpus ſicut vult: & vnicuiq; ſeminũ proprium corpus. Nõ omnis caro eadẽ caro, ſed alia hominũ, alia pecorũ, alia aũt volucrũ, alia piſcium. Et corpora cœleſtia, & corpora terreſtia, ſed alia quidem cœleſtiũ gloria, alia autẽ terreſtriũ. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. c. 15.

Stellã

Stella enim à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminat̃ in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Si eſt corpus animale, eſt & corpus ſpirituale, ſicut ſcriptum eſt, Factus eſt primus homo Adam in animã viuentẽ: nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. Sed nõ prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale: deinde qđ ſpirituale. Primus homo de terra, terrenus: ſecũdus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igit̃ ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem cœleſtis. Hoc aũt dico fratres: quia caro & ſanguis regnũ Dei poſſidere non poſſunt: neq; corruptio in

E corruptelam poſſidebit. † Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidẽ reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatẽ. Cũ aũt mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimul' tuus? Stimulus aũt mortis, peccatum eſt. virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum.] Itaq; fratres F

mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere dñi ſemper: ſcientes q̃ labor veſter non eſt inanis in dño.

Ex ſermone ſctĩ Aug. epi. L. iij.

IDeoq; omnibus modis deteſtanda ſunt venena orientalis erroris: qui impia nouitate præſumit aſſerere filiũ Dei ac filiũ hominis vnius eſſe naturæ. In alterutra enim parte vel qui ſolũ hominẽ fuiſſe dixerit negabit conditoris gloriã: vel qui ſolũ Deum, negabit miſericordiã redemptoris. Quo genere, nõ facile Arrianus euãgelicam poterit habere veritatem, vbi filiũ Dei nunc æqualẽ legimus, nunc minorẽ. Qui enim vnius naturæ ſaluatorẽ noſtrũ mortifera perſuaſione crediderit, ſolum hominẽ, aut ſolum Deũ cogetur dicere crucifixũ.

Sed non ita eſt, Mortem enim nec ſolus De⁹ ſentire, nec ſolus homo ſuperare potuiſſet. Nos ergo nouerimus in Chriſto duplicem geminamq; ſubſtãtiã. De patre cœleſtẽ, de matre terrenã. Quã vtrãq; in vno eodẽq; redẽptore ſuis prõptũ eſt teſtimonijs explicare. Quaſi homo dicebat, Quia pater maior me eſt: ſed idẽ quaſi De⁹ pronũtiabat, Ego & pater vnum ſumus. Quaſi homo dicebat, Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ: ſed quaſi Deus fiducialiter loquebatur, Poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meã, & poteſtatẽ habeo iterũ ſumendi eam. Quaſi homo in cruce pẽdebat: ſed quaſi Deus regnũ cœleſte donabat.

¶ Sabbato ex Geneſi. Lectio. j.

43. TVlerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicẽ, & Beniamin, deſcenderuntq; in Aegyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. Quos cũ ille vidiſſet, & Beniamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Introduc viros domũ, & occide victimas, & inſtrue conuiuiũ: qm̃ hodie mecũ ſunt comeſturi meridie. Fecit ille ſicut ſibi fuerat imperatũ, & introduxit viros domũ. Ibiq; exterriti, dixerũt mutuo. Propter pecuniã quam retulimus prius in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniã, & violenter ſubiiciat ſeruituti & nos, & aſinos noſtros. Quãobrẽ in ipſis forib⁹ accedẽtes ad diſpenſatorẽ locuti ſunt, Oram⁹ dñe, vt audias nos. Iam ante deſcẽdimus vt emerem⁹ eſcas. Quibus emptis, cum veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniã in ore ſaccorũ, quam nũc eodẽ pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: nõ eſt in noſtra cõſciẽtia quis poſuerit eã in marſupijs noſtris. At ille reſpõdit, Pax vobiſcũ, nolite timere. De⁹ veſter, & De⁹ patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris: nam pecuniam quam dediſtis mihi probatã ego habeo. Eduxitq; ad eos Simeon. Et introductis domũ, attulit aquã, & lauerũt pedes ſuos, deditq; pabulũ aſinis eorũ. Illi vero parabãt munera, donec ingrederet̃ Ioſeph meridie. Audierant enim ꝙ ibi comeſturi eſſent panẽ. Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domũ ſuã, obtuleruntq; ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terrã. At ille cle-

meriter reſalutatis eis, interrogauit eos dicẽs: Sanuſne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui reſponderunt, Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerũt eum.

Ex epiſtola prima Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

c.16. DE collectis autẽ quę fiunt in ſanctos ſicut ordinaui eccleſijs Galatię, ita & vos facite. Per vnã ſabbati vnuſquiſq; veſtrũ apud ſe reponat, recondens quod ei beneplacuerit: vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Cum aũt præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittã perferre gratiã veſtrã in Ieruſalẽ. Quod ſi dignũ fuerit vt ego eam, mecũ ibunt. Veniam aũt ad vos, cũ Macedoniam pertrãſiero. Nam Macedoniam pertranſibo Apud vos aũt forſitan manebo vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim vos modo in tranſitu videre, ſpero enim me aliquãtulũ temporis manere apud vos: ſi dñs permiſerit. Permanebo autẽ Epheſi vſq; ad Pentecoſtẽ. Oſtiũ enim mihi apertũ eſt magnũ & euidens: & aduerſarij multi. Si aũt venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos: opus enim dñi operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illũ ſpernat, deducite autẽ illũ in pace: vt veniat ad me Expecto enim illũ cum fratribus. De Apollo aũt fratre, vobis notum facio, qm̃ multũ rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus: & vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret, veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia veſtra in charitate fiãt. Obſecro aũt vos fratres, noſtis domũ Stephanæ, & Fortunati, & Achaici quoniã ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſterium ſanctorũ ordinauerũt ſeipſos: vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt, refecerunt enim & meum ſpiritum & veſtrum. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt. Salutãt vos omnes eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in dño multũ Aquila, & Priſcilla cum domeſtica ſua eccleſia, apud quos & hoſpitor, Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in oculo ſctõ. Salutatio, mea manu Pauli.

Si quis non amat dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema: maranatha. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. Amen.

Secundum Ioãnem. Lectio iij.

c.14. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Audiuimus fratres cum euangeliũ legeretur, dñm dicentẽ, Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in æternũ, ſpiritũ veritatis, quẽ mundus non poteſt accipere: quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos aũt cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Multa ſunt quæ in iſtis paucis verbis dñi requirantur. Sed multũ eſt ad vos, vel omnia q̃ hic quęrenda ſunt quęrere, vel omnia quę hic quęrim' inuenire. Veruntamen quantũ nobis dñs donare dignatur, pro noſtra & veſtra capacitate, qd dicere debeam', & qd diſcere & audire debeatis attendite: per nos, chariſſimi, quod poſſumus ſumite: & ab illo quod nõ poſſum', poſcite. Spiritum paracletum Chriſtus promiſit apoſtolis. Quomodo autẽ promiſerit, aduertamus. Si diligitis me (inquit) mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternũ, ſpiritũ veritatis. Hic eſt vtiq; in trinitate ſpirit' ſanctus, quem patri & filio conſubſtantialẽ & coæternum & coæqualem fides catholica confitetur.

¶ Si in die Pentecoſtes inciderit feſtũ ſimplex, omittit' oĩno, ſi aũt inciderit infra octauã, fit cõmemoratio de eo in fine Primæ, vt dictũ fuit ĩ dñica prima aduẽtus. Si vero fuerit duplex, transferendum eſt poſt octa.

¶ Feſtum Pentecoſtes, duplex maius. Ad veſperas Hymnus.



VEni creator ſpiritus, Mentes tuorum viſita: Imple ſuperna gratia, Quæ tu creaſti pectora.

Qui paracletus diceris,

Donum

Donum Dei altiſſimi:
Fons viuus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus:
Tu rite promiſſo patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus:
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longius,
Pacemq; dones protinus:
Ductore ſic te præuio,
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da patrem,
Noſcamus atq; filium:
Te vtriuſq; ſpiritum,
Credamus omni tempore.
Gloria patri domino,
Natoq; qui à mortuis
Surrexit, ac paracleto,
In ſeculorũ ſecula. Amen. Añ.

Non vos relinquam orphanos, Haleluiah, vado & venio ad vos, Haleluiah: & gaudebit cor veſtrum, Haleluiah. Oratio.

Deus, q hodierna die fidelium corda ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere, & de ei' ſemp cõſolatione gaudere: Per. in vnita. Ad matu. inui.

Haleluiah, Spiritus dñi repleuit orbem terrarum. Venite adorem'. Halah. Hym.

Iam Chriſt' aſtra aſcẽderat,
Reuerſus vnde venerat:
Promiſſum patris munere,
Sanctum daturus ſpiritum.
Solennis vrgebat dies,
Quo myſtico ſeptemplici:
Orbis volutus ſepties,
Signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia,
Repente mundus intonat:
Orantibus Apoſtolis,
Deum veniſſe nuntiat.
De patris ergo lumine,
Decorus ignis almus eſt:
Qui fida Chriſti pectora,
Calore verbi compleat.
Impleta gaudent viſcera,
Afflata ſancto ſpiritu:
Voces diuerſas intonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti,
Græcis, Latinis, Barbaris:
Cunctiſq; admirantibus,
Linguis loquuntur omnium,
Iudæa tunc incredula,
Veſana toruo ſpiritu:
Ructare muſti crapulam,
Alumnos Chriſti concrepat.
Sed ſignis, & virtutibus,
Occurrit, & docet Petrus:
Falſa profari perfidos,
Iohele teſte comprobans.
Gloria patri dño. &c. vt ſupra, & ſic terminant omnes hymni

in omnibus horis vſq; ad Dñi-
cam Trinitatis excluſiue. Aña.
Factus eſt repente de cœlo ſo-
nus aduenientis ſpiritus vehe-
mentis, Haleluiah, haleluiah.
ca. Ex Iohel propheta. Lectio. j.
2. NOli timere terra: exulta
& lætare, quoniã magni-
ficauit dñs vt faceret. Nolite ti-
mere animalia regionis: quia
germinauerũt ſpecioſa deſerti,
quia lignũ attulit fructũ ſuũ:
ficus & vinea dederunt virtutẽ
A ſuam. † Et filij Sion exultate, &
lætamini in dño Deo veſtro:
quia dedit vobis doctorẽ iuſti-
tiæ, & deſcendere faciet ad vos
imbrem matutinum & ſeroti-
num ſicut in principio. Et im-
plebuntur areæ frumento, & re-
dundabunt torcularia vino &
oleo. Et reddam vobis annos
quos comedit locuſta, bruchꝰ,
& rubigo, & eruca, fortitudo
mea magna, quam miſi in vos.
Et comedetis veſcentes, & ſatu-
rabimini: & laudabitis nomen
dñi Dei veſtri, qui fecit mirabi
lia vobiſcum, & non confunde
tur populus meus in ſempiter-
B num.] Et ſcietis quia in medio
Iſrael ego ſum: & ego dñs deus
veſter, & non eſt amplius: &
nõ confundetur populus meus
in æternum. Et erit poſt hæc
† effundam ſpiritum meum ſu- C
per omnẽ carnẽ: & propheta-
bũt filij veſtri & filiæ veſtræ: ſe-
nes veſtri ſomnia ſomniabũt,
& iuuenes veſtri viſiones vide-
bunt. Sed & ſuper ſeruos meos
& ancillas in diebus illis effun-
dam ſpiritum meum. Et dabo
prodigia in cœlo, & ĩ terra, ſan-
guinem, & ignem, & vaporẽ fu-
mi. Sol cõuertetur in tenebras,
& luna in ſanguinem: antequã
veniat dies domini magnus &
horribilis. Et erit: omnis qui in
uocauerit nomen dñi, ſaluus
erit:] quia in monte Sion, & in D
Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut
dixit dominus, & in reſiduis
quos dominus vocauerit.
Acta Apoſtolorum. Lectio. ij.
P† Rimum quidẽ ſermonẽ c. 1.
feci de oĩbus, ô Theophile,
quæ cœpit Ieſus facere, & doce-
re, vſq; in diem qua præcipiens
Apoſtolis per Spiritũ ſanctum,
quos elegit, aſſumptus eſt: qui-
bus & præbuit ſeipſum viuum
poſt paſſionẽ ſuã in multis ar-
gumentis, per dies quadragin-
ta apparens eis, & loquens de
regno Dei. Et conueſcens, præ-
cepit eis, ab Ieroſolymis ne di-
ſcederent, ſed expectarent pro-
miſſionẽ patris, quam audiſtis
(inquit) per os meũ: quia Ioan-
nes

nes quidẽ baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini ſpũ ſancto nõ poſt multos hos dies. Igitur qui cõuenerant, interrogabãt eum, dicẽtes. Dñe, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autẽ eis, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua ipſius poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. Et cum hæc dixiſſet, videntibus illis, eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorũ. Cumq; intuerentur in cœlum euntẽ illũ: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtib' albis, qui & dixerunt, Viri Galilæi, Quid hic ſtatis aſpicientes in cœlũ? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodũ vidiſtis eũ euntem in cœlũ.] Tũc reuerſi ſunt
B
Ieroſolymã à monte q vocatur Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalẽ, ſabbati habens iter. Et cum introiſſent in cœnaculum, aſcenderunt vbi manebat Petrus & Ioãnes, & Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione & obſecratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius.

Secundum Ioãnem. Lectio iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus c. 14.
diſcipulis ſuis, Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

Et reſ. Hom. ſcti Grego. papæ.

Libet, fratres mei chariſſimi, euangelicæ verba lectionis ſub breuitate tranſcurrere: vt poſt diutius liceat in contemplatione tantę ſolénitatis immorari. Hodie nanq; ſpiritus ſanctus repentino ſonitu ſuper diſcipulos venit, menteſq; carnalium in ſui amorem permutauit: & foris apparẽtib' linguis igneis, intus facta ſunt corda flãmantia. Quia dum Deum in ignis viſione ſuſcipiũt, per amorem ſuauiter arſerunt. Ipſe nãq; ſpiritus ſanctus, amor eſt. Vnde & Ioannes dicit, Deus charitas eſt. Qui ergo mẽte integra Deum deſiderat, profecto iam habet quem amat. Neq; enim quiſquã poſſet Deũ diligere, ſi eum, quem diligit, nõ haberet. Sed ecce, ſi vnuſquiſq; veſtrum

requiritur, an diligat Deum: tota fiducia & ſecura mente reſpondet, Diligo. In ipſo aũt lectionis exordio audiſtis, quid veritas dixit, Si quis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio eſt operis. Hinc in epiſtola ſua idem Ioannes dicit, Qui dicit, quia diligo Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Vere etenim Deum diligimus, ſi mandata eius cuſtodimus: ſi nos à noſtris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita deſideria defluit, profecto Deum non amat: quia ei in ſua voluntate contradicit.

Ad laudes añ. Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata remittuntus eis, Halłah.

Oro. Deus qui hodierna, &c. vt ſupra. Ad veſperas hymnus. Veni creator. &c. vt ſupra aña. Hodie cõpleti ſunt dies Pentecoſtes, Halłah: hodie ſpiritus ſanctus in igne diſcipulis apparuit, & tribuit eis chariſmatum dona: miſit eos in vniuerſum mundũ prędicare, & teſtificari. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, Haleluiah.

¶ Notandũ, ꝙ inuita. hymni, & añæ huius diei dicũtur vſq; ad dñicã Trinitatis excluſiue.

¶ Feria ſecunda de octaua, duplex maius, ex Geneſi. Lec. j.

ATtollens aũt Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrẽ ſuum vterinũ, & ait, Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum, Deus, inquit, miſereatur tui, fili mi. c. 43. Feſtinauitq;, quia cõmota fuerant viſcera eius ſup fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculum fleuit. Rurſumq; lota facie egreſſus, continuit ſe, & ait, apponite panes. Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratrib⁹. Ægyptij quoq; qui veſcebantur ſimul, ſeorſum (illicitũ eſt enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & prophanũ putant huiuſcemodi conuiuiũ) ſederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatẽ ſuã. Et mirabantur nimis ſumptis partib⁹ quas ab eo acceperant: maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quinq; partibus excederet. Biberuntq;, & inebriati ſunt cũ eo. Præcepit c. 44. aũt Ioſeph diſpenſatori domus ſuę, dicẽs, Imple ſaccos eorũ frumento, quãtũ poſſunt capere: & pone pecuniã ſingulorũ in ſummitate ſacci. Scyphum aũt meũ argenteũ, & pretiũ quod dedit

dedit tritici, pone ī ore ſacci iunioris, factumq́; eſt ita. Et orto mane, dimiſſi sũt cũ aſinis ſuis.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

c.1.c IN diebus his † exurgens Petrus in medio fratrum dixit. (Erat autem turba hominum ſimul, fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri ſcripturam quã prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorũ qui comprehenderunt Ieſum: qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus erat ſortem miniſterij huius. Et hic quidẽ poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpẽſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Et notum factum eſt omnibus habitãtibus Ieruſalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldema, hoc eſt, ager ſanguinis: Scriptũ eſt enim in libro Pſalmorum. Fiat cõmoratio eorũ deſerta: & nõ ſit qui inhabitet in ea. Et epiſcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcũ ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dñs Ieſus, incipiẽs à baptiſmate Ioannis vſq; in diẽ qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis ei⁹ nobiſcũ fieri vnũ ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph, qui vocatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus: & Mathiã. Et orantes, dixerũt, Tu dñe, qui corda noſti omnium, oſtende quẽ elegeris ex his duob⁹ vnũ, accipere locũ miniſterij huius & apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuũ. Et dederũt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumerat⁹ eſt cũ vndecim Apoſtolis.] † Et cum cõplerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquã aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuerũt illis diſpertitæ linguę tanquã ignis, ſeditq́; ſuper ſingulos eorũ, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erant autẽ in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione q̃ ſub cœlo eſt. Facta autem hac voce, cõuenit multitudo, & mente cõfuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquẽtes. Stupebant aũt omnes & mirabãtur, adinuicẽ dicentes, Nonne ecce oẽs iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt? c.2.a

ſunt? & quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguam noſtram, in qua nati ſumus? Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiã & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libyæ quæ eſt circa Cyrenẽ, & aduenę Romani, Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

ca. 3. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret: vt omnes qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et reſ.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

SIcut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ſic exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in eũ, nõ pereat, ſed habeat vitam æternã. Quo modo qui intuebantur illũ ſerpentẽ, non peribant morſibus ſerpentũ, ſic qui intuentur fide mortẽ Chriſti, ſanantur à morſibus peccatorũ. Sed illi ſanabantur à morte ad vitã temporalẽm: hi aũt vt habeãt vitam æternã. Hoc enim intereſt inter figuratã imaginẽ & rem ipſam. Figura pręſtabat vitã temporalẽm: res ipſa, cuius figura illa erat, præſtat vitã æternam. Non enim miſit Deus filiũ ſuũ in mundũ vt iudicet mundũ: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Ergo quãtũ in medico eſt ſanare venit ęgrotum. Sed ipſe ſe interimit, q præcepta medici obſeruare nõ vult. Venit ſaluator in mundũ. Quare ſaluator dictus eſt mundi, niſi vt ſaluet mundũ, nõ vt iudicet mundũ? Saluari nõ vis ab ipſo? ex teipſo iudicaberis. Et quid dicam, iudicaberis? Vide quid ait, Qui credit in eum, non iudicatur. Qui aũt non credit: quid dicturum ſperas aut quid dicturus erat, niſi iudicatur? Iam (inqt) iudicatus eſt. Te deum. Oro.

DEus, q Apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpm̃, cõcede plebi tuę pię petitionis effectũ: vt quibus dediſti fidẽ, largiaris & pacẽ. Per. in vnitate eiuſdẽ.

❡ Fer iij. de oct. du. ex Ge. L. j.

IAmq; vrbem exierãt, & proceſſerãt paululũ: tũc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus: ait, Surge, inquit, & perſequere viros, & apprehenſis dicito, Quare reddidiſtis malũ pro bono? Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dñs meus, c. 44

& in

& in quo augurari ſolet: peſſi-
mam rem feciſtis. Fecit ille vt
iuſſerat. Et apprehenſis per or-
dinem, locutus eſt. Qui reſpon
derunt, Quare ſic loquitur dñs
noſter, vt ſerui tui tantũ flagi-
tij cõmiſerint? Pecuniã quam
inuenim⁹ in ſummitate ſacco-
rum, reportauimus ad te de ter
ra Chanaan: & quomodo con-
ſequens eſt, vt furati ſimus de
domo dñi tui aurũ vel argen-
tum? Apud quemcunq; fuerit
inuentũ ſeruorũ tuorũ, quod
quęris, moriatur, & nos erimus
ſerui dñi noſtri. Qui dixit eis,
Fiat iuxta veſtrã ſententiam:
apud quemcunq; fuerit inuen
tum, ipſe ſit ſeruus me⁹, vos aũt
eritis innoxij. Itaq; feſtinato
deponentes in terrã ſaccos, ape
ruerũt ſinguli. Quos ſcrutatus,
incipiẽs à maiore vſq; ad mini
mũ, inuenit ſcyphum in ſacco
Beniamin. At illi ſciſſis veſtib⁹,
oneratiſq; rurſum aſinis, reuer
ſi ſunt in oppidum. Primuſq;
Iudas cum fratribus ingreſſus
eſt ad Ioſeph (necdũ enim de
loco abierat) omneſq; ante eũ
pariter in terram corruerunt.
Quibus ille ait, Cur ſic agere
voluiſtis? an ignoratis ꝙ nõ ſit
ſimilis mei in augurandi ſcien
tia? Cui Iudas, Quid reſpõdebi
mus, inquit, dño meo? vel quid
loquemur, aut iuſte poterimus
obtendere? De⁹ inuenit iniqui-
tatẽ ſeruorũ tuorũ: en oẽs ſerui
ſumus dñi mei, & nos & apud
quẽ inuẽtus eſt ſcyphus. Reſpõ
ditq; Ioſeph, Abſit à me vt ſic
agam: qui furatus eſt ſcyphũ,
ipſe ſit ſeruus meus, vos autem
abite liberi ad patrẽ veſtrum.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio. ij. ca.

Stupebant autem omnes & 2.
mirabantur, adinuicem di-
centes, Quidnam vult hoc eſſe?
Alij autem irridentes, dicebãt,
Muſto pleni ſunt iſti. † Stans B
autem Petrus cum vndecim le
uauit vocem ſuam, & locutus
eſt eis, Viri Iudæi, & qui habi-
tatis Ieruſalẽ vniuerſi, hoc vo-
bis notum ſit, & auribus per-
cipite verba mea. Non enim, ſi-
cut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt,
cũ ſit hora diei tertia: ſed hoc
eſt quod dictũ eſt per prophe-
tam Iohel, Et erit in nouiſſimis
diebus, dicit dñs: effundam de
ſpiritu meo ſuper omnem car-
nem: & prophetabunt filij ve-
ſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes
veſtri viſiones videbunt, & ſe-
niores veſtri ſomnia ſomnia-
bunt. Et quidem ſuper ſeruos
meos, & ſuper ancillas meas in
diebus illis effundã de ſpiritu
meo,

meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem & ignem, & vaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinẽ, antequã veniat dies dñi magnus & manifeſtus. Et erit: omnis quicunq; inuocauerit nomẽ dñi, ſaluus
C erit.] Viri Iſraelitæ, audite verba hæc, Ieſum Nazarenũ, virũ approbatũ à Deo in vobis virtutibus & prodigijs & ſignis quæ fecit Deus per illũ in medio veſtri, ſicut vos ſcitis: hunc definito cõſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemiſtis: quem Deꝰ ſuſcitauit ſolutis doloribꝰ inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit in eum, Prouidebã dñm in cõſpectu meo ſemper: qm̃ à dextris eſt mihi, ne commouear propter hoc lætatũ eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ. Notas mihi feciſti vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres liceat audẽter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam & defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrũ eiꝰ eſt apud nos, vſq; in hodiernum diem. Propheta igitur cũ eſſet, & ſciret quia iureiurãdo iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedẽ eius: prouidens loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neq; derelictꝰ eſt in inferno, neq; caro eius vidit corruptionẽ. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius nos oẽs teſtes ſumus. Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſione ſpiritus ſancti accepta à patre effudit hoc donũ, quod vos videtis, & auditis. Nõ enim Dauid aſcẽdit in cœlũ: dicit aũt ipſe, Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorũ. Certiſſime ſciat ergo omnis domus Iſrael, quia & dñm eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus c.10
Phariſæis, Amen amen dico vobis: qui nõ intrat per oſtium in ouile ouiũ, ſed aſcẽdit aliunde, ille fur eſt, & latro. Et rel.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Dñs Ieſus ſimilitudinẽ propoſuit ĩ hodierna lectione de grege ſuo, de oſtio quo intratur

ad

ad ouile. Dicant ergo pagani, vel Iudæi, vel hæretici, Bene viuimus. Si per oſtiũ nõ intrant: quid eis prodeſt? vnde glorian tur? Ad hoc enim debet vnicuiq; prodeſſe bene viuere, vt detur ei ſemp viuere. Nam cui non datur ſemper viuere: quid prodeſt bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi ſunt, qui finẽ bene viuendi, vel per cæcitatem neſciunt, vel per inflatio nem cõtemnunt. Non eſt autẽ cuiquã ſpes vera & certa ſemper viuendi, niſi agnoſcat vitã quæ eſt Chriſtus, & per ianuã intret in ouile. Quęrunt ergo plerunq; tales homines etiam perſuadere hominibus, vt bene viuant, & Chriſtiani non ſint. Per aliam partẽ volunt aſcendere, rapere, & occidere: non vt paſtor conſeruare atq; ſaluare. Fuerũt ergo quidã philoſophi de virtutibus, & vitijs ſubtilia multa tractantes, diuidentes, diffinientes, ratiocinantes, acutiſſimos ſyllogiſmos cõcludentes, libros implentes, ſuã ſapien tiã buccis concrepantib⁹ ventilantes: qui etiã dicere auderent hoĩbus, Nos ſequimini, ſectam noſtrã tenete, ſi vultis bene viuere: ſed nõ intrabãt per oſtiũ: perdere volebant, mactare & occidere. Te deum. Oratio.

ADſit nobis domine quęſumus virtus ſpiritus ſancti, quę & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per. in vnita.

¶ Fer. iiii. de octa. ex Gen. L. j.

ACcedens autem propius Iudas, cõfidenter ait, Oro dñe mi, loquatur ſeruus tuus verbũ in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo. tu es enim poſt Pharaonẽ dñs meus. Interrogaſti prius ſeruos tuos, Habetis patrẽ, aut fratrem? & nos reſpondim⁹ tibi dño meo, Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt, cui⁹ vterinus frater mortuus eſt: & ipſum ſolum habet mater ſua, pater vero tenere diligit eum. Dixiſtiq; ſeruis tuis, Adducite eum ad me, & ponã oculos meos ſuper illum. Suggeſſimus tibi dño meo, Nõ poteſt puer relinquere patrẽ ſuũ: ſi enim illũ dimiſerit, morietur. Et dixiſti ſeruis tuis, Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcũ, non videbitis amplius faciem meã. Cum ergo aſcendiſſemus ad famulũ tuũ patrẽ noſtrũ, narrauimus ei omnia quæ loquutus eſt dñs meus. Et dixit pater noſter, Reuertimi-

c. 44.

ni, & emite nobis parũ tritici. Cui diximus, Ire nõ poſſumus: ſi frater noſter minimus deſcẽderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul: alioquin illo abſente, nõ audemus videre faciẽ viri. At ille reſpondit, Vos ſcitis ꝙ duos filios genuerit mihi vxor mea. Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis, Beſtia deuorauit eũ & hucuſq; non cõparet. Si tuleritis & iſtũ, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cũ mœrore ad inferos. Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrẽ noſtrũ, & puer defuerit, cũ anima illius ex hui' anima dependeat, viderítq; eum nõ eſſe nobiſcũ, morietur, & deducẽt famuli tui canos ei' cũ dolore ad inferos. Ego proprie ſeruus tuus ſim, qui in meã hunc recepi fidẽ, & ſpopondi dicens, Niſi reduxero eum: peccati reus ero in patrẽ meũ omni tpe. Manebo itaq; ſeruus tuus pro puero in miniſterio dñi mei, & puer aſcendat cũ fratribus ſuis. Nõ enim poſſum redire ad patrem abſente puero: ne calamitatis q̃ oppreſſura eſt patrẽ meũ, teſtis aſſiſtã.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio.ij.

ca.2. His autem auditis cõpuncti ſunt corde, & dixerũt ad Petrum, & ad reliquos apoſtolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus aũt ad illos, Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ veſtrorũ: & accipietis donum ſpiritus ſancti. Vobis enim eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & omnib' qui longe ſunt, quoſcunq; aduocauerit dñs Deus noſter. Alijs etiam verbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabat' eos, dicens, Saluamini à generatione iſta praua. Qui ergo receperunt ſermonẽ eius, baptizati ſunt: & appoſitæ ſunt in die illa, animæ circiter tria millia. Erant autẽ perſeuerantes in doctrina apoſtolorũ, & cõmunicatione, & fractione panis, & orationib'. Fiebat; autem omni animę timor: multa quoq; ꝓdigia & ſigna per apoſtolos fiebant in Ieruſalem, & metus erat magnus in vniuerſis. Omnes etiam qui credebãt erant pariter, & habebant omnia communia. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebãt, & diuidebant illas omnib', prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis.

dis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dñs aũt augebat qui ſalui fierent quotidie in idipſum.
c.3.a † Petrus autẽ & Ioannes aſcendebant in templũ, ad horã orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portã templi, quæ dicitur Specioſa, vt peteret eleemoſynã ab introeuntibus in templũ. Is cum vidiſſet Petrum & Ioannẽ incipientes introire in templũ, rogabat vt eleemoſynã acciperet. Intuens aũt in eum Petrus cum Ioãne, dixit, Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrus autẽ dixit, Argentũ & aurum nõ eſt mihi: quod autẽ habeo, hoc tibi do: In noĩe Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Et apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ. Et exiliens, ſtetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templũ ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantẽ, & laudantem Deum. Cognoſcebant autẽ illum, ꝙ ipſe erat qui ad eleemoſynam ſedebat ad Specioſam portam templi: & impleti ſunt ſtupore & extaſi in eo quod contigerat illi.]

Secundum Ioãnem. Lectio.iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudæorum, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. ca.6.

Et reliq. Hom. ſcti Auguſti. epi.

Quid eſt, nemo poteſt venire ad me, niſi qui miſit me pater traxerit eum? Ille venit quem gratia Dei præuenit: qui cum ꝓpheta dicit, miſericordia ei⁹ præueniet me. Pręueniet velle: ſubſequetur perficere. Trahit pater ad filiũ eos qui ꝓpterea credunt in filium, quia eum cogitant patrem habere Deum. Deus enim pater æqualem ſibi genuit filiũ. Et qui cogitat aut in fide ſua ſentit & ruminat ęqualẽ eſſe patri eum, in quem credit, ipſum trahit pater ad filium: Arrius credidit creaturã: non eum traxit pater: quia nõ cõſiderat patrem qui filiũ non credit æqualem. Quid dicis ò Arri? Quid hæretice loqueris? Quid eſt Chriſtus? Non (inqt) Deus verus, ſed quẽ fecit Deus verus. Non te traxit pater. Non enim intellexiſti patrem, cuius filiũ negas. Aliud cogitas, non eſt ipſe filius, nec à patre trahe-

tis: nec ad filiũ traheris. Aliud eſt enim filius: aliud quod tu dicis. Fotinus dicit, Homo ſol⁹ Chriſtus eſt, non eſt Deus. Qui ſic credit, nõ pater eum traxit. Quẽ pater traxit? tu es Chriſt⁹ filius Dei viui. Non ſicut propheta, nõ ſicut Ioãnes, nõ ſicut aliquis magn⁹ iuſtus: ſed ſicut vnicus, ſicut ęqualis, tu es Chriſtus filius Dei viui. Vide quia tractus eſt, & à patre tractus eſt. Beatus es Simon Bar iona, quia tibi non reuelauit caro & ſanguis, ſed pater meus qui in cœlis eſt: Iſta reuelatio, ipſa eſt attractio. Te deum. Oratio.

MEntes noſtras quęſum⁹ domine paracletus qui à te procedit illuminet, & inducat in oẽm, ſicut tuus promiſit filius, veritatẽ. Qui tecũ. in vni.

¶ Feria. v. de octa. ex Geñ. L. j.

245. NOn ſe poteṛat vltra cohibere Ioſeph, multis corã aſtantib⁹: vnde pręcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alien⁹ agnitioni mutuæ. Eleuauitq; vocẽ cum fletu quam audierũt Ægyptij, omniſq; domus Pharaonis, & dixit fratribus ſuis, Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Nõ poterãt reſpõdere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer. Accedite, inquit, ad me Et cũ acceſſiſſent prope, Ego ſum, ait, Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptũ. Nolite pauere, neq; vobis durũ eſſe videatur ꝙ vendidiſtis me in his regionib⁹: pro ſalute enim veſtra miſit me De⁹ ante vos. Biennium eſt enim ꝙ cœpit fames in terra eſſe, & adhuc quinq; anni reſtant, quibus nec arari poterit, nec meti. Præmiſitq; me Deus, vt reſerue mini ſuper terrã, & eſcas ad viuendũ habere poſſitis. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrẽ Pharaonis, & dñm vniuerſæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti. Feſtinate, & aſcendite ad patrẽ meũ, & dicetis ei. Hæc mandat filius tuus Ioſeph, De⁹ fecit me dñm vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris, & habitabis ĩ terra Geſſem: eriſq; iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuerſa quæ poſſides. Ibiq; te paſcã (adhuc enim quinq; anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & omnis domus tua: & oĩa quę poſſides. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin, vidẽt ꝙ os meũ lo-

loquatur ad vos. Nũtiate patri meo vniuerſam gloriã meã, & cuncta q̃ vidiſtis in Aegypto: feſtinate, & adducite eũ ad me.

Ex actis apoſtolorum. Lcõ.ij.

ca.3. CVm teneret autẽ Petrum & Ioannem: cucurrit omnis populus ad eos ad porticũ quæ appellatur Salomonis: ſtupentes. Vidẽs aũt Petrus, reſpõ-
B dit ad populũ, † Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hũc ambulare? Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrũ noſtrorũ glorificauit filiũ ſuum Ieſum, quẽ vos quidem tradidiſtis & negaſtis ante faciẽ Pilati, iudicante illo dimitti. Vos aũt ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiiſtis virũ homicidam donari vobis: authorem vero vitæ interfeciſtis, quẽ Deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſum⁹. Et in fide nominis eius, hunc quem vos videtis & noſtis cõfirmauit nomen eius, & fides quæ per eum eſt, dedit illi integrã ſanitatem iſtã in cõſpectu omniũ veſtrũ. Et nunc fratres ſcio, quia per ignorantiã feciſtis, ſicut & principes veſtri. Deus aũt quæ præ-nunciauit per os omnium prophetarum, pati Chriſtũ ſuum, impleuit ſic. Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra:] vt cũ vene- C
rint tempora refrigerij à cõſpectu dñi, & miſerit eũ qui prædicatus eſt vobis Ieſum Chriſtũ, quẽ oportet quidẽ cœlũ ſuſcipere vſq; in tempora reſtitutionis omnium quæ loquutus eſt Deus per os ſanctorũ ſuorũ à ſeculo ꝓphetarũ. Moyſes quidẽ dixit, Quoniã prophetã ſuſcitabit vobis dñs Deus veſter de fratrib⁹ veſtris tanquã me: ipſum audietis iuxta omnia quęcũq; loquutus fuerit vobis. Erit aũt: omnis anima quæ nõ audierit prophetã illum, exterminabitur de plebe. Et omnes prophetæ à Samuel, & deinceps qui loquuti ſunt, etiã annuntiauerũt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarũ & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abrahã, Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum Deus ſuſcitans filiũ ſuum, miſit eum benedicentẽ vobis: vt cõuertat ſe vnuſquiſq; à nequitia ſua.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

IN illo tpe: Conuocatis Ieſus duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis virtutem & poteſtatem ca.9.

ſup omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et reliqua.

Homilia ſancti Ambroſij epi.

Qualis debet eſſe, qui euangelizat regnũ Dei, pręceptis euangelicis deſignatur. Vt ſine virga, ſine pera, ſine calceamento, ſine pane, ſine pecunia, hoc eſt ſubſidij ſecularis adminicula nõ requirẽs, fideq; tutus putet ſibi quo minus ea requirat magis poſſe ſuppetere: q̃ poſſunt qui volunt ad eũ deriuare tractatũ: vt ſpiritualẽ tantũmodo locus iſte videat᷑ formare affectum. Qui velut indumentum quoddã videat᷑ corporis exuiſſe, nõ ſolũ poteſtate reiecta, cõtemptiſq; diuitijs, ſed etiã carnis ipſius illecebris abdicatis. Quibus primo omnium datur pacis atq; conſtantiæ generale mandatũ: vt pacem ferant, conſtantiam ſeruent: hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiãt, alienum à prædicatore regni cœleſtis aſſerẽs curſitare per domos & inuiolabilis hoſpitij iura mutare. Sed vt hoſpitij gratia deferenda cenſetur, ita etiã ſi nõ recipiantur excutiendũ puluerẽ: & egrediendũ de ciuitate mandatur. Quo nõ mediocris boni remuneratio docetur hoſpitij: vt nõ ſolũ pacẽ tribuamus hoſpitibus: verum etiã ſi qua eos terrenæ obũbrant delicta leuitatis, receptis apoſtolicæ prædicationis veſtigijs auferatur. Nec otioſe ſecundũ Matthæũ domus quã ingrediantur Apoſtoli eligẽda diſcernitur: vt mutandi hoſpitij neceſſitudiniſq; violandæ cauſa non ſuppetat. Non tamen eadem cautio receptori mandat᷑ hoſpitij: ne dum hoſpes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur. Te deum. Oro.

Deus q hodierna die. &c. vt ſupra in die Pẽtecoſtes.

¶ Feria vj. de oct. ex Geñ. L. j.

Cumq; amplexat᷑ recidiſſet in collum Beniamin fratris ſui: fleuit, illo quoq; ſimiliter flente ſuper collũ eius. c. 45. Oſculatuſq; eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſup ſingulos: poſt quę auſi ſunt loqui ad eũ. Auditumq; eſt & celebri ſermone vulgatũ in aula regis, Venerũt fratres Ioſeph, & gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius. Dixitq; ad Ioſeph, vt imperaret fratribus ſuis, dicens, Onerantes iumenta, ite in terrã Chanaan. Et tollite inde patrem veſtrũ & cognationẽ, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ. Præci-

Præcipe etiã vt tollãt plauſtra de terra Aegypti, ad ſubuectionem paruulorum ſuorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem veſtrũ, & properate quã tocyus venientes. Nec dimittatis quicquã de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Aegypti, veſtræ erunt. Feceruntq; filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra, ſecũdũ Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin vero dedit trecẽtos argẽteos cum quinq; ſtolis optimis: tantundẽ pecuniæ & veſtiũ mittẽs patri ſuo, addens ei aſinos decem, qui ſubueherent ex omnibus diuitijs Aegypti, & totidem aſinas triticum in itinere, panesq; portantes.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio.ij.

ca 4. LOquentib⁹ autem illis ad populum, ſuperuenerũt ſacerdotes & magiſtratus templi & Sadducæi dolentes q̄ docerent populũ, & annunciarẽt in Ieſu reſurrectionẽ ex mortuis: & iniecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinũ, erat aũt iam veſpera. Multi autẽ eorũ qui audierant verbũ, crediderunt: & factus eſt numerus virorũ quaſi quinq; millia. Factũ eſt antẽ in craſtinum, vt cõgregarentur principes eorum, & ſeniores, & Scribę in Ieruſalẽ, & Annas princeps ſacerdotũ, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere ſacerdotali. Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant, In qua virtute aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Túnc Petrus replet⁹ Spiritu ſancto, dixit ad eos. Principes populi & ſeniores Iſrael, ſi nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notum ſit omnib⁹ vobis & omni plebi Iſrael, q̄ in nomine dñi Ieſu Chriſti Nazareni quẽ vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte adſtat corã vobis ſanus. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ędificantibus, q factus eſt in caput anguli: & nõ eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vidẽtes aũt Petri cõſtantiã & Ioannis, cõperto q̄ homines eſſent ſine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoſcebãt eos quoniam cum Ieſu fuerãt: hominẽ quoq; videntes ſtantẽ cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant

rant cõtradicere. Iuſſerunt aũt eos foras extra conciliũ ſecedere: & conferebant adinuicẽ dicentes, Quid faciemus hominibus iſtis? quoniã quidẽ notum ſignũ factũ eſt per eos, omnibus habitãtib⁹ Ieruſalẽ manifeſtum eſt: & nõ poſſum⁹ negare. Sed ne amplius diuulgetur in populum, cõminemur eis, ne vltra loquãtur in nomine hoc vlli hominũ. Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur neq; docerent in nomine Ieſu. Petrus vero & Ioannes reſpondentes, dixerunt ad eos: Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire quam Deũ, iudicate. Non enim poſſumus quę vidimus & audiuim⁹ non loqui. At illi cõminantes, dimiſerũt eos: nõ inuenientes quomodo punirẽt eos, propter populũ: quia oẽs glorificabant Deũ in eo quod acciderat. Annorũ enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat ſignum iſtud ſanitatis.

Secundum Lucam. Lectio. iij.

Lu. 5. IN illo tempore: Factũ eſt in vna dierũ: & ipſe Ieſus ſedebat docens: & erãt Phariſæi ſedentes, & legis doctores, qui venerãt ex omni caſtello Galilęæ & Iudææ, & Ieruſalem: & virtus dñi erat ad ſanandum eos.

Et reľ. Hom ſcti Ambroſij epi.

Non otioſa huius paralytici, nec anguſta medicina eſt: quãdo dñs & oraſſe præmittitur, nõ vtiq; propter ſuffragiũ, ſed propter exemplum. Imitandi enim ſpeciẽ dedit, nõ impetrandi ambitum requiſiuit. Et conuenientib⁹ ex omni Galilæa & Iudæa & Ieruſalẽ legis doctoribus, inter cęterorũ remedia debiliũ, paralytici quoq; medicina deſcribitur. Primũ omniũ quod ante dixim⁹ vnuſquiſq; ęger petendę ſalutis precatores debet adhibere: p quos vitæ noſtræ cõpago reſoluta, actuũq; noſtrorũ clauſa veſtigia verbi cœleſtis remedio reformentur. Sunt igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quãuis exterioris corporis debilitate torpentem, ad ſuperiora erigant. Quorũ rurſus adminiculis & attollere & humiliare ſe poſſit: vt facilius ante Ieſum locetur dñico videri dign⁹ aſpectu. Humilitatẽ enim reſpicit dñs: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Quorũ fidẽ (inqt) vt vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Magnus dñs qui aliorũ merito ignoſcit alijs: & dum alios probat, alijs relaxat

relaxat errata: Cur apud te, ô homo, collega non valeat, cum apud Deum ſeruus & interueniendi meritum & ius habeat impetrandi? Diſce, qui iudicas ignoſcere: diſce, qui æger es, impetrare. Te deum. Oratio.

DA quęſumus eccleſiæ tuæ miſericors De⁹, vt ſancto ſpiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per. in vnitate eiuſdem.

¶ Sabbato, de oct. ex Gen. L. j.

c.45. DImiſit ergo fratres ſuos & proficiſcentib⁹ ait: Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanaan ad patrẽ ſuum Iacob. Et nuntiauerũt ei, dicentes, Ioſeph viuit: & ipſe dominatur ĩ omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilás, tamen nõ credebat eis. Illi econtra referebát omnem ordiné rei. Cumq; vidiſſet plauſtra & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius, & ait: Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum anteq̃ moriar.

c.46. Profectusq; Iſrael cũ omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuraméti: & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, audiuit eum per viſionę noctę vocantem ſe, & dicentem ſibi: Iacob, Iacob? Cui reſpondit, Ecce adſum. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſim⁹ Deus patris tui: noli timere, ſed deſcẽde ĩ Aegyptum, quia in genté magnam faciam te ibi. Ego deſcendam tecũ illuc, & ego inde adducã te reuertenté. Ioſeph quoq; ponet man⁹ ſuas ſup oculos tuos. Surrexit Iacob à puteo iuramẽti: tulerũtq; eũ filij cũ paruulis, & vxorib⁹ ſuis in plauſtris, quę miſerat Pharao ad portandũ ſené, & omnia quæ poſſederat in terra Chanaan: venitq; in Aegyptum cum omni ſemine ſuo, filij eius & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progenies.

Ex actis Apoſtolorũ Lectio.ij.

DImiſſi autem venerũt ad ca.4.
ſuos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes ſacerdotũ & ſeniores dixiſſent. Qui cũ audiſſent, vnanimiter leuauerũt vocem ad Deũ, & dixerunt: dñe, tu es qui feciſti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania? Aſtiterũt reges terrę, & principes conuenerunt in vnũ aduerſus dñm, & aduerſus

Chriſtũ

Chriſtum eius. Conuenerunt enim vere ĩ ciuitate iſta aduerſus ſanctũ puerũ tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cũ gentibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua & cõſiliũ tuũ decreuerunt fieri. Et nunc dñe reſpice in minas eorũ, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbũ tuũ, in eo ꝙ manũ tuam extendas ad ſanitates & ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui Ieſu. Et cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant congregati: & repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto, & loquebãtur verbũ Dei cum fiducia. Multitudinis aũt credentiũ erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquã eorũ quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti dñi noſtri: & gratia magna erat in oĩbus illis. Neq; enim quiſquã egens erat inter illos. Quotquot enĩ poſſeſſores agrorum aut domorũ erãt, vendentes afferebãt pretia eorum quæ vendebãt, & ponebant ante pedes Apoſtolorũ. Diuidebatur autẽ ſingulis prout cuiq; opus erat. Ioſeph aũt qui cognominat' eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpretatum, filius conſolationis) Leuites, Cyprius genere, cũ haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorũ.

Secundum Lucam. Lectio. iij.

IN illo tpe: Surgens Ieſus de c. 14.
ſynagoga intrauit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus.

Et reſ. Hom. ſcti Ambroſij epi.

Vide clementiam dñi Saluatoris: nec indignatione cõmotus, nec ſcelere offenſus: nec iniuria violatus Iudæam deſeruit. Quinetiam immemor iniurię, memor clementię, nũc docendo, nunc liberando, nũc ſanando plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas virũ à ſpiritu nequitiæ liberatũ ante præmiſit, & ſubſtituit fœminę ſanitatẽ. Vtrunq; enim ſexum dñs curaturus aduenerat: & prior ſanari debuit, qui prior creatus eſt. Nec prętermitti illa debuit, quæ mobilitatę magis animi, quã prauitate peccauerat. Sabbato, dñicę medicinę opera cœpta ſignificãt, vt inde creatura noua cœperit, vbi vet' creatura ante deſierat. Nec ſub lege eſſe Dei filiũ, ſed ſupra legẽ in ipſo principio deſignaret, nec ſol-

uere

uere legẽ, ſed adimplere. Neq; enim per legẽ, ſed verbo factus eſt mũdus: ſicut legim⁹: Verbo dñi cœli firmati ſunt. Non ſoluitur ergo lex, ſed impletur: vt fiat renouatio hominis iam labentis. Vnde & Apoſtolus ait: Expoliãtes vos veterẽ hominẽ induite nouũ, q ſecundũ Chriſtũ creatus eſt. Et bene ſabbato cœpit: vt ipſe oſtẽderet ſe creatorem, qui opera operibus intexeret, & proſequeretur opus quod cœperat. Te deũ. Oro.

MEntibus noſtris quæſumus dñe Spiritum ſanctum benignus infunde: cuius & ſapientia conditi ſumus, & prouidentia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

¶ Si in feſto Trinitatis inciderit feſt. dup. alicuius ſctĩ, tranſferendũ eſt in ſequẽtẽ diem: ſi autẽ fuerit ſimplex, omittitur.

¶ Feſtũ ſanctę Trinitatis dup. maius. Ad veſperas. Hymnus.

ADeſto ſancta Trinitas,
Par ſplendor, vna deitas,
Quæ extas rerum omnium,
Sine fine principium.
Te cœlorum militia,
Laudat, adorat, prædicat:
Triplexq; mundi machina,
Benedicit per ſecula.
Adſumus & nos cernui,
Te adorantes famuli:
Vota, preceſq; ſupplicum,
Hymnis iunge cœleſtium.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito:
Vna cum ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.

Antiphona. O adoranda Trinitas, ò veneranda vnitas, ò per fecta deitas, tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in ſempiterna ſecula. Orãtio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione verę fidei æternæ trinitatis gloriã agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatẽ: quęſumus, vt eiuſdẽ fidei firmitate, ab oĩbus ſemp muniamur aduerſis. Per.

¶ Dñica Trinitatis prima poſt Pentecoſten. Ad matutĩ. inuit.

SAnctã Trinitatẽ vnũ Deũ, venite adoremus. Hymn⁹. Adeſto ſctã trinitas &c. vt ſup.

Añ. Te inuocam⁹, te laudam⁹, te adoramus ò beata Trinitas.

Ex Iſaia. Lectio prima.

IN anno quo mortu⁹ eſt rex ca. 6.
Ozias, vidi dñm ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templũ. Seraphin ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem

ciem eius, & duabus velabãt pedes eius, & duabus volabant. Et clamabat alter ad alterũ, & dicebat: Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus exercituũ, plena eſt omnis terra gloria eius. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Et dixit: Væ mihi, quia tacui, q̃a vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regẽ dñm exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnꝰ de Seraphin, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meũ, & dixit: Ecce, tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & pctm̃ tuum mundabitur. Et audiui vocẽ dñi dicentis, Quẽ mittã? & q̃s ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Et dicit, Vade, & dices populo huic, Audite audiẽtes, & nolite intelligere: & videte viſionẽ, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eiꝰ aggraua, & oculos eiꝰ claude: ne forte videat oculis ſuis, & auribꝰ ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio ij.

a. 5. VIr autem quidã nomine Ananias cũ Saphira vxore ſua vendidit agrũ, & fraudauit de pretio agri, cõſcia vxore ſua: & afferens partẽ quandã, ad pedes apoſtolorum poſuit. Dixit aũt Petrus ad Ananiam, Anania, cur tẽtauit ſatanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatũ in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hãc rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autẽ Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt. Surgentes aũt iuuenes amouerũt eũ, & efferentes ſepelierunt. Factũ eſt aũt quaſi horarũ trium ſpatiũ, & vxor ipſius, neſciẽs quod factũ fuerat, introiuit. Dixit autẽ ei Petrus, Dic mihi, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit, Etiã, tanti. Petrus autẽ ait ad eam, Quid vtiq; cõuenit vobis tentare ſpiritum dñi? Ecce pedes eorũ qui ſepelierũt virum tuũ, ad oſtiũ: & efferẽt te. Confeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes aũt iuuenes, inuenerunt illã mortuã: & extulerũt, & ſepelierunt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in vniuerſa eccleſia, & in omnes

qui

B qui audierunt.† Per manus au
tem apoſtolorum fiebāt ſigna
& prodigia multa in plebe. Et
erāt vnanimiter oēs in porticu
Salomonis. Cęterorum aūt ne-
mo audebat ſe cōiungere illis:
ſed magnificabat eos populus.
Magis autē augebatur creden-
tium in dño, multitudo virorū
ac mulierum: ita vt in plateas
eiicerēt infirmos & ponerēt in
lectulis ac grabatis, vt veniente
Petro ſaltē vmbra illius obum-
braret quenquā illorū: & libe-
rarentur oēs ab infirmitatibus
ſuis. Cōcurrebat aūt & multitu
do vicinarū ciuitatū, Ieruſalē,
afferētes ægros & vexatos à ſpi-
ritibus immūdis: qui curaban-
tur oēs.] Exurgens autē prin-
ceps ſacerdotū & oēs qui cum
illo erāt, quę eſt hæreſis Saddu-
cæorum, repleti ſunt zelo: &
iniecerūt manꝰ in apoſtolos, &
poſuerunt eos in cuſtodia pu-
blica. Angelus aūt dñi per no-
ctem aperiēs ianuas carceris, &
educens eos, dixit, Ite: & ſtan-
tes loquimini in templo plebi
omnia verba vitæ huius. Qui
cum audiſſent, intrauerunt di-
luculo in templū, & docebant.

Secundum Ioānem: Lectio iij.

c. 15. IN illo tempore: Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis, Cum venerit
paracletus quem ego mittam
vobis à patre, ſpiritum verita-
tis qui à patre procedit: ille te-
ſtimonium, perhibebit de me.

Et reſ. Hom. ſcti Leonis papæ.

Cum ad intelligendū dignita-
tem ſancti ſpiritus aciem men-
tis intendimus, nihil diuerſum
ab excellentia patris & filij co-
gitemus, quia in nullo ab vni-
tate ſua diuinitatis eſſentia di-
ſcrepat. Sempiternū eſt enim
patri filij ſui eſſe genitorem.
Sempiternū eſt filio intempo-
raliter à patre eſſe progenitū.
Sempiternū eſt quoq; ſpiritui
ſancto ſpm̄ eſſe patris & filij: vt
nunquā pater ſine filio, nunq̄
pater & filiꝰ ſine ſpū ſancto fue-
rint. Et oībus excluſis exiſten-
tię gradibus, vt nulla ibi perſo-
na ſit anterior, nulla poſterior.
Huius enim beatæ trinitatis &
incōmutabilis diuinitatis vna
eſt ſubſtāria indiuiſa in opere,
concors in volūtate, par in om-
nipotentia, æqualis in gloria.
De qua cū ſancta ſcriptura ſic
loquitur, vt aut in factis, aut in
verbis aliquid aſſignet, quod
ſingulis nō videatur cōuenire
perſonis, non perturbatur fides
catholica. Sed docetur vt per
proprietatem aut vocis aut ope
ris inſinuetur nobis veritas tri-
nita-

nitatis: & non diuidat intelle-
ctus, quod diſtinguit auditus.
Ad laudes aña. Tres ſunt qui
teſtimonium dant in cœlo, pa-
ter, verbum, & Spiritus ſanctus,
& hi tres vnum ſunt. Oratio.
Oĩpotés ſempiterne Deus. &c.
vt ſupra. Ad veſperas. Hymnus
& Oſo vt in primis veſperis añ.
Te Deum patrem ingenitum,
te filium vnigenitũ, te ſpiritum
paracletum, ſanctam & indiui-
duã Trinitatẽ toto corde, & ore
confitemur, laudamus atq; be-
nedicim⁹, tibi gloria in ſecula.

¶ feria ſecunda, poſt Domi-
nicã Trinitatis. Si hodie nullũ
inciderit feſtum, fiat officium
de feria modo infraſcripto.
Ad Matutinum Inuitatorium.

DOminũ qui fecit nos ve-
nite adoremus. Hymn⁹.

NOcte ſurgẽtes vigilemus
omnes, Semper in pſal-
mis meditemur, atque Viribus
totis domino canamus Dulci-
ter hymnos.

Vt pio regi pariter canentes,
Cũ ſuis ſanctis mereamur aulã
Ingredi cœli: ſimul & beatam
Ducere vitam.

Præſtet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterq; ſancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen. Aña.

Seruite Domino in timore, &
exultate ei cum tremore.
Ex Geneſi. Lectio prima.

HAec ſunt autem nomina c. 46.
filiorũ Iſraël, qui ingreſſi
ſunt in Aegyptũ, ipſe, cum libe
ris ſuis. Primogenitus Ruben
Filij Ruben: Enoch & Phallu &
Heſrõ & Charmi. Filij Simeõa
Iamel & Iamin & Ahod &
Iachin & Saher, & Saul filius
Chananitidis. Filij Leui: Ger-
ſon & Cahath & Merari. Filij
Iuda: Her & Onan & Sela &
Phares & Zara. mortui ſunt au
tem Her, & Onan in terra Cha
naan. Natiq; ſunt filij Phares:
Heſron & Hamul. Filij Iſa-
char: Thola & Phua & Iob &
Simeron. Filij Zabulon: Sared
& Elon & Iahelel. hi filij Liæ,
quos genuit in Meſopotamia
Syriæ cũ Dina filia ſua, omnes
animæ filiorũ eius & filiarum,
triginta tres. Filij Gad: Sephon
& Aggi & Eſcbon & Suni, &
Heri & Arodi & Areli. Filij
Aſer: Iemna & Ieſua & Ieſui &
Beria, Sara quoq; ſoror eorum.
Filij Beria: Heber & Melchiel.
hi filij Zelphe, quã dedit Labã
Liæ filiæ ſuæ, & hos genuit Ia-
cob, ſedecim animas. Filij Ra-
chel vxoris Iacob: Ioſeph &
Beniamin. Natiq; ſunt Ioſeph
filij

filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes, & Ephraim. Filij Beniamin, Bela & Bechor & Aſbel & Gera, & Naaman & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob, omnes animę quatuordecim. Filij Dan, Vſim. Filij Nephtali, Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem. Hi filij Bálæ, quá dedit Laban Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ, ſeptem. Cunctæq; animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, & egreſſæ ſunt de fœmore illius, abſque vxoribus filiorũ eius, ſexaginta ſex. Filij autem Ioſeph qui nati ſunt ei in terra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ dom' Iacob quæ ingreſſę ſunt in Aegyptum, fuere ſeptuaginta.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

Ca.5. ADueniens autẽ princeps ſacerdotũ & qui cum eo erãt, conuocauerunt cõſiliũ, & omnes ſeniores filiorũ Iſrael: & miſerunt ad carcerẽ vt adducerentur. Cum autẽ veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inueniſſent illos: reuerſi nuntiauerũt dicẽtes, Carcerẽ quidẽ inuenimus clauſum cũ omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante ianuas: aperientes autem, neminẽ intus inuenim'. Vt aũt audierunt hos ſermones magiſtratus templi, & principes ſacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. Adueniẽs aũt quidã nuntiauit eis, Quia ecce viri quos poſuiſtis in carcerẽ, ſunt in tẽplo ſtantes, & docẽtes populũ. Tũc abijt magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi: timebant enim populũ, ne lapidarentur. Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in cõcilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum, dicens, Præcipiendo præcepim' vobis ne doceretis in nomine iſto: & ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinẽ hominis iſtius? Reſpondens aũt Petrus & Apoſtoli, dixerũt, Obedire oportet Deo magis, q̃ hominib'. Deus patrum noſtrorũ ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno. Hũc principem & ſaluatorẽ Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiã Iſraeli, & remiſſionem peccatorũ: & nos ſumus teſtes horum verborũ, & Spiritus ſanctus quẽ dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Hæc

cum

cum audiſſent, diſſecabantur: & cogitabant interficere illos. Surgens aũt quidã in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legis doctor, honorabilis vniuerſæ plebi iuſſit foras modicũ Apoſtolos ſecedere: dixitq; ad illos, Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens ſe eſſe aliquem, cui cõſenſit numerus virorũ circiter quadringentorum, qui occiſus eſt: & omnes qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilũ. Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in dieb⁹ profeſſionis, & auertit populũ poſt ſe, & ipſe perijt: & omnes quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt. Et nunc dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis & ſinite illos, quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſoluet̃: ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne forte & Deo repugnare videamini. Conſenſerũt autem illi, Et cõuocantes apoſtolos, cæſis denuntiauerunt ne omnino loquerẽtur in nomine Ieſu, & dimiſerũt eos. Et illi quidẽ ibant gaudentes à conſpectu conſilij quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Omni autẽ die nõ ceſſabant in tẽplo & circa domos docẽtes, & euãgelizãtes Ieſum Chriſtum.

¶ Si hodie nõ fit officiũ de aliquo ſancto, omittẽda eſt tertia lectio occurrens in Calendario ex epiſtolis, & loco eius dicenda eſt ſeque[illegible] quę eſt de dñica præcedenti, & nõ potuit ibi poni propter officium Trinitatis.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

IN illo tp̃e: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Eſtote miſericordes ſicut & pr̃ veſter miſericors eſt. ca.6.

Et reł. Hom. ſctĩ Auguſti. epĩ.

Intendite frẽs ipſam miſericordiam & iudiciũ. Miſericordiæ tempus modo eſt: iudicij autẽ tempus poſt erit. Vnde eſt nũc miſericordiæ tẽpus? Vocat modo auerſos: donat pctã conuerſis: patiẽs eſt ſuper peccatores, donec cõuertãtur. Quãdocũq; cõuerſi fuerint, prętẽrita obliuiſcitur: futura promittit. Hortatur pigros, conſolatur afflictos: docet ſtudioſos: adiuuat dimicantes: neminẽ deſerit laborantem & clamãtẽ ad ſe. Donat vnde ſibi ſacrificet: ipſe tribuit vnde placet̃. Te deũ. Ad lau. añ. Iubilate Deo omnis terra, cãtate, & exultate, & pſallite. Orõ.

DEus in te ſperantiũ fortitudo, adeſto propitius inuoca-

uocationibus noſtris. & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi. & actione placeamus. Per domi.

¶ Hęc oratio quę eſt de an(?)ica pręcedẽti, dicitur hodie & duobus ſequẽtib⁹ diebus ſi fiat officium de feria. Ad veſper.hym.

O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas,
Iam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur veſpere:
Te noſtra ſupplex gloria,
Per cuncta laudet ſecula.
Deo patri ſit gloria, Eiusq; ſoli filio: Cum ſpiritu paracleto, Et nunc & in perpetuũ. Amen.

Aña. Veſpertina oratio aſcendat ad te domine, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

¶ Notandũ, ꝙ inuit. hymni, & añæ huius feriæ dñr ab hac die vſq; ad Aduentum, & ab octa. Epiphaniæ vſq; ad Dominicã ſeptuageſimæ, quãdocunq; fit officium de Dñica vel de feria.

¶ Fer. 3. iij. ex Geneſi. Lectio. j.

c.46. MIſit aũt Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph in Ægyptum vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Geſſen. Quo cum perueniſſet, iũcto Ioſeph currũ ſuo, aſcendit obuiam patri ſuo ad eundẽ locũ: vidensq; eum, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioſeph, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnẽ domũ patris ſui, Aſcendam, & nuntiabo Pharaoni: dicamq; ei, Fratres mei & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: & ſunt viri paſtores ouiũ, curãq; habẽt alendorũ gregum: pecora ſua, & armẽta, & omnia quę habere potuerunt, adduxerunt ſecũ. Cumq; vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrũ? reſpondebitis, Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſq; in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autẽ dicetis vt habitare poſſitis ĩ terra Geſſen: quia deteſtantur Ægyptij oẽs paſtores ouiũ. Ingreſſus ergo c.47.
Ioſeph nuntiauit Pharaoni dicens, Pater meus & fratres, oues eorũ & armenta & cuncta quæ poſſidẽt, venerũt de terra Chanaan: & ecce cõſiſtunt in terra Geſſen. Extremos quoq; fratrũ ſuorũ quinq; viros ſtatuit corã Rege: quos ille interrogauit,

Quid habetis operis? Reſponderunt, Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri. Ad peregrinandũ in terrã tuã venimus: qm̃ nõ eſt herba gregibus ſeruorum tuorũ, ingraueſcente fame in terra Chanaan: petimusq; vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen. Dixit itaq; Rex ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in cõſpectu tuo eſt: in optimo loco fac habitare eos, & trade eis terrã Geſſen. Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

ca. 6. IN diebus autẽ illis creſcente numero diſcipulorũ, factũ eſt murmur Gręcorũ aduerſus Hebręos, eo ꝙ deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorũ. Conuocantes aũt duodecim multitudinem diſcipulorũ dixerunt, Non eſt æquum, nos derelinquere verbũ Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptẽ, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſup hoc opus. Nos vero, orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanũ virum plenum fide & Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorũ, & Nicanorẽ, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenã Antiochenum. Hos ſtatuerunt ante cõſpectum apoſtolorũ, & orantes impoſuerunt eis manus. Et verbum Dei creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalẽ valde: multa etiã turba ſacerdotum obediebat fidei. † Stephanus autem plen⁹ gratia & fortitudinę B
faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Surrexerũt aũt quidam de ſynagoga, quæ appellabatur Libertinorũ, & Ciſenenſium, & Alexandrinorũ, & eorũ qui erãt à Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano: & nõ poterant reſiſtere ſapiẽtię & ſpiritui qui loquebatur.] Tunc C
ſubmiſerũt viros, qui dicerẽt ſe audiuiſſe eum dicentem verba blaſphemię in Moyſen & Deũ. Cõmouerunt itaq; plebem, & ſeniores & Scribas, & cõcurrentes rapuerunt eũ, & adduxerũt in conciliũ: & ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent, Homo iſte nõ ceſſat loqui verba aduerſus locũ ſanctũ & legem. Audiuimus enim eum dicentem qm̃ Ieſus Nazareuus hic, deſtruet

locũ iſtum, & mutabit traditio
nes quas tradidit nobis Moy-
ſes. Et intuentes eũ omnes qui
ſedebãt in cõcilio, viderunt fa-
ciem eius tanquã faciẽ angeli.

¶ Feria.iiij.ex Geneſi. Lcõ.j.

c.47 POſt hęc introduxit Ioſeph
patrẽ ſuũ ad regem, & ſta-
tuit eum coram eo: qui benedi
cens illi, & interrogatus ab eo,
Quot ſunt dies annorum vitæ
tuæ? reſpondit, Dies peregrina-
tionis vitæ meæ centum trigin
ta annorũ ſunt, parui & mali:
& nõ peruenerunt vſq; ad dies
patrum meorũ quibus peregri
nati ſunt. Et benedicto rege
egreſſus eſt foras. Ioſeph vero
patri & fratribus ſuis dedit poſ-
ſeſſionẽ in Ægypto in optimo
terræ loco Rameſſes, vt præce-
perat Pharao. Et alebat eos, om
nemq; domũ patris ſui, præbẽs
cibaria ſingulis. In toto enim
orbe panis deerat, & oppreſſe-
rat fames terrã, maxime Ægy-
pti & Chanaan. E quibus om-
nem pecuniã congregauit pro
venditione frumenti, & intulit
eam in ærarium regis. Cumq;
defeciſſet emptorib⁹ preciũ, ve-
nit cũcta Ægyptus ad Ioſeph,
dicens, Da nobis panes: quare
morimur coram te, deficiente
pecunia? Quibus ille reſpõdit,
Adducite pecora veſtra, & da-
bo vobis pro eis cibos, ſi pretiũ
non habetis. Quæ cum addu-
xiſſent, dedit eis alimenta pro
equis & ouibus, & bobus & aſi-
nis: ſuſtẽtauitq; eos illo anno
pro cõmutatione pecorũ. Vene
runt quoq; anno ſecũdo, & di-
xerũt ei, Non celamus dño no-
ſtro, ꝙ deficiente pecunia, peco
ra ſimul defecerũt: nec clam te
eſt, ꝙ abſq; corporibus & terra
nihil habeam⁹. Cur ergo mori-
mur te vidente? & nos, & terra
noſtra tui erimus: eme nos in
ſeruitutem regiam, & prębe ſe-
mina, ne pereunte cultore re-
digatur terra in ſolitudinem.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

DIxit autem princeps ſacer c.7.
dotũ, Si hæc ita ſe habẽt?
Qui ait, Viri fratres & patres
audite. Deus gloriæ apparuit
patri noſtro Abrahæ cum eſſet
in Meſopotamia, prius q̃ mo-
raretur in Caran, & dixit ad il-
lum, Exi de terra tua, & de co-
gnatione tua, & veni in terram
quam monſtrauero tibi. Tunc
exijt de terra Caldæorum, &
habitauit in Charan. Et inde,
poſtq̃ mortuus eſt pater eius,
tranſtulit illũ in terram iſtam,
in qua nunc vos habitatis. Et
non dedit illi hæreditatem in

Chriſtum eius. Conuenerunt enim vere ĩ ciuitate iſta aduerſus ſanctũ puerũ tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cũ gentibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua & cõſiliũ tuũ decreuerunt fieri. Et nunc dñe reſpice in minas eorũ, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbũ tuũ, in eo ꝙ manũ tuam extendas ad ſanitates & ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui Ieſu. Et cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant congregati: & repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto, & loquebãtur verbũ Dei cum fiducia. Multitudinis aũt credentiũ erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquã eorũ quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti dñi noſtri: & gratia magna erat in oĩbus illis. Neq; enim quiſquã egens erat inter illos. Quotquot enĩ poſſeſſores agrorum aut domorũ erãt, vendentes afferebãt pretia eorum quæ vendebãt, & ponebant ante pedes Apoſtolorũ. Diuidebatur autẽ ſingulis prout cuiq; opus erat. Ioſeph aũt qui cognominat⁹ eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpretatum, filius conſolationis) Leuites, Cyprius genere, cũ haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorũ.

Secundum Lucam. Lectio. iij.

IN illo tpe: Surgens Ieſus de c. 14.
ſynagoga intrauit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus.

Et reℓ. Hom. ſcti Ambroſij epi.

Vide clementiam dñi Saluatoris: nec indignatione cõmotus, nec ſcelere offenſus: nec iniuria violatus Iudæam deſeruit. Quinetiam immemor iniuriȩ, memor clementiȩ, nũc docendo, nunc liberando, nũc ſanando plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas virũ à ſpiritu nequitiæ liberatũ ante præmiſit, & ſubſtituit fœminȩ ſanitatẽ. Vtrunq; enim ſexum dñs curaturus aduenerat: & prior ſanari debuit, qui prior creatus eſt. Nec prȩtermitti illa debuit, quæ mobilitate magis animi, quã prauitate peccauerat. Sabbato, dñicȩ medicinȩ opera cœpta ſignificãt, vt inde creatura noua cœperit, vbi vet⁹ creatura ante deſierat. Nec ſub lege eſſe Dei filiũ, ſed ſupra legẽ in ipſo principio deſignaret, nec ſoluere

uere legẽ, ſed adimplere. Neq; enim per legẽ, ſed verbo factus eſt mũdus: ſicut legim⁹: Verbo dñi cœli firmati ſunt. Non ſoluitur ergo lex, ſed impletur: vt fiat renouatio hominis iam labentis. Vnde & Apoſtolus ait: Expoliãtes vos veterẽ hominẽ induite nouũ, q ſecundũ Chriſtũ creatus eſt. Et bene ſabbato cœpit: vt ipſe oſtẽderet ſe creatorem, qui opera operibus intexeret, & proſequeretur opus quod cœperat. Te deũ. Oro.

MEntibus noſtris quæſumus dñe Spiritum ſanctum benignus infunde: cuius & ſapientia conditi ſumus, & prouidentia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

¶ Si in feſto Trinitatis inciderit feſt. dup. alicuius ſctĩ, tranſferendũ eſt in ſequẽtẽ diem: ſi autẽ fuerit ſimplex, omittitur.

¶ Feſtũ ſanctę Trinitatis dup. maius. Ad veſperas. Hymnus.

ADeſto ſancta Trinitas,
Par ſplendor, vna deitas,
Quæ extas rerum omnium,
Sine fine principium.
Te cœlorum militia,
Laudat, adorat, prædicat:
Triplexq; mundi machina,
Benedicit per ſecula.
Adſumus & nos cernui,
Te adorantes famuli:
Vota, preceſq; ſupplicum,
Hymnis iunge cœleſtium.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito:
Vna cum ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.

Antiphona. O adoranda Trinitas, ò veneranda vnitas, ò perfecta deitas, tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in ſempiterna ſecula. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione verę fidei æternæ trinitatis gloriã agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatẽ: quęſumus, vt eiuſdẽ fidei firmitate, ab oĩbus ſemp muniamur aduerſis. Per.

¶ Dñica Trinitatis prima poſt Pentecoſten. Ad matutin. inuit.

SAnctã Trinitatẽ vnũ Deũ, venite adoremus. Hymn⁹.
Adeſto ſctã trinitas &c. vt ſup.

Añ. Te inuocam⁹, te laudam⁹, te adoramus ò beata Trinitas.

Ex Iſaia. Lectio prima.

IN anno quo mortu⁹ eſt rex Ozias, vidi dñm ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templũ. Seraphin ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem ca. 6.

ciem

ciem eius, & duabus velabât pedes eius, & duabus volabant. Et clamabat alter ad alterũ, & dicebat: Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus exercituũ, plena eſt omnis terra gloria eius. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Et dixit: Væ mihi, quia tacui, qa vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regẽ dñm exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnº de Seraphin, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meũ, & dixit: Ecce, tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & pctm̃ tuum mundabitur. Et audiui vocẽ dñi dicentis, Quẽ mittã? & qs ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Et dicit, Vade, & dices populo huic, Audite audiẽtes, & nolite intelligere: & videte viſionẽ, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eiº aggraua, & oculos eiº claude: ne forte videat oculis ſuis, & auribº ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio ij.

5. VIr autem quidã nomine Ananias cũ Saphira vxore ſua vendidit agrũ, & fraudauit de pretio agri, cõſcia vxore ſua: & afferens partẽ quandã, ad pedes apoſtolorum poſuit. Dixit aũt Petrus ad Ananiam, Anania, cur tẽtauit ſatanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatũ in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hãc rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autẽ Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt. Surgentes aũt iuuenes amouerũt eũ, & efferentes ſepelierunt. Factũ eſt aũt quaſi horarũ trium ſpatiũ, & vxor ipſius, neſciẽs quod factũ fuerat, introiuit. Dixit autẽ ei Petrus, Dic mihi, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit, Etiã, tanti. Petrus autẽ ait ad eam, Quid vtiq; cõuenit vobis tentare ſpiritum dñi? Ecce pedes eorũ qui ſepelierũt virum tuũ, ad oſtiũ: & efferẽt te. Confeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes aũt iuuenes, inuenerunt illã mortuã: & extulerũt, & ſepelierunt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in vniuerſa eccleſia, & in omnes qui

R. qui audierunt. † Per manus autem apoſtolorum fiebãt ſigna & prodigia multa in plebe. Et erãt vnanimiter oẽs in porticu Salomonis. Cęterorum aũt nemo audebat ſe cõiungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autẽ augebatur credentium in dño, multitudo virorũ ac mulierum: ita vt in plateas eiicerẽt infirmos & ponerẽt in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro ſaltẽ vmbra illius obumbraret quenquã illorũ: & liberarentur oẽs ab infirmitatibus ſuis. Cõcurrebat aũt & multitudo vicinarũ ciuitatũ, Ieruſalẽ, afferẽtes ægros & vexatos à ſpiritibus immũdis: qui curabantur oẽs.] Exurgens autẽ princeps ſacerdotũ & oẽs qui cum illo erãt, quę eſt hæreſis Sadducæorum, repleti ſunt zelo: & iniecerũt man⁹ in apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus aũt dñi per noctem aperiẽs ianuas carceris, & educens eos, dixit, Ite: & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cum audiſſent, intrauerunt diluculo in templũ, & docebant.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

c. 15. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis qui à patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me.

Et reſ. Hom. ſctĩ Leonis papæ.

Cum ad intelligendũ dignitatem ſancti ſpiritus aciem mentis intendimus, nihil diuerſum ab excellentia patris & filij cogitemus, quia in nullo ab vnitate ſua diuinitatis eſſentia diſcrepat. Sempiternũ eſt enim patri filij ſui eſſe genitorem. Sempiternũ eſt filio intemporaliter à patre eſſe progenitũ. Sempiternũ eſt quoq; ſpiritui ſancto ſpm̃ eſſe patris & filij: vt nunquã pater ſine filio, nunq̃ pater & fili⁹ ſine ſpũ ſancto fuerint. Et oĩbus excluſis exiſtentię gradibus, vt nulla ibi perſona ſit anterior, nulla poſterior. Huius enim beatæ trinitatis & incõmutabilis diuinitatis vna eſt ſubſtãtia indiuiſa in opere, concors in volũtate, par in omnipotentia, æqualis in gloria. De qua cũ ſancta ſcriptura ſic loquitur, vt aut in factis, aut in verbis aliquid aſſignet, quod ſingulis nõ videatur cõuenire perſonis, non perturbatur fides catholica. Sed docetur vt per proprietatem aut vocis aut operis inſinuetur nobis veritas trinita-

nitatis: & non diuidat intellectus, quod diſtinguit auditus. Ad laudes aña. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Oratio. Oĩpotẽs ſempiterne Deus. &c. vt ſupra. Ad veſperas. Hymnus & Oĩo vt in primis veſperis aña. Te Deum patrem ingenitum, te filium vnigenitũ, te ſpiritum paracletum, ſanctam & indiuiduã Trinitatẽ toto corde, & ore confitemur, laudamus atq; benedicim⁹, tibi gloria in ſecula.

¶ Feria ſecunda, poſt Dominicã Trinitatis. Si hodie nullũ inciderit feſtum, fiat officium de feria modo infraſcripto.

Ad Matutinum Inuitatorium.

DOminũ qui fecit nos venite adoremus. Hymn⁹.

NOcte ſurgẽtes vigilemus omnes, Semper in pſalmis meditemur, atque Viribus totis domino canamus Dulciter hymnos.

Vt pio regi pariter canentes, Cũ ſuis ſanctis mereamur aulã Ingredi cœli: ſimul & beatam Ducere vitam.

Præſtet hoc nobis deitas beata Patris, ac nati, pariterq; ſancti Spiritus, cuius reboat in omni Gloria mundo. Amen. Aña. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Ex Geneſi. Lectio prima.

HAec ſunt autem nomina filiorũ Iſraël, qui ingreſſi ſunt in Aegyptũ, ipſe, cum liberis ſuis. Primogenitus Ruben. Filij Ruben: Enoch & Phallu & Heſrõ & Charmi. Filij Simeõn Iamel & Iamin & Ahod & Iachin & Saher, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerſon & Cahath & Merari. Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autem Her, & Onan in terra Chanaan. Natiq; ſunt filij Phares: Heſron & Hamul. Filij Iſſachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. hi filij Liæ, quos genuit in Meſopotamia Syriæ cũ Dina filia ſua, omnes animæ filiorũ eius & filiarum, trigintatres. Filij Gad: Sephon & Aggi & Eſebon & Suni, & Heri & Arodi & Areli. Filij Aſer: Iemna & Ieſua & Ieſui & Beria, Sara quoq; ſoror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. hi filij Zelphe, quã dedit Labã Liæ filiæ ſuæ, & hos genuit Iacob, ſedecim animas. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Beniamin. Natiq; ſunt Ioſeph filij

filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes, & Ephraim. Filij Beniamin, Bela & Bechor & Aſbel & Gera, & Naaman & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob, omnes animę quatuordecim. Filij Dan, Vſim. Filij Nephtali, Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem. Hi filij Balæ, quã dedit Laban Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ, ſeptem. Cunctæq; animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, & egreſſæ ſunt de fœmore illius, abſque vxoribus filiorũ eius, ſexaginta ſex. Filij autem Ioſeph qui nati ſunt ei in terra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ dom⁹ Iacob quæ ingreſſę ſunt in Aegyptum, fuere ſeptuaginta.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

22.5. ADueniens autẽ princeps ſacerdotũ & qui cum eo erãt, conuocauerunt cõſiliũ, & omnes ſeniores filiorũ Iſrael: & miſerunt ad carcerẽ vt adducerentur. Cum autẽ veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inueniſſent illos: reuerſi nuntiauerũt dicẽtes, Carcerẽ quidẽ inuenimus clauſum cũ omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante ianuas: aperientes autem, neminẽ intus inuenim⁹. Vt aũt audierunt hos ſermones magiſtratus templi, & principes ſacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. Adueniẽs aũt quidã nuntiauit eis, Quia ecce viri quos poſuiſtis in carcerẽ, ſunt in tẽplo ſtantes, & docẽtes populũ. Tũc abijt magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi: timebant enim populũ, ne lapidarentur. Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in cõcilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum, dicens, Præcipiendo præcepim⁹ vobis ne doceretis in nomine iſto: & ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinẽ hominis iſtius? Reſpondens aũt Petrus & Apoſtoli, dixerũt, Obedire oportet Deo magis, q̃ hominib⁹. Deus patrum noſtrorũ ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno. Hũc principem & ſaluatorẽ Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiã Iſraeli, & remiſſionem peccatorũ: & nos ſumus teſtes horum verborũ, & Spiritus ſanctus quẽ dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Hæc

cum

cum audiſſent, diſſecabantur: & cogitabant interficere illos. Surgens aũt quidã in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legis doctor, honorabilis vniuerſæ plebi iuſſit foras modicũ Apoſtolos ſecedere: dixitq; ad illos, Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens ſe eſſe aliquem, cui cõſenſit numerus virorũ circiter quadringentorum, qui occiſus eſt: & omnes qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilũ. Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in dieb° profeſſionis, & auertit populũ poſt ſe, & ipſe perijt: & omnes quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt. Et nunc dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis & ſinite illos, quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſoluet̃: ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne forte & Deo repugnare videamini. Conſenſerũt autem illi, Et cõuocantes apoſtolos, cæſis denuntiauerunt ne omnino loquerẽtur in nomine Ieſu, & dimiſerũt eos. Et illi quidẽ ibant gaudentes à conſpectu conſilij quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Omni autẽ die nõ ceſſabant in tẽplo & circa domos docẽtes, & euãgelizãtes Ieſum Chriſtum.

¶ Si hodie nõ ſit officiũ de aliquo ſancto, omittẽda eſt tertia lectio occurrens in Calendario ex epiſtolis, & loco eius dicenda eſt ſequẽs, quę eſt de dñica præcedenti, quæ nõ potuit ibi poni propter officium Trinitatis.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Eſtote miſericordes ſicut & pr̃ veſter miſericors eſt. ca.6.

Et reł. Hom. ſcti Auguſti. epi.

Intendite frẽs ipſam miſericordiam & iudiciũ. Miſericordiæ tempus modo eſt: iudicij autẽ tempus poſt erit. Vnde eſt nũc miſericordiæ tẽpus? Vocat modo auerſos: donat pctã conuerſis: patiẽs eſt ſuper peccatores, donec cõuertãtur. Quãdocũq; cõuerſi fuerint, pręterita obliuiſcitur: futura promittit. Hortatur pigros, conſolatur afflictos: docet ſtudioſos: adiuuat dimicantes: neminẽ deſerit laborantem & clamãtẽ ad ſe. Donat vnde ſibi ſacrificet̃: ipſe tribuit vnde placet̃. Te deũ. Ad lau. añ. Iubilate Deo omnis terra, cãtate, & exultate, & pſallite. Oro.

Deus in te ſperantiũ fortitudo, adeſto propitius inuoca-

uocationibus noſtris. & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi. & actione placeamus. Per domi.

¶ Hęc oratio quę eſt de anteā prędẽti, dicitur hodie & duobus ſequẽtibꝰ diebus ſi fiat officium de feria. Ad veſper. hym.

O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas,
Iam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur veſpere:
Te noſtra ſupplex gloria,
Per cuncta laudet ſecula.
Deo patri ſit gloria, Eiusq; ſoli filio: Cum ſpiritu paracleto, Et nunc & in perpetuũ. Amen.

Aña. Veſpertina oratio aſcendat ad te domine, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

¶ Notandũ, q̄ inuit. hymni, & añæ huius feriæ dñr ab hac die vſq; ad Aduentum, & ab octa. Epiphaniæ vſq; ad Dominicã ſeptuageſimæ, quãdocunq; fit officium de Dñica vel de feria.

¶ Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j.

c.46. MIſit aũt Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph in Ægyptum vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Geſſen. Quo cum perueniſſet, iũcto Ioſeph currũ ſuo, aſcendit obuiam patri ſuo ad eundẽ locũ: videnſq; eum, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioſeph, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnẽ domũ patris ſui, Aſcendam, & nuntiabo Pharaoni: dicamq; ei, Fratres mei & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: & ſunt viri paſtores ouiũ, curãq; habẽt alendorũ gregum: pecora ſua, & armẽta, & omnia quę habere potuerunt, adduxerunt ſecũ. Cumq; vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrũ? reſpondebitis, Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſq; in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autẽ diceris vt habitare poſſitis ĩ terra Geſſen: quia deteſtantur Ægyptij oẽs paſtores ouiũ. Ingreſſus ergo c.47.
Ioſeph nuntiauit Pharaoni dicens, Pater meus & fratres, oues eorũ & armenta & cuncta quæ poſſidẽt, venerũt de terra Chanaan: & ecce cõſiſtunt in terra Geſſen. Extremos quoq; fratrũ ſuorũ quinq; viros ſtatuit corã Rege: quos ille interrogauit,

Quid habetis operis? Reſponderunt, Paſtores ouium ſumus ſerui tui,& nos & patres noſtri. Ad peregrinandũ in terrã tuã venimus: qm̃ nõ eſt herba gregibus ſeruorum tuorũ,ingraueſcente fame in terra Chanaan: petimusq; vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen. Dixit itaq; Rex ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in cõſpectu tuo eſt: in optimo loco fac habitare eos, & trade eis terrã Geſſen. Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

ca.6. IN diebus autẽ illis creſcente numero diſcipulorũ, factũ eſt murmur Græcorũ aduerſus Hebræos, eo ꝙ deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorũ. Conuocantes aũt duodecim multitudinem diſcipulorũ dixerunt, Non eſt æquum, nos derelinquere verbũ Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptẽ, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſup hoc opus. Nos vero, orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanũ virum plenum fide & Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorũ, & Nicanorẽ, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenã Antiochenum. Hos ſtatuerunt ante cõſpectum apoſtolorũ, & orantes impoſuerunt eis manus. Et verbum Dei creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalẽ valde: multa etiã turba ſacerdotum obediebat fidei. † Stephanus autem plen⁹ gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Surrexerũt aũt quidam de ſynagoga, quæ appellabatur Libertinorũ, & Cirenenſium, & Alexandrinorũ, & eorũ qui erãt à Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano: & nõ poterant reſiſtere ſapiẽtiæ & ſpiritui qui loquebatur. B]Tunc ſubmiſerũt viros, qui dicerẽt ſe audiuiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen & Deũ. C Cõmouerunt itaq; plebem, & ſeniores & Scribas, & cõcurrentes rapuerunt eũ, & adduxerũt in conciliũ: & ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent, Homo iſte nõ ceſſat loqui verba aduerſus locũ ſanctũ & legem. Audiuimus enim eum dicentem qm̃ Ieſus Nazarenus hic, deſtruet

locũ iſtum, & mutabit traditio
nes quas tradidit nobis Moy-
ſes. Et intuentes eũ omnes qui
ſedebãt in cõcilio, viderunt fa-
ciem eius tanquã faciẽ angeli.

¶Feria.iiij.ex Geneſi. Lcõ.j.

c.47 POſt hęc introduxit Ioſeph
patrẽ ſuũ ad regem, & ſta-
tuit eum coram eo: qui benedi
cens illi, & interrogatus ab eo,
Quot ſunt dies annorum vitæ
tuæ? reſpondit, Dies peregrina-
tionis vitæ meæ centum trigin
ta annorũ ſunt, parui & mali:
& nõ peruenerunt vſq; ad dies
patrum meorũ quibus peregri
nati ſunt. Et benedicto rege
egreſſus eſt foras. Ioſeph vero
patri & fratribus ſuis dedit poſ-
ſeſſionẽ in Ægypto in optimo
terræ loco Rameſſes, vt præce-
perat Pharao. Et alebat eos, om
nemq; domũ patris ſui, præbẽs
cibaria ſingulis. In toto enim
orbe panis deerat, & oppreſſe-
rat fames terrã, maxime Ægy-
pti & Chanaan. E quibus om-
nem pecuniã congregauit pro
venditione frumenti, & intulit
eam in ærarium regis. Cumq;
defeciſſet emptorib⁹ preciũ, ve-
nit cũcta Ægyptus ad Ioſeph,
dicens, Da nobis panes: quare
morimur coram te, deficiente
pecunia? Quibus ille reſpõdit,
Adducite pecora veſtra, & da-
bo vobis pro eis cibos, ſi pretiũ
non habetis. Quæ cum addu-
xiſſent, dedit eis alimenta pro
equis & ouibus, & bobus & aſi-
nis: ſuſtẽtauitq; eos illo anno
pro cõmutatione pecorũ. Vene
runt quoq; anno ſecũdo, & di-
xerũt ei, Non celamus dño no-
ſtro, ꝙ deficiente pecunia, peco
ra ſimul defecerũt: nec clam te
eſt, ꝙ abſq; corporibus & terra
nihil habeam⁹. Cur ergo mori-
mur te vidente? & nos, & terra
noſtra tui erimus: eme nos in
ſeruitutem regiam, & prębe ſe-
mina, ne pereunte cultore re-
digatur terra in ſolitudinem.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

DIxit autem princeps ſacer c.7.
dotũ, Si hæc ita ſe habẽt?
Qui ait, Viri fratres & patres
audite. Deus gloriæ apparuit
patri noſtro Abrahæ cum eſſet
in Meſopotamia, priuſq̃ mo-
raretur in Caran, & dixit ad il-
lum, Exi de terra tua, & de co-
gnatione tua, & veni in terram
quam monſtrauero tibi. Tunc
exijt de terra Caldæorum, &
habitauit in Charan. Et inde,
poſtq̃ mortuus eſt pater eius,
tranſtulit illũ in terram iſtam,
in qua nunc vos habitatis. Et
non dedit illi hæreditatem in

ea nec paſſum pedis: ſed repromiſit dare illi eã in poſſeſſionẽ, & ſemini eius poſt ipſum, cum nõ haberet filium. Locutus eſt autẽ ei Deus, Quia erit ſemen eius accola in terra aliena, & ſeruituti eos ſubiicient, & male tractabunt eos annis quadringentis: & gentẽ cui ſeruierint, iudicabo ego, dicit dñs, & poſt hæc exibũt: & ſeruient mihi in loco iſto. Et dedit illi teſtamentum circũciſionis, & ſic genuit Iſaac, & circuncidit eũ die octauo: & Iſaac, Iacob, & Iacob duodecim patriarchas. Et patriarchę æmulãtes, Ioſeph vendiderunt in Ægyptũ, & erat Deus cum eo, & eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiã & ſapiẽtiã in cõſpectu Pharaonis regis Ægyptiorũ, & cõſtituit eum præpoſitum ſuper Aegyptũ & ſuper omnẽ domum ſuã. Venit autẽ fames in vniuerſam Aegyptũ & Chanaan, & tribulatio magna: & nõ inueniebãt cibos patres noſtri. Cum audiſſet autẽ Iacob eſſe frumentum in Aegypto, miſit patres noſtros primum: & in ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratrib' ſuis, & manifeſtatũ eſt Pharaoni genus eius. Mittens aũt Ioſeph accerſiuit Iacob patrẽ ſuum, & oẽm cognationẽ ſuam in animab' ſeptuagintaquinq;. Et deſcendit Iacob in Aegyptũ: & defunctus eſt ipſe & patres noſtri. Et tranſlati ſunt in Sichem: & poſiti ſunt ĩ ſepulchro quod emit Abrahã pretio argenti à filijs Hemor filij Sichem. Cum aũt appropinquaret tẽpus pmiſſionis: quã cõfeſſus erat De' Abrahæ, creuit popul' & multiplicatus eſt in Aegypto, quoaduſq; ſurrexit alius rex in Aegypto, qui nõ ſciebat Ioſeph. Hic circunueniẽs gen' noſtrũ, afflixit patres noſtros: vt exponerẽt infantes ſuos, ne viuificarentur.

¶ Notandũ: q̃ ſi aliquod feſtũ duplex inciderit in die Euchariſtiæ, trãsferẽdũ eſt in ſequẽtẽ diẽ, vt in regulis generalib': & eodẽ modo fiet quãdo feſtũ duplex inciderit in die octauæ: excipit' feſtũ ſcti Ioannis Baptiſtę quod ſi in die octauæ inciderit celebrabit' eadẽ die, cũ cõme. Euchariſtiæ p Orationẽ tantũ in vtriſq; veſpis & in laudib'.

¶ Infra octauã vero Corporis Chriſti quodcũq; feſtũ duplex incidet, celebrabit' eadẽ die cũ cõmemoratiõe Euchariſtię. Si autẽ feſtũ ſimplex inciderit in die Euchariſtiæ omittit' oĩno: & ſi

& ſi inciderit infra octauam, fit cõmemoratio de eo in fine Primæ antequã dicatur Pretioſa.

¶ Feſtum Corporis Chriſti duplex maius. Ad veſper. Hym.



PAnge lingua glorioſi
Corporis myſteriũ:
Sanguiniſq; ꝑtioſi,
Quẽ in mundi pretium,
Fructus ventris generoſi,
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus,
Ex intacta virgine:
Et in mundo conuerſatus
Sparſo verbi ſemine:
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.
In ſuperemæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obſeruata lege plene
Cibis in legatibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.
Verbum caro panem verum,
Verbo carnem efficit,
Fitq; ſanguis Chriſti merum:
Et ſi ſenſus deficit,
Ad firmandum cor ſyncerum
Sola fides ſufficit.
Tantum ergo ſacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.
Genitori, genitoq;
Laus, & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoq;
Sit, & benedictio:
Procedenti ab vtroq;
Cõpar ſit laudatio. Amen. Añ.

Sacerdos in ęternũ Chriſt' dñs ſecundũ ordinẽ Melchiſedech panem & vinum obtulit. Orõ.

DEus, qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tuæ memoriã reliquiſti: tribue quęſumus, ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui vi. Ad matuti. inuit.

Sanctiſſimum Chriſti Corpus venite adoremus. Hymnus.

SAcris ſolennijs iuncta ſint gaudia,
Et ex ꝓcordijs ſonẽt præconia:
Recedant vetera, noua ſint oĩa
Corda, voces, & opera.
Noctis recolitur cœna nouiſſima,
Qua Chriſtus creditur agnum

& azyma,
Dediſſe fratribus iuxta legiti-
ma: priſcis indulta patribus,
Poſt agnum typicum exple-
tis epulis,
Corpus dñicũ datũ diſcipulis,
Sic totũ oĩb⁹, qđ totũ ſingulis,
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilib⁹ corpis ferculũ:
Dedit & triſtibus ſanguinis po
culum,
Dicens, Accipite, quod trado,
vaſculum.
Omnes ex eo bibite.
Sic ſacrificium iſtud inſtituit,
Cuius officium cõmitti voluit,
Solis pſbyteris: qb⁹ ſic cõgruit,
Vt ſumant, & dent cæteris.
Panis angelic⁹, fit panis hoĩm,
Dat panis cœlicus figuris ter-
minum,
O res mirabilis: mãducat dñm
Pauper, ſeruus, & humilis.
Te trina deitas, vnaq; poſcim⁹,
Sic nos tu viſita, ſicut te colim⁹;
Per tuas ſemitas duc nos quo
tendimus.
Ad lucẽ, quã inhabitas. Amen.
Añ. Calicẽ ſalutaris accipiam,
& ſacrificabo hoſtiam laudis.

Ex libro Sapientiæ. Lectio. j.

c. 16. ANgelorũ eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentẽ, & omnis ſaporis ſuauitatẽ. Subſtantia enim tua dulcedinẽ tuam quã in filio habes oſtendebat: & deſeruiẽs vnuiſcuiuſq; volũtati, ad quod quiſq; volebat cõuertebatur. Nix autẽ, & glacies ſuſtinebant vim ignis: & nõ tabeſcebãt: vt ſcirent, qm̃ fructus inimicorũ exterminabat ignis ardẽs in grandine & pluuia coruſcans. Hoc aũt iterum, vt nutrirentur iuſti, ignis etiam ſuæ virtutis oblitus eſt. Creatura enim tibi factori deſeruiẽs, exardeſcit in tormentũ aduerſus iniuſtos: & leuior fit ad benefaciendum pro his qui in te cõfidũt. Propter hoc & tũc omnia trãsfigurata oĩum nutrici gratię tuę deſeruiebãt ad volũtatẽ eorũ qui à te deſiderati ſunt: vt ſcirent filij tui, quos dilexiſti dñe, qm̃ nõ natiuitatis fructus paſcũt hoĩes: ſed ſermo tu⁹ hos qui in te crediderint cõſeruat.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

EOdem tempore natus eſt Moyſes, & fuit grat⁹ Deo, c. 7. a qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui. Expoſito autem illo, ſuſtulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi in filiũ. Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Aegyptiorũ: &

erat potens in turbis, & in operibus ſuis. Cum aũt impleretur ei quadraginta annorum tempus, aſcendit in cor eius vt viſitaret fratres ſuos filios Iſrael. Et cum vidiſſet quendã iniuriã patientẽ, vindicauit illũ: & fecit vltionẽ ei qui iniuriã ſuſtinebat, percuſſo Aegyptio. Exiſtimabat autẽ intelligere fratres, quoniã Deus per manũ ipſius daret ſalutẽ illis. At illi non intellexerunt. Sequenti vero die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens, Viri fratres eſtis: vt quid nocetis alterutrũ? Qui autẽ iniuriã faciebat proximo, repulit eum, dicẽs, Quis te cõſtituit principẽ & iudicem ſup nos? nunquid interficere me tu vis, quẽadmodũ interfeciſti heri Aegyptiũ? Fugit autem Moyſes in verbo iſto: & factus eſt aduena in terra Madiã, vbi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deſerto mõtis Sina angel' in igne flammæ rubi. Moyſes autẽ videns, admiratus eſt viſum. Et accedente illo vt conſideraret, facta eſt ad eum vox dñi, dicens, Ego ſum Deus patrum tuorũ, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Tremefactus aũt Moyſes, non audebat conſiderare. Dixit autem illi dñs, Solue calceamentũ pedũ tuorũ: Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt Videns vidi afflictionem populi mei qui eſt in Aegypto, & gemitũ eorũ audiui, & deſcendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in Aegyptũ. Hunc Moyſen quem negauerunt, dicentes, Quis te conſtituit principem & iudicem? hunc Deus principẽ & redemptorẽ miſit, cũ manu angeli qui apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos faciens prodigia & ſigna in terra Aegypti, & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta. Hic eſt Moyſes qui dixit filijs Iſrael, Prophetã ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris tanquã me: ipſum audietis. Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina: & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres noſtri: ſed repulerunt & auerſi ſunt cordibus ſuis in Aegyptũ dicentes ad Aaron, Fac nobis Deos qui præcedãt nos. Moyſi enim huic: qui eduxit nos de terra Aegypti, neſcimus quid factum ſit. Et vitulum fecerũt

runt in dieb⁹ illis, & obtulerunt hoſtiã ſimulachro, & lætabantur in operib⁹ manuũ ſuarũ.]

Secundum Ioãnem. Lectio. iiij.

ca. 6. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, & turbis Iudęorum, Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.

Et reſ. Hom. ſctĩ Auguſti. epi.

Cum enim cibo & potu id appetant homines vt nõ eſuriant neq; ſitiãt: hoc vere nõ præſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus ſumitur immortales & incorruptibiles facit, id eſt ſocietas ipſa ſctõrũ, vbi pax erit, & vnitas plena atque perfecta. Propterea qppe ſicut etiã ante nos hoc intellexerũt homines Dei, Dñs noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinẽ ſuum in eis rebus cõmendauit, quę ad vnũ aliquid rediguntur. Ex multis nanq; granis vnus panis efficitur: & ex multis racemis vinũ confluit. Deniq; iam exponit quomodo id fiat quod loquitur: & quid ſit manducare corpus eius, & ſanguinem bibere. Et qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ ſanguinẽ, in me manet & ego in eo. Hoc eſt enim manducare illã eſcam, & illum bibere potũ, in Chriſto manere, & illũ manentẽ in ſe habere. Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, proculdubio nõ manducat ſpiritualiter eius carnẽ: licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti. Sed magis tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſibi manducat & bibit, qui immundus pręſumit ad Chriſti ſacramenta accedere, quæ alius non digne ſumit niſi qui mundus eſt: de quibus dicitur, Beati mundo corde: quoniã ipſi Deum videbunt.

Ad laudes aña. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternũ, halah. Oro. Deus qui. vt ſup. Ad veſ. Hym. Pange lingua. vt ſupra. Aña. O ſacrum conuiuium in quo Chriſt⁹ ſumitur: recolitur memoria paſſionis eius: mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. haleluiah.

¶ Notandum, ꝙ Inuitatoriũ, hymni, añæ & Oratio huius diei dicuntur per totã octauã, niſi occurrat aliquod feſtum duplex, vt ſupra dictum fuit.

¶ Feria. vj. ex Geneſi. Lectio. j.

c. 47. EMit igitur Ioſeph omnem terrã Aegypti vendẽtibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ

ma-

magnitudine famis. Subiecitq́; eam Pharaoni, & cunctos populos ei⁹ à nouiſſimis terminis Aegypti vſq; ad extremos fines eius: prę̨ter terram ſacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quib⁹ & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt cōpulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Ioſeph ad populos: En, vt cernitis, & vos & terrā veſtrā Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partē Regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementē, & in cibum familijs & liberis veſtris. Qui responderunt, Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantum dn̄s noſter, & læti ſeruiemus Regi. Ex eo tēpore vſq; in præſentē diē in vniuerſa terra Aegypti, regib⁹ quinta pars ſoluitur, & factū eſt quaſi in legē: abſq; terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Iſrael in Aegypto, id eſt in terra Geſſen, & poſſedit eā: auctuſq́; eſt & multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem & ſeptem annis: factiq́; ſunt oēs dies vitę illius, centum quadragintaſeptem annorū. Cumq́; appropinquare cerneret diē mortis ſuæ, vocauit filiū ſuum Ioſeph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in cōſpectu tuo, pone manū tuā ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam & veritatem, vt nō ſepelias me in Aegypto, ſed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac: condaſq́; in ſepulchro maiorum meorū. Cui reſpondit Ioſeph, Ego faciā quod iuſſiſti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Iſrael dominū, conuerſus ad lectuli caput.

Ex actis Apoſtolorum. Lcō. ij.

CONuertit ſe autē Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarū: Nunquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculū Moloch, & ſydus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis, adorare eas. Et transferā vos trans Babylonē. Tabernaculum teſtimonij fuit patrib⁹ noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus, loquens ad Moyſen vt faceret illud ſecundum formā quā viderat. Quod & induxerunt, ſuſcipientes patres noſtri cū Ieſu in poſſeſſionem gentiū quas expulit Deus c.7.d

à facie patrũ noſtrorũ vſq; in dieb' Dauid, qui inuenit gratiã ante Deũ, & petijt vt inueniret tabernaculũ Deo Iacob. Salomon aũt ædificauit illi domũ. Sed excelſus, nõ in manufactis habitat, ſicut per Prophetã dicit: Cœlum mihi ſedes eſt: terra aũt, ſcabellũ pedum meorum. Quã domũ ædificabitis mihi, dicit dñs? aut quis locus requietionis meæ eſt? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, vos ſem p Spiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut patres veſtri, & vos. Quem Prophetarũ nõ ſunt pſequuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iuſti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis: qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorũ, & nõ
E cuſtodiſtis. † Audiẽtes aũt hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum. Cum autẽ eſſet plenus Spiritu ſancto. intendens in cœlũ, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Et ait, Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantẽ à dextris virtutis Dei. Exclamantes autẽ voce magna, cõtinuerũt aures ſuas: & impetũ fecerunt vnanimiter in eum. Et eiiciẽtes eum extra ciuitatẽ, lapidabant: & teſtes depoſuerũt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcẽtis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, Dñe Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autẽ genibus, clamauit voce magna, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cũ hoc dixiſſet, obdormiuit.] Saulus autem erat con F
ſentiens neci eius. Lectio. iij.

IMmẽſa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo chriſtiano, inæſtimabilẽ ei cõferũt dignitatem. Neq; enim eſt aut fuit aliquãdo tam grãdis natio quę habeat Deos appropinquãtes ſibi: ſicut adeſt nobis Deus noſter. Vnigenitus ſiquidẽ Dei filius ſuæ diuinitatis volẽs nos eſſe participes, noſtrã naturam aſſumpſit, vt homines Deos faceret, factus eſt homo. Et hoc inſuper quod de noſtro aſſumpſit, totũ nobis contulit ad ſalutem. Corpus nanq; ſuũ pro noſtra reconciliatione in ara Crucis hoſtiam obtulit Deo patri: ſanguinẽ ſuum fudit in pretiũ ſimul & lauacrũ, vt redempti à miſerabili ſeruitute, à peccatis omnibus mundaremur. Et vt tanti beneficij iugis in nobis ma-

manerẽt memoria, corpus ſuũ in cibum & ſanguinẽ ſuum in potum ſub ſpecie panis & vini ſumendũ fidelibus dereliquit. O pretioſum, & admirandum conuiuiũ ſalutiferum, & omni ſuauitate repletũ. Quid enim hoc cõuiuio pretioſius eſſe poteſt? in quo nõ carnes vitulorũ & hircorũ, vt olim in lege, ſed nobis Chriſtus ſumendus proponitur verus Deus. Quid hoc ſacramẽto mirabilius? In ipſo nãq; panis & vinũ in corpus & ſanguinẽ Chriſti ſubſtãtialiter conuertuntur. Ideoq; Chriſtus Deus & homo perfectus, ſub modici panis ſpecie cõtinetur.

Sabbato, ex Geneſi. Lcõ j.

c.42. HIs ita tranſactis, nuntiatũ eſt Ioſeph, ꝙ ægrotaret pater ſuus: q aſſumptis duobus filijs, Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. Dictũq; eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui cõfortatꝰ ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe Ioſeph, ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quę eſt ĩ terra Chanaan: benedixitq; mihi, & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboq; tibi terrã hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem ſempiternã. Duo ergo filij tui qui nati ſunt tibi in terra Aegypti antequã huc venirẽ ad te, mei erũt. Ephraim & Manaſſes ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos aũt quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrũ ſuorũ vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim quando veniebam de Meſopotamia, mortua eſt Rachel ĩ terra Chanaan in ipſo itinere, eratq; vernũ tempus: & ingrediebar Ephratam, & ſepeliui eã iuxta viã Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Vidẽs aũt filios eius dixit ad eum: qui ſunt iſti? Reſpondit. Filij mei ſunt quos donauit mihi Deꝰ in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicã illis. Oculi enim Iſrael caligabant præ nimia ſenectute, & clare videre non poterat. Applicitosq; ad ſe, deoſculatus & circumplexus eos, dixit ad Ioſeph filiũ ſuum, Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſup oſtendit mihi Deus ſemen tuum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

FActa eſt aũt in illa die perſecutio magna in eccleſia, ca. 8.
quę erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt p regiones Iudęæ, & Samariæ, præter apoſtolos. Curauerunt autẽ Stephanum

viri

viri timorati, & fecerunt planctum magnũ ſuper eũ. Saulus autẽ deuaſtabat eccleſiam, per domos intrãs: & trahens viros ac mulieres, tradebat in cuſtodiam Igitur qui diſperſi erant, pertranſibant, euangelizantes

B verbum Dei † Philippus autẽ deſcendẽs in ciuitatẽ Samariæ, prædicabat illis Chriſtũ. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes ſigna quę faciebat. Multi enim eorũ, qui habebant ſpũs immundos clamãtes voce magna, exibãt. Multi aũt paralytici, & claudi, curati ſunt. Factũ eſt ergo gau-

C dium magnũ in illa ciuitate.] Vir aũt quidã, nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, ſeducens gentẽ Samariæ, dicẽs ſe eſſe aliquẽ magnũ: cui auſcultabãt omnes à minimo vſque ad maximum dicentes: Hic eſt virtus Dei, quę vocatur magna. Attendebant aũt eum, propterea ꝙ multo tẽpore magijs ſuis dementaſſet eos. Cum vero credidiſſent Philippo euãgelizanti de regno Dei: in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ipſe credidit: & cum baptizatus eſſet, adhærebat Philippo. Videns etiã ſigna & virtutes maximas fieri ſtupẽs admirabatur. † Cum autẽ audiſſent

D apoſtoli qui erãt Ieroſolymis, ꝙ recepiſſet Samaria verbum Dei: miſerũt ad eos Petrum & Ioannẽ. Qui cũ veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritũ ſanctũ. Nondum enim in quenquã illorũ venerat, ſed baptizati tantũ erant in nomine dñi Ieſu. Tunc imponebãt manus ſup illos, & accipiebant Spiritũ ſanctũ.] Cum vidiſſet

E aũt Simon, quia per impoſitionem manꝰ apoſtolorũ daretur Spiritus ſanctꝰ, obtulit eis pecuniam, dicens. Date & mihi hãc poteſtatẽ, vt cuicunq; impoſuero manus, accipiat Spiritũ ſanctum. Petrus aũt dixit ad eum. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: qm̃ donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi pars, neq; ſors in ſermone iſto: cor enim tuum non eſt rectũ coram Deo. Pœnitentiã itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deũ: ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. Reſpondens aũt Simon, dixit: Precamini vos pro me ad dñm, vt nihil veniat ſuper me

horum

horum quæ dixiſtis. Lectio.iij.

MAnducatur itaq; à fidelibus: ſed minime laceratur. Quinimmo diuiſo ſacramento, ſub qualibet diuiſionis particula integer perſeuerat.

Accidētia etiā ſine ſubiecto in eodē exiſtunt: vt fides locū habeat, dum inuiſibile viſibiliter ſumitur, aliena ſpecie occultatum: & ſenſus à deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant ſibi notis. Nullum etiam ſacramentū eſt iſto ſalubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualiū chariſmatum abundantia impinguatur. Offertur ī eccleſia pro viuis & mortuis: vt omnib⁹ proſit, quod eſt pro ſalute omniū inſtitutum. Suauitatē deniq; huius ſacramēti nullus digne exprimere ſufficit: per qđ ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur, & recolitur memoria illius, quā in ſua paſſione Chriſtus mōſtrauit excellentiſſimę charitatis. Vnde vt huiuſmodi arctius charitatis immenſitas cordibus infigeretur fideliū, in vltima cœna quādo Paſcha cū diſcipulis celebrato, trāſiturus erat de hoc mundo ad patrem. hoc ſacramentū inſtituit tanq̄ paſſionis ſuę memoriale perenne, figurarū veterū impletiuū, miraculorū ab ipſo factorum maximum, & de ſua contriſtatis abſentia ſolatiū ſingulare.

¶ Dñica infra octauā Corporis Chriſti ſecunda poſt Pentecoſten, ex Geneſi. Lectio.j.

Cumque tuliſſet c.48.
eos Ioſeph de gremio pr̄is, adorauit pronus in terrā. Et poſuit Ephraim ad dexterā ſuā, id eſt ad ſiniſtrā Iſrael: Manaſſen vero in ſiniſtra ſua, ad dexterā ſcilicet patris, applicuitq; ambos ad eū. Qui extendēs manū dexterā, poſuit ſup caput Ephraim iunioris fratris: ſiniſtrā aūt ſuper caput Manaſſe, q maior natu erat, cōmutans manus. Benedixitq; Iacob filijs Ioſeph, & ait, Deus in cuius cōſpectu ambulauerūt patres mei Abrahā & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcētia mea vſq; in præſentem diē, angelus q eruit me de cunctis malis benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorū Abrahā & Iſaac, & creſcāt in multitudinē ſuper terram. Videns autē Ioſeph, q̄ poſuiſſet pater ſuus dexteram

manũ ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manũ patris leuare conatus eſt de capite Ephraim, & trãsferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq; ad patrẽ, Non ita conuenit pater: quia hic eſt primo genitus, pone dexterã tuam ſuper caput ei⁹. Qui renuens ait, Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater ei⁹ iunior, maior erit illo: & ſemen illius creſcet in gẽtes. Benedixitq; eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Iſrael, atq; dicetur, Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Cõſtituitq; Ephraim ante Manaſſen: & ait ad Ioſeph filiũ ſuũ, En ego morior, & erit Deus vobiſcũ, reducetq; vos ad terrã patrum veſtrorũ. Do tibi partẽ vnã extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

Ex actis apoſtolorum, Lcõ.ii.

ca.8. ET illi quidem teſtificati & [illegible] [verbu]m dñi, redi- [illegible]

[illegible] ſerta. Et ſurgens abijt. Et ecce, vir Aethiops, eunuchus, potẽs Candaces reginæ Aethiopum, qui erat ſup omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalẽ: & reuertebatur ſedẽs ſup currum ſuũ, legensq; Iſaiam prophetã. Dixit autem ſpiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currũ iſtũ. Accurrens aũt Philippus, audiuit eũ legentẽ Iſaiã ꝓphetam, & dixit, Puta ſne, intelligis quæ legis? Qui ait, Et quomodo poſſum, ſi nõ aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; Philippũ vt aſcẽderet, & ſederet ſecũ. Locus autẽ ſcripturæ quã legebat, erat hic, Tanquã ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudiciũ ei⁹ ſublatum eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? qm̃ tolletur de terra vita ei⁹. Reſpõdẽs aũt Eunuch⁹ Philippo, dixit. Obſecro te, de q[illegible] [pro]pheta dicit hoc? de ſe, [illegible] aliquo? Aperiens aũt [illegible] os ſuũ, & incipiens à [illegible] iſta, euãgelizauit illi [illegible] Et dum irent per viã, ve[illegible]t ad quandã aquã: & ait [Eu]nuchus. Ecce aqua, quis pro[h]ibet me baptizari? Dixit autẽ Philippus, Si credis ex toto corde,

de,licet. Et reſpõdẽs ait, Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtũ. Et iuſſit ſtare currũ: & deſcenderũt vterq; ĩ aquã, Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eũ. Cum autẽ aſcẽdiſſent de aqua, ſpiritus dñi rapuit Philippum, & amplius, nõ vidit eum Eunuchus. Ibat autẽ per viam ſuam gaudens. Philippus aũt inuentus eſt in Azoto: & pertrãſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæſaream.]

Secundum Lucam. Lectio.iij.

c.14. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.

Et reſ. Hom.ſctĩ Grego.papæ.

HOc diſtare fratres chariſſimi inter delicias corporis & cordis ſolet, ꝙ corporales del[illegible]tiæ cum non habentur, graue deſideriũ in ſe accendunt: cũ vero habitę eduntur, comedẽtẽ protinus in faſtidiũ per ſatietatẽ vertunt. At contra ſpirituales delitię cũ nõ [illegible]bentur, in faſtidio ſunt: [illegible] [illegible]ro habentur, in deſide[illegible] [illegible] a comedẽte amplius [illegible] [illegible] quãto & ab eſurien[illegible] [illegible]edũtur. In illis [illegible] [illegible]t, experientia di[illegible] [illegible] [illegible]lis appetitus pla[illegible] [illegible]tia magis placet.

Feria ij.ex Geneſi. Lectio.j.

VOcauit autẽ Iacob filios ſuos, & ait eis, Congregamini, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum, Ruben primogenitus me⁹, tu fortitudo mea & principiũ doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui & maculaſti ſtratũ eius. Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In cõſilium eorum nõ veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergã eos in Iſrael. Iuda, te laudabũt fratres tui, man⁹ tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabũt te filij pr̃is tui. Catulus leonis Iuda: ad prædã fili mi aſcendiſti, requieſcẽs accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio

ctatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuũ, & ad vitem, ô fili mi, aſinã ſuã. Lauabit in vino ſtolam ſuã, & in ſanguine vuæ pallium ſuũ. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte cãdidiores. Zabulon in litore maris habitabit, & in ſtatione nauiũ pertingens vſq; ad Sidonem. Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem ꝙ eſſet bona, & terram ꝙ optima: & ſuppoſuit humerũ ſuum ad portandum, factuſq; eſt tributis ſeruiens.

Ex actis apoſtolorum. Lcõ. ij.

c. 9. a SAulus autẽ adhuc ſpirans minarũ & cædis in diſcipulos dñi, acceſſit ad principem ſacerdotũ, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcũ ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalẽ. Et cum iter faceret: cõtigit vt appropinquaret Damaſco: & ſubito circunfulſit eũ lux de cœlo. Et cadens in terrã, audiuit vocem dicentẽ ſibi, Saule Saule, quid me perſequeris? Qui dixit, Quis es Dñe? Et ille, Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris. durũ eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. Et tremens ac ſtupens dixit, Dñe, quid me vis facere? Et dñs ad eũ, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aũt illi qui comitabantur cum illo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidẽ vocem, neminẽ autẽ videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſq; oculis nihil videbat. Ad manus autẽ illum trahentes, introduxerũt Damaſcum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neq; bibit. Erat autem quidã diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: & dixit ad illũ in viſu dñs, Ananias. At ille ait, Ecce ego dñe. Et dñs ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rect⁹: & quære in domo Iudæ Saulũ nomine, Tharſenſem. Ecce enim orat. Et vidit virum Ananiã noĩe, introeuntem & imponentẽ ſibi man⁹ vt viſum recipiat. Reſpondit aũt Ananias, Dñe, audiui à multis de viro hoc, quãta mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem: & hic habet poteſtatẽ à principibus ſacerdotũ alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autẽ ad eum dñs, Vade, qm̃ vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi quãta oporteat eũ pro nomine meo pati.

pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dñs miſit me Ieſus, q apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu ſancto. Et cõfeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquã ſquamæ, & viſum recepit: & ſurgens baptizat' eſt. Et cum accepiſſet cibum, confortatus eſt. Fuit aũt cum diſcipulis, q erant Damaſci, per dies aliquot. Et continuo ingreſſus in ſynagogas, ꝑdicabat Ieſum qm̃ hic eſt filius Dei. Stupebãt aũt omnes qui eum audiebãt, & dicebant, Nonne hic eſt qui expugnabat ĩ Ieruſalẽ eos, qui inuocabãt nomen iſtud: & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum? Saul' aũt multo magis cõualeſcebat, & cõfundebat Iudæos q habitabant Damaſci, affirmãs qm̃ hic eſt Chriſtus. Lcõ.iij.

COnuenit itaq; deuotioni fideliũ ſolenniter recolere inſtitutionem tam ſalutiferi tanq; mirabilis ſacramenti, vt ineffabilẽ modũ diuinę pręſentiæ in ſacramento viſibili veneremur, & laudetur Dei potẽtia, quæ in ſacramento eodem tot mirabilia operatur. Necnon & de ſalubri tanq; ſuaui beneficio exoluantur Deo debitę grãtiarũ actiones. Verũ & ſi in die cœnæ quãdo ſacramentũ prædictũ noſcitur inſtitutũ, inter miſſarũ ſolẽnia de inſtitutione ipſius ſpecialis mentio habeat: totũ tamen reſiduũ eiuſdẽ diei officiũ ad Chriſti paſſionẽ pertinet, circa cuius venerationem eccleſia illo tẽpore occupatur. Vnde vt integro celebritatis officio inſtitutionem tanti ſacramenti ſolẽniter recoleret plebs fidelis, Roman' pontifex Vrbanus quartus huius ſacramenti deuotione affectus, pie ſtatuit præfatę inſtitutionis memoriã prima quinta Feria poſt octauas Pentecoſtes à cunctis fidelibus celebrari: vt qui per totũ anni circulum hoc ſacramẽto vtimur ad ſalutẽ, eius inſtitutionẽ illo ſpecialiter tempore recolamus, quo ſpirit' ſanctus corda diſcipulorũ edocuit ad plene cognoſcenda huius myſteria ſacramẽti. Nam & in eodem tempore cœpit hoc ſacramentũ à fidelibus frequentari.

¶ Feria.iij. ex Geneſi. Lectio.j.

DAn iudicabit populũ ſuũ c.49. ſicut & alia trib' in Iſrael. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordẽs vngulas equi, vt cadat aſcẽſor ei' retro.

Salutare tuum expectabo dñe. Gad accinctus præliabitur ante eũ, & ipſe accingetur retrorſum, Aſer pinguis panis eius: & præbebit delicias regibus. Nephtali ceruus emiſſus, & dãs eloquia pulchritudinis. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerũt ſuper murum. Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuideruntq; illi habẽtes iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorũ & manuũ illius per manus potẽtis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. De⁹ patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionib⁹ abyſſi iacẽtis deorſum, benedictionib⁹ vberũ & vuluæ. Benedictiones patris tui cõfortatæ ſunt benedictionib⁹ patrũ eius: donec veniret deſiderium colliũ æternorũ. fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazarei inter frẽs ſuos. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædã, & veſpere diuidet ſpolia. Omnes hi in tribub⁹ Iſrael duodecim: hęc loquutus eſt eis pater ſuus, benedixitq; ſingulis bñdictionibus proprijs. Et præcepit eis, dicens, Ego cõgregor ad populum meũ: ſepelite me cũ patribus meis, ĩ ſpelũca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi, cõtra Mambre ĩ terra Chanaan, quã emit Abrahã cum agro ab Ephron Hethęo, in poſſeſſionẽ ſepulchri. Ibi ſepelierunt eũ, & Saram vxorẽ eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca cõiuge ſua: ibi & Lia cõdita iacet. Finitisq; mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lęctulum, & obijt: appoſitusq; eſt ad populum ſuum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

CVm aũt implerentur dies multi, cõſiliũ fecerunt in vnũ Iudæi, vt eũ interficerent. ca.9. Notæ aũt factæ ſunt Saulo inſidiæ eorũ Cuſtodiebant autẽ & portas die ac nocte, vt eum interficerẽt. Accipientes aũt eum diſcipuli eius nocte, per murũ dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta. Cum autẽ veniſſet in Ieruſalẽ, tentabat ſe iungere diſcipulis: & oẽs timebant eum, nõ credẽtes ꝙ eſſet diſcipulus. Barnabas aũt apprehẽſum illũ, duxit ad Apoſtolos: & narrauit illis quomodo in via vidiſſet dñm, & ꝙ loquutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu. Et erat cũ illis intrans & exiens in Ieru-

Ieruſalẽ, fiducialiter agens in nomine dñi. Loquebat᷑ quoq; gentibus: & diſputabat cũ Græcis: illi aũt quęrebant occidere eum. Quod cum cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tharſum. Eccleſia quidẽ per totã Iudæã, & Galilæam, & Samariã habebat pacẽ & ædificabatur ambulans in timore dñi: & conſolatione ſancti ſpirit' replebatur. Factum eſt autẽ, vt Petrus dum trãſiret vniuerſos, deueniret ad ſanctos qui habitabãt Lyddæ. Inuenit aũt ibi hominẽ quendam, nomine Æneã, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea, ſanet te dñs Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et continuo ſurrexit. Et viderunt eũ omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui cõuerſi ſunt ad dñm. In Ioppe autem fuit quędam diſcipula nomine Tabitha, quę interpretata dicitur Dorcas. Hęc erat plena operib' bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Factum eſt autem in diebus illis, vt infirmata moreretur, quam cum lauiſſent, poſuerũt eam in cœnaculo. Cum autẽ prope eſſet Lydda ab Ioppe, diſcipuli audientes ꝙ Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogãtes, Ne pigriteris venire vſq; ad nos, Exurgẽs aũt Petrus, venit cũ illis. Et cũ adueniſſet, duxerunt illũ in cœnaculum: & circunſteterunt illũ oẽs viduę flentes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autẽ oĩbus foras, Petrus ponẽs genua orauit: & cõuerſus ad corpus, dixit, Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos: & viſo Petro reſedit. Dans autẽ illi manũ, erexit eã. Et cũ vocaſſet ſctõs & viduas, aſſignauit eã viuã. Notum aũt factũ eſt p̱ vniuerſam Ioppen, & crediderunt multi in dñm. Factum eſt autẽ vt dies multos moraret᷑ in Ioppe, apud Simonem quendã coriariũ. Lcõ.iij.

LEgitur enim in actib' Apoſtolorum ꝙ erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus, ſtatim poſt ſancti ſpiritus miſſionem. Vt autem prædicta quinta Feria, & per octauas ſequentes, eiuſdẽ ſalutaris inſtitutionis honorificentius agatur memoria, & ſolennitas de hoc celebrior habeatur, loco diſtributionum materialiũ quæ in eccleſijs cathedralibus largiun-

tur, exiſtentibus canonicis horis nocturnis pariterq; diurnis præfatus Roman⁹ pontifex eis qui huiuſmodi horis in hac ſolennitate perſonaliter in eccleſijs intereſſent, ſtipendia ſpiritualia apoſtolica largitione cõceſſit: quatenus per hæc fideles ad tãti feſti celebritatẽ auidius & copioſius cõuenirent. Vnde omnibus vere pœnitentibus & cõfeſſis, qui Matutinali officio huius feſti præſentialiter in eccleſia vbi celebrabit̃ adeſſent, centũ dies. Qui vero Miſſæ totidem. Illis aũt qui intereſſent primis Veſperis ipſi⁹ feſti, ſimiliter centũ. Qui vero ſecundis Veſperis, totidẽ. Eis quoq; qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonę, ac Cõpletorij adeſſent officijs, pro qualibet horarũ quadraginta. Illis aũt qui per ipſius feſti octauas in Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ ac prædictarum horarũ officijs pręſentes exiſterẽt, ſingulis diebus octauarũ ipſarum centum dierum indulgentiam tribuit miſericorditer perpetuis temporibus duraturam.

¶ Feria.iiij.ex Geneſi. Lectio.j.

c.50. QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciẽ patris flens & deoſculans eum, Præcepitq; ſeruis ſuis medicis, vt aromatib⁹ condirẽt patrẽ. Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies. iſte quippe mos erat cadauerũ conditorũ: fleuitq; eum Aegyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tẽpore, loquut⁹ eſt Ioſeph ad familiã Pharaonis. Si inueni gratiã in cõſpectu veſtro, loquimini in aurib⁹ Pharaonis: eo q̃ pater me⁹ adiurauerit me dicẽs, En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me, Aſcendã igitur, & ſepeliam patrẽ meũ, ac reuertar. Dixitq; ei Pharao, Aſcende, & ſepeli patrẽ tuum ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo oẽs ſenes dom⁹ Pharaonis, cũctiq; maiores natu terræ Aegypti: domus Ioſeph cũ fratribus ſuis, abſq; paruulis & gregibus, abſq; armentis, quæ dereliquerunt in terra Geſſen. Habuit quoq; in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica. Venerũtq; ad aream Arad, quę ſita eſt trans Iordanẽ: vbi celebrantes exequias planctu magno atq; vehementi impleuerunt ſeptẽ dies. Quod cum vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt, Planctus magn⁹ eſt iſte Aegyptijs. Et idcirco

eo vocatũ eſt nomẽ loci illius, Planctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis: & portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quã emerat Abrahã, cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo, contra faciem Mambre.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio. ij.

c. 10. VIr autem quidam erat in Cæſaræa, nomine Cornelius, centurio cohortis quę dicitur Italica, religioſus & timens Deũ cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper. Is vidit in viſu manifeſte, quaſi hora diei nona, angelũ Dei introeuntẽ ad ſe, & dicentẽ ſibi, Corneli. At ille intuẽs eũ timore correptus dixit, Quis es dñe? Dixit autem illi, Orationes tuę & eleemoſynę tuę aſcenderunt in memoriã in conſpectu Dei: Et nũc mitte viros in Ioppem, & accerſe Simonem quendam qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur apud Simonẽ quendam coriariũ, cuius eſt domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum diſceſſiſſet Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domeſticos ſuos, & militem timentem dñm, ex his qui illi parebant. Quibus cum narraſſet omnia, miſit illos in Ioppem. Poſtera autẽ die iter illis facientibus, & appropinquãtib' ciuitati, aſcendit Petr' in ſuperiora, vt oraret, circa horã ſextã. Et cum eſuriret, voluit guſtare. Parantibus aũt illis, cecidit ſup eum mẽtis exceſſus: & vidit cœlũ apertũ, & deſcendẽs vas quoddam velut linteũ magnũ, quatuor initijs ſubmitti de cœlo in terram, in quo erãt omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum, Surge Petre: occide & mãduca. Ait aũt Petrus, Abſit dñe: quia nunq̃ manducaui omne commune & immundum, Et vox iterum ſecũdo ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc factum eſt per ter. Et ſtatim receptum eſt vas in cœlũ. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnã eſſet viſio quã vidiſſet, ecce, viri qui miſſi erãt à Cornelio, inquirentes domum Simonis, aſtiterũt ad ianuã. Et cum vocaſſent, interrogabant ſi Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hoſpitiũ. Petro autẽ cogitante de viſione, dixit ſpirit' ei, Ecce viri tres quęrunt te. Surge itaq; &

viri timorati, & fecerunt plan-
ctum magnũ ſuper eũ. Saulus
autẽ deuaſtabat eccleſiam, per
domos intrãs: & trahens viros
ac mulieres, tradebat in cuſto-
diam Igitur qui diſperſi erant,
pertranſibant, euangelizantes
B verbum Dei † Philippus autẽ
deſcendẽs in ciuitatẽ Samariæ,
prædicabat illis Chriſtũ. Inten
debant autem turbæ his quæ à
Philippo dicebantur, vnanimi
ter audientes, & videntes ſigna
quę faciebat. Multi enim eorũ,
qui habebant ſpũs immundos
clamãtes voce magna, exibãt.
Multi aũt paralytici, & claudi,
curati ſunt. Factũ eſt ergo gau-
C dium magnũ in illa ciuitate.]
Vir aũt quidã, nomine Simon,
qui ante fuerat in ciuitate ma-
gus, ſeducens gentẽ Samariæ,
dicẽs ſe eſſe aliquẽ magnũ: cui
auſcultabãt omnes à minimo
vſque ad maximum dicentes:
Hic eſt virtus Dei, quę vocatur
magna. Attendebant aũt eum,
propterea ꝙ multo tẽpore ma-
gijs ſuis dementaſſet eos. Cum
vero credidiſſent Philippo euã
gelizanti de regno Dei: in no-
mine Ieſu Chriſti baptizaban-
tur viri ac mulieres. Tunc Si-
mon & ipſe credidit: & cum ba
ptizatus eſſet, adhærebat Phi-
lippo. Videns etiã ſigna & virtu-
tes maximas fieri ſtupẽs admi-
rabatur. † Cum autẽ audiſſent D
apoſtoli qui erãt Ieroſolymis,
ꝙ recepiſſet Samaria verbum
Dei: miſerũt ad eos Petrum &
Ioannẽ. Qui cũ veniſſent, ora-
uerunt pro ipſis, vt acciperent
Spiritũ ſanctũ. Nondum enim
in quenquã illorũ venerat, ſed
baptizati tantũ erant in nomi-
ne dñi Ieſu. Tunc imponebãt
manus ſup illos, & accipiebant
Spiritũ ſanctũ.] Cum vidiſſet E
aũt Simon, quia per impoſitio-
nem man⁹ apoſtolorũ daretur
Spiritus ſanct⁹, obtulit eis pecu
niam, dicens. Date & mihi hãc
poteſtatẽ, vt cuicunq; impoſue
ro manus, accipiat Spiritũ ſan-
ctum. Petrus aũt dixit ad eum.
Pecunia tua tecum ſit in perdi
tionem: qm̃ donum Dei exiſti-
maſti pecunia poſſideri. Non
eſt tibi pars, neq; ſors in ſermo-
ne iſto: cor enim tuum non eſt
rectũ coram Deo. Pœnitentiã
itaq; age ab hac nequitia tua,
& roga Deũ: ſi forte remittatur
tibi hæc cogitatio cordis tui.
In felle enim amaritudinis, &
obligatione iniquitatis video
te eſſe. Reſpondens aũt Simon,
dixit: Precamini vos pro me ad
dñm, vt nihil veniat ſuper me
horum

horum quæ dixiſtis. Lectio.iij.

MAnducatur itaq; à fidelibus: ſed minime laceratur. Quinimmo diuiſo ſacramento, ſub qualibet diuiſionis particula integer perſeuerat. Accidētia etiā ſine ſubiecto in eodē exiſtunt: vt fides locū habeat, dum inuiſibile viſibiliter ſumitur, aliena ſpecie occultatum: & ſenſus à deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant ſibi notis. Nullum etiam ſacramentū eſt iſto ſalubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualiū chariſmatum abundantia impinguatur. Offertur ī eccleſia pro viuis & mortuis: vt omnib' proſit, quod eſt pro ſalute omniū inſtitutum. Suauitatē deniq; huius ſacramēti nullus digne exprimere ſufficit: per qđ ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur, & recolitur memoria illius, quā in ſua paſſione Chriſtus mōſtrauit excellentiſſimę charitatis. Vnde vt huiuſmodi arctius charitatis immenſitas cordibus infigeretur fideliū, in vltima cœna quādo Paſcha cū diſcipulis celebrato, trāſiturus erat de hoc mundo ad patrem. hoc ſacramentū inſtituit tanq̃ paſſionis ſuę memoriale perenne, figurarū veterū impletiuū, miraculorū ab ipſo factorum maximum, & de ſua contriſtatis abſentia ſolatiū ſingulare.

¶ Dñica infra octauā Corporis Chriſti ſecunda poſt Pentecoſten, ex Geneſi. Lectio.i.

CVmque tuliſſet c.48.
eos Ioſeph de gremio pr̄is, adorauit pronus in terrā. Et poſuit Ephraim ad dexterā ſuā, id eſt ad ſiniſtrā Iſrael: Manaſſen vero in ſiniſtra ſua, ad dexterā ſcilicet patris, applicuitq; ambos ad eū. Qui extendēs manū dexterā, poſuit ſup caput Ephraim iunioris fratris: ſiniſtrā aūt ſuper caput Manaſſe, q maior natu erat, cōmutans manus. Benedixitq; Iacob filijs Ioſeph, & ait, Deus in cuius cōſpectu ambulauerūt patres mei Abrahā & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcētia mea vſq; in præſentem diē, angelus q eruit me de cunctis malis benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorū Abrahā & Iſaac, & creſcāt in multitudinē ſuper terram. Videns autē Ioſeph, ꝙ poſuiſſet pater ſuus dexteram

manũ ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manũ patris leuare conatus eſt de capite Ephraim, & trãsferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq; ad patrẽ, Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexterã tuam ſuper caput ei⁹. Qui renuens ait, Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater ei⁹ iunior, maior erit illo: & ſemen illius creſcet in gẽtes. Benedixitq; eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Iſrael, atq; dicetur, Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Cõſtituitq; Ephraim ante Manaſſen: & ait ad Ioſeph filiũ ſuũ, En ego morior, & erit Deus vobiſcũ, reducetq; vos ad terrã patrum veſtrorũ. Do tibi partẽ vnã extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

Ex actis apoſtolorum. Lcõ. ii.

ca. 8. ET illi quidem teſtificati & loquuti verbum dñi, redibant Ieroſolymã, & multis regionibus Samaritanorũ euan-
F gelizabant.† Angelus autẽ dñi loquutus eſt ad Philippum, dicens, Surge, & vade cõtra meridiem, ad viã quæ deſcendit ab Ieruſalẽ in Gazam: hæc eſt deſerta. Et ſurgens abiit. Et ecce, vir Aethiops, eunuchus, potẽs Candaces reginæ Aethiopum, qui erat ſup omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalẽ: & reuertebatur ſedẽs ſup currum ſuũ, legensq; Iſaiam prophetã. Dixit autem ſpiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currũ iſtũ. Accurrens aũt Philippus, audiuit eũ legentẽ Iſaiã ꝓphetam, & dixit, Putaſne, intelligis quæ legis? Qui ait, Et quomodo poſſum, ſi nõ aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; Philippũ vt aſcẽderet, & ſederet ſecũ. Locus autẽ ſcripturæ quã legebat, erat hic, Tanquã ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudiciũ ei⁹ ſublatum eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? qm̃ tolletur de terra vita ei⁹. Reſpõdẽs aũt Eunuch⁹ Philippo, dixit. Obſecro te, de quo propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo? Aperiens aũt Philippus os ſuũ, & incipiens à ſcriptura iſta, euãgelizauit illi Ieſum. Et dum irent per viã, venerunt ad quandã aquã: & ait Eunuchus. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autẽ Philippus, Si credis ex toto corde,

de, licet. Et reſpōdēs ait, Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtū. Et iuſſit ſtare currū: & deſcenderūt vterq; ī aquā, Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eū. Cum autē aſcēdiſſent de aqua, ſpiritus dñi rapuit Philippum, & amplius, nō vidit eum Eunuchus. Ibat autē per viam ſuam gaudens. Philippus aūt inuentus eſt in Azoto: & pertrāſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæſaream.]

Secundum Lucam. Lectio.iij.

c.14. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.

Et rel. Hom. ſctī Grego. papæ.

Hoc diſtare fratres chariſſimi inter delicias corporis & cordis ſolet, ꝙ corporales delitiæ cum non habentur, graue deſideriū in ſe accendunt: cū vero habitę eduntur, comedētē protinus in faſtidiū per ſatietatē vertunt. At contra ſpirituales delitię cū nō habentur, in faſtidio ſunt: cum vero habentur, in deſiderio: tātoq; à comedēte amplius eſuriuntur, quāto & ab eſuriente amplius comedūtur. In illis appetitus placet, experientia diſplicet. In iſtis appetitus placet, & experiētia magis placet.

Feria ij. ex Geneſi. Lectio j.

VOcauit autē Iacob filios ſuos, & ait eis, Congregamini, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum, Ruben primogenitus meꝰ, tu fortitudo mea & principiū doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui & maculaſti ſtratū eius. Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In cōſilium eorum nō veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergā eos in Iſrael. Iuda, te laudabūt fratres tui, manꝰ tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabūt te filij pr̄is tui. Catulus leonis Iuda: ad prædā fili mi aſcendiſti, requieſcēs accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expe-

ctatio

ctatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuũ, & ad vitem, ò fili mi, aſinã ſuã. Lauabit in vino ſtolam ſuã, & in ſanguine vuæ pallium ſuũ. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte cãdidiores. Zabulon in litore maris habitabit, & in ſtatione nauiũ pertingens vſq; ad Sidonem. Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem ꝙ eſſet bona, & terram ꝙ optima: & ſuppoſuit humerũ ſuum ad portandum, factuſq; eſt tributis ſeruiens.

Ex actis apoſtolorum. Lcõ. ij.

c. 9. a S† Aulus autẽ adhuc ſpirans minarũ & cædis in diſcipulos dñi, acceſſit ad principem ſacerdotũ, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcũ ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalẽ. Et cum iter faceret: cõtigit vt appropinquaret Damaſco: & ſubito circunfulſit eũ lux de cœlo. Et cadens in terrã, audiuit vocem dicentẽ ſibi, Saule Saule, quid me perſequeris? Qui dixit, Quis es Dñe? Et ille, Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris, durũ eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. Et tremens ac ſtupens dixit, Dñe, quid me vis facere? Et dñs ad eũ, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aũt illi qui comitabantur cum illo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidẽ vocem, neminẽ autẽ videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſq; oculis nihil videbat. Ad manus autẽ illum trahentes, introduxerũt Damaſcum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neq; bibit. Erat autem quidã diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: & dixit ad illũ in viſu dñs, Ananias. At ille ait, Ecce ego dñe. Et dñs ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rect⁹: & quære in domo Iudæ Saulũ nomine, Tharſenſem. Ecce enim orat. Et vidit virum Ananiã noĩe, introeuntem & imponentẽ ſibi man⁹ vt viſum recipiat. Reſpondit aũt Ananias, Dñe, audiui à multis de viro hoc, quãta mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem: & hic habet poteſtatẽ à principibus ſacerdotũ alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autẽ ad eum dñs, Vade, qm̃ vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi quãta oporteat eũ pro nomine meo

pati.

pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dñs miſit me Ieſus, q apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu ſancto. Et cõfeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquã ſquamæ, & viſum recepit: & ſurgens baptizat' eſt. Et cum accepiſſet cibum, confortatus eſt. Fuit aũt cum diſcipulis, q erant Damaſci, per dies aliquot. Et continuo ingreſſus in ſynagogas, pdicabat Ieſum qm̃ hic eſt filius Dei. Stupebãt aũt omnes qui eum audiebãt, & dicebant, Nonne hic eſt qui expugnabat ĩ Ieruſalẽ eos, qui inuocabãt nomen iſtud: & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum? Saul' aũt multo magis cõualeſcebat, & cõfundebat Iudæos q habitabant Damaſci, affirmãs qm̃ hic eſt Chriſtus. Lcõ.iij.

COnuenit itaq; deuotioni fideliũ ſolenniter recolere inſtitutionem tam ſalutiferi tanq; mirabilis ſacramenti, vt ineffabilẽ modũ diuinę pręſentiæ in ſacramento viſibili veneremur, & laudetur Dei potẽtia, quæ in ſacramento eodem tot mirabilia operatur. Necnon & de ſalubri tanq; ſuaui beneficio exoluantur Deo debitę grãtiarũ actiones. Verũ & ſi in die cœnæ quãdo ſacramentũ prædictũ noſcitur inſtitutũ, inter miſſarũ ſolẽnia de inſtitutione ipſius ſpecialis mentio habeat: totũ tamen reſiduũ eiuſdẽ diei officiũ ad Chriſti paſſionẽ pertinet, circa cuius venerationem eccleſia illo tẽpore occupatur. Vnde vt integro celebritatis officio inſtitutionem tanti ſacramenti ſolẽniter recoleret plebs fidelis, Roman' pontifex Vrbanus quartus huius ſacramenti deuotione affectus, pie ſtatuit præfatę inſtitutionis memoriã prima quinta Feria poſt octauas Pentecoſtes à cunctis fidelibus celebrari: vt qui per totũ anni circulum hoc ſacramẽto vtimur ad ſalutẽ, eius inſtitutionẽ illo ſpecialiter tempore recolamus, quo ſpirit' ſanctus corda diſcipulorũ edocuit ad plene cognoſcenda huius myſteria ſacramẽti. Nam & in eodem tempore cœpit hoc ſacramentũ à fidelibus frequentari.

¶ Feria.iij.ex Geneſi. Lectio.j.

DAn iudicabit populũ ſuũ ſicut & alia trib' in Iſrael. Fiat Dan coluber in via, cerastes in ſemita, mordẽs vngulas equi, vt cadat aſcẽſor ei' retro. c.49.

Salutare tuum expectabo dñe. Gad accinctus præliabitur ante eũ, & ipſe accingetur retrorſum, Aſer pinguis panis eius: & præbebit delicias regibus. Nephtali ceruus emiſſus,& dãs eloquia pulchritudinis. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerũt ſuper murum. Sed exaſperauerunt eum,& iurgati ſunt,inuideruntq́; illi habẽtes iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorũ & manuũ illius per manus potẽtis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. De' patris tui erit adiutor tuus,& omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper,benedictionib' abyſſi iacẽtis deorſum, benedictionib' vberũ & vuluæ. Benedictiones patris tui cõfortatæ ſunt benedictionib' patrũ eius: donec veniret deſiderium colliũ æternorũ. fiant in capite Ioſeph,& in vertice Nazarei inter frẽs ſuos. Beniamin lupus rapax,mane comedet prædã,& veſpere diuidet ſpolia. Omnes hi in tribub' Iſrael duodecim: hęc loquutus eſt eis pater ſuus, benedixitq́; ſingulis bñdictionibus proprijs. Et præcepit eis, dicens,Ego cõgregor ad populum meũ: ſepelite me cũ patribus meis, ĩ ſpelũca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi, cõtra Mambre ĩ terra Chanaan, quã emit Abrahã cum agro ab Ephron Hethęo,in poſſeſſionẽ ſepulchri. Ibi ſepelierunt eũ,& Saram vxorẽ eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca cõiuge ſua: ibi & Lia cõdita iacet. Finitisq́; mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obijt: appoſitusq́; eſt ad populum ſuum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

CVm aũt implerentur dies multi, cõſiliũ fecerunt in vnũ Iudæi, vt eũ interficerent. ca.9. Notæ aũt factæ ſunt Saulo inſidiæ eorũ Cuſtodiebant autẽ & portas die ac nocte, vt eum interficerẽt. Accipientes aũt eum diſcipuli eius nocte, per murũ dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta. Cum autẽ veniſſet in Ieruſalẽ, tentabat ſe iungere diſcipulis: & oẽs timebant eum, nõ credẽtes ꝙ eſſet diſcipulus. Barnabas aũt apprehẽſum illũ, duxit ad Apoſtolos: & narrauit illis quomodo in via vidiſſet dñm, & ꝙ loquutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu. Et erat cũ illis intrans & exiens in

Ieruſalē, fiducialiter agens in nomine dñi. Loquebaẗ quoq; gentibus: & diſputabat cū Græcis: illi aūt quęrebant occidere eum. Quod cum cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tharſum. Eccleſia quidē per totā Iudæā, & Galilæam, & Samariā habebat pacē & ædificabatur ambulans in timore dñi: & conſolatione ſancti ſpirit' replebatur. Factum eſt autē, vt Petrus dum trāſiret vniuerſos, deueniret ad ſanctos qui habitabāt Lyddæ. Inuenit aūt ibi hominē quendam, nomine Æneā, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea, ſanet te dñs Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et continuo ſurrexit. Et viderunt eū omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui cōuerſi ſunt ad dñm. In Ioppe autem fuit quędam diſcipula nomine Tabitha, quę interpretata dicitur Dorcas. Hęc erat plena operib' bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Factum eſt autem in diebus illis, vt infirmata moreretur, quam cum lauiſſent, poſuerūt eam in cœnaculo. Cum autē prope eſſet Lydda ab Ioppe, diſcipuli audientes ꝙ Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogātes, Ne pigriteris venire vſq; ad nos, Exurgēs aūt Petrus, venit cū illis. Et cū adueniſſet, duxerunt illū in cœnaculum: & circunſteterunt illū oēs viduę flentes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autē oībus foras, Petrus ponēs genua orauit: & cōuerſus ad corpus, dixit, Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos: & viſo Petro reſedit. Dans autē illi manū, erexit eā. Et cū vocaſſet ſcōs & viduas, aſſignauit eā viuā. Notum aūt factū eſt p̄ vniuerſam Ioppen, & crediderunt multi in dñm. Factum eſt autē vt dies multos moraretẏ in Ioppe, apud Simonem quendā coriariū. Lcō.iij.

Legitur enim in actib' Apoſtolorum ꝙ erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & cōmunicatione fractionis panis. & orationibus, ſtatim poſt ſancti ſpiritus miſſionem. Vt autem prædicta quinta Feria, & per octauas ſequentes, eiuſdē ſalutaris inſtitutionis honorificentius agatur memoria, & ſolennitas de hoc celebrior habeatur, loco diſtributionum materialiū quæ in eccleſijs cathedralibus largiuntur,

tur, exiſtentibus canonicis horis nocturnis pariterq; diurnis præfatus Roman⁹ pontifex eis qui huiuſmodi horis in hac ſolennitate perſonaliter in eccleſijs intereſſent, ſtipendia ſpiritualia apoſtolica largitione cõceſſit: quatenus per hæc fideles ad tãti feſti celebritatẽ auidius & copioſius cõuenirent. Vnde omnibus vere pœnitentibus & cõfeſſis, qui Matutinali officio huius feſti præſentialiter in eccleſia vbi celebrabit̃ adeſſent, centũ dies. Qui vero Miſſæ totidem. Illis aũt qui intereſſent primis Veſperis ipſi⁹ feſti, ſimiliter centũ. Qui vero ſecundis Veſperis, totidẽ. Eis quoq; qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonę, ac Cõpletorij adeſſent officijs, pro qualibet horarũ quadraginta. Illis aũt qui per ipſius feſti octauas in Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ ac prædictarum horarũ officijs pręſentes exiſterẽt, ſingulis diebus octauarũ ipſarum centum dierum indulgentiam tribuit miſericorditer perpetuis temporibus duraturam.

¶ Feria.iiij. ex Geneſi. Lectio.j.

c.50. QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciẽ patris flens & deoſculans eum, Præcepitq; ſeruis ſuis medicis, vt aromatib⁹ condirẽt patrẽ. Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies. iſte quippe mos erat cadauerũ conditorũ: fleuitq; eum Aegyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tẽpore, loquut⁹ eſt Ioſeph ad familiã Pharaonis. Si inueni gratiã in cõſpectu veſtro, loquimini in aurib⁹ Pharaonis: eo ꝙ pater me⁹ adiurauerit me dicẽs, En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me, Aſcendã igitur, & ſepeliam patrẽ meũ, ac reuertar. Dixitq; ei Pharao, Aſcende, & ſepeli patrẽ tuum ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo oẽs ſenes dom⁹ Pharaonis, cũctiq; maiores natu terræ Aegypti: domus Ioſeph cũ fratribus ſuis, abſq; paruulis & gregibus, abſq; armentis, quæ dereliquerunt in terra Geſſen. Habuit quoq; in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica. Venerũtq; ad aream Arad, quę ſita eſt trans Iordanẽ: vbi celebrantes exequias planctu magno atq; vehementi impleuerunt ſeptẽ dies. Quod cum vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt, Planctus magn⁹ eſt iſte Aegyptijs. Et idcirco

co vocatũ eſt nomẽ loci illius, Planctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis: & portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quã emerat Abrahã, cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo, contra faciem Mambre.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio.ij.

c.10. VIr autem quidam erat in Cæſaræa, nomine Cornelius, centurio cohortis quę dicitur Italica, religioſus & timens Deũ cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper. Is vidit in viſu manifeſte, quaſi hora diei nona, angelũ Dei introeuntẽ ad ſe, & dicentẽ ſibi, Corneli. At ille intuẽs eũ timore correptus dixit, Quis es dñe? Dixit autem illi, Orationes tuę & eleemoſynę tuę aſcenderunt in memoriã in conſpectu Dei: Et nũc mitte viros in Ioppem, & accerſe Simonem quendam qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur apud Simonẽ quendam coriatiũ, cuius eſt domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum diſceſſiſſet Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domeſticos ſuos, & militem timentem dñm, ex his qui illi parebant. Quibus cum narraſſet omnia, miſit illos in Ioppem. Poſtera autẽ die iter illis facientibus, & appropinquãtib9 ciuitati, aſcendit Petr9 in ſuperiora, vt oraret, circa horã ſextã. Et cum eſuriret, voluit guſtare. Parantibus aũt illis, cecidit ſup eum mẽtis exceſſus: & vidit cœlũ apertũ, & deſcendẽs vas quoddam velut linteũ magnũ, quatuor initijs ſubmitti de cœlo in terram, in quo erãt omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum, Surge Petre: occide & mãduca. Ait aũt Petrus, Abſit dñe: quia nunq̃ manducaui omne commune & immundum, Et vox iterum ſecũdo ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc factum eſt per ter. Et ſtatim receptum eſt vas in cœlũ. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnã eſſet viſio quã vidiſſet, ecce, viri qui miſſi erãt à Cornelio, inquirentes domum Simonis, aſtiterũt ad ianuã. Et cum vocaſſent, interrogabant ſi Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hoſpitiũ. Petro autẽ cogitante de viſione, dixit ſpirit9 ei, Ecce viri tres quęrunt te. Surge itaq; &

deſcende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego miſi illos. Deſcendẽs aũt Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego ſum quẽ quęritis, quę cauſa eſt propter quam veniſtis? Qui dixerunt, Cornelius centurio, vir iuſtus & timẽs Deũ, & teſtimoniũ habens ab vniuerſa gẽte Iudæorũ, reſponſum accepit ab angelo ſancto accerſire te in domũ ſuã, & audire verba abs te. Introducens ergo eos, recepit hoſpitio. Sequenti autẽ die ſurgens, profectus eſt cũ illis, & qdã ex fratribus ab Ioppe comitati ſunt eũ. Altera aũt die introiuit Cæſaræã. Corneli⁹ vero expectabat illos, cõuocatis cognatis ſuis, & neceſſarijs amicis. Lectio iij.

HVius ſacramenti figura præceſſit quãdo manna Deus pluit patribus in deſerto: qui quotidiano cœli paſceban tur alimento. Vnde dictum eſt, Panem angelorũ manducauit homo. Sed tamen illũ panẽ qui manducauerunt, oẽs in deſerto mortui ſunt, Iſta aũt eſca. quã accipitis; iſte panis viuus, q de cœlo deſcẽdit, vitę æternæ ſubſtãtiã ſubminiſtrat. Et quicũq; hunc panẽ manducauerit, non morietur in ęternũ, quia corp⁹ Chriſti eſt. Cõſidera nunc vtrũ panis angelorũ prẽſtantior ſit, an caro Chriſti: q vtiq; eſt corpus vitę. Manna illud de cœlo, hoc ſuper cœlũ. Illud cœli, hoc dñi cœlorũ. Illũd corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienũ ab omni corruptione. Quicunq; religioſe guſtauerit, corruptionẽ ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi ſanguis ẽ Chriſto. Illos ad horam ſatiauit aqua: te ſanguis Chriſti diluit in æternum. Iudæus bibit, & ſitit: tu cum biberis, ſitire non poteris. Et illud in vmbra: hoc in veritate. Si illud quod miraris vmbra eſt: quantum iſtud eſt cuius vmbram miraris? Audi quia vmbra eſt quæ apud patres facta eſt. Bibebant (inquit) de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto: hæc autem facta ſunt in figura noſtri. Cognouiſti potiora. Potior eſt lux quam vmbra, veritas quam figura, corpus authoris quam manna de cœlo. Forte dicis, Aliud video, quomodo tu mihi aſſeris, q corpus Chriſti accipiã? Et hoc nobis ſupereſt vt probemus.

¶ Feria

¶Feria.v.de octaua Corporis Chriſti dup.mi.ex Geneſi. L j.

c.50. REuerſusq; eſt Ioſeph in Aegyptũ cum fratribus ſuis,& omni comitatu, ſepulto patre. Quo mortuo,timẽtes fratres eius, & mutuo colloquentes. Ne forte memor ſit iniuriæ quã paſſus eſt, & reddat nobis omne malũ quod fecimus ei: mandauerũt ei dicentes, Pater tuus p̄cepit nobis antequã moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorũ, & peccati atq; malitiæ quã exercuerũt in te: nos quoq; oram⁹, vt ſeruus Dei patris tui dimittas iniquitatẽ hãc. Quibus auditis fleuit Ioſeph, veneruntq; ad eum fratres ſui:& proni adorantes in terrã, dixerunt, Serui tui ſumus. Quib⁹ ille reſpõdit. Nolite timere:num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malũ, ſed Deus vertit illud in bonũ: vt exaltaret me ſicut impræſentiarũ cernitis, & ſaluos faceret multos populos. Nolite timere: ego paſcã vos, & paruulos veſtros. conſolatusq; eſt eos, & blande ac leniter eſt locutus. Et habitauit in Aegypto cũ omni domo patris ſui: vixitq; centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vſq; ad tertiã generationem. Filij quoque Machir filij Manaſſe nati ſunt in genibus Ioſeph. Quibus tranſactis locutus eſt fratribus ſuis, Poſt mortem meã Deus viſitabit vos, & aſcẽdere vos faciet de terra iſta ad terrã quã iurauit Abrahã, Iſaac & Iacob. Cũq; adiuraſſet eos,atq; dixiſſet, Deus viſitabit vos,aſportate oſſa mea vobiſcũ de loco iſto: mortuus eſt expletis centũ decem vitę ſuę annis. Et conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Aegypto.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

ET factũ eſt, cũ introiſſent c.40.
Petrus,obuius venit ei Cornelius: & procidẽs ad pedes ei⁹ adorauit eum. Petrus vero eleuauit eum dicens,Surge,& ego ipſe homo ſum. Et loquẽs cum illo,intrauit, & inuenit multos qui cõuenerãt, dixitq; ad illos, Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtẽdit Deus, neminẽ cõmunẽ aut immundũ dicere hominẽ: propter quod ſine dubitatione veni accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cauſam accerſiſtis me? Et Corneli⁹ ait, Die abhinc quarto,vſq; ad hãc

horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir ſtetit ante me in veſte cãdida, & ait, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ cõmemoratę ſunt in conſpectu Dei. Mitte ergo in Ioppen, & accerſe Simonẽ qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare. Cõfeſtim ergo miſi ad te, & tu bene feciſti veniendo. Nunc ergo omnes nos in cõſpectu tuo adſumus, audire oĩa quęcunq; tibi præcepta ſunt à domino. Aperiens autẽ Petrus os ſuum, dixit, In veritate cõperio quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum & operatur iuſtitiã, acceptus eſt illi. Verbum miſit Deus filijs Iſrael, annuntiãs pacem per Ieſum Chriſtũ: hic eſt

C omnium dñs.† vos ſcitis quod factũ eſt verbũ per vniuerſam Iudæã, incipiẽs enim à Galilæa poſt baptiſmũ quod prædicauit Ioannes: Ieſum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute: qui pertranſijt benefaciẽdo & ſanãdo omnes oppreſſos à diabolo, qm̃ Deus erat cũ illo. Et nos teſtes ſumus omnium quę fecit in regione Iudæorũ, & Ieruſalẽ, quẽ occiderũt ſuſpendentes in ligno. Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtũ fieri nõ omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo, nobis qui mãducauimus & bibimus cum illo poſtquã reſurrexit à mortuis.] Et p̃cepit nobis præ- D

dicare populo & teſtificari, qa ipſe eſt q conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorũ. Huic oẽs prophetæ teſtimoniũ perhibẽt, remiſſionẽ peccatorũ accipere per nomẽ eius, omnes qui credũt in eum.† Adhuc lo- E

quente Petro verba hęc, cecidit Spiritus ſctũs ſuper oẽs qui audiebãt verbũ. Et obſtupuerunt ex circuncisione fideles, q venerant cũ Petro, qa & in nationes gratia Spirit' ſancti effuſa eſt. Audiebãt enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deũ. Tũc reſpõdit Petrus. Nunquid aquã quis prohibere poteſt, vt non baptizentur hi qui ſpiritũ ſanctũ acceperunt ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine dñi Ieſu Chriſti.] Tunc ro- F

gauerũt eum, vt maneret apud eos aliquot diebus. Lectio.iij.

QVantis igitur vtimur exẽplis, vt probemus, hoc nõ eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio cõſecra-

ſecrauit: maioremq́; vim eſſe benedictionis quã naturæ: qua etiã benedictione ipſa natura mutatur. Vnde virgã tenebat Moyſes, proiecit eã, & facta eſt ſerpẽs. Rurſus apprehẽdit caudam ſerpentis: & in virgæ naturam reuertitur. Vide igitur prophetica gratia bis mutatã eſſe naturã ſerpentis & virgæ? currebant Aegypti flumina puro meatu aquarum: ſubito de fontiũ venis ſanguis cœpit erũpere: nec erat potus in fluuijs. rurſus ad ꝓphetæ preces cruor fluminũ ceſſauit, & aquarum natura remeauit. Circunclusus vndiq; erat popul⁹ Hebræorũ: hinc Aegyptijs vallatus, inde mari concluſus. Virgã leuauit Moyſes, ſeparauit ſe aqua, & in muri ſpeciẽ ſe congelauit, atq; inter vndas via pedeſtris apparuit. Iordanis cõuerſus retrorſum cõtra naturã in ſui fontis reuertitur exordiũ. Nonne claret naturã vel maritimorũ fluctuũ, vel curſus fluuialis aquæ eſſe mutatã? Sitiebat populus patrũ, tetigit Moyſes petram: & aqua de petra fluxit. Nunquid nõ præter naturam operata eſt gratia, vt aquam euomeret petra, quam nõ habebat natura? Marath fluui⁹ amariſſim⁹ erat, vt ſitiens populus bibere nõ poſſet: Moyſes miſit lignum in aquam: & amaritudinẽ ſuam aquarũ natura depoſuit: quã infuſa ſubito gratia tẽperauit. Sub Heliſæo propheta vni ex filijs prophetarũ excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim immerſum eſt in aquam: rogauit Heliſæum qui amiſerat ferrũ: miſit Heliſæus lignũ in aquã, & natauit ferrum. Vtiq; etiam hoc præter naturã factũ cognouimus. Grauior enim eſt ferri ſpecies, q̃ aquarũ liquor. Animaduertim⁹ igitur maiorẽ eſſe gratiã, quam naturã. Et adhuc tamen propheticæ benedictionis miramur gratiam. Quod ſi tantum valuit humana benedictio, vt naturam cõuerteret: quid dicemus de ipſa conſecratione diuina, vbi ipſa verba dñi ſaluatoris operantur? Nam ſacramentũ illud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur.

¶ Feria. vj. de octaua Corporis Chriſti. Liber Exodus. Lcõ. j.

HAec ſunt nomina filiorũ Iſrael, q ingreſſi ſunt in Aegyptum cum Iacob: ſinguli cum domibus ſuis introierũt, Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Zabulõ, & Beniamin, Dan, & Nephthali, Gad, & ca. 1.

Aſer.

Aſer. Erant igitur omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt, de femore Iacob, ſeptuaginta: Ioſeph autẽ in Aegypto erat. Quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius, omniq; cognatione ſua, filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinãtes multiplicati ſunt: ac roborati nimis, impleuerũt terram. Surrexit interea rex nouus ſuper Aegyptũ, qui ignorabat Ioſeph, & ait ad populũ ſuũ, Ecce, populus filiorũ Iſrael multus: & fortior nobis eſt, Venite, ſapienter opprimamus eũ, ne forte multiplicetur: & ſi ingruerit cõtra nos bellũ, addatur inimicis noſtris, ex pugnatisq; nobis egrediatur è terra. Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntq; vrbes tabernaculorũ Pharaoni, Phithon, & Rameſſes. Quantoq; plus opprimebãt eos, tãto magis multiplicabantur, & creſcebant, oderantq; filios Iſrael Aegyptij, & affligebãt illudentes eis & inuidentes. Atque ad amaritudinẽ perducebant vitã eorum operibus duris luti & lateris, omniq; famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Dixit autem rex Aegypti obſtetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis, Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: ſi maſculus fuerit, interficite illũ: ſi fœmina, reſeruate. Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerũt iuxta præceptum regis Ægypti: ſed cõſeruabãt mares. Quibus accerſitis ad ſe rex, ait, Quidnam eſt hoc quod facere voluiſtis, vt pueros ſeruaretis? Quæ responderunt. Non ſunt Hebrææ, ſicut Aegyptiæ mulieres: ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiã, & priusq̃ veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit Deus obſtetricibus. & creuit populus, confortatusq; eſt nimis. Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo ſuo, dicens, Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumẽ proiicite: quicquid fœminini, reſeruate.

Ex actis Apoſtolorũ. Lectio. ij.

AVdierunt autẽ Apoſtoli, & fratres qui erant in Iudæa, qm̃ & gentes receperunt verbũ Dei. Cum aũt aſcẽdiſſet Petrus Ieroſolymã, diſceptabãt aduerſus illum qui erãt ex circuncisione, dicentes, Quare introiſti ad viros præputium habentes, c. 11.

bentes, & mãducaſti cum illis? Incipiẽs aũt Petrus exponebat illis ordinẽ, dicẽs, Ego eram in ciuitate Ioppe orans; & vidi in exceſſu mentis meæ viſionem, deſcendẽs vas quoddam velut linteũ magnũ, quatuor initijs ſummitti de cœlo, & venit vſq; ad me. In quod intuens, conſiderabã, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias & reptilia & volatilia cœli. Audiui aũt & vocem dicentẽ mihi, Surge Petre, occide & manduca. Dixi autem, Nequaquã dñe: quia cõmune aut immundũ nunquã introiuit in os meũ. Reſpondit autẽ vox ſecũdo, de cœlo, Quę Deus mundauit, tu ne cõmune dixeris. Hoc aũt factum eſt per ter: & recepta ſunt omnia rurſum in cœlũ. Et ecce, viri tres confeſtim aſtiterũt in domo in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me. Dixit aũt ſpiritus mihi, vt irem cũ illis, nihil hæſitans, Venerũt aũt mecum & ſex fratres iſti: & ingreſſi ſumus in domũ viri. Narrauit aũt nobis quomodo vidiſſet angelum in domo ſua, ſtantẽ & dicentẽ ſibi, Mitte in Ioppen, & accerſe Simonẽ qui cognominat Petrus, qui loquetur tibi verba in quibus ſaluus eris tu, & vniuerſa domus tua. Cum aũt cœpiſſem loqui, cecidit ſpũs ſanctus ſup eos, ſicut & in nos initio. Recordatus ſum autem verbi dñi ſicut dicebat, Ioãnes quidẽ baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini Spiritu ſancto. Si ergo eandẽ gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis qui credimus in dñm Ieſum Chriſtũ: ego qs erã, qui poſſem prohibere Deũ? His auditis tacuerunt: & glorificauerũt Deũ, dicentes, Ergo & gentibus pœnitentiã dedit Deus ad vitam. Et illi quidẽ qui diſperſi fuerãt à tribulatione quæ facta fuerat ſub Stephano, perambulauerunt vſq; Phœnicem & Cyprũ, & Antiochiã, nemini loquentes verbum niſi ſolis Iudæis. Erant autẽ quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiã, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes dñm Ieſum. Et erat manus dñi cum eis: multuſq; numerus credentium cõuerſus eſt ad dñm.

Si in hac feria nullũ occurrat feſtum, dicitur oratio ſequens.

Sancti nominis tui dñe, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuũ: quia nunq̃ tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis. Per domi.

¶ Sabbato, ex Exodo. Lectio. j.

ca. 2. EGreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui, & accepit vxorem ſtirpis ſuæ, quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegantē abſcōdit tribus menſibus. Cumq; iā celare nō poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eā bitumine ac pice: poſuitq; intus infantulū, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis ſtante procul ſorore eius, & cōſiderante euentum rei. Ecce autē deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine: & puellę eius gradiebātur per crepidinē aluei. Quę cum vidiſſet fiſcellā in Papyrione, miſit vnā è famulabus ſuis: & allatā aperiens, cernenſq; in ea paruulū vagientem miſerta eius, ait, De infantibus Hebræorū eſt hic. Cui ſoror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire poſſit infantulum? Reſpondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem ſuam. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum iſtum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suſcepit mulier, & nutriuit puerum, adultumq; tradidit filiæ Pharaonis. Quē illa adoptauit in locum filij, vocauitq; nomen eius Moyſes: dicens, Quia de aqua tuli eum.

Ex actis Apoſtolorum. Lectio. ij.

PEruenit autē ſermo ad aures eccleſię, quę erat Ieroſolymis, ſuper iſtis: & miſerunt Barnabam vſq; ad Antiochiā. Qui cū perueniſſet, & vidiſſet gratiā Dei, gauiſus eſt: & hortabatur omnes, in propoſito cordis pmanere in dño, quia erat vir bonus, & plenus Spiritu ſancto & fide. Et appoſita eſt multa turba dño. Profectus eſt aūt Tarſum vt quæreret Saulum: quē cum inueniſſet, perduxit Antiochiā. Et annum totū cōuerſati ſunt ibi in eccleſia: & docuerūt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani. In his aūt diebus ſuperuenerunt ab Ieroſolymis prophetæ Antiochiā: & ſurgens vnus ex eis noīe Agabus, ſignificabat per Spiritū famē magnā futurā in vniuerſo orbe terrarū, quæ facta eſt ſub Claudio. Diſcipuli autē prout quiſq; habebat, propoſuerūt in miniſteriū mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt mittentes ad ſeniores per man⁹ Barnabę & Sauli. Eodem aūt tempore † miſit Herodes rex manus, c. 12. a

vt affligeret quoſdã de eccleſia. Occidit aũt Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, appoſuit apprehendere & Petrũ. Erant aũt dies azymorũ. Quem cum apprehẽdiſſet, miſit in carcerẽ, tradensq; quatuor quaternionibus militũ ad cuſtodiendũ, volens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidẽ ſeruabatur in carcere. Oratio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deũ pro eo. Cũ aũt producturus eũ eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petr⁹ dormiens inter duos milites, vinctus catenis duab⁹: & cuſtodes ante oſtiũ cuſtodiebãt carcerẽ. Et ecce angelus dñi aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoq; latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit aũt Angelus ad eum, Pręcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi: Circunda tibi veſtimentũ tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat, quia verũ eſt quod fiebat per angelum: exiſtimabat autẽ ſe viſum videre. Tranſeuntes aũt primã & ſecundã cuſtodiam, venerunt ad portam Ferream quę ducit ad ciuitatem, quę vltro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum vnum: & cõtinuo diceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit, Nunc ſcio vere quia miſit dñs angelũ ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.]

¶ Notandum, ꝙ inter Penteceſten & aduentũ nec poſſunt eſſe plures q̃.xxviij. dñicæ, nec pauciores quã.xxiij. Quia tamen fere ſemper accidit vt legantur ſaltẽ.xxiiij. poſt Pente. ideo.xxiij quæ (vt dictum eſt) neceſſario incidũt in prædicto tpe, adiũgitur quinta Vagant. & appellatur.xxiiij poſt Pente. nã fere ſemp legit̃ inter.xxiij. poſt Pentec. & primã aduẽtus. Quãdo ergo fuerint tm̃.xxiij. dñicæ, quod tamen rariſſime eueniet: tunc.xxiiij legẽda eſt ante ſeptuageſimã, vt ſuis locis videbis. Quãdo autem inciderint.xxiiij. dñicæ, oẽs legendæ ſunt per ordinem ſine vlla intermiſſione vſq; ad aduentũ. Quãdo vero fuerint.xxv. tunc in dñica incidenti in die ſancti Ioannis Baptiſtæ, aut infra eius octa. interpone dñicã quartã Vagant. & conſequenter ſuam hebdomadã, qua finita reuertere

tere ad eam dñicam poſt Pent. in qua deſieris. Et eodẽ modo quãdo fuerint xxvj.dñicæ, tũc in dñica incidenti in die ſancti Ioan.aut infra eius octa.interponenda eſt tertia vagan.& in dñica incidenti in die ſctī Laurentij,aut infra eius octa.interpone quartã vagant.Similiter qñ fuerint xxvij.tunc in dñicis prędictis ſctī Ioan.& ſctī Laurentij interponẽdę ſunt ſecũda & tertia vagan.& in dñica incidenti in die Aſſumpt.virginis, aut infra eius oct.interponitur quarta vagantiũ. Item qñ fuerint.xxviij.tũc in prædictis tribus dñicis interponuntur prima,ſecunda, & tertia vagan.in dñica aũt incidẽti in die Natiuitatis virg aut infra eius octa. interponẽda eſt quarta vagan. Quãdo vero feſtum omnium ſanctorũ inciderit in dominica, tunc aduertendũ ꝙ quarta vagan.interponenda eſt in dicto feſto omnium ſanctorum, & non in alio ex prædictis. Et ſupradicta ordinantur hoc modo, vt quo ad Euangelium tertiæ lectionis & Orationem in omnibus dominis concordet Breuiariũ cum Miſſali In proximis tñ triginta ſeptẽ annis vt libereris ſolicitudine inquirendi,quę ſuperius dicta ſunt,non erit tibi opus inſpicere hanc regulam, ſed in ſequenti indice videbis, quid ſingulis annis facere debeas, qui etiam index quando tibi ſit inſpiciendus in prædictis feſtis admoneberis.

¶Index dñicarum Vagantiũ quę interponẽdę ſunt poſt Pẽt.

1563.Hoc ãno die.xxvij.Iunij interpone dominicã quartam vagant.134.& finita eius hebdomada reuertere ad dominicam quartam poſt Penteco.

1564.Hoc anno die.xxv.Iunij interpone dñicam ſecundam vagã.123.& finita eius hebdo. reuertere ad dñicam quintam poſt Pente.Itẽ die.xiij. Auguſti interpone tertiã vagan.129.& finita ei⁹ hebdo.proſequere ſtatim die.xx.eiuſdẽ menſis quartam vagãt.134 & cõſequenter ſuã hebdo.deinde reuertere ad dñicam vndecimã poſt Pente.

1565.Hoc anno omnes vigintiquatuor dñicæ poſt Penteco. legũtur per ordinẽ ſine vlla interpoſitione vſq; ad Aduentũ.

1566.Hoc anno die.xxx.Iunij interpone dñicã.iiij.vag.134. & finita eius hebdo.reuertere ad dñicam quartã poſt Pente.

1567.Hoc anno in die apoſtolorum Petri & Pauli,interpone dñicã

dñicã ſecundã vagã.123 cum ſua hebdoma, qua finita reuertere ad dñicã ſextã poſt Pente. Itẽ.x. Auguſti interpone quartam dñicã vagãt.134.cum ſua hebdoma.qua finita, reuertere ad dñicam xij poſt Penteco.

1568. Hoc anno oẽs.xxiiij.dñicę legẽdę sũt ꝑ ordinẽ ſine vlla interpoſitione vſq; ad Aduẽtũ.

1569. Hoc anno.xxvj.Iunij interpone quartam dominicam vagan.134.cum ſua hebdom. qua finita, reuertere ad dominicam quartam poſt Penteco.

1570. Hoc anno die.xxv.Iunij interpone ſecundã dominicã vagan.123.cum ſua hebdom. qua finita, reuertere ad dominicam ſextã poſt Pentecoſten. Itẽ.xiij.Auguſti interpone dominicã tertiã vagan.129.cum ſua hebdomada, qua finita cõſequẽter vigeſima Auguſti interpone quartam dominicam vagantium cum ſua hebdomada: qua finita, reuertere ad dominicam.xiiij.poſt Penteco.

1571. Hoc anno in die ſancti Ioãnis Baptiſtę interpone quartam dñicã vagã.134.cum ſua hebdo.qua finita, reuertere ad dñicam tertiam poſt Penteco.

1572. Hoc anno in die ſanctorũ apoſtolorũ Petri & Pauli interpone tertiã dñicã vag.129. cum ſua hebdoma qua finita, reuertere ad dñicam quintam poſt Pentecoſten Itẽ in die ſancti Laurentij interpone dñicã quartã vag.134.cũ ſua hebdomada: qua finita reuertere ad dominicam.xj.poſt Penteco.

1573. Hoc ãno.xxviij.Iunij interpone primã dñicã vag.117. cum ſua hebdo.qua finita, reuertere ad dominicã ſeptimã poſt Pentec. Item.xvj.Auguſti interpone ſecundam dñicam vagan.123.cum ſua hebdomada: qua finita reuertere ad dominicam.xiiij poſt Pentecoſt. Item.xiij.Septembris interpone tertiã dñicam vagant.129. cum ſua hebdo.qua finita, reuertere ad.xviij.dñicam poſt Pente. Itẽ prima die Nouẽbris (puta in feſto omnium ſanctorum) interpone dñicam quartam vag.135.cũ ſua hebdomada: qua finita reuertere ad dominicam xxiiij.poſt Penteco. quæ eſt quinta vagantium.

1574. Hoc anno die.xxvij.Iunij interpone dñicam quartã vagan.134.& cõſequenter ſuã hebdoma.qua finita reuertere ad dñicam quartã poſt Pente.

1575. Hoc ãno die.xxvj. Iunij interpone dñicam.iij.129 vagan-

gantiũ & finita eius hebdoma. reuertere ad dñicam quintam poſt Pentec. Item. xiiij. Auguſti interpone quartam vagan. & cõſequenter ſuam hebdom. qua finita reuertere ad dominicam. xj. poſt Pentecoſten.

1576. Hoc anno omnes. xxiiij. Dominicæ poſt Penteco. legendæ ſunt per ordinem vſque ad Aduentum ſine intermiſſione.

1577. Hoc anno die vltima Iunij interpone dñicam tertiam vagan. & poſt eius hebdom. reuertere ad dominicã quintam poſt Penteco. Item. xj. Auguſti interpone dñicã quartã vagan. & finita ei⁹ hebdom. redibis ad dñicã decimã poſt Pentecoſtẽ.

1578. Hoc anno viceſimanona Iunij interpone dñicam ſecundam vagant. & finita eius hebdom. reuertere ad dñicam. ſextã poſt Pentecoſtẽ. Item in die ſancti Laurentij interpone dominicam tertiam vagan. Et conſequenter die octa quę erit decimaſeptima Auguſti, adiũge dominicã quartam vagantium & finita eius hebdomada reuertere ad dominicam vndecimam poſt Pentecoſten.

1579. Hoc anno omnes xxiiij. dñicæ leguntur poſt Pent. ſine intermiſſione vſq; ad Aduent.

1580. Hoc ãno die. xxvj. Iunij interponenda eſt tertia vagan. qua finita reuertendum erit ad dñicam quintam poſt Pentec. Itẽ die xiiij. Auguſti interpone quartam vagantiũ & poſt eius hebdomadã redibis ad dñicã vndecimam poſt Pentecoſten.

1581. Hoc anno. xxv. Iunij interpone dñicam primã vagan. & poſt eius hebdom. reuertere ad dñicam ſextã poſt Penteco. Item die. xiij. Auguſti interpone ſecundã vagan Item conſequẽter. xx. Auguſti adde dñicã tertiã vagan. & finita eius hebdoma. reuertere ad dñicã. xij. poſt Penteco. Item decima die Septembris interpone dñicam quartam vagant. & finita eius hebdo. reuertere ad dñicã decimamtertiã poſt Pentecoſten.

1582. Hoc anno in die ſancti Ioannis Baptiſtæ interponenda eſt quarta vagant. & conſequenter eius hebdomada, qua finita reuertendũ erit ad dñicam tertiam poſt Pentecoſten.

1583. Hoc anno die. xxx. Iunij interpone ſecundã vagãt. cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam ſextã poſt Pente. Item die. xj. Auguſti interpone tertiã vagan. cum ſua hebdomada, qua finita proſequere

quere ſtatim die.xviij. Auguſti quartã vagan.cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam vndecimã poſt Pente.

1584. Hoc anno omnes.xxiiij. dominicæ poſt Penteco. legun tur per ordinem ſine vlla inter poſitione vſq; ad Aduentum.

1585. Hoc ãno die.xxvij.Iunij interpone quartã vagant.cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicã.iiij.poſt Pẽte.

1586. Hoc ãno die.xxvj.Iunij interpone tertiã vagant.cũ ſua hebdomada,qua finita reuerte re ad dñicam.v.poſt Penteco. Item die.xiiij.Auguſti interpo ne quartã vagan.cum ſua heb doma.qua finita reuertere ad dñicam vndecimã poſt Pente.

1587. Hoc anno die.xxv.Iunij interpone quartã vagant.cum ſua hebdomada,quia repetitur quãuis ſit lecta ante ſeptuageſi mam, qua finita reuertere ad dominicã tertiam poſt Pente.

1588. Hoc ãno die.xxx. Iunij interpone tertiam vagan.cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicã.v.poſt Pente. Item die.xj.Auguſti interpone quartam vagan.cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam decimã poſt Pente.

1589. Hoc anno in die Apoſtolorum Petri & Pauli interpone ſecundã vagan.cũ ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam ſextã poſt Pente.Itẽ in die ſancti Laurentij interpone tertiam vagan.cum ſua hebdomada,qua finita ꝓſequere ſtatim die.xvij. Auguſti dñicam quartã vagan.cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam vndecimã poſt Pente.

1590. Hoc anno omnes.xxiiij. dñicæ poſt Pente.leguntur per ordinem ſine vlla interpoſitione vſque ad Aduentum.

1591. Hoc ãno die.xxvij.Iunij interpone tertiã vagan.cũ ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam.v. poſt Pentec. Item in die Aſſumptionis beatæ virginis interpone quartam vagan.cum ſua hebdoma.qua finita reuertere ad dominicam vndecimam poſt Penteco.

1592. Hoc anno die.xxv.Iunij interpone primã vagant.cum ſua hebdomada, qa repetitur quãuis ſit lecta ante ſeptuageſimam, qua finita reuertere ad dñicam ſextam poſt Penteco. Item die.xiij.Auguſti interpone ſecundã vagan.cũ ſua hebdomada, qua finita proſequere ſtatim die.xx. Auguſti tertiã vagãt.cũ ſua hebdo.qua finita

reuer-

reuertere ad dñicã duodecimã poſt Pẽte. Itẽ die. x. Septembris interpone quartã vagant. cum ſua hebdoma. qua finita reuertere ad dñicam. xiiij. poſt Pent.

1593. Hoc anno in die ſancti Ioãnis Baptiſtę interpone quartam vagant. cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dominicã tertiã poſt Penteco.

1594. Hoc anno die. xxx. Iunij interpone ſecundã vagãt. cum ſua hebdom. qua finita reuertere ad dñicam. vj. poſt Penteco. Item die. xj. Auguſti interpone tertiã vag. cũ ſua hebdo. qua finita proſequere ſtatim die. xviij. Auguſti quartã vagant. cũ ſua hebdo. qua finita reuertere ad dñicam vndecimã poſt Pente.

1595. Hoc anno omnes. xxiiij. dominicę poſt Pente. leguntur per ordinem ſine vlla interpoſitione vſque ad Aduentum.

1596. Hoc ãno die. xxvij. Iunij interpone quartã vagãt. cũ ſua hebdo. qua finita reuertere ad dñicam quartã poſt Penteco.

1597. Hoc ãno die. xxvj. Iunij interpone ſecundã vag. cũ ſua hebdoma. qua finita reuertere ad dñicam ſextã poſt Penteco. Itẽ die. xiiij. Auguſti interpone tertiã vagãt. cum ſua hebdom. qua finita proſequere ſtatim die. xxj. Auguſti quartã vagan. cũ ſua hebdo. qua finita reuertere ad dñicam. xij. poſt Pente.

1598. Hoc anno die xxv. Iunij interpone quartã vag. cum ſua hebdom. quia repetitur quãuis ſit lecta ante ſeptuageſimam, qua finita reuertere ad dominicam tertiam poſt Pentecoſt.

1599. Hoc anno in die ſancti Ioannis Baptiſtæ interpone tertiam vagant. cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam quartam poſt Pentec. Item die. xij. Auguſti interpone quartam vagan. cũ ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam decimã poſt Pente.

1600. Hoc anno in die apoſtolorum Petri & Pauli interpone primam vagant. cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicã ſeptimã poſt Pentec. Item die ſancti Laurentij interpone ſecundã vagan. cum ſua hebdomada, qua finita proſequere ſtatim die. xvij. Auguſti tertiam vagan. cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dñicam duodecimã poſt Pent. Item die. xiiij. Septembris interpone quartam vagan. cum ſua hebdomada, qua finita reuertere ad dominicam decimam quintam poſt Pentecoſten.

¶ Dñica

¶ Dominica tertia poſt Pentecoſten, ex Exodo. Lectio.j.

ca.2. IN diebus illis poſtquã creuerat Moyſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditq; afflictionem eorũ, & virum Ægyptium percutientẽ quendã de Hebræis fratribus ſuis. Cumq; circunſpexiſſet huc atq; illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. Et egreſſus die altero cõſpexit duos Hebræos rixantes: dixitq; ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximũ tuũ? Qui reſpondit, Quis cõſtituit te principẽ, & iudicem ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? Timuit Moyſes, & ait, Quomodo palã factũ eſt verbum iſtud? Audiuitq; Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſen: qui fugiẽs de conſpectu eius, moratus eſt in terra Madian, & ſedit iuxta puteum. Erant autem ſacerdoti Madian ſeptẽ filiæ, q̃ venerant ad hauriendã aquã: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui. Superuenere paſtores, & eiecerunt eas: ſurrexitq; Moyſes, & defenſis puellis, adaquauit oues earũ. Quæ cum reuertiſſent ad Raguel patrem ſuũ, dixit ad eas, Cur velocius veniſtis ſolito? Reſponderunt, vir Ægyptiꝰ liberauit nos de manu paſtorum: inſuper & hauſit aquã nobiſcũ, potumq; dedit ouibus. At ille, Vbi eſt, inquit? quare dimiſiſtis hominẽ? vocate eum vt comedat panẽ. Iurauit ergo Moyſes ꝙ habitaret cũ eo. Accepitq; Sephoram filiã eius vxorem: quæ peperit ei filiũ, quem vocauit Gerſan, dicens, Aduena fui in terra aliena. Alterũ vero peperit: quem vocauit Eliezer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Poſt multũ vero temporis mortuus eſt rex Ægypti, & ingemiſcentes filij Iſrael propter opera vociferati ſunt: aſcẽditq; clamor eorum ad Deũ ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigerat cum Abrahã, Iſaac & Iacob. Et reſpexit dñs filios Iſrael, & cognouit eos.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

COnſiderãſq; venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, vbi erãt multi cõgregati & orantes: pulſante autem eo ad c.12.

oſtium ianuæ, proceſſit puella ad videndum, nomine Rhode. Et vt cognouit vocẽ Petri, præ gaudio nõ aperuit ianuam, ſed intro currens nuntiauit ſtare Petrũ ante ianuam. At illi dixerunt ad eam, Inſanis. Illa autẽ affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebãt. Angelus eius eſt. Petrus autẽ perſeuerabat pulſans. Cum autem aperuiſſent oſtium, viderũt eum: & obſtupuerunt. Annuens aũt eis manu vt tacerẽt, narrauit quomodo dñs eduxiſſet eum de carcere: dixitq;, Nuntiate Iacob & fratribus hæc. Et egreſſus, abijt in alium locum. Facta aũt die, erat non parua turbatio inter milites quidnam factũ eſſet de Petro. Herodes autem cum requiſiſſet eum, & nõ inueniſſet, inquiſitione facta de cuſtodibus, iuſſit eos duci: deſcẽdensq; à Iudæa in Cæſaream, ibi commoratus eſt. Erat autẽ iratus Tyrijs & Sidonis. At illi vnanimes venerũt ad eũ; & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculũ regis, poſtulabant pacem, eo ꝙ alerẽtur regiones eorũ ab illo. Statuto autẽ die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autẽ acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confeſtim autẽ percuſſit eum angelus dñi, eo ꝙ nõ dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus, expirauit. Verbum autẽ dñi creſcebat & multiplicabatur. Barnabas autẽ & Saulus reuerſi ſunt ab Ieroſolymis expleto miniſterio, aſſumpto Ioãne, qui cognominatus eſt Marcus. Erant autem in eccleſia, c. 13.
quæ erat Antiochiæ; prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger: & Lucius Cyrenenſis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneꝰ, & Saulus. Miniſtrantibus autem illis domino, & ieiunãtibus, dixit illis Spiritus ſanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabã in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orãtes, imponenteſq; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abierũt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum veniſſent Salaminam, prędicabant verbum Dei in ſynagogis Iudęorum. Habebant aũt & Ioannem in miniſterio.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

IN illo tpe: Erant appropinquantes ad Ieſum publicani c. 15.
& peccatores: vt audirẽt illum.

Et reſ. Hom. ſctĩ Leonis papæ.
Æſtiuum tempus, quod corpori meo valde cõtrarium eſt, loqui me de expoſitione ſancti Euangelij, longa mora interueniente prohibuit. Sed num, qa lingua tacuit, ardere charitas ceſſauit? Hoc etenim dico, qđ apud ſe vnuſquiſq; veſtrũ cognoſcit. Plerunq; enim charitas quibuſdã occupationibus præpedita & integra flagrat in corde, & tamen nõ monſtratur in opere. Quia & ſol cũ nube tegitur, non videtur in terra, & tamen ardet in cœlo. Sic occupata eſſe charitas ſolet: & intus vi ſui ardoris exurit, & foris flammas operis non oſtendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus redijt, veſtra me ſtudia accendunt: vt mihi tanto amplius loqui libeat, quãto hoc veſtræ mẽtes deſiderabilius expectant. Audiſtis in lectione euãgelica fratres mei, quia peccatores & publicani acceſſerũt ad redemptorẽ noſtrum: & nõ ſolum ad colloquendũ, ſed etiã ad cõueſcendum recepti ſunt. Quod videntes Phariſæi dedignati ſunt. Ex qua re colligit, quia vera iuſtitia compaſſionẽ habet, falſa vero dedignationem: quãuis & iuſti ſoleant recte peccatorib' dedignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ: aliud quod zelo diſciplinæ. Dedignãtur etenim, ſed nõ dedignantes deſperant: nõ deſperantes perſequutionẽ cõmouent, ſed amantes. Oratio.

PRotector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiã tuã: vt te rectore, te duce ſic tranſeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus æterna. Per do.

¶ Feria.ij.ex Exodo. Lectio.j.

MOyſes aũt paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madiã: cumq; minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitq; ei dñs in flãma ignis de medio rubi: & videbat ꝙ rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyſes, Vadam, & videbo viſionem hãc magnã, quare non comburatur rubus. Cernens aũt dñs ꝙ pergeret ad videndũ, vocauit eũ de medio rubi, & ait, Moyſes Moyſes? Qui reſpondit. Adſum. At ille, Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et ait, Ego ſum Deus patris tui, Deus Abrahã, ca. 3

& Deus Iſaac, & Deus Iacob. Abſcondit Moyſes faciẽ ſuam: non enim audebat aſpicere cõtra Deũ. Cui ait dñs, Vidi afflictionẽ populi mei in Ægypto, & clamorẽ eius audiui propter duritiã eorũ qui præſunt operibus: & ſciens dolorem eius, deſcendi vt liberẽ eum de manibus Aegyptiorũ, & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terrã quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi. Clamor ergo filiorum Iſrael venit ad me, vidiq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni, mittã te ad Pharaonem, vt educas populũ meum filios Iſrael de Ægypto. Dixitq; Moyſes ad Deũ, Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Aegypto? Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis ſignũ ꝙ miſerim te. Cum eduxeris populũ meũ de Aegypto, immolabis Deo ſuper montẽ iſtum. Ait Moyſes ad Deum, Ecce ego vadã ad filios Iſrael, & dicam eis, Deus patrum veſtrorũ miſit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod eſt nomẽ eius? quid dicã eis? Dixit dñs ad Moyſen, Ego ſum q̇ ſum. Ait, Sic dices filijs Iſrael. Qui eſt, miſit me ad vos.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

ET cũ perambulaſſent vniuerſam inſulam vſque ad Paphum, inuenerũt quendam virum magũ pſeudo prophetam Iudæum, cui nomen erat Barieu, qui erat cum proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba & Saulo deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat aũt illis Elymas magus (ſic enim interpretatur nomen eius) quęrens auertere proconſulẽ à fide. Saulus autẽ qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto, intuens in eum, dixit, O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, nõ deſinis ſubuertere vias dñi rectas. Et nũc ecce manus dñi ſup te, & eris cæcus, nõ videns ſolem vſq; ad tẽpus. Et confeſtim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quęrebat qui ei manum daret. Tunc procõſul cum vidiſſet factum, credidit, admirans ſuper doctrina dñi. Et cum à Papho nauigaſſet Paulus & qui cũ eo erãt, venerũt Pergen Pamphyliæ. Ioannes autẽ diſcedens ab eis, reuerſus eſt Ieroſolymam. Illi vero pertrãſeuntes Pergen, vene-

venerunt Antiochiã Piſidię:& ingreſſi ſynagogã die ſabbatorum, ſederũt. Poſt lectionẽ aũt legis & prophetarũ, miſerunt principes ſynagogæ ad eos, dicentes. Viri fratres ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebẽ, dicite. Surgens aũt Paulus, & manu ſilentiũ indicens, ait, Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deũ, audite, Deus plebis Iſrael elegit patres noſtros, & plebem exaltauit cũ eſſent incolę in terra Aegypti, & ĩ brachio excelſo eduxit eos ex ea, & per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto. Et deſtruens gentes ſeptẽ in terra Chanaã, ſorte diſtribuit eis terram eorũ, quaſi poſt quadringẽtos & quinquaginta annos: & poſt hæc dedit iudices, vſq; ad Samuel prophetã. Et exinde poſtulauerunt regem: & dedit illis Saul filiũ Cis, virum de tribu Beniamin annis quadraginta. Et amoto illo, ſuſcitauit illis Dauid regem, cui teſtimoniũ perhibens, dixit, Inueni Dauid filiũ Ieſſe, virum ſecundũ cor meũ, qui faciet oẽs voluntates meas. Huius ex ſemine Deus ſecundum promiſſionẽ, eduxit Iſraeli ſaluatorẽ Ieſum, prædicante Ioanne ante faciẽ aduentus eius, baptiſmũ pœnitentiæ omni populo Iſrael. Cum impleret aũt Ioãnes curſum ſuũ, dicebat, Quẽ me arbitramini eſſe, nõ ſum ego: ſed ecce, venit poſt me, cuius non ſum dign⁹ calceamenta pedũ ſoluere.

¶ Feria.iij.ex Exodo. Lectio.j.

Dixitq; iterũ Deus ad Moyſen, Hęc dices filijs Iſrael, Dñs Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in ęternũ, & hoc memoriale meum in generatione & generationem: vade, congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos, Dñs Deus patrum veſtrorũ apparuit mihi, Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, dicens, Viſitans viſitaui vos & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto: & dixi vt educam vos de afflictione Aegypti in terram Chananæi & Hethæi & Amorthæi, & Pherezæi & Heuæi & Iebuſæi, ad terrã fluentem lacte & melle. Et audient vocem tuam: ingredierisq; tu & ſeniores Iſrael ad regem Aegypti & dices ad eum, Dñs Deus Hebræorũ vocauit nos: ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolem⁹ domino Deo noſtro: ca.3.

Sed ego ſcio ꝙ nõ dimittet vos
rex Aegypti vt eatis,niſi per ma
num validã. Extendamq́; ma-
num meã, & percutiã Aegyptũ
in cũctis mirabilibus meis quę
factur⁹ ſum ĩ medio eorũ:poſt
hoc dimittet vos,daboq́; gratiã
populo huic coram Aegyptijs,
& cũ egrediemini,non exibitis
vacui, ſed poſtulabit mulier à
vicina ſua, & ab hoſpita ſua va
ſa argẽtea & aurea ac veſtes,po
netisq́; eas ſup filios & filias ve
ſtras & ſpoliabitis Aegyptum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

C.13. VIri fratres, filij generis Abraham,& qui in vobis timent Deum,vobis verbũ ſalutis hui⁹ miſſum eſt. Qui enim habitabãt Ieruſalẽ,& principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne ſabbatum leguntur, iudicãtes impleuerũt:& nullam cauſam mortis inuenientes in eo,petierunt à Pilato vt interficerẽt eũ. Cumq́; cõſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erãt, deponẽtes eum de ligno poſuerũt eum in monumento.Deus aũt ſuſcitauit eum à mortuis tertia die: qui viſus eſt p dies multos his qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæa in Ieruſalẽ,qui vſq; nunc ſunt teſtes eius ad plebẽ. Et nos vobis annuntiamus eã, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt:qm̃ hanc Deus adimpleuit filijs veſtris reſuſcitans Ieſum,] ſicut & in pſalmo

D

ſecundo ſcriptũ eſt, Filius me⁹ es tu,ego hodie genui te.Quòd autẽ ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionẽ,ita dixit, Quia dabo vobis ſancta Dauid fidelia. Ideoq́; & alias dicit,Nõ dabis ſanctũ tuum videre corruptionẽ. Dauid enim in ſua generatione cum adminiſtraſſet volũtati Dei,dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionẽ.Quem vero Deus ſuſcitauit à mortuis, non vidit corruptionẽ. Notum igitur ſit vobis, viri fratres, ꝙ per hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur,ab omnibus quibus nõ potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit iuſtificatur. Videte ergo ne ſuperueniat vobis quod dictũ eſt in prophetis,Videte cõtemptores, & admiramini & diſperdimini: quia opus operor ego in dieb⁹ veſtris,opus quod no credetis ſi quis enarrauerit vobis. Exeuntibus aũt illis, rogabant vt ſequẽti ſabbato loquerẽtur ſibi verba hæc. Cumq́; dimiſſa

eſſet

eſſet ſynagoga, ſequuti ſunt multi Iudæorum, & colentium Deum aduenarum, Paulum & Barnabã: qui loquentes ſuadebant eis vt permanerent in gratia Dei. Sequenti vero ſabbato pene vniuerſa ciuitas conuenit audire verbũ Dei. Videntes aũt turbas Iudæi, repleti ſunt zelo & cõtradicebãt his quæ à Paulo dicebantur, blaſphemantes. Tunc cõſtanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primũ loqui verbũ Dei: ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę: ecce cõuertimur ad gentes. ſic enim pręcepit nobis dñs, Poſui te in lucem gentiũ, vt ſis in ſalutem vſq; ad extremũ terræ. audientes aũt gentes, gauiſę ſunt, & glorificabant verbum dñi: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternã. Diſſeminabatur autẽ verbum dñi per vniuerſam regionem. Iudæi autẽ concitauerunt mulieres religioſas & honeſtas, & primos ciuitatis, & excitauerũt perſecutionẽ in Paulum & Barnabam: & eiecerũt eos de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere pedum in eos, venerunt Iconiũ. Diſcipuli quoq; replebantur gaudio & Spiritu ſancto.

¶ Feria. iiij. ex Exodo. Lẽõ. j.

RESpondẽs Moyſes ait, Nõ credẽt mihi, neq; audiẽt vocem meam: ſed dicent, Non apparuit tibi dñs. Dixit ergo ad eum, Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpõdit, Virga. Dixitq; dñs, Proijce eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. Dixitq; dñs, Extende manum tuã, & apprehende caudã eius. Extendit, & tenuit, verſaq; eſt in virgã. Vt credant, inquit, ꝙ apparuerit tibi dñs Deus patrũ tuorũ, Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob. Dixitq; dñs rurſum, Mitte manũ tuam in ſinũ tuũ. Quã cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis. Retrahe, ait, manum tuã in ſinum tuum. Retraxit & protulit iterũ, & erat ſimilis carni reliquæ. Si non crediderint, inquit, tibi, neq; audierint ſermonẽ ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequẽtis. Quod ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neq; audierint vocẽ tuam, ſume aquã fluminis, & effunde eã ſuper aridã, & quicquid hauſeris de fluuio, vertetur in ſanguinem. Ait Moyſes, Obſecro dñe, nõ ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex ca. 4.

quo loquutus es ad ſeruũ tuũ, imperitioris & tardioris linguę ſum. Dixit dñs ad eum, Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutũ & ſurdum, videntẽ & cæcum? nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboq; te qd loquaris. At ille, Obſecro dñe, inquit, mitte quem miſſurus es. Iratus dñs in Moyſen, ait, Aaron frater tuus Leuites, ſcio ꝙ eloquẽs ſit: ecce ipſe egredietur ĩ occurſum tuũ, vidensq; te lætabitur corde. Loquere ad eũ, & pone verba mea in ore ei⁹: & ego ero in ore tuo, & in ore illi⁹, & oſtẽdam vobis qd agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populũ, & erit os tuum: tu aũt eris ei in his quę ad Deũ pertinent. Virgã quoq; hãc ſume in manu tua, in qua factur⁹ es ſigna.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ ij.

c. 14. FActum eſt autẽ in Iconio, vt ſimul introirent ſynagogam Iudæorũ, & loquerentur, & vt crederet Iudæorũ & Græcorũ copioſa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Iudæi, ſuſcitauerũt & ad iracundiam concitauerũt animos gentium aduerſus fratres. Multo igitur tẽpore demorati ſunt fiducialiter agẽtes in dño, teſtimoniũ perhibente verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna & ꝓdigia fieri per manus eorum. Diuiſa eſt autẽ multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudęis, quidam vero cum apoſtolis. Cum autẽ factus eſſet impetus Gentilium & Iudæorũ cum principibus ſuis, & contumelijs afficerent & lapidarẽt eos, intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lyſtram & Derben, & vniuerſam in circuitu regionem, & ibi euãgelizantes erãt. Et cõmota eſt omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autẽ & Barnabas morabantur Lyſtris. Et quidam vir Lyſtris infirmus pedibus ſedebat, claudus ex vtero matris ſuæ: qui nunquã ambulauerat. Hic audiuit Paulũ loquentẽ. Qui intuitus eũ, & videns quia fidem haberet vt ſaluus fieret, dixit magna voce, Surge ſuper pedes tuos rectus. Et exilijt: & ambulabat. Turbæ autem cum vidiſſent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocẽ ſuã, Lycaonice dicentes, Dij ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos. Et vocabãt Barnabam, Iouem: Paulum vero, Mercuriũ, quoniam ipſe erat dux verbi. Sacerdos quoq; Iouis, qui erat ante

ciuitatẽ, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis, volebat ſacrificare. Quod vbi audierunt apoſtoli Barnabas & Paulus conſciſſis tunicis ſuis, exilierunt in turbas, clamantes & dicentes, Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſunt: qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gẽtes ingredi vias ſuas. Et quidẽ nõ ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, bene faciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Et hæc dicentes, vix ſedauerunt turbas ne ſibi immolarent.

¶ Feria.v.ex Exodo. Lectio.j.

ca.4. ABijt Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerũ ſuũ, dixitq; ei, Vadam & reuertar ad fratres meos in Aegyptũ, vt videam ſi adhuc viuãt. Cui ait Iethro, Vade in pace. Dixit ergo dñs ad Moyſen in Madian, Vade, & reuertere in Aegyptũ: mortui ſunt enim omnes qui quærebant animã tuam. Tulit ergo Moyſes vxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinam: reuerſusq; eſt in Aegyptum, portãs virgam Dei in manu ſua. Dixitq; ei dñs reuertenti in Aegyptum, Vide, vt omnia oſtenta, quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone, ego indurabo cor ei⁹, & nõ dimittet populum. Diceſq; ad eum. Hæc dicit dñs, Filius me⁹ primogenitus, Iſrael. Dixi tibi, Dimitte filium meũ vt ſeruiat mihi: & noluiſti dimittere eum, ecce ego interficiã filium tuũ primogenitũ. Cumq; eſſet in itinere, in diuerſorio occurrit ei dñs, & volebat occidere eũ. tulit ilico Sephora acutiſſimã petrã, & circuncidit præputiũ filij ſui tetigitq; pedes eius, & ait. Sponſus ſanguinũ tu mihi es. Et dimiſit eũ poſtquã dixerat, Sponſus ſanguinũ tu mihi es, ob circunciſionẽ. Dixitq; dñs ad Aaron, Vade in occurſum Moyſi in deſertum. Qui perrexit obuiã ei in mõtẽ Dei, & oſculatus eſt eũ. Narrauitq; Moyſes Aaron omnia verba dñi, pro quibus miſerat eum, & ſigna quæ mandauerat. Veneruntq; ſimul, & cõgregauerunt cunctos ſeniores filiorũ Iſrael. Loquutusq; eſt Aaron oĩa verba quę dixerat dñs ad Moyſen: & fecit ſigna coram populo, & cre-

os meũ audire gentes verbum euangelij & credere. Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritũ ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificãs corda eorũ. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugũ ſup ceruices diſcipulorũ: quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? Sed per gratiam dñi Ieſu Chriſti credim⁹ ſaluari, quẽadmodũ & illi.

¶ Feria. vj ex Exodo. Lectio. j.

ca.5. POſt hæc ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerũt Pharaoni, Hæc dicit dñs De⁹ Iſrael, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpondit, Quis eſt dñs, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio dñm, & Iſrael nõ dimittam. Dixerunt, Deus Hebræorũ vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus dño Deo noſtro: ne forte accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti, Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Dixitq; Pharao, Multus eſt populus terræ: videtis ꝙ turba ſuccreuerit, quanto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus? Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens, Nequaquã vltra dabitis paleas populo ad cõficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas. Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquã: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes, Eamus & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquieſcãt verbis mendacib⁹. Igitur egreſſi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas. Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere veſtro.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

TAcuit autem omnis multitudo, & Audiebant Barnabam & Paulum narrantes c.15.
quanta Deus feciſſet ſigna & prodigia in gentibus per eos. Et poſtq̃ tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens, Viri fratres, audite me, Simon narrauit quemadmodum primum Deus viſitauit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo. Et huic cõcordant verba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt, Poſt hęc reuertar,

&

& reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigã illud: vt requirant cæteri hominum dñm, & oẽs gentes ſuper quas inuocatũ eſt nomen meũ, dicit dñs faciens hæc. Notum à ſeculo eſt dño opus ſuum. Propter quod ego iudico, nõ inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deũ, ſed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à cõtaminationibus ſimulachrorum, & fornicatiõe, & ſuffocatis, & ſanguine. Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eũ prædicet in ſynagogis, vbi per omne ſabbatum legitur. Tunc placuit apoſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiã cum Paulo, & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratrib⁹ ſcribentes per manus eorum, Apoſtoli & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus, ſalutem. Quoniã audiuimus ꝙ quidam ex nobis exeuntes, turbauerũt vos verbis, euertẽtes animas veſtras, quibus nõ mandauim⁹: placuit nobis collectis in vnũ, eligere viros, & mittere ad vos, cũ chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderũt animas ſuas pro nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti. Miſim⁹ ergo Iudam & Silam qui & ipſi vobis verbis referent eadem. Viſum eſt enim Spiritui ſctõ & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris q̃ hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos bene agetis. Valete. Illi ergo dimiſſi deſcenderũt Antiochiã: & cõgregata multitudine tradiderunt epiſtolã. Quam cum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper cõſolatione. Iudas autẽ & Silas, & ipſi cum eſſent prophetę verbo plurimo cõſolati ſunt frẽs, & cõfirmauerũt. Facto aũt ibi aliquãto tempore, dimiſſi ſunt cũ pace à fratribus ad eos qui miſerãt illos. Viſum eſt autem Silæ ibi remanere: Iudas autem ſolus abijt Ieruſalẽ: Paulus autẽ & Barnabas demorabantur Antiochię, docentes, & euãgelizãtes cum alijs pluribus, verbum domini.

¶ Sabbato, ex Exodo. Lcõ. j.

Diſperſuſq; eſt popul⁹ per omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. Præfecti quoq; operũ inſtabãt, dicẽtes, ca. 5.

Com-

Complete opus veſtrum quotidie, vt prius facere ſolebatis, quādo dabantur vobis paleæ. Flagellatiq; ſunt qui preerant operib' filiorū Iſrael, ab exactorib' Pharaonis, dicētibus, Quare nō impletis menſurā laterū ſicut prius, nec heri, nec hodie? Veneruntq; prępoſiti filiorum Iſrael, & vociferati ſunt ad Pharaonem, dicentes, Cur ita agis contra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en famuli tui flagellis cędimur, & iniuſte agitur cōtra populū tuū. Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis: Eamus & ſacrificemus dn̄o. Ite ergo & operamini: Paleæ nō dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerū laterum. Videbantq; ſe præpoſiti filiorū Iſrael in malū, eo ꝙ diceretur eis, Non minuetur quicquā de lateribus per ſingulos dies. Occurreruntq; Moyſi, & Aaron, qui ſtabāt ex aduerſo, egrediētes à Pharaone: & dixerunt ad eos, Videat dn̄s: & iudicet, qm̄ fœtere feciſtis odorem noſtrū coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladiū, vt occideret nos. Reuerſuſq; Moyſes ad dn̄m, ait, dn̄e, cur affixiſti populum iſtum? quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populū tuum: & nō liberaſti eos.

Ex actis Apoſtorum. Lectio. ij.

Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, c. 15.
Reuertentes viſitemus fratres, per vniuerſas ciuitates in q̄bus prædicauimus verbū dn̄i, quomodo ſe habeāt. Barnabas autem volebat ſecū aſſumere & Ioannē, qui cognominabatur Marcus. Paulus autē rogabat eum (vt q̄ diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & nō eſſet cū eis in opus) non debere recipi. Facta eſt aūt diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicē, & Barnabas quidē aſſumpto Marco nauigaret Cyprū: Paulus vero electo Sila profect' eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat aūt Syriā & Ciliciā, cōfirmās eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorū & Seniorū.
Peruenit aūt in Derben, & Lyſtrā. Et ecce, diſcipulus quidā c. 16.
erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gētili. Huic teſtimoniū bonū reddebant qui in Lyſtris erant & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci, & aſſumēs circuncidit eū propter

pter Iudæos qui erãt in illis locis. Sciebant enim oẽs ꝙ pater eius erat Gentilis. Cũ autẽ pertranſirẽt ciuitates, tradebãt eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Ieroſolymis. Et eccleſiæ quidẽ cõfirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Tranſeuntes autem Phrygiã & Galatiæ regionem, vetiti ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia. Cum veniſſent aũt in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Cum autem pertranſiſſent Myſiam, deſcenderũt Troadem: & viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt. Vir Macedo quidã erat ſtans, & deprecans eũ, & dicens, Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Vt aũt viſum vidit, ſtatim quęſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti ꝙ vocaſſet nos Deus euãgelizare eis. Nauigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samothracem, & ſequenti die Neapolim: & inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedonię ciuitas, colonia. Eramus autẽ in hac vrbe diebus aliquot cõſiſtentes. Die aũt ſabbatorum egreſſi ſumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio eſſe: & ſedẽtes loquebamur mulieribus quæ conuenerãt. Et quædã mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirorũ, colens Deũ, audiuit: cuius dñs aperuit cor, intendere his quę dicebantur à Paulo. Cũ autẽ baptizata eſſet, & domus eius, deprecata eſt, dicens, Si iudicaſtis me fidelem domino eſſe, introite in domũ meã, & manete: Et coegit nos.

¶Dominica quarta poſt Pentecoſten, ex Exodo. Lectio.j.

Dixit dñs ad Moyſen. Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per manũ enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Loquutusq́; eſt domin⁹ ad Moyſen, dicẽs. Ego dñs qui apparuit Abrahã, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotẽte: & nomen meũ Adonai non indicaui eis. Pepigiq́; fœdus cum eis, vt darem illis terrã Chanaan, terrã peregrinationis eorum, in qua fuerũt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorũ Iſrael quo Aegyptij oppreſſerũt eos: & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filijs Iſrael, Ego dñs qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorũ, & ca.6.

eruam

eruam de ſeruitute eorũ, ac redimã in brachio excelſo & iudicijs magnis. Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus: & ſcietis ꝙ ego ſum dñs Deus veſter, qui eduxerim vos de ergaſtulo Aegyptiorum: & induxerim vos in terrã, ſuper quam leuaui manum meã, vt darem eam Abraham, Iſaac & Iacob: daboq; illã poſſidendã vobis, ego dñs. Narrauit ergo Moyſes omnia filijs Iſrael: qui nõ acquieuerunt ei propter anguſtiã ſpiritus, & opus duriſſimum. Loquutusq; eſt dñs ad Moyſen, dicens, Ingredere, & loquere ad Pharaonẽ regẽ Aegypti, vt dimittat filios Iſrael, de terra ſua. Reſpondit Moyſes coram dño, Ecce filij Iſrael non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cum in circunciſus ſim labijs? Loquutusq; eſt domin⁹ ad Moyſen, & Aaron: & dedit mandatum ad filios Iſrael & ad Pharaonẽ regem Aegypti, vt educerẽt filios Iſrael de terra Aegypti. Iſti ſunt principes domoru per familias ſuas. Filij Ruben primogeniti Iſraelis: Enoch, & Phallu. Eſron & Charmi, hæ cognationes Ruben. Filij Simeon: Iamuel, & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Saher, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon. Et hæc nomina filiorũ Leui, per cognationes ſuas: Gerſon, & Caath, & Merari. Anni autem vitę Leui fuerunt, centum trigintaſeptem. Filij Gerſon: Lobni, & Semei, per cognationes ſuas. Filij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron, & Oziel, anni quoq; vitæ Caath, centũ trigintatres. Filij Merari Moholi, & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

FActũ eſt autẽ euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obuiare nobis: quæ quęſtũ magnũ pręſtabat dominis ſuis diuinando. Hæc ſubſequuta Paulũ & nos, clamabat, dicens, Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui annuntiãt vobis viam ſalutis. Hoc aũt faciebat multis diebus, Dolens autẽ Paulus & conuerſus ſpiritui dixit, Pręcipio tibi ĩ nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Et exijt eadem hora. Videntes autem dñi eius, quia exiuit ſpes quęſtus eorũ, apprehendentes Paulũ, & Silam perduxerũt in forum ad principes, & offerentes eos magiſtratibus, dixerunt, Hi homi-

c.16.

nes cõturbant ciuitatẽ noſtrã, cum ſint Iudæi:& annunciant morem quem non licet nobis ſuſcipere neq; facere, cũ ſimus Romani. Et cucurrit plebs aduerſus eos: & magiſtrat' ſciſſis tunicis ſuis, iuſſerunt eos virgis cædi. Et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi vt diligẽter cuſtodiret eos. Qui cũ tale præceptũ accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Silas adorantes laudabãt Deũ. Et audiebant eos q in cuſtodia erant. Subito vero terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et ſtatim aperta ſunt oĩa oſtia: & vniuerſoꝝ vincula ſoluta ſunt. Expergefactus autẽ cuſtos carceris, & videns ianuas apertas carceris euaginato gladio volebat ſe interficere, exiſtimans fugiſſe vinctos. Clamauit autem Paulus voce magna, dicens, Nihil tibi mali feceris: vniuerſi enim hic ſumus. Petitoq; lumine introgreſſus eſt: & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes: & producẽs eos foras, ait, Dñi, quid me oportet facere, vt ſaluus fiam? At illi dixerunt, Crede in dñm Ieſum: & ſaluus eris tu, & domus tua. Et locuti ſunt ei verbum dñi cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: baptizatus eſt ipſe, & omnis dom' eius continuo. Cumq; perduxiſſet eos in domũ ſuã, appoſuit eis menſam, & lætatus eſt cũ omni domo ſua credens Deo. Et cũ dies factus eſſet, miſerũt magiſtratus lictores, dicẽtes, dimitte homines illos. Nuntiauit autẽ cuſtos carceris verba hæc Paulo, Quia miſerunt magiſtratus, vt dimittamini. nũc igitur exeuntes, ite in pace. Paulus aũt dixit eis, Cæſos nos publice, indemnatos homines Romanos miſerũt in carcerẽ, & nũc occulte nos eiiciunt? Nõ ita: ſed veniãt ipſi, & nos eiiciant. Nuntiauerunt autẽ magiſtratibus lictores verba hęc. Timueruntq; audito q̄ Romani eſſent: & venientes deprecati ſunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & viſis fratribus, cõſolati ſunt eos, & profecti ſunt.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tempore: Cum turbæ irruerunt in Ieſum, vt audirent ca.j.

ſent verbum Dei:& ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth.
Et reſ.Hom.ſctĩ Ambroſij epi.
Aſcendens autẽ in vnã nauim quæ erat Simonis, rogauit vt abduceret à terra aliquantulũ. Vbi dñs multis impertiuit varia genera ſanitatũ:nec tempore, nec loco cœpit à ſtudio ſanandi turba cohiberi. Veſper incubuit:populi ſequebantur: Stagnum occurrit:turbæ vrgebant: & ideo aſcendit in Petri nauim: hæc eſt illa nauis,quæ ſecundũ Matthæũ adhuc fluctuat,ſecundũ Lucam repletur piſcibus:& vt principia eccleſię fluctuantis,& poſteriora exuberantis agnoſcas. Piſces enim ſunt qui hanc enauigant vitã. Ibi adhuc diſcipulis Chriſtus dormit: hic præcipit. Dormit enim tepidis, vigilat perfectis. Sed quẽadmodũ dormiat Chriſtus audiſtis dicentẽ in propheta, Ego dormio, & cor meũ vigilat. Et ſanctus Matthæus recte nõ prætermittendũ putauit æternę iudicium poteſtatis, vbi imperauit ventis. Nõ eſt enim humana doctrina ſicut audiſtis Iudæos dicere: verbo imperat ſpiritibus: ſed cœleſtis maieſtatis inſigne, ꝙ turbatũ ſedatur mare, & diuinæ vocis imperio obſequuntur elemẽta, atq; inſenſibilia ſenſum accipiunt obſequendi. Diuinæ myſteriũ gratiæ reuelatur,quo fluct' mitеſcunt ſeculi: verbo immũdus ſpiritus conquieſcit. Nõ altero alterum reflectitur, ſed vtrunq; celebratur. Habes miraculũ in elemẽtis: habes documentũ in myſterijs. Te deum. Oratio.

DA nobis q̃s dñe vt & mũdi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigat': & eccleſia tua tranqlla deuotiõe lętet' per.

❡Feria.ij.ex Exodo. Lectio.j.

ACcepit autẽ Amrã vxorẽ Iochabed patruelẽ ſuã: quæ peperit ei Aaron, & Moyſen,& Mariã. Fuerũtq; anni vitæ Amram, centũ triginta ſeptẽ. Filij quoq; Iſaar: Core,& Nepheg,& Zechri. Filij quoq; Oziel: Miſael,& Eliſaphan, & Sethri. Accepit aũt Aaron vxorem Eliſabeth filiã Aminadab, ſororẽ Nahaſon,quę peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar,& Ithamar. Filij quoque Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph, hę ſunt cognationes Coritarũ. At vero Eleazar filius Aaron, accepit vxorẽ de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phines. hi ſunt principes familiarum Leuiticarũ per cognationes ſuas.

ca.6.

Iſte eſt Aaron & Moyſes, quibus præcepit dñs vt educerent filios Iſrael de terra Aegypti, per turmas ſuas, Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonē regem Aegypti, vt educāt filios Iſrael de Aegypto: iſte eſt Moyſes & Aaron in die, qua locutus eſt dñs ad Moyſen in terra Aegypti. Et locutus eſt dñs ad Moyſen, dicens, Ego dñs: loquere ad Pharaonē regem Aegypti, omnia quæ ego loquor tibi. Et ait Moyſes corā dño, En incircuncisus labijs ſum, quomodo au-
Ca.7. diet me Pharao? Dixitq; dñs ad Moyſen, Ecce conſtitui te Deū Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna, & oſtēta mea in terra Aegypti, & non audiet vos: immittamq; manum meā ſuper Aegyptū, & educā exercitū & populū meū filios Iſrael, de terra Aegypti, per iudicia maxima. Et ſcient Aegyptij, qa ego ſum dñs, qui extenderim manum meam ſuper Aegyptū & eduxerim filios Iſrael de medio eorum. Fecit itaq; Moyſes & Aaron ſicut prçceperat dominus ita egerunt.

Ex actis Apoſtolorum. Lcō. ij.

CVm autē perambulaſſent c. 17.
Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Theſſalonicā, vbi erat ſynagoga Iudæorum. Secundum cōſuetudinē autem Paulus introiuit ad eos: & per ſabbata tria diſſerebat eis de ſcripturis, adaperiēs, & inſinuās quia Chriſtū oportuit pati, & reſurgere à mortuis: & qa hic, eſt Chriſtus Ieſus, quē ego annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti ſunt Paulo & Silæ, & de colentibus gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles nō paucæ. Zelantes autē Iudæi, aſſumentesq; de vulgo viros quoſdam malos, & turba facta, cōcitauerunt ciuitatē: & aſſiſtentes domui Iaſonis, quçrebāt eos producere in populū. Et cum non inueniſſent eos, trahebat Iaſonem, & quoſdā fratres ad principes ciuitatis clamātes, Quoniam hi qui orbem cōcitant, & huc venerūt, quos ſuſcepit Iaſon: & hi omnes cōtra decreta Cæſaris faciunt, regem alium dicentes eſſe, Ieſum. Concitauerunt autē plebem: & principes ciuitatis, audiētes hæc. Et accepta ſatisfactione à Iaſone, & à

cæteris,

cæteris,dimiſerunt eos. Fratres vero cõfeſtim per noctẽ dimiſe runt Paulũ & Silã in Beroem. Qui cum veniſſent, in ſynagogam Iudæorũ introierunt. Hi autẽ erant nobiliores eorũ qui ſunt Theſſalonicæ,qui ſuſcepe runt verbũ cum omni auiditate,quotidie ſcrutantes ſcripturas,ſi hęc ita ſe haberẽt. Et multi quidem crediderunt ex eis,& mulierũ gentiliũ honeſtarum, & viri non pauci. Cum autem cognouiſſent in Theſſalonica Iudæi,quia & Beroę prædicatũ eſt à Paulo verbũ Dei, venerũt & illuc,cõmouentes & turbantes multitudinẽ. Statimq; tunc Paulum dimiſerunt fratres, vt iret vſq; ad mare. Silas autẽ & Timotheus remanſerunt ibi. Qui aũt deducebant Paulum, perduxerũt eum vſq; Athenas: & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheũ vt q̃ celeriter venirẽt ad ſe, profecti ſunt. Paulus autẽ cũ Athenis eos expectaret,incitabatur ſpirit⁹ eius in ipſo, videns idololatriæ deditam ciuitatẽ. Diſputabat igitur in ſynagoga cum Iudæis & colentibus, & in foro per oẽs dies ad eos qui audierant. Quidam autẽ Epicurei,& Stoici philoſophi diſſerebãt cum eo:& quidã dicebãt, Quid vult ſeminiuerbius hic dicere? Alij vero, nouo rum dæmoniorum videtur annuntiator eſſe: quia Ieſum & reſurrectionẽ annuntiabat eis. Et apprehenſum eum,ad Areopagũ duxerunt,dicentes,Poſſumus ſcire quæ eſt hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? noua enim quædam inſers auribus noſtris. Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe.

¶ Feria.iiij. ex Exodo. Lcõ.j.

ERat autẽ Moyſes octoginta annorũ,& Aaron, octogintatrium, quãdo locuti ſunt ad Pharaonem. Dixitq; dñs ad Moyſen & Aaron. Cum dixerit vobis Pharao,Oſtendite ſigna: dices ad Aaron, Tolle virgam tuam,& proiice eam corã Pharaone, ac vertetur in colubrũ. Ingreſſi itaq; Moyſes & Aaron ad Pharaonẽ,fecerũt ſicut præceperat dñs. Tulitq; Aaron,virgam coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrũ. Vocauit autẽ Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incãtationes Aegyptiacas & arcana quędã ſimiliter. Proieceruntq; ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorũ. Induratumq; eſt ca.7.

cor Pharaonis, & non audiuit eos,ſicut præceperat dñs. Dixit autem dns ad Moyſen, Ingrauatum eſt cor Pharaonis,& nõ vult dimittere populũ.Vade ad eum mane:ecce, egredietur ad aquas: & ſtabis ĩ occurſum ei' ſuper ripam fluminis, & virgã quę cõuerſa eſt in dracone,tolles in manu tua, dicesq; ad eũ, dñs Deus Hebræorũ miſit me ad te,dicẽs. Dimitte populum meũ, vt ſacrificet mihi in deſerto:& vſq; ad pręſens audire noluiſti. Hæc igitur dicit dñs, In hoc ſcies ꝙ ſim dñs:ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt,aquam fluminis,& vertetur in ſanguinẽ. Piſces quoq; qui ſunt in fluuio,morientur,& cõputreſcent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquã fluminis. Dixit quoq; dñs ad Moyſen,Dic ad Aaron, Tolle virgã tuã:& extende manũ tuã ſuper aquas Aegypti, & ſuper fluuios eorũ,& riuos ac paludes,& omnes lacus aquarũ, vt vertantur in ſanguinẽ:& ſit cruor in omni terra Aegypti,tam in ligneis vaſis q̃ in ſaxeis. Feceruntq; ita Moyſes & Aaron ſicut præceperat dñs:& eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in ſanguinẽ. Et piſces qui erant in flumine, mortui ſunt, cõputruitq; fluuius:& nõ poterant Aegyptij bibere aquã fluminis,& fuit ſanguis in tota terra Aegypti. Feceruntq; ſimiliter malefici Aegyptiorum incantationibus ſuis,& induratũ eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos,ſicut pręceperat dñs. Auertitq; ſe & ingreſſus eſt domum ſuã, nec appoſuit cor etiã hac vice. Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitũ fluminis aquã vt biberent: nõ enim poterant bibere aquam fluminis:Impletiq; ſunt ſeptem dies, poſtq̃ percuſſit dñs fluuium.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

Athenienſes autẽ omnes c.17.
& aduenæ hoſpites,ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait, Viri Athenienſes,per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video. Pręteriẽs enim & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignoranter colitis, hoc ego annuntio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt,hic cœli & terrę cũ ſit dñs, non in manufactis templis habitat,

bitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cũ ipſe det omnibus vitã, & inſpiratio nem, & omnia: fecitq; ex vno omne genus hominũ inhabitare ſup vniuerſam faciẽ terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quęrere Deũ ſi forte attrectent eum, aut inueniant, quãuis nõ longe ſit ab vnoquoq; noſtrũ. In ipſo enim viuimus & moue mur, & ſumus, ſicut & quidã ve ſtrorũ poetarũ dixerunt, Ipſius enim & genus ſumus. Genus er go cũ ſimus Dei, non debemus exiſtimare auro & argẽto, aut lapidi, ſculpturę artis & cogitationis hominis, diuinum eſſe ſimile. Et tẽpora quidẽ huius ignorãtiæ deſpiciẽs Deus, nunc annuntiat hominibus, vt oẽs vbiq; pœnitentiã agant, eo ꝙ ſtatuit diẽ in quo iudicaturus eſt orbẽ in æquitate in viro in quo ſtatuit, fidẽ præbens omnibus, ſuſcitans eũ à mortis. Cum audiſſent autẽ reſurrectionem mortuorũ, quidã quidẽ irridebãt, quidã vero dixerũt, Audiemus te de hoc iterũ. Sic Paulus exiuit de medio eorũ. Quidam vero viri adhærẽtes ei, crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita: & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Poſt c.18. hæc egreſſus ab Athenis venit Corinthũ, & inueniẽs quendã Iudæum, noĩe Aquilã Ponticũ genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillã vxorẽ eius, eo ꝙ pręcepiſſet Claudius diſcedere oẽs Iudæos à Roma: acceſſit ad eos. Et qa eiuſdẽ erat artis, manebat apud eos, & operabatur: erant aũt ſcenofactorię artis. Et diſputabat in ſynagoga per omne ſabbatũ, interponẽs nomen dñi Ieſu: ſuadebatq; Iudæis & Græcis. Cum veniſſent autem de Macedonia Sillas, & Timothe⁹, inſtabat verbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum Ieſum. Cõtradicentibus aũt eis & blaſphemantibus, excutiens veſtimẽta ſua, dixit ad eos, Sanguis veſter ſuper caput veſtrũ. Mundus ego: ex hoc ad gẽtes vadã. Et migrans inde, intrauit in domũ cuiuſdã, noĩe Titi iuſti, colẽtis Deũ, cuius domus erat coniuncta ſynagogę. Criſpus aũt archiſynagog⁹ credidit dño, cũ omni domo ſua: & multi Corinthiorũ audientes credebãt, & baptizabantur.

¶ Feria.iiij. ex Exodo. Lcõ.j.

Dixit quoque dñs ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hęc dicit ca.8.

dñs, Dimitte populum meũ, vt
ſacrificet mihi. Si aũt nolueris
dimittere, ecce ego percutiam
omnes terminos tuos ranis. Et
ebulliet fluui9 ranas: quæ aſcen
dent, & ingrediẽtur domũ tuã
& cubiculũ lectuli tui, & ſuper
ſtratũ tuum, & in domos ſeruo
rum tuorũ, & in populũ tuũ, &
in furnos tuos, & in reliquias ci
borum tuorũ: & ad te, & ad po-
pulum tuũ, & ad omnes ſeruos
tuos intrabunt ranæ. Dixitq́;
dñs ad Moyſen. Dic ad Aaron,
Extende manũ tuã ſuꝑ fluuios
ac ſuꝑ riuos & paludes, & educ
ranas ſuper terram Aegypti.
Extendit Aaron manum ſuper
aquas Aegypti, & aſcenderunt
ranę, operueruntq́; terrã Aegy-
pti. Fecerunt autem & malefici
per incantationes ſuas ſimili-
ter: eduxerũtq́; ranas ſuper ter-
ram Aegypti. Vocauit autem
Pharao Moyſen & Aaron & di
xit eis, Orate dñm vt auferat ra
nas à me & à populo meo: & di
mittã populũ vt ſacrificet dño.
Dixitq́; Moyſes ad Pharaonẽ,
Cõſtitue mihi quãdo deprecer
pro te & pro ſeruis tuis, & pro
populo tuo, vt abigantur ranæ
à te: & à domo tua, & à ſeruis
tuis, & à populo tuo: & tantũ in
flumine remaneãt. Qui reſpon
dit, Cras. At ille, Iuxta, inquit
verbum tuum faciam: vt ſcias
quoniã non eſt ſicut dñs Deus
noſter Et recedent ranæ à te, &
à domo tua, & ſeruis tuis, & à
populo tuo, & tantũ in flumi-
ne remanebunt. Egreſſiq́; ſunt
Moyſes, & Aaron, à Pharaone,
& clamauit Moyſes ad dñm
pro ſponſione ranarũ quã cõdi
xerat Pharaoni. Fecitq́; dñs iux
ta verbũ Moyſi, & mortuę ſunt
ranæ de domibus, & de villis, &
de agris. Cõgregaueruntq́; eas
in immenſos aggeres, & com-
putruit terra. Videns autẽ Pha-
rao ꝙ data eſſet requies, ingra-
uauit cor ſuum, & non audiuit
eos, ſicut præceperat dominus.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

Dixit autẽ dñs nocte per vi- c. 18.
ſionem Paulo, Noli time
re: ſed loquere, & ne taceas, pro
pterea ꝙ ego ſum tecum, & ne-
mo apponetur tibi, vt noceat
te, quoniam populus eſt mihi
multus in hac ciuitate. Sedit au
tem ibi annum, & ſex menſes,
docens apud eos verbum Dei.
Gallione aũt proconſule Acha
iæ, inſurrexerũt vno animo Iu-
dæi in Paulum, & adduxerunt
eũ ad tribunal, dicẽtes, Contra
legẽ hic perſuadet hominibus
colere Deum. Incipiente autẽ

Paulo aperire os, Dixit Gallio ad Iudæos: Si qdẽ eſſet iniquũ aliquid, aut facinus peſſimum, ò viri Iudæi, recte vos ſuſtinerem. ſi vero quęſtiones ſunt de verbo & nominib' legis veſtrę, voſipſi videritis, iudex ego horum nolo eſſe. Et minauit eos à tribunali. Apprehendẽtes autem omnes Soſthenem principem ſynagogæ, percutiebãt eũ ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curę erat. Paulus vero cũ adhuc ſuſtinuiſſet dies multos fratrib' vale faciens, nauigauit in Syriam, & cũ eo Priſcilla. & Aquila, qui ſibi totonderat in Cenchreis caput, habebat enim votum. Deuenitq; Epheſum, & illos ibi reliquit. Ipſe vero ingreſſus ſynagogã, diſputabat cũ Iudæis. Rogantibus autem eis, vt ampliori tẽpore maneret, non conſenſit, ſed vale faciens, & dicens, Iterum reuertar ad vos, Deo volente: profectus eſt ab Epheſo. Et deſcendens Cæſaream, aſcẽdit, & ſalutauit eccleſiam, & deſcendit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tẽpore profectus eſt, perambulans ex ordine Galatiã regionẽ & Phrygiã, confirmans omnes diſcipulos. Iudæus autẽ quidã, Apollo nomine, Alexãdrinus genere, vir eloquens. deuenit Epheſum, potens in ſcripturis. Hic erat edoctus viam dñi: & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ ſunt Ieſu, ſciẽs tantũ baptiſma Ioannis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Quem cum audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumpſerunt eum, & diligentius expoſuerunt ei viam dñi. Cum autẽ vellet ire Achaiam, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis, vt ſuſciperent eum. Qui cum veniſſet, cõtulit multum his qui crediderant. Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, oſtendens per ſcripturas, eſſe Chriſtum, Ieſum.

¶ Feria. v. ex Exodo. Lectio. j.

DIxitq; dominus ad Moyſen, Loquere ad Aaron, ca. 8.
Extende virgam tuã, & percute puluerẽ terrę: & ſint ciniphes in vniuerſa terra Aegypti. Feceruntq; ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens, percuſſitq; puluerem terræ, & facti ſunt ciniphes in hominibus & iumẽtis: omnis puluis terrę verſus eſt ĩ ciniphes per totã terrã Aegypti. Feceruntq; ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerẽt ciniphes, & nõ potuerũt: erantq; ciniphes tam in ho-

hominibus, q̃ in iumentis. Et dixerũt malefici ad Pharaoně, Digitus Dei eſt hoc. induratumq; eſt cor Pharaonis, & nõ audiuit eos ſicut pceperat dñs. Dixit quoque dñs ad Moyſen, Cõſurge diluculo, & ſta coram Pharaone egredietur enim ad aquas: & dices ad eũ, Hęc dicit, dñs, Dimitte populum meũ vt ſacrificet mihi. ꝙ ſi non dimiſeris eum: ecce ego mittam in te, & in ſeruos tuos, & in populũ tuũ, & in domos tuas omne genus muſcarũ: & implebuntur oẽs domus Aegyptiorũ muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint. Faciamq; mirabilẽ in die illa terrã Geſſen, in qua populus meus eſt, vt nõ ſint ibi muſcę: vt ſcias quoniã ego dñs in medio terrę. Ponãq; diuiſionẽ inter populũ meũ, & populũ tuum: cras erit ſignum iſtud. Fecitq; dñs ita. Et venit muſca grauiſſima ĩ domo Pharaonis & ſeruorũ eius, & in omnem terrã Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitq; Pharao Moyſen & Aaron, & ait, Ite & ſacrificate Deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes, Nõ poteſt ita fieri: abominationes enim Aegyptiorũ immolabim⁹ dño Deo noſtro? ꝙ ſi mactauerimus ea, quæ colunt Aegyptij, corã eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierũ pergemus in ſolitudině, & ſacrificabimus dño Deo noſtro, ſicut præcepit nobis. Dixitq; Pharao, Ego dimittam vos, vt ſacrificetis dño Deo veſtro in deſerto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me. Et ait Moyſes, egreſſus à te, orabo dñm: & recedet muſca à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras: veruntamen noli vltra fallere, vt non dimittas populum ſacrificare dño. Egreſſusq; Moyſes à Pharaone, orauit dñm. Qui fecit iuxta verbũ illius: & abſtulit muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius: non ſuperfuit ne vna qdẽ. Et ingrauatũ eſt cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

F† Actum eſt aũt cum Apollos eſſet Corinthi, vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus, veniret Epheſum, & inueniret quoſdam diſcipulos: dixitq; ad eos, Si Spiritũ ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neq; ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus. Ille vero ait, in quo ergo baptizati c. 19. a

zati eſtis? Qui dixerũt, In Ioannis baptiſmate. Dixit autẽ Paulus, Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentię populũ dicens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent, hoc eſt in Ieſum. His auditis baptizati ſunt in nomine dñi Ieſu. Et cũ impoſuiſſet illis manꝰ Paulus, venit Spiritus ſanctus ſup eos, & loquebantur linguis, & prophetabãt. Erãt aũt omnes viri fere duodecim. Introgreſſus autem ſynagogã, cum fiducia loquebatur per tres mẽſes, diſputans, & ſuadens de regno Dei.] B Cum aũt quidã indurarẽtur & nõ crederẽt, maledicẽtes viam dñi coram multitudine, diſcedens ab eis, ſegregauit diſcipulos, quotidie diſputãs in ſchola Tyranni cuiuſdã. Hoc aũt factum eſt per bienniũ, ita vt oẽs qui habitabãt in Aſia, audirẽt verbũ dñi, Iudæi, atq; Gentiles. Virtuteſq; non quaſlibet faciebat Deus per manũ Pauli: ita vt etiã ſup languidos deferrentur à corpore eius ſudaria & ſemicinctia, & recedebant ab eis langores, & ſpiritus nequã egrediebãtur. Tentauerũt aũt quidam & de circũeuntibꝰ Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebãt ſpiritus malos, nomen dñi Ieſu, dicentes, Adiuro vos per Ieſum quẽ Paulus prædicat. Erant aũt cuiuſdã Iudæi, nomine Scæuæ, principis ſacerdotũ ſeptem filij, qui hoc faciebant, Reſpondens autẽ ſpiritus nequam, dixit eis, Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos homo in quo erat dæmoniũ peſſimũ, & dominatus amborum, inualuit cõtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerẽt de domo illa. Hoc autẽ notũ factũ eſt omnibus Iudæis atq; Gentilibus qui habitabãt Epheſi: & cecidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur nomen dñi Ieſu. Multiq; credentium veniebãt cõfitentes & annuntiãtes actus ſuos. Multi autẽ ex eis qui fuerant curioſa ſectati, cõtulerunt libros, & combuſſerunt eos coram omnibus, & cõputatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorũ quinquaginta milliũ. Ita fortiter creſcebat verbum Dei, & cõfirmabatur. His autem expletis propoſuit Paulus in ſpiritu, tranſita Macedonia, & Achaia, ire Ieroſolymam, dicens, poſtq̃ fuero ibi, oportet me & Romam videre. Mittens autem in Macedoniã duos ex miniſtrantibus ſibi, Timo-

Timotheum & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in Aſia.

Feria.vj.ex Exodo. Lectio.j.

ca.9. Dixit autem dñs ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem,& loquere ad eũ, Hæc dicit dñs Deus Hebræorum, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Quod ſi adhuc renuis, & retines eos:ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos, & aſinos, & camelos,& oues,& boues peſtis valde grauis. Et faciet dñs mirabile inter poſſeſſiones Iſrael, & poſſeſſiones Aegyptiorũ, vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael. Conſtituitq; dominus tempus, dicẽs, Cras faciet dñs verbũ iſtud in terra. Fecit ergo dñs verbũ hoc altera die: mortuaq; ſunt omnia animãtia Aegyptiorũ: de aĩalibus verò filiorũ Iſrael nihil oĩno perijt, Et miſit Pharao ad vidẽdum:nec erat quicquam mortuũ de his quę poſſidebat Iſrael. Ingrauatumq; eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populum. Et dixit dñs ad Moyſen,& Aarõ. Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone. Sitq; puluis ſuper omnem terrã Aegypti: erũt enim in hominibus, & iumentis vlcera:& veſicę turgentes in vniuerſa terra Aegypti. Tuleruntq; cinerem de camino, & ſteterunt coram Pharaone, & ſparſit illũ Moyſes in cœlum: factaq; ſunt vlcera veſicarum turgentiũ in hominibus, & iumentis: nec poterant malefici ſtare corã Moyſe, propter vlcera q̃ in illis erãt, & ĩ omni terra Aegypti. Indurauitq; dñs cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut locut⁹ eſt dñs ad Moyſen.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

Facta eſt autem illo tempore turbatio nõ minima de via dñi. Demetri⁹ enim quidã nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ præſtabat artificibus non modicum quæſtum: quos conuocans & eos qui huiuſmodi erant opifices, dixit. Viri: ſcitis qa de hoc artificio eſt nobis acquiſitio:& videtis,& auditis, quia non ſolũ Epheſi, ſed pene totius Aſiæ Paul⁹ hic ſuadens auertit multam turbam, dicens: Quoniam non ſunt dij qui manibus fiũt. Non ſolum autem hęc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, ſed & magnæ Dianæ tẽplum in nihilum reputabit, & deſtrui incipiet ma- c.19.

ieſtas ei⁹, quā tota Aſia & orbis colit. His auditis, repleti ſunt ira, & exclamauerunt dicentes, Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas tota confuſione, & impetum fecerūt vno animo in theatrū, rapto Caio & Ariſtarcho Macedonibus comitib⁹ Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, non permiſerūt diſcipuli. Quidam autem & de Aſiæ principibus, qui erant amici eius, miſerunt ad eum, rogantes ne ſe daret in theatrum, Alij autem aliud clamabāt. Erat enim eccleſia confuſa, & plures neſciebant, qua ex cauſa conueniſſent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu ſilentio poſtulato, volebat reddere rationem populo. Quem vt cognouerunt Iudæum eſſe, vox facta vna eſt omniū quaſi per horas duas clamantiū, Magna Diana Epheſiorum. Et cū ſedaſſet Scriba turbas, dixit: Viri Epheſij, quis enim eſt hominum, qui neſciat Epheſiorum ciuitatem cultricē eſſe magnæ Dianæ Iouiſq; prolis? Cum ergo his cōtradici nō poſſit, oporret vos ſedatos eſſe, & nihil temere agere. Adduxiſtis enim homines iſtos, neq; ſacrilegos, neq; blaſphemantes Deam veſtram. Quòd ſi Demetrius, & qui cū eo ſunt artifices, habent aduerſus aliquem cauſam, conuentus forenſes agūtur, & proconſules ſunt, accuſent inuicē. Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima eccleſia poterit abſolui. Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius ſit: de quo poſſimus reddere rationem concurſus iſtius. Et cum hæc dixiſſet, dimiſit eccleſiam.

¶ Sabbato, ex Exodo. Lectio. j.

DIxitq; dñs ad Moyſen, Mane conſurge, & ſta coram Pharaone, & dices ad eū, Hæc dixit dñs Deus Hebræorum, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum: vt ſcias quòd nō ſit ſimilis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum meam percutiam te, & populum tuū peſte: peribiſq; de terra. Idcirco autē poſui te, vt oſtendam in te fortitudinē meā, & narretᷣ nomen meū in omni terra. Adhuc retines populū meum, & nō vis dimittere eum. En pluā cras hac ca. 9.

ipſa hora grandinẽ multam ni
mis: qualis nõ fuit in Aegypto
à die qua fundata eſt, vſque in
præſens tẽpus. Mitte ergo iam
nunc, & cõgrega iumenta tua,
& omnia quæ habes in agro:
homines enim & iumenta, &
vniuerſa quæ inuenta fuerint
foris, nec congregata de agris,
cecideritq; ſuper ea grãdo, mo
rientur. Qui timuit verbũ dñi
de ſeruis Pharaonis, fecit cõfu-
gere ſeruos ſuos, & iumenta in
domos: qui aũt neglexit ſermo
nem dñi, dimiſit ſeruos ſuos, &
iumenta in agris. Et dixit dñs
ad Moyſen. Extende manum
tuã in cœlum, vt fiat grando in
vniuerſa terra Aegypti ſup ho
mines, & ſuper iumenta, & ſu-
per omnẽ herbã agri in terra
Aegypti. Extẽditq; Moyſes vir-
gam in cœlũ, & dñs dedit toni-
trua, & grandinẽ ac diſcurren-
tia fulgura ſuper terrã: pluitq;
dñs grandinem ſuper terram
Aegypti. Et grando & ignis mi-
ſta pariter ferebantur: tantæq;
fuit magnitudinis, quãta ante
nunq̃ apparuit in vniuerſa ter-
ra Aegypti ex quo gens illa cõ-
dita eſt. Et percuſſit grando in
omni terra Aegypti cũcta quæ
fuerũt in agris, ab homine vſq;
ad iumentum; cunctamq; her-
bam agri percuſſit grando, &
omne lignum regionis confre-
git. Tantum in terra Geſſen,
vbi erant filij Iſrael, grando nõ
cecidit. Miſitq; Pharao, & vo-
cauit Moyſen & Aaron, dicens
ad eos, Peccaui etiam nunc,
dñs iuſtus, & ego & populus
meus, impij. Orate dominum,
vt deſinant tonitrua Dei, &
grando: vt dimittam vos, &
nequaquã hic vltra maneatis.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

POſtq̃ autẽ ceſſauit tumul- c. 20.
tus, vocatis Paulus diſcipu-
lis, & exhortatus eos, vale dixit,
& profectus eſt vt iret in Mace-
doniam. Cum autẽ perambu-
laſſet partes illas, & exhortatus
eos fuiſſet multo ſermone, ve-
nit in Græciã, vbi cum fuiſſet
menſes tres, factæ ſunt illi in-
ſidiæ à Iudæis nauigaturo in
Syriam: habuitq; conſilium vt
reuerteretur per Macedoniã:
Comitatus eſt aũt eum Soſipa-
ter Pyrrhi Beroenſis: Theſſalo-
nicenſium vero Ariſtarchus, &
Secundus, & Caius Derbeus, &
Timotheus, Aſiani vero Tychi
cus & Trophimus. Hi cum
præceſſiſſent, ſuſtinuerunt nos
Troade: nos vero nauigauim⁹
poſt dies azymorũ à Philippis,
& venimus ad eos Troadem in
diebus

diebus quinq;,vbi demorati ſumus diebus ſeptem. Vna autē ſabbati cum cōueniſſemus ad frangendū panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitq; ſermonē vſq; in mediā noctem. Erant aūt lampades copioſę in cœnaculo vbi eramus cōgregati. Sedens aūt quidā adoleſcēs, nomine Eutychus ſuper feneſtram,cum mergeretur ſomno graui, diſputāte diu Paulo,ductꝰ ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatꝰ eſt mortuus. Ad quē cum deſcendiſſet Paulꝰ incubuit ſuper eū: & complexus dixit, Nolite turbari:anima enim ipſius in ipſo eſt. Aſcendens autē frangenſq; panē & guſtans, ſatiſq; allocutus vſq; in lucem, ſic profectus eſt. Adduxerunt aūt puerū viuentē,& cōſolati ſunt nō minime. Nos aūt aſcendentes nauē, nauigauimus in Aſſon,inde ſuſcepturi Paulū:ſic enim diſpoſuerat, ipſe per terrā iter facturus. Cum autē conueniſſemus in Aſſon, aſſumpto eo venimꝰ Mitylenē. Et inde nauigantes, ſequenti die venimus contra Chium, & alia die applicuimꝰ Samum: & ſequenti die venimus Miletū. propoſuerat enim Paulus tranſnauigare Epheſum, ne qua mora illi fieret in Aſia. Feſtinabat enim,ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem Pentecoſten faceret Ieroſolymis.

¶Dominica quinta poſt Pentecoſten, ex Exodo. Lectio.j.

Ait Moyſes, Cum ca.9.
egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad dñm, & ceſſabūt tonitrua,& grando non erit: vt ſcias qa dñi eſt terra: noui aūt ꝙ & tu, & ſerui tui necdum timeatis dñm Deū. Linū ergo,& hordeū læſum eſt,eo ꝙ hordeū eſſet virens, & linū iā folliculos germinaret. Triticū autē, & far nō ſunt lęſa,quia ſerotina erāt. Egreſſuſq; Moyſes à Pharaone ex vrbe,tetendit manꝰ ad dñm: & ceſſauerūt tonitrua & grando, nec vltra ſtillauit pluuia ſuper terrā. Videns aūt Pharao ꝙ ceſſaſſet pluuia, & grādo & tonitrua, auxit peccatū:& ingrauatū eſt cor eiꝰ, & ſeruorū illiꝰ. Et induratū nimis, nec dimiſit filios Iſrael, ſicut præceperat
dñs per manū Moyſi. Et dixit c.10.
dñs ad Moyſen, ingredere ad Pharaonē: ego enim indurauí cor eius, & ſeruorum illius, vt faciam ſigna mea hæc in eo, &

narres in auribus filij tui, & nepotũ tuorũ, quoties cõtriuerim Aegyptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſcitis quia ego dñs Deus. Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonẽ, & dixerũt ei, Hæc dicit dñs Deus Hebræorum: Vſquequo non vis ſubiici mihi? dimitte populum meũ, vt ſacrificet mihi. Sin autẽ reſiſtis, & non vis dimittere eũ: ecce ego inducã cras locuſtã in fines tuos: quæ operiat ſuperficiem terræ, ne quicquã eius appareat, ſed comedatur quod reſiduum fuerit grandini: corrodent enim omnia ligna, quæ germinãt in agris. Et implebũt domos tuas, & ſeruorũ tuorum & omniũ Aegyptiorũ, quantã nõ viderũt patres tui, & aui, ex quo orti ſunt ſuper terrã, vſq; in præſentem diem. Auertitq; ſe, & egreſſus eſt à Pharaone. Dixerunt autẽ ſerui Pharaonis ad eum, Vſquequo patiemur hoc ſcandalum? dimitte homines, vt ſacrificent dño Deo ſuo. nõne vides ꝙ perierit Aegypt⁹? Reuocauerũtq; Moyſẽ & Aarõ ad Pharaonẽ: qui dixit eis, Ite ſacrificate domino Deo veſtro, quinam ſunt, qui ituri ſunt? Ait Moyſes: Cum paruulis noſtris, & ſenioribus pergemus, cũ filijs & filiabus, cum ouibus & armẽtis: eſt enim ſolẽnitas dñi Dei noſtri. Et reſpõdit Pharao, Sic dñs ſit vobiſcũ, quomodo ego dimittã vos, & paruulos veſtros: cui dubium eſt ꝙ peſſime cogitetis? Nõ fiat ita, ſed ite tñ viri, & ſacrificate dño: hoc enĩ & ipſi petiſtis. Statimq; eiecti ſunt de conſpectu Pharaonis.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

A Mileto aũt mittens Epheſum: vocauit maiores natu Eccleſiæ. Qui cum veniſſent ad eũ, & ſimul eſſent dixit eis, Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcũ per omne tempus fuerim, ſeruiens dño cũ omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorũ: & quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publice & per domos teſtificans Iudæis atq; Gentilibus in Deũ pœnitentiã, & fidem in dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum. Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu, vado in Ieruſalẽ: quę in ea ventura ſunt mihi, ignorans, niſi ꝙ ſpiritus ſanctus per oẽs ciuitates mihi proteſtatur, dicens qm̃ vincula & tribulatiões Ieroſolymis me manent. c.20.

manẽt. Sed nihil horũ vereor, nec facio animã meã pretioſio rem quam me, dummodo con ſumem curſum meum & mini ſteriũ verbi quod accepi à dño Ieſu, teſtificari euãgeliũ gratiæ Dei. Et nũc ecce ego ſcio quia amplius nõ videbitis faciẽ meã vos oẽs per quos tranſiui prædi cans regnum Dei. Quapropter conteſtor vos hodierna die, ꝙ mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarẽ omne cõſilium Dei vobis. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiã Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam introibunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgẽt viri loquentes peruerſa, vt abducãt diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate, memoria retinentes: quoniã per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monere vnumquenq; veſtrũ. Et nunc cõmendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus. Argentũ, & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, qm̃ ad ea q̃ mihi opus erãt, & his qui mecũ ſunt miniſtrauerũt man⁹ iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniã ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi dñi Ieſu, quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare, q̃ accipere. Et cum hęc dixiſſet, poſitis genib⁹ ſuis orauit cũ omnibus illis. Magnus autẽ fletus factus eſt omnium: & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabãtur eum, dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non eſſent viſuri. Et deducebant eum ad nauem.

Secundum Matthæũ. Lcõ. iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Amẽ dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Et reliqua. ca. 5.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Niſi nõ ſolum illa minima legis impleueritis præcepta, quæ inchoant homines, ſed etiam iſta quę à me adduntur, qui nõ veni legẽ ſoluere ſed adimplere: non intrabitis in regnũ cœlorum. Sed dicis mihi, Si de illis mandatis minimis cũ ſuperius loqueretur, dixit minimũ vocari in regno cœlorum, quiſquis

vnum eorum ſoluerit. & ſecundum ſuã ſolutionem docuerit, magnum autẽ vocari quiſquis ea fecerit, & ſic docuerit & ex eo iam in regno cœlorũ futurũ eſſe, quia magnus eſt: qd opus eſt addi legis præceptis minimis ſua? In regno cœlorum poteſt eſſe: qa magn' eſt quiſquis ea fecerit, & ſic docuerit. Quapropter ſic eſt accipienda illa ſententia, Qui aũt fecerit & docuerit ſic, magnus vocabitur in regno cœlorũ: id eſt nõ ſecundum illa minima, ſed ſecundũ ea quæ ego dicturus ſum. Quæ ſunt autẽ iſta? Vt abundet, inquit, iuſtitia veſtra ſup Scribarum & Phariſæorum: quia niſi abundauerit, non intrabitis in regnũ cœlorũ. ergo q ſoluerit illa minima, & ſic docuerit: minim' vocabitur. Qui aũt fecerit illa minima, & ſic docuerit, nõ magnus habendus eſt, & idoneus regno cœlorũ: ſed tamen non tam minimus q̃ ille qui ſoluerit. Te deum. Oratio.

Deus, qui diligẽtibus te bona inuiſibilia præparaſti, infunde cordibus nr̃is tui amoris affectũ: vt te in oĩbus, & ſup omnia diligẽtes promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per do.

Feria.ij.ex Exodo. Lectio.j.

Dixit autẽ dñs ad Moyſen, c.10. Extende manũ tuã ſuper terrã Aegypti ad locuſtam, vt aſcendat ſuper eam & deuoret oẽm herbam quæ reſidua fuerit grandini. Et extẽdit Moyſes virgam ſuper terrã Aegypti: & dñs induxit ventũ vrentem tota die illa & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locuſtas. Quę aſcenderũt ſuper vniuerſam terrã Aegypti: & ſederunt in cunctis finibus Aegyptiorũ innumerabiles, quales ante illud tempus nõ fuerunt: nec poſtea futurę ſunt. Operueruntq; vniuerſam ſuperficiem terræ, vaſtantes omnia. Deuorata eſt igitur herba terræ & quicquid pomorũ in arborib' fuit: quę grãdo dimiſerat: nihil quoq; omnino virẽs relictũ eſt in lignis, & in herbis terræ in cuncta Aegypto. Quãobrẽ feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis, Peccaui in dñm Deum veſtrũ, & in vos: ſed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate dñm Deum veſtrũ, vt auferat à me mortẽ iſtam. Egreſſuſq; eſt Moyſes de conſpectu Pharaonis, & orauit dñm. Qui flare fecit ventum ab occidente vehe-

mentiſſimū, & ereptā locuſtā
.11 piecit ī mare rubrū: nō remā-
ſit nec vna quidē in cūctis fini
bus Aegypti. Et indurauit dn̄s
cor Pharaonis, nec dimiſit fili-
os Iſrael. Dixit autem dn̄s ad
Moyſen, Extende manū tuā in
cœlū: & ſint tenebræ ſup terrā
Aegypti tam denſę, vt palpari
queant. Extenditq; Moyſes ma
nū in cœlum: & factę ſunt tene
bræ horribiles in vniuerſa ter-
ra Aegypti tribus dieb'. Nemo
vidit fratrē ſuū, nec mouit ſe de
loco in quo erat: vbicūque aūt
habitabāt filij Iſrael, lux erat.
Vocauitq; Pharao Moyſen &
Aaron, & dixit eis, Ite, ſacrifica
te dn̄o: oues tantum veſtræ, &
armenta remaneāt, paruuli ve
ſtri eant vobiſcū, Ait Moyſes,
Hoſtias quoque & holocauſta
dabis nobis, quæ offeramus do
mino deo noſtro. Cūcti greges
pergent nobiſcum: nō remane
bit ex eis vngula, quæ neceſſa-
ria ſunt in cultum dn̄i Dei no
ſtri: præſertim cum ignorem'
q̄d debeat immolari, donec ad
ipſum locū perueniam'. Indu-
rauit aūt Dn̄s cor Pharaonis,
& noluit dimittere eos. Dixit-
que Pharao ad Moyſen. Rece-
de à me, & caue ne vltrà videas
faciē meā: quocūque die appa-
rueris mihi, morieris. Rn̄dit
Moyſes, Ita fiet vt loquutus es,
non videbo vltrà faciem tuam.

Ex actis Apoſtolo. Lect. ij.

CVm autē factum eſſet, vt c.21.
nauigarem' abſtracti ab
eis, recto curſu venimus Coū,
& ſequenti die Rhodum, & in-
de Pataram. Et cum inueniſſe-
mus nauem transfretantem in
Phœnicen: aſcendētes nauiga-
uimus. Cum apparuiſſem' aūt
Cypro relinquentes eā ad ſini-
ſtrā nauigauimus in Syriā, &
venimus Tyrū: ibi enim nauis
expoſitura erat onus. Inuentis
autem diſcipulis, māſimus ibi
diebus ſeptē qui Paulo dicebāt
per ſpiritū, ne aſcēderet Ieroſo
lymā. Et expletis dieb' profecti
ibam', deducētibus nos oībus
cū vxoribus & filijs vſq; foras
ciuitatem: & poſitis genibus in
litore, orauimus. Et cū vale fe-
ciſſemus inuicē, aſcēdimus na
uē, illi aūt redierūt in ſua. Nos
vero nauigatione expleta, à Ty
ro deſcendimus Ptolemaidem
& ſalutatis fratribus, māſimus
die vna apud illos. Alia autem
die profecti venimus Cęſareā.
Et intrantes domū Philippi e-
uangeliſtæ, q̄ erat vn' de ſeptē,
māſim' apud eū. Huic autem
erant quatuor filiæ virgines,

prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, ſuperuenit quidã vir à Iudæa ꝓpheta, noĩe Agabus. Is cũ veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans ſibi pedes & manus, dixit, Hæc dicit ſpũs ſanctus: virum cui⁹ eſt zona hęc, ſic alligabunt in Ieruſalẽ Iudæi & tradent in manus gentiũ. Quod cum audiſſemus, rogabamus nos, & qui loci illius erãt, ne aſcẽderet Ieroſolymam. Tunc reſpondit Paulus, & dixit, Quid facitis flentes & affligẽtes cor meum? Ego autẽ non ſolũ alligari, ſed & mori in Ieruſalẽ parat⁹ ſum propter nomen dñi Ieſu. Et cũ ei ſuadere nõ poſſemus, quieuimus, dicẽtes, Dñi voluntas fiat. Poſt dies autem iſtos præparati aſcendebamus in Ieruſalem. Venerunt aũt quidã ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcũ, adducentes ſecũ (apud quem hoſpitaremur) Iaſonem quendã Cypriũ, antiquum diſcipulũ. Et cũ veniſſemus Ieroſolymã, libenter exceperũt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſq; collecti ſunt ſeniores. Quos cũ ſalutaſſet, narrabat per ſingula quæ Deus feciſſet in gentibus, per miniſterium ipſius.

¶ Feria.iij. ex Exodo. Lectio.ij.

ET dixit dñs ad Moyſen, c.11.
Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Ægyptũ, & poſt hæc dimittet vos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua vaſa argentea & aurea. Dabit aũt dñs gratiã populo ſuo corã Ægyptijs. Fuitq; Moyſes vir magn⁹ valde in terra Ægypti coram ſeruis Pharaonis, & omni populo. Et ait, Hæc dicit dñs, Media nocte egrediar in Aegyptũ: & morietur omne primogenitũ in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis, q̃ ſedet in ſolio eius, vſq; ad primogenitum ancillæ quę eſt ad molam & omnia primogenita iumẽtorũ. Eritq; clamor magnus in vniuerſa terra Aegypti, qualis nec ante fuit, nec poſtea futurus eſt. Apud omnes aũt filios Iſrael nõ mutiet canis ab homine vſque ad pecus: vt ſciatis quanto miraculo diuidat dñs Aegyptios & Iſrael. Deſcendentq; omnes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me, dicentes, Egredere tu & omnis populus qui ſubiectus eſt tibi: poſt hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem dñs ad Moyſen,

Nō audiet vos Pharao vt multa ſigna fiant in terra Ægypti. Moyſes autē & Aaron fecerunt oīa ſigna & oſtēta quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone: & indurauit dñs cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael de terra ſua.

Ex actis Apoſtolorum. Lcō. ij.

c. 21. AT illi cum audiſſent, magnificabant Deum, dixeruntq; ei, Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt: & oēs æmulatores ſunt legis. Audierunt autē de te, quia diſceſſionē doceas à Moyſe, eorum qui per gētes ſunt Iudæorum, dicens nō debere eos circuncidere filios ſuos, neque ſecundum cōſuetudinē ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq; oportet cōuenire multitudinē: audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor, votum habentes ſuper ſe. His aſſumptis ſanctifica te cū illis: & impende in illis, vt radant capita: & ſciēt oēs quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ambulās & ipſe cuſtodiens legem. De his autē qui crediderūt ex gentibus nos ſcripſimus, iudicantes vt abſtineant ſe ab idolis immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Tūc Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus cū illis intrauit in templū, annuntians expletionē dierū purificationis, donec offerret pro vno quoq; eorū oblatio. Dum autē ſeptem dies conſummarentur, hi qui de Aſia erāt Iudæi, cum vidiſſent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerūt ei manus, clamantes, Viri Iſraelitæ, adiuuate: hic eſt homo qui aduerſus populū & legē & locum hunc, oēs vbiq; docēs inſuper & Gentiles induxit in templum, & violauit ſanctum locū iſtū. Viderant enim Trophimū Epheſiū, in ciuitate cum ipſo, quē exiſtimauerunt qm̄ in templum introduxiſſet Paulus. Cōmotaq; eſt ciuitas tota: & facta eſt concurſio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & ſtatim clauſæ ſunt ianuæ. Quærentibus autem eum occidere, nuntiatū eſt tribuno cohortis, Quia tota cōfunditur Ieruſalem. Qui ſtatim aſſumptis militib⁹ & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidiſſent tribunum & milites, ceſſauerūt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eū, & iuſſit eum alligari catenis duabus: & interroga-

bat quis eſſet, & quid feciſſet. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum non poſſet certũ cognoſcere præ tumultu,iuſſit duci eum in caſtra. Et cum veniſſet ad gradus,cõtigit vt portaretur à militib⁹ propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans, Tolle eum. Et cum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei, Grece noſti? Nõne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultũ concitaſti, & eduxiſti ĩ deſertũ quatuor millia virorũ ſicariorum? Et dixit ad eũ Paulus, Ego homo ſum quidẽ Iudæus à Tharſo Ciliciæ,non ignotæ ciuitatis municeps.Rogo aũt te,permitte mihi loqui ad populũ. Et cũ ille permiſiſſet,Paulus ſtans in gradib⁹, annuit manu ad plebẽ,& magno ſilentio facto,alloquutus eſt lingua Hebræa, dicens.

¶ Feria.iiij. ex Exodo. Lcõ.j.

c.12. DIxit quoq; dñs ad Moyſen & Aaron ĩ terra Aegypti,Menſis iſte, vobis principiũ menſium. primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorũ Iſrael,& dicite eis, Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ per familias & domos ſuas. Sinautẽ minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnũ: aſſumet vicinũ ſuũ qui cõiunctus eſt domui ſuæ iuxta numerũ animarũ quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autẽ agnus abſq; macula, maſculus anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdũ,& ſeruabitis eũ vſq; ad quartãdecimã diem menſis huius: immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorũ Iſrael ad veſperã. Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſup vtrunq; poſtem, & in ſuperliminarib⁹ domorum in quibus comedent illũ. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cũ lactucis agreſtibus. Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua, ſed aſſum tantũ igni. Caput cũ pedibus ei⁹ & inteſtinis vorabitis. Nec remanebit quicquã ex eo vſq; mane: ſiquid reſiduũ fuerit,igne cõburetis. Sic autẽ comedetis illum, Renes veſtros accingetis,& calceamẽta veſtra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manib⁹,& comedetis feſtinantes, eſt enim phaſe, id eſt tranſitus dñi. Et tranſibo per terram Aegypti nocte illa, percutiãq; omne primogenitũ

in terra Aegypti, ab homine vſq; ad pecus:& in cunctis dijs Aegypti faciã iudicia, ego dñs. Erit aũt ſanguis vobis in ſignũ in ædibus in qbus eritis:& vide bo ſanguinẽ,& trãſibo vos:nec erit in vobis plaga diſperdens quando percuſſero terrã Aegypti. habebitis autẽ hunc diẽ in monimentũ:& celebrabitis eũ ſolennẽ dño in generationib⁹ veſtris cultu ſempiterno. Septẽ dieb⁹ azyma comedetis:in die primo nõ erit fermentũ in domib⁹ veſtris:quicunq; comederit fermentatũ, peribit anima illa de Iſrael,à primo die vſque ad diẽ ſeptimũ. Dies prima erit ſancta,atq; ſolẽnis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis:nihil operis facietis in eis,exceptis his quę ad veſcendũ pertinent. Et obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educã exercitũ veſtrũ de terra Aegypti,& cuſtodietis diẽ iſtũ in generationes veſtras ritu ꝑpetuo. Primo mẽſe,quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſq; ad diem viceſimã primã eiuſdẽ mẽſis ad veſperã. Septẽ diebus fermentatum nõ inuenietur in domibus veſtris qui comederit fermẽtatũ, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis quã de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis:in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

Viri fratres & patres, audite quã ad vos nunc reddo c.22.
rationẽ. Cum audiſſent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos,magis præſtiterunt ſilentium. Et dicit. Ego ſum vir Iudæus, natus Tharſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatẽ paternę legis, æmulator legis,ſicut & vos omnes eſtis hodie:qui hanc viam perſequutus ſum vſq; ad mortem, alligans & tradens in cuſtodias viros ac mulieres, ſicut princeps ſacerdotũ mihi teſtimonium reddit,& oẽs maiores natu, à quibus & epiſtolas accipiẽs ad fratres, Damaſcũ pergebam vt adducerẽ inde vinctos in Ieruſalẽ,vt punirẽtur. Factũ eſt autẽ eunte me & appropinquante Damaſco media die,ſubito de cœlo circunfulſit me lux copioſa, & decidẽs in terrã audiui vocẽ dicentẽ mihi, Saule Saule, quid me perſequeris? Ego aũt reſpondi, Quis es dñe? Dixitq; ad me, Ego ſum Ieſus Nazarenus quẽ tu perſequeris.

Et qui mecũ erant, lumen quidem viderunt, vocem aũt non audierunt eius qui loquebatur mecũ. Et dixi, Quid faciã dñe? Dñs autẽ dixit ad me, Surgens vade Damaſcũ, & ibi tibi dicetur de omnib⁹ quæ te oporteat facere. Et cum nõ viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus veni Damaſcum. Ananias autẽ quidã, vir pius ſecundũ legem teſtimoniũ habẽs ab omnibus cohabitãtibus Iudæis, veniens ad me & ſtans, dixit mihi, Saule frater, reſpice. Et ego eadem hora reſpexi in eũ. At ille dixit, Deus patrum noſtrorũ præordinauit te, vt cognoſceres voluntatẽ eius, & videres iuſtũ, & audires vocẽ ex ore eius: qa eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quæ vidiſti & audiſti. Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare & ablue peccata tua inuocato nomine ipſius. Factum eſt aũt reuertenti mihi in Ieruſalẽ, & oranti in templo, fieri me in ſtupore mentis, & videre illũ dicentẽ mihi, Feſtina, & exi velociter ex Ieruſalẽ, qm̃ nõ recipient teſtimoniũ tuum de me. Et ego dixi, Dñe, ipſi ſciunt quia ego eram cõcludẽs in carcerem, & cædens per ſynagogas eos qui credebãt in te: & cũ funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego aſtabã & cõſentiebã, & cuſtodiebã veſtimenta interficientiũ illũ. Et dixit ad me, Vade, qm̃ ego in nationes longe mittã te. Audiebant autem eum vſq; ad hoc verbum, & leuauerunt vocem ſuam, dicentes, Tolle de terra huiuſmodi: nõ enim fas eſt eum viuere.

¶ Feria. v. ex Exodo. Lectio. j.

Vocauit autẽ Moyſes omnes ſeniores filiorũ Iſrael, c. 12. & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias veſtras, & immolate phaſe. Faſciculũq; hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare. & vtrũq; poſtem: nullus veſtrũ egrediatur oſtiũ domus ſuę vſq; mane. Trãſibit enim dñs percutiẽs Ægyptios: cumq; viderit ſanguinẽ in ſuperliminari & in vtroq; poſte, tranſcendet oſtiũ domus, & nõ ſinet percuſſorẽ ingredi domos veſtras & lędere. Cuſtodi verbũ iſtud legitimũ tibi & filijs tuis vſq; in ęternũ. Cumq; introieritis terrã quam dñs Deus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas. Et cũ dixerint vobis filij veſtri, Quę eſt iſta religio? dicetis eis, victi-

victima tranſitus dñi eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans. Incuruatusq́; populus adorauit. Et egreſſi filij Iſrael fecerunt ſicut pręceperat dñs Moyſi & Aaron. Factũ eſt autẽ in noctis medio: percuſſit dñs omne primogenitũ in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis qui in ſolio ei⁹ ſedebat, vſq; ad primogenitum captiuę quę erat in carcere, & omne primogenitum iumentorũ. Surrexitq́; Pharao nocte & oẽs ſerui eius, cũctaq́; Aegyptus: & ortus eſt clamor magn⁹ in Aegypto: neq; enim erat domus in qua nõ iaceret mortuus. Vocatisq́; Pharao Moyſe & Aaron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, & vos & filij Iſrael: ite & immolate dño ſicut dixiſtis. Oues veſtras & armenta aſſumite, vt petieratis & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantq́; Aegyptij populũ de terra exire velociter, dicentes, Omnes moriemur. Tulit igitur populus cõſperſam farinã anteq̃ fermentaretur: & ligans in pallijs poſuit ſuper humeros ſuos. Feceruntq́; filij Iſrael ſicut pręceperat dñs Moyſi: & petierunt ab Aegyptijs vaſa argentea & aurea, veſtemq́; plurimã. Dñs autem dedit gratiam populo coram Aegyptijs vt cõmodarent eis: & ſpoliauerunt Aegyptios.

Ex actis Apoſtolorum. Lectio ij.

VOciferantibus autẽ eis, & proiicientibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aerem, iuſſit tribunus induci eũ in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri eũ: vt ſciret propter quã cauſam ſic acclamarẽt ei. Et cum aſtrinxiſſet eum loris, aſtanti ſibi centurioni Paulus dixit, Si hominẽ Romanum & indẽnatum licet vobis flagellare? Quo audito, cẽturio acceſſit ad tribunũ, & nuntiauit ei, dicens, Quid actur⁹ es? Hic enim homo, ciuis Roman⁹ eſt. Accedens aũt tribunus, dixit illi, Dic mihi ſi tu Romanus es? At ille dixit, Etiam. Et reſpondit tribunus, Ego multa ſumma, ciuilitatem hanc conſequutus ſum. Et Paulus ait, Ego aũt & natus ſum. Protinus ergo diſceſſerũt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoq; timuit poſtq̃ reſciuit quia Romanus eſſet, & quia alligaſſet eũ. Poſtera aũt die volẽs ſcire diligentius, qua ex cauſa accuſaretur à Iudæis. ſoluit eũ, & iuſſit ſacerdotes cõuenire c. 22.

uenire

uenire, & omne cõciliũ, & producẽs Paulũ, ſtatuit inter illos.
c.23. Intendẽs aũt in cõciliũ Paulus, ait, Viri fratres, ego omni cõſciẽtia bona cõuerſatus ſum ante Deum vſq; in hodiernum diem. Princeps autẽ ſacerdotũ Ananias, præcepit aſtantibus ſibi, percutere os ei'. Tũc Paul' dixit ad eũ, Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu ſedẽs iudicas me ſecundũ legem, & cõtra legem iubes me percuti? Et qui aſtabãt, dixerũt, Summũ ſacerdotẽ Dei maledicis? Dixit autẽ Paulus, Neſciebã fratres quia
Exo. princeps eſt ſacerdotũ. Scriptũ
22.d eſt enim, Principem populi tui non maledices. Sciens aũt Paulus quia vna pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorũ, exclamauit in cõcilio, Viri fratres, ego Phariſæus ſum filius Phariſæi: de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Et cũ hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio ĩter Phariſęos & Sadduceęos, & ſoluta eſt multitudo. Sadducæi aũt dicunt non eſſe reſurrectionem mortuorũ, neq; angelum, neq; ſpiritũ. Phariſæi aũt vtraq; cõfitentur. Factus eſt autem clamor magnus. Et exurgentes quidã Phariſæorum, pugnabant dicẽtes, Nihil mali inuenimus in homine iſto. Quid ſi ſpiritus loquutus eſt ei, aut angelus? Et cum magna diſſenſio facta eſſet, timẽs tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcẽdere, & rapere eum de medio eorũ, ac deducere eum in caſtra. Sequẽti autem nocte aſſiſtens ei dñs ait, Conſtans eſto. ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalẽ, ſic te oportet & Romæ teſtificari.

¶ Feria.vj.ex Exodo. Lectio.j.

PRofectiq; ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Sochot ſexcenta fere millia peditũ virorũ c.12.
abſque paruulis & mulieribus. Sed & vulgus promiſcuũ innumerabile aſcẽdit cũ eis, oues & armẽta & animãtia diuerſi generis multa nimis. Coxeruntq; farinã quam dudũ de Aegypto conſperſam tulerãt, & fecerunt ſubcinericios panes azymos: neq; enim poterat fermentari cogentibus exire Aegyptijs, & nullã facere ſinentib' moram: nec pulmenti quicquã occurrerat præparare. Habitatio autẽ filiorũ Iſrael qua manſerũt in Aegypto fuit quadringentorũ triginta annorum. Quibus expletis, eadẽ die egreſſus eſt omnis exercitus dñi de terra Aegypti. Nox iſta eſt obſeruabilis dñi,

dñi, quando eduxit eos de terra Aegypti: hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis. Dixitq; dñs ad Moyſen & Aaron, Hæc eſt religio phaſe, Omnis alienigena nõ comedet ex eo. Omnis aũt ſeruus emptitius circũcidetur, & ſic comedet. Aduena & mercenarius nõ edent ex eo In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius cõſtringetis. Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. Quòd ſi quis peregrinorum in veſtrã voluerit tranſire coloniã, & facere phaſe dñi, circuncidetur prius omne maſculinũ eius, & tunc rite celebrabit: eritq; ſicut indigena terrę. ſi quis autẽ circunciſus nõ fuerit, nõ veſcetur ex eo Eadẽ lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. Feceruntq; oẽs filij Iſrael ſicut præceperat dñs Moyſi & Aaron. Et eadem die eduxit dominus filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

c. 23. FActa autẽ die, collegerunt ſe quidam ex Iudæis & deuouerũt ſe dicentes, neq; manducaturos, neq; bibituros, donec occiderent Paulum. Erant autem plus q̃ quadraginta viri, qui hanc coniurationẽ fecerant: qui acceſſerunt ad principem ſacerdotũ & ſeniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio, vt producat illum ad vos, tanquã aliquid certius cognituri de eo. Nos vero prius q̃ appropinquet, parati ſumus interficere illum. Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit & intrauit in caſtra, nuntiauitq; Paulo. Vocans autem Paulus ad ſe vnum ex centurionibus, ait, Adoleſcentem hunc adduc ad tribunũ: habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem aſſumens eum, duxit ad tribunum, & ait, Vinctus Paulus rogauit me, hunc adoleſcentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autẽ tribunus manum illius, ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogauit illũ, Quid eſt quod habes indicare mihi? Ille aũt dixit, Iudæi cõſpirarũt rogare te, vt craſtina die producas Paulum in cõcilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo. tu vero ne credideris illis, inſidiantur enim ei ex eis viri ampli⁹ quàm quadraginta: qui

qui ſe deuouerunt nõ manducare neq; bibere, donec interficiant eum: & nunc parati ſunt expectantes promiſſum tuum. Tribunus igitur dimiſit adoleſcentẽ, præcipiens ei ne cui loqueretur, quoniã hęc nota ſibi feciſſet. Et vocatis duobus centurionib⁹, dixit illis, Parate milites ducentos, vt eant vſq; Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate vt imponẽtes Paulũ, ſaluũ perducerẽt ad Felicem præſidẽ (Timuit enim ne forte raperẽt eum Iudæi & occiderent, & ipſe poſtea calumniã ſuſtineret, tanqñã accepturus pecuniam) ſcribens ei epiſtolã continentẽ hæc, Claudius Lyſias optimo præſidi Felici ſalutẽ. Virũ hunc cõprehenſum à Iudæis, & incipientẽ interfici ab eis, ſuperueniens cũ exercitu, eripui, cognito ꝙ Romanus eſt, volensq́; ſcire cauſam quã obiiciebant illi, deduxi eum in cõciliũ eorum. Quem inueni accuſari de quęſtionibus legis ipſorũ: nihil vero dignum morte aut vinculis habentẽ crimen. Et cum mihi perlatum eſſet de inſidijs quas parauerãt illi, miſi eum ad te, denuntiãs & accuſatoribus vt dicant apud te. Vale. Milites vero, ſecundũ præceptũ ſibi, aſſumentes Paulũ, duxerũt per noctem in Antipatridem. Et poſtera die dimiſſis equitibus vt cum eo irẽt, reuerſi ſunt ad caſtra. Qui cum veniſſent Cæſaream, & tradidiſſent epiſtolam præſidi, ſtatuerũt ante illum & Paulũ. Cũ legiſſet aũt, & interrogaſſet de qua ꝓuincia eſſet: & cognoſcens quia de Cilicia, Audiã te, inquit, cum accuſatores tui venerint. Iuſſitq́; in prætorio Herodis cuſtodiri eum.

¶ Sabbato, ex Exodo. Lectio. j.

Locutusq; eſt dñs ad Moyſen, dicens Sanctifica mihi omne primogenitũ quod aperit vuluã in filijs Iſrael, tam de hominibus q̃ de iumẽtis: mea ſunt enim omnia. Et ait Moyſes ad populũ, Mementote diei huius, in qua egreſſi eſtis de Aegypto, & de domo ſeruitutis, qm̃ in manu forti eduxit vos dñs de loco iſto, vt non comedatis fermentatum panem. Hodie egrediemini menſe nouarum frugum. Cumq; introduxerit te dñs in terrã Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebuſæi, quã iurauit patribus tuis vt daret tibi terrã fluentẽ lacte & melle, celebrabis c. 13.

bis hunc morem ſacrorū menſe iſto. Septem diebus veſceris azymis: & in die ſeptimo erit ſolennitas dñi. Azyma comedetis ſeptem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatū, nec in cūctis finibus tuis. Narrabisq; filio tuo in die illo, dicens, Hoc eſt quod fecit mihi dñs quando egreſſus ſum de Aegypto. Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimētum ante oculos tuos, & vt lex dñi ſemper ſit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te dñs de Aegypto. Cuſtodies huiuſcemodi cultū ſtatuto tempore à diebus in dies. Cumq; introduxerit te dñs in terrā Chananæi, ſicut iurauit tibi & patrib⁹ tuis, & dederit tibi eā: ſeparabis omne quod aperit vuluam, dño, & quod primitiuū eſt in pecorib⁹ tuis: quicqd habueris maſculini ſexus, cōſecrabis dño. Primogenitum aſini mutabis oue, qđ ſi non redemeris, interficies. Omne aūt primogenitū hominis de filijs tuis, pretio redimes.

Ex actis Apoſtolorum. Lcō ij.

c. 24. POſt quinq; autem dies deſcendit princeps ſacerdotū Ananias, cum ſenioribus quibuſdā & Tertullo quodā oratore, qui adierunt præſidē aduerſus Paulū. Et citato Paulo, cœpit accuſare Tertullus dicens: Cum in multa pace agam⁹ per te, & multa corrigātur per tuā prouidentiā, ſemper & vbiq; ſuſcipimus, optime Felix, cū omni gratiarū actione. Ne diutius autē te protrahā, oro, breuiter audias nos pro tua clementia. Inuenimus hūc hominē peſtiferum & concitantē ſeditionē omnibus Iudęis in vniuerſo orbe, & authorem ſeditionis ſectę Nazarenorū, qui etiā templū violare conatus eſt, quem & apprehenſum voluimus ſecundū legē noſtrā iudicare. Superueniens autem Tribunus Lyſias, cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris, iubens accuſatores eius ad te venire, à quo poteris ipſe iudicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eū. Adiecerunt aūt & Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere. Reſpondit aūt Paulus, annuente ſibi præſide dicere, Ex multis annis te eſſe iudicē genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciā. Potes enim cognoſcere, quia non plus ſunt mihi dies q̃ duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalē, & neq; in templo inuenerunt me cum aliquo diſputantem, aut con-

cõcurſum facientẽ turbæ, neq; in ſynagogis, neq; in ciuitate, neque probare poſſunt tibi de quibus nũc me accuſant. Confiteor autẽ hoc tibi, ꝙ ſecundũ ſectam, quã dicunt hæreſin, ſic deſeruio patri & Deo meo, credens oĩbus quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt, ſpem habẽs in Deũ, quã & hi ipſi expectãt, reſurrectionẽ futuram iuſtorũ & iniquorũ. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum & ad homines ſemper. Poſt annos aũt plures, eleemoſynas facturus in gentẽ meã veni, & oblationes, & vota in quibus inuenerunt me purificatum in templo, nõ cum turba neq; cum tumultu. Et apprehenderũt me clamantes, & dicentes, Tolle inimicũ noſtrum. Quidam aũt ex Aſia Iudæi, quos oportebat apud te præſto eſſe & occurſare, ſi quid haberent aduerſum me: aut hi ipſi dicant ſiquid inuenerũt in me iniquitatis, cũ ſtem in cõcilio, niſi de vna hac ſolummodo voce, qua clamaui inter eos ſtans, Quoniã de reſurrectione mortuorũ ego iudicor hodie à vobis. Diſtulit autẽ illos Felix, certiſſime ſciens de via hac, dicens: Cum tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos. Iuſſitq; Centurioni cuſtodire eũ, & habere requiẽ, nec quẽquã de ſuis prohibere miniſtrare ei. Poſt aliquot autẽ dies veniens Felix cũ Druſilla vxore ſua, quę erat Iudæa, vocauit Paulũ, & audiuit ab eo fidẽ, quæ eſt in Chriſtũ Ieſum. Diſputante aũt illo de iuſtitia & caſtitate, & de iudicio futuro tremefactus Felix rñdit, Quod nũc attinet, vade: tpe autẽ opportuno accerſam te, ſimul & ſperãs ꝙ pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cũ eo. Biennio aũt expleto, accepit ſucceſſorẽ Felix, Portium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix reliquit Paulũ vinctum.

¶ Dominica ſexta poſt Pentecoſten, ex Exodo. Lectio. j.

CVmq; interrogauerit te fili⁹ tuus cras dicẽs: Quid eſt hoc? reſpondebis ei: In manu forti eduxit nos dñs de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Nam cũ indurat⁹ eſſet Pharao & nollet nos dimittere, occidit dñs omne primogenitũ in terra Aegypti à primogenito hominis, vſq; ad primogenitum

iumen-

iumentorum: idcirco immolo dño omne quod aperit vuluã maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorũ meorum redimo. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua: & quaſi appenſum quid, ob recordationem, ante oculos tuos: eo ꝙ in manu forti eduxit nos domin⁹ de Aegypto. Igitur cum emiſiſſet Pharao populum, nõ eos duxit Deus per viã terrę Philiſthiim, quę vicina eſt: reputans ne forte pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella cõſurgere, & reuerteretur in Aegyptum. Sed circunduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrum: & armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti. Tulit quoq; Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo ꝙ adiuraſſet filios Iſrael, dicens: Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcũ. Profectiq; de Sochot caſtrametati ſunt in Ethã, in extremis finibus ſolitudinis. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroq; tempore. Nunquã defuit columna nubis per diẽ, neque columna ignis per noctem, coram populo.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

Feſtus ergo cum veniſſet in prouinciam, poſt triduum aſcẽdit Ieroſolymã à Cæſarea: c. 25. Adieruntq; eum principes ſacerdotum, & primi Iudæorum aduerſus Paulum: & rogabant eum, poſtulantes gratiã aduerſus eũ, vt iuberet perduci eum in Ieruſalem, inſidias intendentes vt interficerent eum in via. Feſtus autẽ reſpondit, ſeruari quidẽ Paulũ in Cæſarea: ſe aũt maturius profecturũ. Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eum. Demoratus autẽ inter eos dies nõ amplius q̃ octo aut decem, deſcendit Cæſaream, & altera die ſedit pro tribunali: & iuſſit Paulũ adduci. Qui cum perductus eſſet, circunſteterunt eum qui ab Ieroſolyma deſcenderãt Iudæi, multas & graues cauſas obiicientes, quas non poterant probare, Paulo rationẽ reddente: Quoniã neq; in legẽ Iudæorum, neq; in templum, neq; in Cæſarẽ quicquã peccaui. Feſt⁹ autem volens gratiã præſtare Iudæis, reſpondẽs Paulo, dixit: Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autẽ Paulus, ad tribunal

Cæſaris ſto, ibi me oportet iu dicari: Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti. Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuſo mori. Si vero nihil eſt eorum quę hi accuſant me: nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. Tunc feſtus cũ concilio locutus, reſpondit: Cæſarẽ appellaſti? ad Cæſarem ibis. Et cũ dies aliquot trãſacti eſſent: Agrippa rex, & Bernice deſcenderũt Cæſaream ad ſalu tandũ Feſtum. Et cum dies plu res ibi morarentur: Feſtus regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidã eſt derelict⁹ à Felice vinctus, de quo cum eſſem Ieroſolymis, adierũt me principes ſacerdotũ, & ſeniores Iudęorum, poſtulantes aduerſus illũ damnationem. Ad quos reſpondi, Quia nõ eſt Romanis cõſuetu do damnare aliquem hominẽ prius q̃ is qui accuſatur, pręſen tes habeat accuſatores, locũq; defendendi accipiat ad abluen da crimina quę ei obiiciuntur. Cum ergo huc conueniſſent, ſine vlla dilatione in ſequenti die ſedẽs pro tribunali iuſſi adduci virũ. De quo cũ ſtetiſſent accuſatores, nullã cauſam defe rebãt de quibus ego ſuſpicabar malũ: quęſtiones vero quaſdã de ſua ſuperſtitione habebãt aduerſus eũ, & de quodã Ieſu defuncto, quẽ affirmabat Paulus viuere. Hæſitans aũt ego de huiuſmodi quęſtione dicebã; ſi vellet ire Ieroſolymã, & ibi iu dicari de iſtis: Paulo aũt appellante, vt ſeruaretur Auguſti co gnitioni, iuſſi ſeruari eum, donec mitterẽ eum ad Cæſarem. Agrippa autẽ dixit ad Feſtum, volebam & ipſe hominem audire. Cras (inquit) audies eum.

Secundum Marcũ. Lectio.iij.

IN illo tempore: Cum turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarẽt, conuocatis diſcipulis ait illis, Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habẽt quod manducẽt. Et reli. ca.8.

Homilia ſancti Ambroſij epi.

POſtea quam illa quæ eccleſiæ typũ accepit à fluxu curata eſt ſanguinis. Poſteaq̃ apoſtoli ad euãgelizandũ regnũ Dei ſunt deſtinati: gratię cœleſtis impertitur alimentũ. Sed quibus impertiatur, aduerte. Non otioſis, nõ in ciuitate quaſi in ſynagoga, vel ſeculi dignitate reſidentibus: ſed inter deſerta quęrentibus Chriſtum. Qui enim nõ faſtidiũt, ipſi recipiũtur à Chriſto: & cũ eis loquitur Dei verbum,

bum,nõ de ſecularibus, ſed de Dei regno. Et ſi qui corporalis gerunt vulnera paſſionis: hic medicinã ſuã libẽter indulget. Conſequẽs igitur erat, vt quos à vulnerum dolore ſanauerat, eos alimonijs ſpiritualib⁹ à ieiunio liberaret. Itaq; nemo cibũ accipit Chriſti, niſi fuerit ante ſanatus. Et illi qui vocantur ad cœnã, prius vocando ſanãtur. Si claudus fuerit: gradiendi facultatẽ, vt veniret, accepit. Si lumine erat priuatus oculorũ: domum vtiq; dñi niſi refuſa luce intrare non potuit. Vbiq; ergo myſterij ordo ſeruat᷑: vt prius per remiſſionẽ peccatorũ vulnerib⁹ medicina tribuatur, poſtea alimonia menſæ cœleſtis exuberet. Te deum. Oratio.

DEus virtutũ, cuius eſt totũ qđ eſt optimũ, inſere pectoribus noſtris amorem tui noĩs, & præſta in nobis religionis augmentũ: vt quæ ſunt bona nutrias, ac pietatis ſtudio, quę ſunt nutrita, cuſtodias. per.

¶ Feria.ij.ex Exodo. Lectio.j.

14. LOquutus eſt autẽ dñs ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, Reuerſi caſtrametentur è regione Phihahiroth, quæ eſt inter Magdalũ, & mare cõtra Beelſephon: in cõſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare. Dicturusq; eſt Pharao ſuper filijs Iſrael: Coarctati ſunt in terra, cõcluſit eos deſertũ. Et indurabo cor eius, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius: ſcientq; Aegyptij qa ego ſum dñs. Feceruntq; ita. Et nuntiatũ eſt regi Aegyptiorũ ꝙ fugiſſet populus: immutatumq; eſt cor Pharaonis & ſeruorũ eius ſup populũ, & dixerunt. Quid voluimus facere, vt dimitteremus Iſrael, ne ſeruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnẽ populũ ſuum aſſumpſit ſecum. Tulitq; ſexcẽtos currus electos, & quicquid in Aegypto curruũ fuit, & duces totius exercitus. Indurauitq; dñs cor Pharaonis regis Aegypti, & pſequutus eſt filios Iſrael. At illi ingreſſi erãt ĩ manu excelſa. Cumq; ſequerẽtur Aegyptij veſtigia pręcedentiũ, repererunt eos in caſtris ſuper mare: omnis equitat⁹ & currus Pharaonis, & vniuerſus exercitus erant in Phihairoth contra Beelſephon. Cumq; appropinquaſſet Pharao, leuantes filij Iſrael oculos viderũt Ægyptios poſt ſe: & timuerunt valde, clamauerũtq; ad dñm, & dixerũt ad Moyſen, Forſitan non erant

ſepulchra in Aegypto, ideo tu-
liſti nos vt moreremur in ſoli-
tudine, qd hoc facere voluiſti,
vt educeres nos ex Aegypto?
Nonne iſte eſt ſermo quem lo
quebamur ad te in Ægypto,di
centes: Recede à nobis vt ſer-
uiamus Aegyptijs?multo enim
melius erat ſeruire eis, q̃ mori
in ſolitudine. Et ait Moyſes ad
populũ,Nolite timere: ſtate,&
videte magnalia dñi,quę factu
rus eſt hodie. Aegyptios enim
quos nunc videtis, nequaquã
vltra videbitis, vſque in ſem-
piternum. Dominus pugnabit
pro vobis, & vos tacebitis.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

c.25. ALtera autem die cum ve-
niſſet Agrippa & Berni-
ce,cum multa ambitione,& in
troiſſent in auditoriũ cum tri-
bunis & viris principalib⁹ ciui-
tatis, iubẽte Feſto adductus eſt
Paul⁹. Et dicit Feſtus: Agrippa
rex, & omnes qui ſimul adeſtis
nobiſcũ viri, videtis hũc homi-
nem, de quo omnis multitudo
Iudæorũ interpellauit me Iero
ſolymis petentes & acclaman-
tes, nõ oportere eũ viuere am-
plius. Ego vero cõperi nihil di-
gnũ morte eũ admiſiſſe. Ipſo
aũt,hoc appellãte ad Auguſtũ,
iudicaui mittere. De quo quid
certũ ſcribã dño,nõ habeo,prõ
pter quod perduxi eum ad vos,
& maxime ad te rex Agrippa,
vt interrogatione facta, habeã
quod ſcribã. Sine ratione enim
mihi videtur, mittere vinctũ,
& cauſas eius non ſignificare.
Agrippa vero ad Paulũ ait, c.26.
Permittitur tibi loq pro temet-
ipſo. Tũc Paulus extẽta manu
cœpit rationẽ reddere: De om-
nibus quibus accuſor à Iudæis,
rex Agrippa, exiſtimo me bea-
tum,apud te cũ ſim defenſurus
me hodie,maxime te ſciẽte om
nia quæ apud Iudæos ſunt,cõ-
ſuetudines & quęſtiones, pro-
pter quod obſecro, patiẽter me
audias. Et quidẽ vitam meã à
iuuentute,quę ab initio fuit in
gente mea in Ieroſolymis, no-
uerunt omnes Iudæi: præſcien-
tes me ab initio(ſi velint teſti-
monium perhibere) quoniam
ſecundũ certiſſimã ſectam no-
ſtræ religionis, vixi Phariſæus.
Et nũc in ſpe quæ ad patres no
ſtros repromiſſionis facta eſt, à
Deo, ſto iudicio ſubiectus, in
quam duodecim tribus noſtrę
nocte & die deſeruiẽtes, ſperant
deuenire. De qua ſpe accuſor à
Iudæis,rex. quid incredibile iu
dicatur apud vos, ſi Deus mor-
tuos ſuſcitat? Et ego quidem

æſtimaueram me aduerſus no
mē Ieſu Nazareni debere mul
ta contraria agere:quod & feci
Ieroſolymis, & multos ſancto-
rum ego in carceribus incluſi,
à principibꝰ ſacerdotū poteſta-
te accepta:& cum occiderētur,
detuli ſentētiā. Et per oēs ſyna-
gogas frequenter puniens eos
cōpellebā blaſphemare:& am-
plius inſaniēs in eos perſeque-
bar vſque in exteras ciuitates.

¶ Feria.iij.ex Exodo.Lectio.j.

c.14. DIxitq; dominus ad Moy-
ſen, Quid clamas ad me?
loquere filijs Iſrael, vt profici-
ſcantur. Tu autē eleua virgam
tuā, & extende manū tuā ſuper
mare,& diuide illud: vt gradiā-
tur filij Iſrael in medio maris
per ſiccum. Ego autē indurabo
cor Aegyptiorū, vt perſequan-
tur vos:& glorificabor in Pha-
raone,& in omni exercitu eius,
& in curribus, & in equitibus
illius. Et ſcient Aegyptij, quia
ego ſum dñs: cum glorificatus
fuero in Pharaone, & in curri-
bus, atque in equitibus eius.
Tollenſq; ſe angelus dñi, qui
præcedebat caſtra Iſrael, abijt
poſt eos:& cū eo pariter colum
na nubis, priora dimittens poſt
tergū, ſtetit inter caſtra Aegy-
ptiorum, & caſtra Iſrael:& erat
nubes tenebroſa:& illuminans
noctem, ita vt ad ſe inuicē toto
noctis tēpore accedere nō vale-
rent. Cumq; extēdiſſet Moyſes
manū ſup mare, abſtulit illud
dñs flante vento vehementi &
vrente tota nocte, & vertit in
ſiccum:diuiſaq; eſt aqua. Et in
greſſi ſunt filij Iſrael per mediū
ſicci maris:erat enī aqua quaſi
murus à dextera eorū & læua.
Perſequētesq; Aegyptij,ingreſ-
ſi ſunt poſt eos, & omnis equi-
tatus Pharaonis, currus eius &
equites per medium maris.
Iamq; aduenerat † vigilia ma- D
tutina,& ecce reſpiciens dñs ſu
per caſtra Aegyptiorū per co-
lumnā ignis & nubis,interfecit
exercitū eorum, & ſubuertit ro
tas curruū, ferebāturq; in pro-
fundum. Dixerunt ergo Aegy-
ptij, Fugiamus Iſraelem: do-
minus enim pugnat pro eis cō
tra nos. Et ait dñs ad Moyſen,
Extende manum tuam ſuper
mare, vt reuertantur aquæ ad
Aegyptios ſup currus, & equi-
tes eorum. Cumq; extendiſſet
Moyſes manū contra mare, re-
uerſum eſt primo diluculo ad
priorem locum:fugientibuſq;
Aegyptijs occurrerūt aquæ, &
inuoluit eos dñs in medijs flu-
ctibus. Reuerſæq; ſunt aquæ,&

operuerunt currus, & equites cũcti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerãt mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij aũt Iſrael perrexerunt per mediũ ſicci maris, & aquæ eis erãt quaſi pro muro à dextris,& à ſiniſtris: liberauitq; dñs in die illa Iſrael de manu Aegyptiorum. Et viderũt Aegyptios mortuos ſuper litus maris, & manum magnam quam exercuerat dñs contra eos,timuitq; populus dñm, & crediderunt domino, & Moyſi ſeruo eius.

C Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

c.26. IN quibus dum irem Damaſcum cum poteſtate & permiſſu principũ ſacerdotũ, die media, in via vidi,rex, de cœlo ſupra ſplendorẽ ſolis circunfulxiſſe me lumẽ, & eos qui mecũ ſimul erãt. Omnesq; nos cum decidiſſemus in terram, audiui vocẽ loquentẽ mihi Hebraica lingua, Saule Saule, quid me perſequeris? Durũ eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare. Ego aũt dixi, Quis es dñe? Dñs autẽ dixit, Ego ſum Ieſus quẽ tu perſequeris. Sed exurge,& ſta ſuper pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt cõſtituã te miniſtrũ & teſtem eorum quæ vidiſti, & eorũ in quibus apparebo tibi, eripiens te de populis & gentibus, in quas nunc ego mitto te aperire oculos eorũ: vt conuertantur à tenebris ad lucẽ, & de poteſtate ſatanæ ad Deum, vt accipiãt remiſſionẽ peccatorũ, & ſortẽ inter ſanctos per fidẽ, quę eſt in me. Vnde rex Agrippa, non fui incredulus cœleſti viſioni: ſed his q́ ſunt Damaſci primũ,& Ieroſolymis,& in omnem regionẽ Iudææ,& gentib⁹ annuntiabã, vt pœnitentiã agerent, & cõuerterentur ad Deũ, digna pœnitentię opera facientes. Hac ex cauſa me Iudæi cũ eſſem in templo, cõprehenſum tentabant interficere. Auxilio aũt adiutus Dei, vſq; in hodiernum diẽ ſto, teſtificans minori atq; maiori, nihil extra dicens quã ea quæ prophetæ loquuti ſunt futura eſſe, & Moyſes, ſi paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus eſt populo & gentibus. Hæc loquente eo & rationẽ reddente, Feſtus magna voce dixit: Inſanis Paule: multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Et Paulus: Non inſanio (inquit) optime Feſte: ſed veritatis,& ſobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem cõſtanter loquor: latere enim

enim eum nihil horũ arbitror. Neq; enim in angulo quicquã horum geſtum eſt. Credis rex Agrippa prophetis? ſcio q̃a credis. Agrippa autẽ ad Paulum, In modico ſuades me Chriſtianũ fieri, Et Paulus, Opto apud Deum & in modico, & in magno, nõ tantũ te, ſed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex, & pręſes, & Bernice, & qui aſſidebant eis: Et cum ſeceſſiſſent, loquebantur adinuicem dicentes. Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit, Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

¶ Feria iiij. ex Exodo. Lcõ. j.

c.15. a TVnc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen hoc dño, & dixerunt.] Cantemus dño: glorioſe enim magnificatus eſt: equum & aſcenſorẽ deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea dñs, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Iſte Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. dñs quaſi vir pugnator, omnipotẽs nomen eiꝰ. Currus Pharaonis, & exercitũ eiꝰ proiecit in mare: electi principes eiꝰ ſubmerſi ſunt in mari rubro. Abyſſi operuerunt eos, deſcenderũt in profundũ quaſi lapis. Dextera tua dñe magnificata eſt in fortitudine: dextera tua dñe percuſſit inimicum. Et in multitudine glorię tuę depoſuiſti aduerſarios tuos: miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulã. Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ: ſtetit vnda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari. Dixit inimicus, Perſequar & cõprehendam, diuidã ſpolia, implebitur anima mea: euaginabo gladiũ meũ, interficiet eos manꝰ mea. Flauit ſpiritus tuus & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. Quis ſimilis tui in fortibꝰ dñe? quis ſimilis tui? magnificꝰ in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciẽs mirabilia? Extẽdiſti manũ tuã, & deuorauit eos terra. Dux fuiſti in miſericordia tua pplõ quẽ redemiſti: & portaſti eũ in fortitudine tua, ad habitaculũ ſanctum tuũ. Aſcenderunt populi, & irati ſunt, dolores obtinuerunt habitatores Philiſthiim. Tunc cõturbati ſunt principes Edom, robuſtos Maob obtinuit tremor: obriguerunt oẽs habitatores Chanaan: Irruat

ſuper eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui. Fiāt immobiles quaſi lapis donec pertranſeat populus tuus dñe, donec pertrãſeat populus tuus iſte quẽ poſſediſti. Introduces eos,& plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es dñe: ſanctuariũ tuũ dñe, qđ firmauerũt man⁹ tuæ. Dñs regnabit in ęternũ & vltra. Ingreſſus eſt enim eques Pharao, cum curribus & equitib⁹ eius in mare: & reduxit ſup eos dñs aquas maris. Filij autẽ Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

c.27. VT autẽ iudicatum eſt nauigare eum in Italiam & tradi Paulũ cum reliquis cuſtodijs centurioni nomine Iulio, cohortis Auguſtæ aſcendentes nauem Adrumetinã incipientem nauigare circa Aſiæ loca, ſuſtulimus, pſeuerãte nobiſcũ Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi. Sequenti aũt die venimus Sidonem. Humane aũt tractans Iulius Paulũ, permiſit ad amicos ire,& curã ſui agere. Et inde cũ ſuſtuliſſem⁹, ſubnauigauimus Cyprũ, propterea ꝙ eſſent venti contrarij. Et Pelagus Ciliciæ & Pamphilię nauigantes, venimus Lyſtrã, quę eſt Lyciæ:& ibi inueniẽs centurio nauẽ Alexandrinã nauigantẽ in Italiã, tranſpoſuit nos in eã. Et cum multis diebus tarde nauigaremus, & vix deueniſſem⁹ cõtra Cnydum prohibẽte nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem: & vix iuxta nauigantes, venimus in locum quendã qui vocat' Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thalaſſa. Multo aũt tempore peracto, & cum iam nõ eſſet tuta nauigatio, eo ꝙ ieiuniũ iã præteriiſſet, cõſolabatur eos Paulus, dicens eis: Viri, video qm̃ cum iniuria & multo dãno non ſolũ oneris & nauis, ſed etiam animarũ noſtrarum incipit eſſe nauigatio. Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat, quã his quæ à Paulo dicebantur. Et cũ aptus portus non eſſet ad hyemandũ, plurimi ſtatuerunt conſiliũ nauigare inde, ſi quomodo poſſent deueniẽtes Phœnicẽ hyemare ad portũ Cretæ, reſpicientem ad Africum,& ad Chorũ. Aſpirante autẽ Auſtro æſtimãtes propoſitũ ſe tenere, cũ ſuſtuliſſent de Aſſon legebant Cretam. Non poſt multũ autẽ miſit ſe contra ipſam ventus Typhonicus, qui vocatur

Eu-

Euroaquilo. Cũq; arrepta eſſet nauis, & non poſſet conari in uentũ, data naue flatibus ferebamur. In inſulã autẽ quandã decurrentes, quæ vocatur Clauda, potuimus vix obtinere ſcapham, qua ſublata adiutorijs vtebantur, accingentes nauem timẽtes ne in Syrtim inciderẽt, ſubmiſſo vaſe, ſic ferebantur. Valida autẽ nobis tẽpeſtate iactatis, ſequẽti die iactũ fecerũt: & tertia die ſuis manib⁹ armamenta nauis proiecerunt. neq; aũt ſole neq; ſyderib⁹ apparentibus p plures dies, & tẽpeſtate nõ exigua imminẽte, iã ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.

¶ Feria. v. ex Exodo. Lectio. j.

c.15. SVmpſit ergo Maria propheтiſſa ſoror Aaron, tympanũ in manu ſua: egreſſæq; ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris qbus pręcinebat dicens, Cantemus dño: glorioſe enim magnificat⁹ eſt, equum & aſcenſorẽ deiecit in mare. Tulit autẽ Moyſes Iſrael de mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertũ Sur, ambulauerũtq; tribus diebus per ſolitudinẽ, & nõ inueniebãt aquã. Et venerũt in Mara, nec poterãt bibere aquas de Mara, eo ꝙ eſſent amaræ: vnde & congruũ loco nomen impoſuit, vocans illũ Mara, id eſt amaritudinẽ. Et murmurauit populus cõtra Moyſen, dicens; Quid bibemus? At ille clamauit ad dñm, qui oſtendit ei lignũ: quod cũ miſiſſet ĩ aquas, in dulcedinẽ verſæ ſunt, ibi cõſtituit ei pręcepta, atq; iudicia; & ibi tentauit eũ, dicens: Si audieris vocem domini Dei tui; & quod rectũ eſt corã eo feceris, & obedieris mandatis eius cuſtodierisq; omnia præcepta illius: cunctũ languorẽ quem poſui in Aegypto, nõ inducam ſuper te. Ego enim ſum dñs Deus ſanator tuus. † Venerunt D autem in Elim filij Iſrael, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ, & caſtrametati ſunt iuxta aquas.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ. ij.

ET cum multa ieiunatio c.27. fuiſſet, tunc ſtans Paulus in medio eorum dixit, Oportebat quidẽ ò viri audito me nõ tollere à Creta, lucriq; facere iniuriã hãc, & iacturã. Et nunc ſuadeo vobis bono animo eſſe, amiſſio enim nullius animæ erit ex nobis, præterquã nauis. Aſtitit enim mihi hac nocte angel⁹ Dei, cui⁹ ſum ego, & cui deſeruio, dicens, ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere, &

ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo eſtote viri: credo enim Deo quia ſic erit quemadmodũ dictũ eſt mihi. In inſulã autẽ quandã oportet nos deuenire. Sed poſtea quam quartadecima nox ſuperuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediã noctẽ, ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi aliquã regionẽ. Qui & ſubmittentes bolidem, inuenerunt paſſus viginti: & puſillũ inde ſeparati, inuenerunt paſſus quindecim. Timẽtes autẽ ne in aſpera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabãt diem fieri. Nautis vero quęrentib⁹ fugere de naui, cũ miſiſſent ſcapham in mare, ſub obtentu quaſi inciperẽt à prora anchoras extendere, dixit Paulus centurioni & militibus, Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri nõ poteſtis. Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ: & paſſi ſunt eam excidere. Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes ſumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibũ: pro ſalute veſtra: quia nullius veſtrũ capillus de capite peribit. Et cũ hæc dixiſſet, ſumens panẽ, gratias egit Deo in conſpectu omnium, & cũ fregiſſet, cœpit mãducare. Animæquiores autẽ facti oẽs, & ipſi ſumpſerũ cibum. Eramus vero vniuerſæ animæ in naui ducẽtę ſeptuaginta ſex. Et ſatiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticũ in mare. Cum aũt dies factus eſſet, terrã nõ agnoſcebãt: ſinũ vero quendam cõſiderabãt, habẽtẽ litus, in quem cogitabant, ſi poſſent eiicere nauẽ. Et cum anchoras ſuſtuliſſent, cõmittebant ſe mari, ſimul laxantes iuncturas gubernaculorũ: & leuato artemone ſecundũ auræ flatum, tendebant ad litus. Et cum incidiſſemus in locũ dithalaſſum, impegerunt nauẽ, & prora quidẽ fixa, manebat immobilis: puppis vero ſoluebatur à vi maris. Militũ autẽ conſiliũ fuit, vt cuſtodias occiderẽt: ne quis cum enataſſet, effugeret. Centurio aũt volẽs ſeruare Paulũ, prohibuit fieri: iuſſitq; eos q poſſent natare, emittere ſe primos, & euadere, & ad terrã exire: & cæteros, alios in tabulis ferebant, quoſdam ſuper ea quę de naui erant. Et ſic factũ eſt vt omnes animæ euaderent ad terram.

¶ Feria

¶ Feria.vj.ex Exodo. Lectio.j.

c.16. a PRofectiq; ſunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertum Sin, quod eſt inter Elim, & Sinai: quintodecimo die mẽſis ſecundi, poſtquã egreſſi ſunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis cõgregatio filiorum Iſrael cõtra Moyſen, & Aaron, in ſolitudine. Dixeruntq; filij Iſrael ad eos, Vtinã mortui eſſemus per manũ dñi in terra Aegypti quãdo ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate: cur induxiſtis nos in deſertũ iſtud, vt occideretis omnem multitudinẽ fame? Dixit aũt dñs ad Moyſen, Ecce ego pluã vobis panes de cœlo: egrediat͛ populus, & colligat quę ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eũ vtrũ ambulet in lege mea, an non. Die autem ſexto parent quod inferãt: & ſit duplũ q̃ colligere ſolebãt per ſingulos dies. Dixeruntq; Moyſes & Aaron ad oẽs filios Iſrael, Veſpere ſcietis ꝙ dñs eduxerit vos de terra Aegypti, &
D mane videbitis gloriam dñi,] audiuit enim murmur veſtrũ contra dñm: nos vero quid ſumus, q̃a muſſitaſtis cõtra nos? Et ait Moyſes, Dabit vobis dñs veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo ꝙ audierit murmurationes veſtras quibus murmurati eſtis cõtra eũ. Nos enim quid ſumus? nec cõtra nos eſt murmur veſtrũ, ſed contra dominum. Dixit quoq; Moyſes ad Aaron. Dic vniuerſæ cõgregationi filiorũ Iſrael, Accedite coram dño: audiuit enim murmur veſtrũ. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorũ Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinẽ: & ecce gloria domini apparuit in nube.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

ET cum euaſiſſemus, tunc cognouimus quia Melite c.28.
inſula vocabatur, Barbari vero præſtabant nõ modicã humanitatem nobis. Accenſa enim pyra, reficiebãt nos oẽs, propter imbrem qui imminebat, & frigus. Cum congregaſſet autem Paulus ſermentorũ aliquantã multitudinẽ, & impoſuiſſet ſuper ignem, vipera à calore cum proceſſiſſet, inuaſit manũ eius. Vt vero viderunt Barbari pendentem beſtiã de manu eius, adinuicẽ dicebant, Vtiq; homicida eſt homo hic, qui cũ euaſit de mari, vltio non ſinit eum viuere. Et ille quidẽ excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus

paſſus eſt. At illi exiſtimabant eum in tumorē cōuertendū, & ſubito caſurū & mori. Diu aūt illis expectantib⁹ & videntibus nihil mali in eo fieri, cōuertentes ſe, dicebāt eum eſſe Deum. In locis autē illis erant prædia principis inſulæ, noīe Publij, qui nos ſuſcipiens, triduo benigne exhibuit. Cōtigit aūt patrē Publij febrib⁹ & dyſenteria vexatū iacere. Ad quē Paulus intrauit, & cum oraſſet & impoſuiſſet ei manus, ſaluauit eum, Quo facto, oēs qui in inſula habebāt infirmitates, accedebāt, & curabantur: q etiā multis honorib⁹ nos honorauerūt, & nauigātibus impoſuerūt quæ neceſſaria erant. Poſt menſes aūt tres, nauigauim⁹ in naui Alexādrina, q̄ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtorū. Et cū veniſſem⁹ Syracuſas, manſimus ibi triduo. Inde circumlegētes deuenim⁹ Rhegiū: & poſt vnū diem flante Auſtro, ſecūda die venim⁹ Puteolos, vbi inuētis fratrib⁹ rogati ſum⁹ manere apud eos dies ſeptem: & ſic venimus Romā. Et inde cū audiſſent fratres, occurrerunt nobis vſq; ad Appij forum, ac tres Tabernas. Quos cum vidiſſet Paulus, gratias agens Deo accepit fiduciā.

℄ Sabbato, ex Exodo. Lectio. ℟.

LOquutus eſt autē dn̄s ad Moyſen, dicens, Audiui murmurationes filiorū Iſrael: loquere ad eos. Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus: ſcietiſq; ꝙ ego ſum dn̄s Deus veſter. Factū eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: mane quoq; ros iacuit per circumitū caſtrorū. Cumq; operuiſſet ſuperficiē terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinē pruinæ ſup terrā. Quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerūt ad inuicem, Man hu? quod ſignificat, Quid eſt hoc? ignorabāt enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes, Iſte eſt panis quem dn̄s dedit vobis ad veſcendum. Hic eſt ſermo quem præcepit dn̄s. Colligat vnuſquiſq; ex eo quantū ſufficit ad veſcendū: gomor per ſingula capita, iuxta numerū animarum veſtratum, quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. Feceruntq; ita filij Iſrael, & collegerūt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt ad menſurā gomor: nec qui plus collegerat, habuit ampli⁹: nec qui minus parauerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant,

terant, cõgregauerunt. Dixitq; Moyſes ad eos, Null' relinquat ex eo in mane. Qui nõ audierunt eũ, ſed dimiſerũt quidã ex eis vſq; mane, & ſcatere cœpit vermib', atq; cõputruit. Et iratus eſt cõtra eos Moyſes. Colligebãt aũt mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcẽdum: cunq; incaluiſſet ſol, liquefiebat. In die aũt ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo gomor per ſingulos homines: venerunt aũt oẽs principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis, Hoc eſt qđ loquutus eſt dñs: requies ſabbati ſanctificata eſt dño cras, quodcũq; operandũ eſt, facite: & quæ coquẽda ſunt, coquite: quicquid aũt reliquũ fuerit, reponite vſq; in mane. Fecerũtq; ita vt præceperat Moyſes: & nõ cõputruit, neq; vermis inuentus eſt in eo. Dixitq; Moyſes Comedite illud hodie, qa ſabbatũ eſt dño: nõ inuenietur hodie in agro. Sex dieb' colligite: in die aũt ſeptimo ſabbatũ eſt: idcirco nõ inuenieť. Venitq; ſeptima dies: & egreſſi de populo vt colligerent, nõ inuenerunt.

Ex actis Apoſtolorum. Lcõ.ij.

c.28. CVm autẽ veniſſemus Romã, permiſſum eſt Paulo permanere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite. Poſt tertiũ autem diem conuocauit primos Iudæorũ. Cumq; veniſſent, dicebat eis, Ego viri fratres, nihil aduerſus plebẽ faciens, aut morem paternũ, vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorũ: qui cũ interrogationẽ de me habuiſſent, voluerunt me dimittere, eo ꝙ nulla eſſet cauſa mortis ĩ me. Cõtradicentibus aũt Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarem: non quaſi gentẽ meã habẽs aliquid accuſare. Propter hanc igitur cauſam rogaui vos videre & alloqui, ꝓpter ſpem enim Iſrael, catena hac circundatus ſum. At illi dixerũt ad eũ, Nos neq; literas accepim' de te à Iudæa, neq; adueniens aliquis fratrũ nuntiauit, aut loquutus eſt qd de te malũ. Rogamus aũt à te audire quę ſentis. nam de ſecta hac notũ eſt nobis, qa vbiq; ei cõtradicitur. Cũ conſtituiſſent autẽ illi diem, venerũt ad eum in hoſpitiũ plurimi: quibus exponebat teſtificans regnũ Dei, ſuadensq; eis de Ieſu ex lege Moyſi & ꝓphetis, à mane vſq; ad veſperam. Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam vero nõ credebãt. Cumq; inui-

inuicē non eſſent cōſentientes,
diſcedebāt, dicente Paulo vnū
verbū, Quia bene ſpiritus ſan-
ctus loquutus eſt per Iſaiā pro
phetā ad patres noſtros, dicens,
Vade ad populū iſtum, & dic,
Aure audietis & non intellige
tis, & videntes videbitis, & non
perſpicietis. Incraſſatū eſt enim
cor populi huius, & aurib' gra-
uiter audierunt, & oculos ſuos
cōpreſſerunt: ne forte videant
oculis, & auribus audiant, &
corde intelligant, & conuertan
tur, & ſanem eos. Notum ergo
ſit vobis, qm̄ gentibus miſſum
eſt hoc ſalutare Dei, & ipſi au-
dient. Et cū hæc dixiſſet, exie-
runt ab eo Iudæi, multā haben
tes inter ſe quęſtionem. Manſit
aūt biennio toto in ſuo condu
cto, & ſuſcipiebat oēs qui ingre
diebantur ad eum prędicans re
gnum Dei, & docens quæ ſunt
de dn̄o Ieſu Chriſto, cum om-
ni fiducia, ſine prohibitione.

¶ Dominica ſeptima poſt Pentecoſten, ex Exodo. Lectio. j.

c.16 DIxit autē dn̄s ad
Moyſen, Vſque-
quo nō vultis cu
ſtodire manda-
ta mea, & legem
meā? Videte q̄ dn̄s dederit vo-
bis ſabbatū, & propter hoc die
ſexta tribuit vobis cibos dupli-
ces: maneat vnuſquiſq; apud
ſemetipſum, nullus egrediatur
de loco ſuo die ſeptimo. Et ſab
batizauit populus die ſeptimo.
Appellauitq; domus Iſrael no-
men ei' Man: quod erat quaſi
ſemen coriandri albū, guſtuſq;
eius quaſi ſimilæ cum melle.
Dixit autē Moyſes, iſte eſt ſer-
mo quem præcepit dn̄s, Imple
Gomor ex eo, & cuſtodiatur in
futuras retro generationes: vt
nouerit panem quo alui vos in
ſolitudine, quando educti eſtis
de terra Aegypti. Dixitq; Moy
ſes ad Aaron, Sume vas vnū, &
pone ibi Man, quantū poteſt
capere Gomor: & repone corā
dn̄o ad ſeruandū in generatio-
nes veſtras, ſicut præcepit dn̄s
Moyſi. Poſuitq; illud Aaron in
tabernaculo reſeruandū. Filij
aūt Iſrael comederūt Man qua
draginta annis: donec venirēt
in terram habitabilem. Hoc ci
bo aliti ſunt, vſquequo tange-
rent fines terræ Chanaan. Go-
mor autē decima pars eſt ephi.
Igitur profecta omnis mul- c.17.
titudo filiorū Iſrael de deſerto
Sin, per manſiones ſuas iuxta
ſermonē domini, caſtrameta-
ti ſunt in Raphidim, vbi non
erat aqua ad bibendū populo.

Qui iurgatus contra Moyſen ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus reſpõdit Moyſes, quid iurgamini contra me, cur tentatis dñm? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria: & murmurauit contra Moyſẽ, dicens, Cur feciſti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos noſtros ac iumenta ſiti?

Ex epiſtola ſecunda Pauli ad Corinthios. Lectio ſecunda.

ca. 1. PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater, eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaia, gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & dño Ieſu

A Chriſto. † Benedictus Deus, & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarũ & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationẽ qua exhortamur & ipſi à Deo, quoniã ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ita & per Chriſtũ abundat & conſolatio noſtra. Siue aũt tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue cõſolamur pro veſtra conſolatione & ſalute, quæ operatur tolerantiã earundẽ paſſionũ quas & nos patimur: & ſpes noſtra firma eſt pro vobis: ſcientes ꝙ ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.] Non

B enim volum' vos ignorare fratres, de tribulatione noſtra quę facta eſt in Aſia, quoniã ſupra modũ grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipſi in nobiſipſis reſponſum mortis habuimus, vt nõ ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quẽ ſperamus: qm̃ & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarũ perſonis facierũ, eius quę in nobis eſt donationis, ꝑ multos gratiæ agantur pro nobis. Nam gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ cõſcientię noſtrę, ꝙ in ſimplicitate cordis & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mũdo abundãtius aũt ad vos. Nõ enim alia ſcribimus vobis, quã quę legiſtis & cognouiſtis. Spero autẽ ꝙ vſq; in finem cognoſcetis: ſicut & cognouiſtis nos ex parte, ꝙ gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra in die domini noſtri Ieſu Chriſti.

Et

Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam haberetis: & per vos tranſire in Macedoniã, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæã. Cum ergo hoc voluiſſem, nũquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundũ carnem cogito, vt ſit apud me Eſt & Nõ? Fidelis aũt Deus, quia ſermo noſter qui fuit apud vos, nõ eſt in illo Eſt & Non, ſed eſt in illo Eſt. Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt per me, & Syluanum & Timotheũ, nõ fuit in illo Eſt & Non, ſed Eſt in illo fuit. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt in illo Eſt. Ideo & per ipſum, amẽ Deo ad gloriã noſtrã. Qui autem cõfirmat nos vobiſcum in Chriſtũ, & qui vnxit nos, Deus: qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meam, ꝙ parcens vobis, non veni vltra Corinthũ, non qa dominamur fidei veſtrę: ſed adiutores ſum⁹ gaudij veſtri. Nam fide ſtatis.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

ca.7. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Et reliqua. Homilia Origenis.

Quod paulo ſuperius ſpatioſam & latã viã nominauit, hic nunc apertius falſos prophetas oſtendit: per quos multi in perditionẽ abominabilẽ abierũt. Qui primo in Iudæa multi apparuerũt: & modo pfidia totũ impleuere mũdũ. Sed illi prius falſi prophetæ fuerunt, veriſſimosq; dñi prophetas vſque ad mortem perſequuti ſunt, ſicut Ieremiam, & Michæam aliosq; multos. Iſti aũt nunc falſi prophetę, & falſi chriſtiani, q ſunt, veraces Chriſtianos ſine miſericordia perſequuntur & opprimunt aliquãdo (ſi detur copia) etiã gladijs: ſine intermiſſione aũt ſuis prauis morib⁹ & exemplis. Idcirco oẽs præueniẽs dñs adhortatus eſt dicẽs, Attendite à falſis prophetis. Attẽdite diligenti⁹, obſeruate cautius, vt nõ ſeducamini, vt nõ circunueniamini, vt nõ fallamini. Attendite ergo: hoc eſt cõſiderate, quia non ſunt oues, ſed lupi in veſtimento ouium: quia nõ ſunt religioſi, ſed irreligioſi in figura religioſitatis: qa nõ ſunt Chriſtiani, ſed veritate vacui, Chriſtianorũ perſequutores. Attendite

dite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. T e deum. Orõ.

DEus, cui' prouidẽtia in ſui diſpoſitione non fallitur, te ſupplices exoram': vt noxia cuncta ſubmoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per.

¶ Feria.ij.ex Exodo. Lectio.j.

c.17. CLamauit autẽ Moyſes ad dñm, dicẽs: Quid faciam populo huic? Adhuc paululũ, & lapidabit me. Et ait dñs ad Moyſen, antecede populum: & ſume tecũ de ſenioribus Iſrael: & virgã qua percuſſiſti fluuiũ, tolle in manu tua, & vade. En ego ſtabo coram te ibi ſuper petram Horeb: percutiesq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael. Et vocauit nomen loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Iſrael: & quia tentauerunt dominum, dicentes, Eſt ne dñs in nobis, an non? Venit autem Amalec, & pugnabat contra Iſrael in Raphidim. Dixitq; Moyſes ad Ioſue, Elige viros & egreſſus pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgã Dei in manu mea. Fecit Ioſue vt loquut' erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec. Moyſes autem, & Aaron, & Hur aſcẽderũt ſuper verticem collis. Cumq; leuaret Moyſes man', vincebat Iſrael: ſin autẽ paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues. Sumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit. Aaron aũt, & Hur ſuſtentabãt manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt vt manus ipſius nõ laſſarẽtur, vſq; ad occaſum ſolis. Fugauitq; Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij. Dixit autẽ dñs ad Moyſen, Scribe hoc ob monimẽtũ in libro, & trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cœlo. Aedificauitq; Moyſes altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus filij domini, & bellũ dñi erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Ex epla.ij. Pauli ad Corin. L.ij.

STatui autẽ hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos. Si enim ego contriſto vos: & quis eſt qui me lætificet, niſi q cõtriſtatur ex me? Et hoc ipſum ſcripſi vobis: vt nõ cum venero, triſtitiã ſuper triſtitiã habeã de quibus oportuerat ca.2.

tuerat me gaudere:cõfidens in omnibus vobis,quia meũ gaudiũ omniũ veſtrũ eſt. Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas:nõ vt cõtriſtemini, ſed vt ſciatis quam charitatem habeam abundãtius in vobis. Si quis aũt contriſtauit me:nõ me contriſtauit, ſed ex parte,vt nõ onerem omnes vos, ſufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc quę fit à pluribus ita vt econuerſo magis donetis & cõſolemini, ne forte abundãtiori triſtitia abſorbeatur, q eiuſmodi eſt. Propter ꝙ obſecro vos vt confirmetis in illum charitatẽ. Ideo enim & ſcripſi vobis,vt cognoſcã experimentũ veſtrum an in omnibus obediẽtes ſitis. Cui autem aliquid donaſtis:& ego. Nã & ego quod donaui, ſiquid donaui, propter vos in perſona Chriſti,vt non circunueniamur à Satana.Non enim ignoramus cogitationes eius. Cũ veniſſem aũt Troadem propter euangeliũ Chriſti, & oſtiũ mihi apertum eſſet in dño:nõ habui requiem ſpiritui meo,eo ꝙ nõ inuenerim Titum fratrẽ meum, ſed valefaciẽs eis profectus ſum in Macedonia. Deo autẽ gratias qui ſemper triumphat nos ĩ Chriſto Ieſu,& odorem notitię ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bon⁹ odor ſum⁹ Deo, in ijs qui ſalui fiũt, & in ijs qui pereunt, alijs quidẽ odor mortis in mortem:alijs aũt odor vitæ in vitã. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim ſumus(ſicut plurimi)adulterantes verbũ Dei,ſed ex ſynceritate, ſicut ex Deo coram Deo ĩ Chriſto loquimur.

¶Feria.iiij.ex Exodo. Lcõ.j.

CVmq; audiſſet Iethro ſacerdos Madian,cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat De⁹ Moyſi,& Iſraeli populo ſuo, ꝙ eduxiſſet dñs Iſrael de Ægypto:tulit Sephorã vxorẽ Moyſi quam remiſerat, & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gerſam,dicente patre, Aduena fui in terra aliena. Alter vero Eliezer. Deus enim, ait, patris mei adiutor meus: & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognat⁹ Moyſi,& filij eius, & vxor eius ad Moyſen in deſertũ, vbi erat caſtrametatus iuxta montẽ Dei. Et mandauit Moyſi, dicens: Ego Iethro cognat⁹ tuus venio ad te, & vxor tua,& duo filij tui cum ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adorauit, & oſculatus eſt eum:

eum:ſalutaueruntq; ſe mutuo verbis pacificis. Cũq; intraſſent tabernaculũ, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta, quæ fecerat dñs Pharaoni & Aegyptijs propter Iſrael: vniuerſumq; laboré qui accidiſſet eis in itinere,& quòd liberauerat eos dñs. Lætatusq; eſt Iethro ſuper omnibus bonis quæ fecerat dñs Iſrael, eo ꝙ eruiſſet eum de manu Ægyptiorũ, & ait: Benedictus dñs qui liberauit vos de manu Aegyptiorũ, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Aegypti. Nunc cognoui, quia magnus dñs ſuper omnes Deos, eo ꝙ ſuperbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo: veneruntq; Aaron & omnes ſeniores filiorum Iſrael, vt comederent panẽ cum eo coram Deo.

Ex epſa.ij.Pauli ad Corin.L.ij.

ca.3. INcipimus iterum noſmetipſos cõmẽdare? Aut nunquid egemus (ſicut quidam) cõmendatitijs epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quę ſcitur & legitur ab omnibs hominibus: manifeſtati ꝙ epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis,& ſcripta nõ atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.† Fiduciam aũt talem habemus per Chriſtũ ad Deum: nõ ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt: qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti: non literæ, ſed ſpũs: litera enim occidit: ſpiritus autẽ viuificat. Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidib⁹, fuit in gloria, ita vt nõ poſſent intẽdere filij Iſrael in faciẽ Moyſi, propter gloriã vultus eius quæ euacuatur: quomodo nõ magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nã ſi miniſtratio damnationis, in gloria eſt: multo magis abundat miniſteriũ iuſtitię in gloria.] Nam nec glorificatũ eſt, quod claruit in hac parte, ꝓpter excellentẽ gloriã. Si enim quod euacuatur, per gloriã eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt. Habentes igitur talẽ ſpem, multa fiducia vtimur: & nõ ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciẽ ſuã, vt nõ intenderent filij Iſrael in faciẽ eius, quod euacuatur, ſed obtuſi ſunt ſenſus eorũ. Vſq; in hodiernũ enim diem, idipſum velamen in lectione veteris teſta-

A B

ſtamenti manet non reuelatũ, quod ĩ Chriſto euacuatur: ſed
A vſq; in hodiernũ diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitũ eſt ſuper cor eorũ. Cum aũt cõuerſi fuerint ad dñm, auferetur velamen. Dñs aũt, ſpiritus eſt. Vbi autẽ ſpiritus dñi, ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriam dñi ſpeculantes: in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquã à domini ſpiritu.

¶ Feria iiij. ex Exodo. Lcõ. j.

c.18. ALtera aũt die ſedit Moyſes, vt iudicaret populũ, q aſſiſtebat Moyſi à mane vſq; ad veſperã. Quod cum vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quę agebat ĩ populo, ait, Quid eſt quod facis in plebe? cur ſo-
B lus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane vſque ad veſperã? Cui reſpõdit Moyſes, Venit ad me populus quęrens ſentẽtiã Dei. Cumq; acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & oſtendã præcepta Dei, & leges eius. At ille, Non bonã, inquit, rem facis: ſtulto labore cõſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt negociũ, ſolus illud nõ poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atq; conſilia, & erit dñs tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deũ pertinent, vt referas quę dicuntur, ad eũ: oſtendasq; populo ceremonias & ritum colẽdi, viamq; p quã ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide aũt de omni plebe viros potẽtes & timentes Deũ: in quib⁹ ſit veritas, & qui oderint auaritiã, & conſtitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicẽt: leuiusq; ſit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace. Quib⁹ auditis, Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos & centuriones, & quinquagenarios & decanos. Qui iudicabant plebẽ domini omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimiſitq; cognatũ ſuum: qui reuerſus abijt in terram ſuam.

Ex epſ͞a. ij. Pauli ad Corin. L. ij.

ca.4. IN Deo habentes hãc miniſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſequuti ſumus nõ deficimus, ſed abdicam⁹ occulta dedecoris, nõ ambulantes in aſtutia, neq; adulterãtes verbũ Dei, ſed in manifeſtatione veritatis cõmendãtes noſmetipſos ad omnẽ conſcientiã hominũ coram Deo. Quod ſi etiã opertum eſt euãgeliũ noſtrũ: in ijs qui pereunt eſt opertũ: in qbus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infideliũ, vt nõ fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Non enim noſmetipſos prædicam⁹, ſed Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ: nos autẽ ſeruos veſtros per Ieſum: qm̃ Deus qui dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere, ipſe illuxit in cordib⁹ noſtris ad illuminationẽ ſciẽtiæ claritatis Dei: in facie Chriſti Ieſu. Habemus autẽ theſaurũ iſtũ in vaſis fictilib⁹: vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & nõ ex nobis. In omnibus tribulationẽ patimur: ſed non anguſtiamur: aporiamur: ſed nõ deſtituimur: pſequutionem patimur: ſed non derelinquimur: humiliamur, ſed non cõfundimur: deiicimur, ſed nõ perimus: ſemp̃ mortificationẽ Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferẽtes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporib⁹ noſtris. Semper enim nos qui viuimus, in mortẽ tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne nr̃a mortali. Ergo mors ĩ nobis operatur, vita aũt in vobis. Habentes autẽ eundẽ ſpiritũ fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi ꝓpter quod loquutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur. ſcientes qm̃ qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cũ Ieſu ſuſcitabit & conſtituet vobiſcum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundãs, per multos in gratiarũ actione abũdet in gloriam Dei. Propter quod nõ deficim⁹: ſed licet is q foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is q intus eſt renouatur de die in diẽ. Id enim quod in p̃ſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis nr̃æ, ſupra modũ in ſublimitate ęternum gloriæ pondus operat' in nobis, nõ cõtemplãtib⁹ nobis quæ vidẽtur, ſed quę nõ vidẽtur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quę aũt non videntur, æterna ſunt.

¶ Feria. v. ex Exodo. Lectio. j.

MEnſe tertio egreſſionis filiorum Iſrael de terra Aegypti: in die hac venerũt in c.19.

ſolitudinē Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vſq; in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodē loco, ibiq; Iſrael fixit tentoria è regione montis. Moyſes aūt aſcēdit ad Deū: vocauitq; eū dñs de monte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Iſrael, Vos ipſi vidiſtis q̄ fecerim Ægyptijs, quõ portauerim vos ſup alas aquilarū, & aſſumpſerim mihi. Si ergo audieritis vocem meam: & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cūctis populis· mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hæc ſunt verba quæ loqueris ad filios Iſrael. Venit Moyſes, & conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones quos mādauerat dñs. Reſponditq; omnis populus ſimul, Cūcta quæ loquutus eſt dñs, faciemus. Cumq; retuliſſet Moyſes verba populi ad dñm, ait ei dñs, Iam nūc veniā ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentē ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyſes verba populi ad dñm. Qui dicit ei, Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras, lauentq; veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertiū: in die enim tertia deſcendet dñs coram omni plebe ſuper montē Sinai. Conſtitueſq; terminos populo per circumitū, & dices ad eos, Cauete ne aſcēdatis in montē, nec tangatis fines illi⁹: omnis q̄ tetigerit montē morte morietᷣ. Man⁹ nō tanget eū, ſed lapidib⁹ opprimetur, aut confodietur iaculis: ſiue iumētū fuerit ſiue homo, non viuet: cū cœperit clangere buccina, tūc aſcēdāt in montē.

Ex ep̄la. ij. Pauli ad Corin. I. ij.

SCimus enim quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius ca. 5
habitationis diſſoluatur, ꝙ ædificationē ex Deo habemus, domum nō manufactā æternā in cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationē noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes: ſi tamen veſtiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati eo ꝙ nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita. Qui aūt efficit nos in hoc ipſum, Deus qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audientes igitur ſemp, & ſciētes q̄m dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à dño (Per fidem enim

am-

ambulamus,& non per ſpeciē) audemus aūt & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & pręſentes eſſe ad dñm. Et ideo contendimus, ſiue abſentes,ſiue pręſentes placere illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonū, ſiue malū. Scientes ergo timorem dñi, hominibus ſuademus: Deo autē manifeſti ſumus. Spero autē & conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe. Nō iterum cōmendamus nos vobis: ſed occaſionē damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos q in facie glorianтur,& non in corde. Siue enim mente excedimus,Deo: ſiue ſobrij ſum⁹, vobis. Charitas enim Chriſti vrget nos: æſtimantes hoc, qm̄ ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo oēs mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Itaq; nos ex hoc neminē nouimus ſecundum carnem. Et ſi cognouimus ſecundū carnem Chriſtū, ſed nunc iam nō nouimus. Si qua ergo in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autē ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium recōciliationis. Quoniā quidem Deus erat in Chriſto mundū reconcilians ſibi: nō reputans illis delicta ipſorū,& poſuit in nobis verbū reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquā Deo exhortāte per nos. Obſecram⁹ pro Chr̄o, recōciliamini Deo. Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis pctm̄ fecit: vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

¶ Feria.vj.ex Exodo. Lectio.j.

DEſcēditq; Moyſes de mōte ad populum,& ſanctificauit eum. Cunq; lauiſſent veſtimenta ſua,ait ad eos, Eſtote parati in diem tertiū, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iamq; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrus,ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montē, clangorq; buccinæ vehementi⁹ perſtrepebat: & timuit omnis populus q erat in caſtris. Cumq; eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorū, ſteterūt ad radices montis. Totus aūt mons Sinai fumabat: eo ꝙ deſcendiſſet dñs c.19.

Deus ſup eum in igne,& aſcen-
deret fumus ex eo quaſi de for-
nace:eratq; omnis mons terri-
bilis. Et ſonitus buccinæ paula
tim creſcebat in maius,& proli
xius tendebatur: Moyſes loque
batur, & Deus reſpondebat ei.
Deſcenditq; dñs ſuper montẽ
Sinai in ipſo montis vertice, &
vocauit Moyſen in cacumen
eius. Quo cum aſcẽdiſſet, dixit
ad eũ, Deſcende,& cõteſtare po
pulũ:ne forte velit tranſcẽdere
terminos ad videndũ dñm, &
pereat ex eis plurima multitu-
do. Sacerdotes quoq; qui acce-
dunt ad dñm, ſanctificẽtur,ne
R I.c percutiat eos. Dixitq; Moyſes
ad dñm, Non poterit vulgus
aſcendere in montem Sinai: tu
enim teſtificatus es & iuſſiſti,
dicẽs, Pone terminos circa mõ-
tem,& ſanctifica illum. Cui ait
dñs, Vade,deſcende:aſcendeſq;
tu, & Aaron tecum: ſacerdotes
autẽ & populus non tranſeant
terminos, nec aſcendant ad do
minũ; ne forte interficiat illos.
Deſcenditq; Moyſes ad popu-
lum: & omnia narrauit eis.

Ex epiſtola ij. Pauli ad Corin. L. ij.

a.6.a ADiuuantes aũt † exhorta
mur, ne in vacuũ gratiã
Dei recipiatis. Ait enim, Tem-
pore accepto exaudiui te: & in
die ſalutis adiuui te. Ecce nunc
tempus acceptabile: ecce nunc
dies ſalutis. Nemini dãtes vllã
offenſionem, vt nõ vituperetur
miniſteriũ noſtrũ: ſed in oĩbus
exhibeamus noſmetipſos ſicut
Dei miniſtros, in multa patien
tia, in tribulationib᷒, in neceſſi-
tatibus, in anguſtijs, in plagis,
in carcerib᷒, in ſeditionibus, in
laborib᷒, in vigilijs, in ieiunijs,
in caſtitate, in ſcientia, in lon-
ganimitate, in ſuauitate, in Spi
ritu ſctõ, in charitate non ficta,
in verbo veritatis, ĩ virtute Dei,
per arma iuſtitiæ à dextris & à
ſiniſtris, per gloriã & ignobili-
tatẽ, per infamiã & bonã famã:
vt ſeductores, & veraces: ſicut
qui ignoti,& cogniti: quaſi mo
rientes,& ecce viuim᷒: vt caſti-
gati,& nõ mortificati: quaſi tri
ſtes, ſemper aũt gaudẽtes: ſicut
egentes, multos aũt locupletan
tes: tanquã nihil habẽtes,& om
nia poſſidentes.] Os noſtrũ pa B
tet ad vos ò Corinthij, cor no-
ſtrum dilatatũ eſt. Non angu-
ſtiamini in nobis: anguſtiami-
ni autem in viſceribus veſtris.
Eandẽ autẽ habentes remune-
rationẽ (tanquã filijs dico) dila
tamini & vos, nolite iugum du
cere cũ infidelibus. Quæ enim
participatio iuſtitiæ cũ iniqui-
tate?

tate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Chriſto ad Belial? Aut quę pars fideli cũ infideli? quis aũt, conſenſus tẽp'o Dei cũ idolis? Vos enim eſtis tẽplũ Dei viui: ſicut dicit Deus, Quoniã inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus: & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum: & ſeparamini, dicit dñs, & immũdum ne tetigeritis: & ego recipiam vos: & ero vobis in patrẽ: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit domin' omnipotens.

¶ Sabbato, ex Exodo. Lcõ. j.

c.20. LOcutusq; eſt Deus cũctos ſermones hos, Ego ſum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Nõ facies tibi ſculptile, neq; oẽm ſimilitudinem quę eſt in cœlo deſup, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quę ſunt in aquis ſub terra, nõ adorabis ea, neque coles, ego ſum dñs De' tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatẽ patrũ in filios in tertiã & quartã generationẽ eorũ qui oderunt me, & faciens miſericordiã in millia his q diligũt me, & cuſtodiũt pręcepta mea. Non aſſumes nomen dñi Dei tui in vanũ, nec enim habebit inſontẽ dñs eum, qui aſſumpſerit nomen dñi Dei ſui fruſtra. Memẽto vt diẽ ſabbati ſanctifices. Sex dieb' operaberis, & facies oĩa opera tua. Septimo autem die Sabbatũ dñi Dei tui eſt: nõ facies omne opus in eo, tu & fili' tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuũ, & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cœlũ & terrã, & mare, & oĩa quæ in eis ſunt & requieuit die ſeptimo: idcirco benedixit dñs diei ſabbati, & ſanctificauit eum. † Honora patrẽ tuũ & B matrẽ tuã, vt ſis longęuus ſup terrã, quã dñs Deus tuus dabit tibi. Nõ occides. Non mœchaberis. Nõ furtum facies. Nõ loqueris contra proximũ tuũ falſum teſtimoniũ. Non concupiſces domũ ꝓximi tui. Nec deſiderabis vxorẽ eius, nõ ſeruum, non ancillam, nõ bouem, non aſinũ, nec oĩa quæ illius ſunt.

Ex epſã. ij. Pauli ad Corin. L. iij.

HAs ergo habẽtes ꝓmiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationẽ in timore Dei. ca.7. Capite nos. Neminẽ læſimus, neminẽ corrupimus, neminem

circunuenimus: Non ad con-
demnationẽ veſtrã dico. Prædi
ximus enim ꝙ in cordibus no-
ſtris eſtis ad cõmoriendũ & ad
conuiuendũ. Multa mihi fidu-
cia eſt apud vos, multa mihi
gloriatio pro vobis: repletꝰ ſum
cõſolatione: ſuperabundo gau
dio in omni tribulatione nr̃a.
Nã & cũ veniſſemꝰ in Macedo-
niam, nullã requiẽ habuit caro
noſtra, ſed omnẽ tribulationẽ
paſſi ſumꝰ: foris, pugnæ: intus,
timores. Sed qui cõſolatur hu-
miles, cõſolatus eſt nos, Deus,
in aduentu Titi. Non ſolũ aũt
in aduẽtu eius, ſed etiã in cõſo-
latione, qua cõſolatus eſt in vo
bis referens nobis veſtrũ deſide
riũ, veſtrũ fletũ, veſtrã æmula-
tionẽ pro me, ita vt magis gau-
derem. Quoniã & ſi cõtriſtaui
vos in epiſtola, nõ me pœnitet;
& ſi pœniteret, vidẽs ꝙ epiſtola
illa (etſi ad horã) vos contriſta
uit. Nunc gaudeo: nõ quia con
triſtati eſtis, ſed quia cõtriſtati
eſtis ad pœnitentiã. Cõtriſtati
c.7. enim eſtis ſecundũ Deũ: vt in
nullo detrimẽtũ patiamini ex
nobis. Quę enim ſecundũ Deũ
triſtitia eſt, pœnitẽtiã in ſalutẽ
ſtabilẽ operatur: ſeculi aũt tri-
ſtitia, mortem operatur. Ecce
enim hoc ipſum, ſecundũ Deũ
cõtriſtari vos: quantã in vobis
operatur ſolicitudinem, ſed de-
fenſionẽ, ſed indignationẽ, ſed
timorẽ, ſed deſideriũ, ſed æmu-
lationẽ, ſed vindictã. In oĩbus
exhibuiſtis vos, incõtaminatos
eſſe negotio. Igitur etſi ſcripſi
vobis, nõ propter eum qui fecit
iniuriã, nec ꝓpter eũ qui paſſus
eſt: ſed ad manifeſtandã ſolici-
tudinẽ noſtrã quã habemꝰ pro
vobis coram Deo, ideo cõſolati
ſumus. In cõſolatione aũt no-
ſtra, abundantius magis gauiſi
ſumus ſuꝑ gaudio Titi, ꝗa refe
ctus eſt ſpũs eius ab omnibꝰ vo
bis. Et ſi ꝗd apud illũ de vobis
gloriatꝰ ſum, nõ ſum confuſus:
ſed ſicut omnia vobis in verita
te locuti ſumus, ita & gloriatio
noſtra quę fuit ad Titũ, veritas
facta eſt: & viſcera eius abũdan
tius in vobis ſunt, reminiſcen-
tis omniũ veſtrũ obedientiã,
quomodo cum timore & tre-
more excepiſtis illum. Gaudeo
ꝙ in omnibus cõfido in vobis.

¶ Dominica octaua poſt Pen-
tecoſten, ex Exodo. Lectio. j.

CVnctus autẽ po- C.20.
pulꝰ videbat vo- c
ces & lampades,
& ſonitũ bucci-
næ, mõtemq; fu
mantẽ: & perterriti ac pauore
con-

cõcuſſi, ſteterũt procul, dicẽtes
Moyſi, Loquere tu nobis, & au
diem⁹: nõ loquatur nobis dñs,
ne forte moriamur. Et ait Moy
ſes ad populũ, Nolite timere: vt
enim probaret vos venit Deus,
& vt terror illius eſſet in vobis,
& nõ peccaretis, Stetitq; popu-
lus de lõge: Moyſes aũt acceſſit
ad caliginẽ in qua erat Deus.
Dixit pręterea dñs ad Moyſen,
Hæc dices filijs Iſrael, Vos vidi
ſtis ꝙ de cœlo locutus ſim vo-
bis. Non facietis mecũ Deos ar
genteos, nec Deos aureos facie-
tis vobis. Altare de terra facie-
tis mihi, & offeretis ſup eo ho-
locauſta & pacifica veſtra, oues
veſtras & boues in omni loco
in quo memoria fuerit nomi-
D nis mei:] veniam ad te, & bene
dicam tibi. Quòd ſi altare la-
pideũ feceris mihi, nõ ædifica-
bis illud de ſectis lapidibus: ſi
enim leuaueris cultrum tuum
ſuper eũ, polluetur. Non aſcen-
des per gradus ad altare meũ,
c.21. ne reueletᷣ turpitudo tua. Hæc
ſunt iudicia quæ propones eis,
Si emeris ſeruũ Hebræum, ſex
annis ſeruiet tibi: in ſeptimo
egredietur liber gratis. Cum
quali veſte intrauerit, cum tali
exeat, ſi habens vxorẽ: & vxor
egredietur ſimul. Sinautẽ dñs
dederit illi vxorem, & pepererit
filios & filias: mulier & liberi
eius erunt dñi ſui, ipſe vero exi-
bit cum veſtitu ſuo. Quòd ſi di
xerit ſeruus, Diligo dñm meũ
& vxorem ac liberos, non egre-
diar liber: offeret eum dñs dijs,
& applicabitur ad oſtiũ & po-
ſtes, perforabitq; aurem eius
ſubula, & erit ei ſeruus in ſecu-
lum. Si quis vendiderit filiam
ſuã in famulã, non egredietur
ſicut ancillæ exire cõſueuerũt.
Si diſplicuerit oculis dñi ſui,
cui tradita fuerit, dimittet eã:
populo autem alieno venden-
di non habebit poteſtatem, ſi
ſpreuerit eam. Sinautẽ filio ſuo
deſpõderit eam, iuxta morem
filiarum faciet illi. Quod ſi al-
teram ei acceperit, prouidebit
puellæ nuptias, & veſtimẽta, &
pretium pudicitiæ non nega-
bit. Si tria iſta non fecerit, egre
dietur gratis abſque pecunia.

Ex ep̄la. ij. Pauli ad Corin. L. ij.

NOtam aũt facimus vobis ca. 8.
fratres gratiam Dei, quæ
data eſt ĩ eccleſijs Macedoniæ:
ꝙ in multo experimento tribu
lationis abundantia gaudij ip
ſorũ fuit, & altiſſima paupertas
eorũ abundauit in diuitias ſim
plicitatis eorum, quia ſecundũ
virtutẽ (teſtimoniũ illis reddo)
&

& ſupra virtutē voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obſecrātes nos gratiā & cōmunicationē miniſterij quod fit in ſanctos. Et nō ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederunt primum dño, deinde nobis per voluntatē Dei: ita vt rogarem' Titū, vt quemadmodū cœpit, ita & perficiat in vobis etiā gratiam iſtā. Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermone, & ſciētia, & omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quaſi imperans dico: ſed per aliorū ſolicitudinē, etiā veſtræ claritatis ingeniū bonum cōprobās. Scitis enim gratiam dñi noſtri Ieſu Chriſti, qm̄ propter vos egenus factus eſt: cum eſſet diues, vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Et cōſiliū in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt: qui non ſolū facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nunc
8 vero & facto perficite: vt quemadmodū promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt: ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. Non enim vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate. In pręſenti tēpore, veſtra abundātia, illorū inopiā ſuppleat: vt & illorū abundantia, veſtrę inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt, Qui multū, nō abundauit: & qui modicū, nō minorauit. Gratias aūt ago Deo, qui dedit eandē ſolicitudinē pro vobis in corde Titi: qm̄ exhortationē quidē ſuſcepit: ſed cū ſolicitior eſſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos. Miſimus etiā cū illo fratrē noſtrū, cuius laus eſt in Euangelio per oēs eccleſias: non ſolum aūt, ſed & ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis noſtræ, in hanc gratiā quę miniſtratur à nobis ad dñi gloriam & deſtinatā voluntatē noſtrā: deuitantes hoc, ne quis nos vituperet ī hac plenitudine, quę miniſtratur à nobis in dñi gloriā. Prouidemus enim bona nō ſolū corā Deo, ſed etiā corā hoībus. Miſimus aūt cum illis & fratrē noſtrum, quē probauim' in multis ſæpe ſolicitū eſſe: nunc aūt multo ſolicitiorem, cōfidentia multa in vos, ſiue pro Tito qui eſt ſocius me' & in vobis adiutor, ſiue fratres noſtri, Apoſtoli eccleſiarū, gloria Chriſti. Oſtēſionē ergo quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ

ſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie eccleſiarum.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

c.16. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc, Homo quidam erat diues qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illũ, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et reliqua.

Homilia ſancti Hiero. presby.

Quæſtiunculã propoſuiſti qd ſit villicus iniquitatis, qui voce dñi laudatur. Cuius cũ vellem ſcire rationem, & de quo fonte proceſſerat: reuolui volumen euãgelicũ: & inter cętera reperi ꝙ appropinquãtibus ſaluatori publicanis & peccatorib⁹ vt audirent eum, murmurabãt Phariſæi & Scribæ dicentes, Quare iſte peccatores ſuſcipit, & comedit cum eis? Qui locutus eſt eis parabolã centũ ouiũ & vnius perditæ, quæ inuenta paſtoris humeris reportata eſt. Et cum eſſet poſita, ſtatim intulit, Dico vobis ꝙ ita gaudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, magis quã ſuper nonagintanouẽ iuſtis qui non habẽt opus pœnitentia. Aliam quoq; parabolã decẽ drachmarum, vnius quoq; perditæ atq; repertæ, cũ propoſuiſſet, ſimili eam fine cõpleuit: ſic dico vobis, gaudiũ erit angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã agente. Tertiã quoq; parabolã propoſuit hoĩs habentis duos filios, & diuidẽtis inter eos ſubſtantiam. Cumq; minor facultatibus perditis egere cœpiſſet, & comedere ſiliquas porcorũ cibũ: & reuerſus ad patrẽ, ſuſceptus eſt ab eo. Frater quoq; ſenior inuidens patris voce corripitur, ꝙ lætari debuerit & gaudere, quia frater eius mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Te deum. **Oratio.**

LArgire nobis quæſumus domine ſemper ſpiritum cogitandi quæ recta ſunt, propitius & agendi: vt, qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundum te viuere valeamus. Per domi.

¶ Feria.ij.ex Exodo. Lectio.j.

QVi percuſſerit hominem volẽs occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius: conſtituam tibi locũ in quem fugere debeat. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum: & per inſidias, ab altari meo auelles eum vt moriatur. Qui percuſſerit patrem ſuũ aut matrẽ, morte moriatur. Qui furat⁹ fuerit hominẽ, & vendiderit eum, c.21.

con-

conuictus noxæ morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximũ ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus nõ fuerit ſed iacuerit in lectulo, ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculũ ſuum, innocẽs erit qui pcuſſerit: ita tamen vt operas ei⁹, & impenſas in medicos, reſtituat. Qui percuſſerit ſeruũ ſuum vel ancillã virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Sin aũt vno die vel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnę, quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierẽ prægnantẽ, & abortiuũ quidẽ fecerit, ſed ipſa vixerit: ſubiacebit damno quantũ maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin aũt mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede, aduſtionẽ pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si percuſſerit quiſpiã oculũ ſerui ſui aut ancillę, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq; ſi excuſſerit ſeruo vel ancillę ſuę, ſimiliter dimittet eos liberos. Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidib⁹ obruetur, & nõ comedentur carnes eius, dñs quoq; bouis innocens erit. Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & cõteſtati ſunt dñm eius, nec recluſerit eum, occideritq; virum aut mulierem: bos lapidibus obruetur, & dñm illius occident. Quòd ſi pretium fuerit ei impoſitũ, dabit pro anima ſua quicqd fuerit poſtulatus. Filium quoq; & filiã ſi cornu percuſſerit, ſimili ſentẽtiæ ſubiacebit. Si ſeruum ancillamq; inuaſerit, triginta ſiclos argẽti domino dabit, bos vero lapidibus opprimetur.

Ex ep̃la.ii.Pauli ad Corin.I.ij. ca.9.

NAm de miniſterio quod fit in ſanctos: ex abundãti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim promptũ animũ veſtrũ: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniã & Achaia parata eſt ab anno preterito: & veſtra æmulatio ꝓuocauit plurimos. Miſimus autẽ fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur ĩ hac parte, vt (quem admodũ dixi) parati ſitis: ne cũ venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubeſca-

beſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. Neceſſariũ ergo exiſtimaui rogare fratres, vt pręueniãt ad vos, & præparẽt repromiſſam benedictionem hanc, paratã eſſe ſic, quaſi benedictionẽ, non tanquã auaritiã. Hoc autẽ dico, † Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in bñdictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens eſt aũt Deus oẽm gratiã abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnẽ ſufficientiã habentes, abundetis in omne opus bonũ, ſicut ſcriptũ eſt, Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Qui autẽ adminiſtrat ſemen ſeminãti: & panẽ ad manducandũ pręſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrũ, & augebit incrementa frugum iuſtitię veſtrę.] Vt in omnib⁹ locupletati abundetis in oẽm ſimplicitatẽ, quæ operatur per nos gratiarũ actionẽ Deo. Quoniã miniſterium huius officij non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarum actiones in dño, per probationem miniſterij huius glorificantes Deũ in obedientia cõfeſſionis veſtræ in euãgelio Chriſti, & ſimplicitate communicationis veſtræ in illos, & in omnes, & in ipſorũ obſecratione pro vobis, deſiderantium vos propter eminentem gratiã Dei in vobis. Gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius.

¶ Feria.iij.ex Exodo. Lectio.j.

SI quis aperuerit ciſternã, & c.21. foderit, & non operuerit eã, cecideritq; bos aut aſinus in eam, reddet dñs ciſternę pretiũ iumentorũ: quod aũt mortuũ eſt, ipſius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuũ, & diuident pretiũ, cadauer autem mortui inter ſe diſpertient. Si aũt ſciebat ꝙ bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius & nõ cuſtodiuit eũ dñs ſuus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrũ accipiet.
Si quis furatus fuerit bouẽ aut c.22. ouem, & occiderit vel vendiderit: quinq; boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue. Si infringẽs fur domũ ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortu⁹ fuerit: percuſſor non erit reus ſanguinis. Quòd ſi orto ſole hoc fecerit:

fecerit: homicidiũ perpetrauit,
& ipſe morietur. Si nõ habuerit
quod pro furto reddat, ipſe ve
nundabitur. Si inuentũ fuerit
apud eum quod furatus eſt, vi-
uens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue
ouis, duplũ reſtituet. Si læſerit
quiſpiã agrũ vel vineã, & dimi-
ſerit iumentũ ſuum vt depaſca
tur aliena: quicquid optimum
habuerit in agro ſuo vel in vi-
nea, pro dãni æſtimatione reſti
tuet. Si egreſſus ignis inuenerit
ſpinas, & cõprehẽderit aceruos
frugum, ſiue ſtantes ſegetes in
agris: reddet damnũ qui ignẽ
ſuccẽderit. Si quis cõmendaue-
rit amico pecuniam aut vas in
cuſtodiã, & ab eo q ſuſceperat,
furto ablata fuerint: ſi inueni-
tur fur, duplum reddet: ſi latet
fur, dñs domꝰ applicabitur ad
Deos, & iurabit, ꝙ nõ extende-
rit manum in rem proximi ſui,
ad perpetrandã fraudẽ, tam in
boue q̃ in aſino, & oue ac veſti
mẽto, & quicquid dãni inferre
poteſt, ad Deos vtriuſq; cauſa
ꝑueniet: & ſi illi iudicauerint,
duplũ reſtituet proximo ſuo.

Ex ep̃la. ij. Pauli ad Corin. L. ij.

c.10. IPſe autẽ ego Paulus obſecro
vos per mãſuetudinẽ & mo-
deſtiã Chriſti q in facie quidẽ
humilis ſum inter vos, abſens
aũt confido in vobis. Rogo au-
tem vos, ne præſens audeã per
eam cõfidentiã qua exiſtimor
audere in quoſdã: qui arbitran
tur nos tanquã ſecundũ carnẽ
ambulemꝰ. In carne enim am-
bulantes, nõ ſecundũ carnem
militamus. Nam arma militiæ
noſtræ nõ carnalia ſunt, ſed po
tentia Deo ad deſtructionẽ mu
nitionũ, conſilia deſtruentes, &
omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe
aduerſus ſcientiã Dei, & in ca-
ptiuitatem redigentes oẽm in-
tellectum in obſequiũ Chriſti,
& in promptu habentes vlciſci
omnem inobedientiã, cum im
pleta fuerit veſtra obedientia.
Quæ ſecundũ faciẽ ſunt, vide-
te. Si quis confidit ſibi, Chriſti
ſe eſſe: hoc cogitet iterũ apud
ſe, ꝙ ſicut ipſe Chriſti eſt, ita &
nos. Nam & ſi amplius aliquid
gloriatus fuero de poteſtate no
ſtra, quam dedit nobis dñs in
ædificationem, & nõ in deſtru-
ctionẽ veſtram nõ erubeſcam.
Vt aũt nõ exiſtimer tanquã ter
rere vos per epiſtolas. (Quoniã
quidẽ epiſtolę inquiũt, graues
ſunt & fortes, præſentia autem
corporis infirma, & ſermo con
temptibilis) hoc cogitet q eiuſ-
modi eſt, qa quales ſumus ver-
bo per epiſtolas abſentes, tales
&

& præſentes in facto. Nõ enim audemus inſerere aut cõparare nos quibuſdã,qui ſeipſos commendant:ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes,& cõparantes noſmetipſos nobis.Nos aũt nõ in immẽſum gloriabimur: ſed ſecundũ menſuram regulę qua menſus eſt nobis De⁹ menſurã pertingendi vſq; ad vos. Nõ enim quaſi nõ pertingẽtes ad vos, ſuperextendimus nos. Vſq; ad vos enim ꝑuenimus in Euãgelio Chriſti, nõ in immẽſum gloriãtes in alienis laboribus:ſpem aũt habẽtes creſcẽtis fidei veſtrę,ĩ vobis magnificari ſecundũ regulã noſtrã in abundantia,etiã in illa quę vltra vos ſunt euãgelizare, nõ in aliena regula, in ijs quæ p̃parata ſunt
D gloriari.†Qui aũt gloriatur in dño glorietur. Non enim qui ſeipſum cõmendat, ille probatus eſt:ſed quẽ Deus cõmẽdat.

℄ Feria iiij ex Exodo. Lcõ.j.

22. SI quis cõmendauerit proximo ſuo aſinũ, bouẽ, ouem, & omne iumentũ ad cuſtodiã, & mortuũ fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſq; hoc viderit: iuſiurandum erit in medio, ꝙ nõ extenderit manum ad rem proximi ſui:ſuſcipietq; dñs iuramentũ, & ille reddere nõ coget́. Quod ſi furto ablatũ fuerit, reſtituet damnũ dño. Si comeſtum à beſtia,deferat ad eum quod occiſum eſt,& non reſtituet. Qui à proximo ſuo quicquid horum mutuo poſtulauerit, & debilitatũ aut mortuũ fuerit, dño nõ præſente,reddere compelletur. Quod ſi impræſentiarum dñs fuerit,non reſtituet, maxime ſi conductũ venerat pro mercede operis ſui. Si ſeduxerit quis virginem necdũ deſponſatã, dormieritq; cum ea: dotabit eam & habebit eam vxorẽ. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modũ dotis,quã virgines accipere cõſueuerũt. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cũ iumento, morte moriatur. Qui immolat dijs, occidetur, præterquã dño ſoli. Aduenã non contriſtabis,neq; affliges eũ:aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti, viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiãq; vos gladio,& erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſti pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, nõ

vrgebis

vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentũ, ante Solis occaſum red des ei: Ipſum enim eſt ſolũ quo operitur, indumentum carnis ei⁹, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exau diam eũ, quia miſericors ſum. Dijs nõ detrahes, & principi po puli tui nõ maledices. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoque, & ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum mihi. Viri ſancti eritis mihi, carnẽ quæ à beſtijs fuerit prægustata non comedetis, ſed proiicietis canibus.

Ex epſa. ij Pauli ad Corin. I. ij.

c.11. a VTinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate me: æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro virginẽ caſtam exhibere
B Chriſto.] Timeo autẽ ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrũpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. Nam ſi is qui venit, alium Chriſtũ prædicat, quem non prædicauimus, aut alium ſpiritũ accipitis, quẽ non accepiſtis, aut aliud euangeliũ quod nõ recepiſtis: recte pateremini. Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe magnis Apoſtolis. Nam etſi imperitus ſermone, ſed nõ ſcientia, in om nibus aũt manifeſtus ſum vobis. At nunquid peccatũ feci, meipſum humiliãs, vt vos exal temini: qm̃ gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis? alias eccleſias expoliaui, accipiẽs ſtipendia ad miniſteriũ veſtrum. Et cũ eſſem apud vos, & egerẽ: nulli oneroſus fui: nam quod mihi deerat ſuppleuerunt fratres qui venerũt à Macedonia: & in oĩbus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo. Eſt veritas Chriſti in me, qm̃ hæc gloriatio nõ infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia nõ diligo vos? Deus ſcit. Quod aũt facio: & faciã, vt amputem occaſionẽ eorũ qui volũt occaſionem: vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos. Nam eiuſmodi pſeudo apoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurãtes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirũ, ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelũ lucis, nõ eſt ergo magnum ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſti-

iuſtitiæ:quorũ finis erit ſecundum opera ipſorũ. Iterũ dico, ne quis me putet inſipientem eſſe, alioquin velut inſipienté accipite me: vt & ego modicũ quid glorier. Quod loquor,nõ loquor ſecundũ Deũ,ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtãtia gloriç. Qm̃ multi gloriãtur ſecundũ carné:& ego gloriabor.

¶ Feria.v.ex Exodo. Lectio.j.

c.23. NOn ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges manũ tuã vt pro impio dicas falſum teſtimoniũ. Nõ ſequeris turbã ad faciendũ malũ:nec in iudicio plurimorũ acquieſces ſententię,vt à vero deuies. Pauperis quoq; nõ miſereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui,aut aſino errãti,reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te,iacere ſub onere,non pertranſibis, ſed ſubleuabis cũ eo. Non declinabis in iudiciũ pauperis. Mendaciũ fugies. Inſontem & iuſtum nõ occides,quia auerſor impium. Nec accipies munera,quæ etiã excæcãt prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorũ. Peregrino moleſtus non eris, ſcitis enim aduenarũ animas: quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti. Sex annis ſeminabis terrã tuam,& cõgregabis fruges eius. Anno autem ſeptimo dimittes eã, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi tui:& quicquid reliquũ fuerit:edant beſtiæ agri, ita facies in vinea, & in olivueto tuo. Sex dieb⁹ operaberis: ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus, & refrigeretur filius ancillę tuę,& aduena. Omnia quæ dixi vobis, cuſtodite. Et per nomen externorũ Deorum non iurabitis,neq; audietur ex ore veſtro. Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. Solennitatem azymorũ cuſtodies. Septẽ diebus comedes azyma,ſicut præcepi tibi tempore menſis nouorum,quãdo egreſſus es de Ægypto:nõ apparebis in conſpectu meo vacuus. Et ſolennitatem meſſis primitiuorũ operis tui, quęcũq; ſeminaueris in agro, ſolẽnitaté quoq; in exitu anni, quãdo cõgregaueris oẽs fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit oẽ maſculinũ tuũ coram dño Deo. Nõ immolabis ſuper fermento ſanguinem victimæ meæ,nec remanebit adeps ſolẽnitatis meæ vſq; mane. Primitias frugũ terræ tuæ deferes in domũ dñi Dei tui: nec coques hœdum in lacte matris ſuæ.

Ex epſla.ij.Pauli ad Corin.L.ij.

c.11. c L†Ibenter enim ſuffertis inſipientes: cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutē redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit. Secundū ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego. Hebræi ſunt: & ego. Iſraelitæ ſunt: & ego. Semen Abrahæ ſunt: & ego. Miniſtri Chriſti ſunt (vt minus ſapiens dico) plus ego: in laborib⁹ plurimis: in carceribus abundantius, in plagis ſupra modū, in mortib⁹ frequēter. A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus ſæpe, periculis fluminū, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gētibus: periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratrib⁹, in labore & ęrumna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: præter illa quæ extrinſecus ſunt: inſtātia mea quotidiana: ſolicitudo omniū eccleſiarū. Quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis ſcādalizatur: & ego non vror? Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meę ſunt, gloriabor. Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit ꝙ nō mentior. Damaſci prępoſit⁹ gētis Aretæ Regis, cuſtodiebat ciuitatē Damaſcenorū, vt me cōprehenderet: & per feneſtrā in ſporta demiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.

¶ Feria.vj.ex Exodo. Lectio.j.

Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locū quē præparaui. Obſerua eum, & audi vocē eius, nec contemnendū putes: quia non dimittet cū peccaueritis, & eſt nomen meum in illo. Quòd ſi audieris vocē eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligā affligentes te. Præcedetq; te angelus me⁹, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumq;, & Heuæum, & Iebuſæum, quos ego conteram. Non adorabis Deos eorum, nec coles eos, nō facies opera eorum, ſed deſtrues eos: & confringes ſtatuas eorum. Seruietisq; dño Deo veſtro, vt c.23.

bene-

benedicã panib' tuis, & aquis, & auferam infirmitatẽ de medio tui. Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua, numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meũ mittam in precurſum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cunctorumq; inimicorũ tuorũ coram te terga vertam, emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequã introeas. Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in ſolitudinẽ redigatur, & creſcant contra te beſtiæ. Paulatim expellam eos de cõſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas terrã. Ponã autẽ terminos tuos à mari rubro vſq; ad mare Palæſtinorum, & à deſerto vſque ad fluuiũ: tradam in manibus veſtris habitatores terræ, & eiiciã eos de conſpectu veſtro. Non inibis cũ eis fœdus, nec cũ diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, ſi ſeruieris diis eorum: quod tibi certe erit in ſcãdalũ.

Ex epſa. ij. Pauli ad Corin. L. ij.

c. 12. a SI gloriari oportet, non expedit quidem? veniam aũt ad viſiones, & reuelationes dñi. Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) raptũ huiuſmodi vſq; ad tertiũ cœlum. Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) quoniã raptus eſt in paradiſum: & audiuit arcana verba, quę nõ licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor, pro me aũt nihil, niſi in infirmitatibus meis. Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angel' ſatanę, vt me colaphizet. Propter quod ter dñm rogaui, vt diſcederet à me & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib' meis: vt inhabitet in me virt' Chriſti.] B Propter qđ placeo mihi ĩ infirmitatibus meis, in cõtumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionib', in anguſtiis pro Chriſto. Cum enim infirmor: tũc potẽs ſum. Factus ſum inſipiens: vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui cõmendari: nihil enim

minus feci ab ijs q̃ ſunt ſupra modum apoſtoli: tametſi nihil ſum. Signa tamen apoſtoli facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis & prodigijs, & virtutib⁹. Quid eſt enim quod min⁹ habuiſtis præ cæteris eccleſijs: niſi ꝙ ego ipſe non grauaui vos? Donate mihi hãc iniuriã. Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non enim quęro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Nec enim debẽt filij parentibus theſaurizare: ſed parẽtes filijs. Ego aũt libentiſſime impendã & ſuper impẽdar ipſe pro animab⁹ veſtris: licet plus vos diligens minus diligar, ſed eſto, ego vos non grauaui: ſed cũ eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nũquid per aliquẽ eorũ quos miſi ad vos, circunueni vos? Rogaui Titũ, & miſi cũ illo fratrẽ. Nunquid Titus vos circunuenit? nonne eodẽ ſpũ ambulauimus? nõne ijſdem veſtigijs? Olim putatis ꝙ excuſemus nos apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: omnia enim chariſſimi propter ædificationẽ veſtram. Timeo enim ne forte cũ venero, nõ quales volo, inueniã vos: & ego inueniar à vobis qualẽ non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos: ne iterum cum venero, humiliet me De⁹ apud vos: & lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt & nõ egerunt pœnitentiã ſuper immunditia & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.

¶ Sabbato, ex Exodo. Lectio. j.

Moyſi quoq; dixit, † Aſcẽde ad dñm tu & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſenes ex Iſrael, & adorabitis procul. Solusq; Moyſes aſcẽdet ad dñm & illi non appropinquabunt: nec populus aſcẽdet cum eo. Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba dñi atq; iudicia: reſpõditq; cunctus populus vna voce. Omnia verba dñi, quæ loquutus eſt faciem⁹. Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones dñi: & mane conſurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael. Miſitq; iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntq; victimas pacificas dño, vitulos. Tulit itaque Moyſes dimidiã partẽ ſanguinis, & miſit in crateras: partem autẽ reſiduam fudit ſup altare. Aſſu-

c. 24 a

Aſſumensq; volumen fœderis, legit audiēte populo, qui dixerunt: Omnia quæ loquutus eſt dñs faciemus, & erim⁹ obedientes. Ille vero, ſumptū ſanguinē reſperſit in populū, & ait, Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit dñs vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. Aſcenderūtq; Moyſes & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael: & viderunt Deum Iſrael: ſub pedibus eius quaſi op⁹ lapidis ſapphirini, & quaſi cœlū cum ſerenum eſt. Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael, miſit manū ſuā. Videruntq; Deū, & comederūt, ac biberunt. Dixit autē dñs ad Moyſen, Aſcēde ad me in montem, & eſto ibi: daboq; tibi tabulas lapideas, & legē, ac mandata quæ ſcripſi, vt doceas eos. Surrexerūt Moyſes & Ioſue miniſter eius: aſcēdensq; Moyſes in montem Dei, ſenioribus ait, Expectate hic, donec reuertamur ad vos, habetis Aaron, & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quęſtionis, referetis ad eos. Cūq; aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria dñi ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autē die vocauit eū de medio caliginis. Erat autē ſpecies gloriæ dñi, quaſi ignis ardens ſup verticē mōtis in cōſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſusq; Moyſes mediū nebulæ, aſcēdit in montē: & fuit ibi q̄draginta dieb⁹ & quadraginta noctib⁹.]

Ex ep̄ſa. ij. Pauli ad Corin. L. ij.

ECce tertio hoc venio ad vos. In ore duorū vel triū teſtium ſtabit omne verbum. c. 13. Prędixi enim & prędico, vt pręſens vobis, & nūc abſens ijs qui ante peccauerūt, & cæteris omnibus, qm̄ ſi venero iterum, nō parcā. An experimentū quęritis ei⁹ qui in me loquitur Chriſtus: qui in vobis non infirmatur, ſed potēs eſt in vobis? Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute Dei. Nā & nos infirmi ſum⁹ in illo: ſed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An nō cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſt⁹ Ieſus in vobis eſt? niſi forte reprobi eſtis. Spero aūt ꝙ cognoſcetis quia nos nō ſumus reprobi. Oramus autē Deū, vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, ſed vt vos quod bonū eſt faciatis: nos aūt vt reprobi ſimus. Non enim poſſumus aliquid aduerſus

ſus veritatem: ſed pro veritate. Gaudemus enim qm̃ nos infirmi ſumus: vos autem potentes eſtis. Hoc & oramus, veſtrã conſummationẽ. Ideo hæc abſens ſcribo: vt non præſens durius agam ſecundũ poteſtatẽ, quã dñs dedit mihi in ędificationẽ, & nõ in deſtructionẽ. De cætero fratres gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idipſum ſapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Amen.

¶ Dñica.ix.poſt Pentecoſten. Liber prim⁹ Samuelis, Quẽ nos primũ Regum dicimus. Lcõ.j.

Ca.I. FVit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen ei⁹ Elcana, filius Ieroham, filij Eliu: filij Thou, filij Suph, Ephrathęus: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fueruntq; Phenennæ filij: Annæ aũt no erãt liberi. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret, & ſacrificaret dño exercituum in Silo. Erant aũt ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes dñi. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenennę vxori ſuę, & cunctis filijs ei⁹, & filiab⁹ partes: Annæ aũt dedit partẽ vnã triſtis, quia Annam diligebat. Dñs autem concluſerat vuluã eius. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantũ vt exprobraret ꝙ dñs concluſiſſet vuluã eius: ſicq; faciebat per ſingulos annos, cũ redeunte tempore aſcenderent ad templum dñi: & ſic prouocabat eã. Porro illa flebat, & nõ capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus, Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuũ? nunquid nõ ego melior tibi ſum, q̃ decem filij? Surrexit aũt Anna poſtq̃ comederat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſup ſellam ante poſtes domus dñi, cum eſſet Anna amaro animo orauit ad dñm flens largiter, & votum vouit dicens, Dñe exercituũ, ſi reſpiciens videris, afflictionẽ famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuę, dederiſq; ſeruę tuæ ſexũ virilẽ: dabo eum dño omnibus diebus

diebus vitæ eius, & nouacula
non aſcendet ſuper caput eius.
Sanctũ Ieſu Chriſti euangeliũ
ſecundum Matthæum. Lcõ.ij.
c.1.a Liber † generationis Ieſu
Chrĩ filij Dauid filij Abra
ham. Abraham genuit Iſaac.
Iſaac autẽ genuit Iacob Iacob
autem genuit Iudam, & fratres
eius. Iudas autẽ genuit Phares
& Zaram de Thamar. Phares
autẽ genuit Eſron Eſron autẽ
genuit Aram. Aram autem ge
nuit Aminadab. Aminadab au
tem genuit Naaſſon. Naaſſon
aũt genuit Salmõ. Salmon aũt
genuit Booz de Raab. Booz au
tẽ genuit Obed ex Ruth. Obed
autẽ genuit Ieſſe. Ieſſe autẽ ge-
nuit Dauid regem. Dauid aũt
rex genuit Salomonẽ ex ea quę
fuit Vriæ. Salomon aũt genuit
Roboam. Roboam aũt genuit
Abiam. Abia autẽ genuit Aſa.
Aſa autem genuit Ioſaphat.
Ioſaphat autem genuit Ioram.
Ioram autem genuit Oziam.
Ozias autem genuit Ioathan.
Ioathan autem genuit Achaz.
Achaz autẽ genuit Ezechiam.
Ezechias autẽ genuit Manaſ
ſem. Manaſſes autem genuit
Amon. Amon autem genuit
Ioſiam. Ioſias aũt genuit Iecho
niam & fratres eius in tranſmi
gratione Babylonis. Et poſt
tranſmigrationem Babylonis,
Iechonias genuit Salathiel. Sa-
lathiel autẽ genuit Zorobabel.
Zorobabel autẽ genuit Abiud.
Abiud autem genuit Eliacim. A
Eliacim autem genuit Azor.
Azor autẽ genuit Sadoc. Sadoc
autem genuit Achim. Achim
autem genuit Eliud. Eliud au-
tem genuit Eleazar. Eleazar au
tem genuit Mathan. Mathan
autem genuit Iacob. Iacob aũt
genuit Ioſeph virum Marię, de
qua natus eſt Ieſus, qui voca-
tur Chriſtus.] Omnes itaq; ge- B
nerationes ab Abraham vſque
ad Dauid, generationes qua-
tuordecim; & à Dauid vſq; ad
tranſmigrationem Babylonis,
generationes quatuordecim, & c.1.b
à tranſmigratione Babylonis,
vſq; ad Chriſtũ, generationes
quatuordecim. Chriſti autẽ ge
neratio ſic erat. † Cum eſſet de- C
ſponſata mater eius Maria Io-
ſeph antequã cõuenirẽt, inuen
ta eſt in vtero habens de Spiri-
tu ſancto. Ioſeph autẽ vir eius
cum eſſet iuſtus & nollet eam
traducere: voluit occulte dimit
tere eam. Hæc autẽ eo cogitan
te, ecce Angelus dñi apparuit
in ſomnis ei, dicens, Ioſeph, fili
Dauid, noli timere accipere

Mariã coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt: pariet aũt filium, & vocabis nomen eius, Ieſum, ipſe enim ſaluũ faciet populũ
D ſuum à peccatis eorum,](Hoc autẽ totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictũ eſt à dño per prophetam dicentem, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiũ: & vocabunt nomen ei⁹ Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcũ Deus) Exurgens autẽ Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus dñi:
E & accepit coniugem ſuam. Et nõ cognoſcebat eam donec peperit filiũ ſuum primogenitũ: & vocauit nomen eius Ieſum.

Secundum Lucam. Lectio iij.

c.19. IN illo tempore: Cum appropinquaret Ieſus Ieruſalem, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam dicẽs, Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis.

Et reſ. Hom. ſcti Grego. papæ.

Lectionẽ ſancti euangelij frẽs chariſſimi breui (ſi poſſum) volo ſermone percurrere: vt illis in ea prolixior detur intentio, qui ſciunt ex paucis multa cogitare. Quòd flente dño illa Ieroſolymorũ ſubuerſio deſcribatur, quæ à Veſpaſiano & Tito Romanis principibus facta eſt, nullus qui hiſtoriã euerſionis eiuſdẽ legit, ignorat. Romani etenim principes deſignantur, cum dicitur, Quia venient dies in te, & circundabũt te inimici tui vallo: & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndiq;, & ad terrã proſternẽt te, & filios tuos qui ĩ te ſunt. Hoc quoq; quod additur. Non relinquẽt in te lapidem ſuper lapidem: etiã ipſa eiuſdẽ ciuitatis tranſmigratio teſtatur. Quia dum in eo loco nunc conſtructa eſt, vbi extra portam dñs fuerat crucifixus, prior illa Ieruſalem (vt dicitur) funditus eſt euerſa: cui etiã ex qua culpa euerſionis ſuę pœna fuerit illata ſubiungitur: eo q̃ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Creator quippe omniũ per incarnationis ſuæ myſterium hanc viſitare dignatus eſt, ſed ipſa timoris & amoris illius recordata non eſt. Vnde etiam per prophetam in increpatione cordis humani aues cœli ad teſtimonium deducuntur, dum dicitur, Miluus in cœlo cognouit tẽpus ſuũ: turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus aũt meus non cognouit iudi-

iudicium dñi. Te deum. Oro.

PAteant aures miſericordiæ tuæ dñe precib⁹ ſupplicantium: & vt petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt placita, poſtulare. Per do.

¶ Feria. ij. ex. j. lib. Reg. Lcõ. j.

ca. 1. FActum eſt autem, cum illa multiplicaret preces corã dño, vt Heli obſeruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tantũq; labia illius mouebantur, & vox penitus nõ audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei, Vſquequo ebria eris? Digere pauliſper vinum quo mades. Reſpondens Anna, Nequaquã inquit, dñe mi: nam mulier infelix nimis ego ſum, vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animã meã in cõſpectu dñi. Ne reputes ancillã tuã quaſi vnã de filiabus Belial: qa ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta ſum vſq; in præſens. Tũc Heli ait ei. Vade in pace: & Deus Iſrael det tibi petitionẽ tuã, quam rogaſti eum. At illa dixit, Vtinã inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in viam ſuã, & comedit, vultuſq; illius nõ ſunt amplius in diuerſa mutati. Et ſurrexerũt mane, & adorauerunt coram domino, reuerſiq; ſunt, & venerunt in domum ſuam in Ramatha.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

CVm † ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ in dieb⁹ Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerũt Ieroſolymã dicentes, Vbi eſt q natus eſt rex Iudæorũ? vidim⁹ enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eũ. Audiens autẽ Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Et cõgregans oẽs principes ſacerdotũ & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerũt ei, In Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptũ eſt per prophetam, Et tu Bethlehẽ terra Iuda nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tẽpus ſtellæ quæ apparuit eis, & mittẽs illos in Bethlehem dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis renuntiate mihi: vt & ego veniens adorem eũ. Qui cũ audiſſent regem abierunt: & ecce ſtella quam viderãt in oriente, antecedebat eos, vſq; dum veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer. c. 2. a

Viden-

Videntes aũt ſtellã, gauiſi ſunt
gaudio magno valde. Et intrã-
tes domũ inuenerunt puerum
cum Maria matre eius. Et pro-
cidentes adorauerunt eum: &
apertis theſauris ſuis obtulerũt
ei munera, aurũ, thus, & myr-
rham. Et reſponſo accepto in
ſomnis ne redirẽt ad Herodẽ,
per aliam viam reuerſi ſunt in
B regionem ſuam.] Qui cum re-
ceſſiſſent, ecce angelus dñi ap-
paruit in ſomnis Ioſeph, dicẽs,
Surge, & accipe puerum & ma
trem eius, & fuge in Ægyptũ:
& eſto ibi vſq; dum dicam tibi.
Futurum eſt enim vt Herodes
quęrat puerũ ad perdendũ eũ.
Qui conſurgens accepit puerũ
& matrẽ eius nocte: & ſeceſſit
in Ægyptũ. Et erat ibi vſq; ad
obitum Herodis: vt adimplere
tur quod dictum eſt à dño per
prophetã dicentẽ, Ex Ægypto
vocaui filiũ meũ: Tunc Hero-
des videns quoniã illuſus eſſet
à Magis, iratus eſt valde: & mit
tens occidit oẽs pueros qui erãt
in Bethlehem & in oĩbus fini-
bus eius, à bimatu & infra, ſe-
cundũ tempus quod exquiſie
rat à Magis. Tũc adimpletum
eſt quod dictũ eſt per Ieremiã
prophetam dicentem, Vox in
Rama audita eſt, ploratus &
vlulatus multus, Rachel plorãs
filios ſuos, & noluit conſolari,
quia non ſunt.] † Defuncto au C
tem Herode, ecce angelus dñi
apparuit in ſomnis Ioſeph in
Aegypto, dicẽs, Surge, & accipe
puerũ & matrẽ eius, & vade in
terrã Iſrael: defuncti ſunt enim D
qui quęrebant animam pueri.
Qui conſurgens, accepit puerũ
& matrẽ eius, & venit in terrã
Iſrael. Audiẽs aũt ꝙ Archelaus
regnaret in Iudæa pro Herode
patre ſuo, timuit illo ire: & ad-
monitus in ſomnis, ſeceſſit in
partes Galilææ. Et veniens ha-
bitauit in ciuitate quę vocatur
Nazareth, vt adimpleret quod
dictũ eſt per prophetas, Quo-
niam Nazaræus vocabitur.] †

¶ Feria.iij.ex.j.lib.Reg. Lcõ.j.

COgnouit autem Elcana ca.1.
Annam vxorẽ ſuã: & re-
cordatus eſt eius dñs. Et factũ
eſt poſt circulũ dierũ, concepit
Anna, & peperit filium voca-
uitq; nomen eius Samuel: eo ꝙ
à dño poſtulaſſet eum. Aſcen-
dit autẽ vir eius Elcana, & om-
nis domus eius, vt immolaret
dño hoſtiam ſolennẽ & votum
ſuũ: & Anna nõ aſcendit: dixit
enim viro ſuo, Nõ vadã donec
ablactetur infans: & ducã eũ,
vt appareat ante conſpectum
dñi,

dñi,& maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir ſuus, Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eũ, precorq; vt impleat dñs verbũ ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuũ, donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eũ ſecũ, poſtquã ablactauerat in vitulis trib⁹, & vno modio farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domũ dñi ĩ Silo. Puer aũt erat adhuc infantulus: & immolauerũt vitulũ, & obtulerũt puerũ Heli. Et ait, Obſecro mi dñe, viuit aĩa tua dñe: ego ſum illa mulier, quæ ſteti corã te hic orans dñm. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi dñs petitionẽ meã, quã poſtulaui eum. Idcirco & ego cõmodaui eũ dño cunctis diebus, quibus fuerit accõmodatus dño. Et adorauerunt ibi dñm. Et orauit Anna, & ait.

Secundum Matthæum, Lcõ.ij.

ca.3. IN diebus aũt illis venit Ioannes Baptiſta prædicãs in deſerto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnũ cœlorum. Hic eſt enim de quo dictũ eſt per Iſaiã prophetã dicentẽ, Vox clamantis in deſerto, Parate viam dñi, rectas facite ſemitas eius. Ipſe aũt Ioãnes habebat veſtimentum de pilis camelorũ, & zonã pelliceam circa lumbos ſuos: eſca aũt ei⁹ erat locuſtæ & mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ: & baptizabãtur ab eo in Iordane cõfitentes peccata ſua. Videns autẽ multos Phariſæorum & Saducæorum venientes ad baptiſmũ ſuum, dixit eis, Progenies viperarũ, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructũ dignũ pœnitentię. Et ne velitis dicere intra vos, Patrẽ habemus Abraham. dico enim vobis qm̃ potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiã: qui aũt poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius nõ ſum dign⁹ calceamẽta portare, ipſe vos baptizabit in ſpũ ſancto & igni. Cuius ventilabrũ in manu ſua, & permũdabit areã ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autẽ comburet igni inextinguibili. Tunc venit Ieſus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem: vt baptiza-

ptizaretur ab eo. Ioannes autẽ prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens aũt Ieſus, dixit ei, Sine modo ſic enim decet nos implere omnẽ iuſtitiã. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autẽ Ieſus, cõfeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli: & vidit ſpiritũ Dei deſcendẽtem ſicut columbã, & venientẽ ſuper ipſum. Et ecce vox de cœlis dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

¶ Feria.iiij.ex.j.li.Reg. Lcõ.j.

ca.2. EXultauit cor meũ in dño, & exaltatũ eſt cornu meũ in dño. Dilatatũ eſt os meum ſup inimicos meos: quia lętata ſum in ſalutari tuo. Nõ eſt ſanctus vt eſt dñs: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum dñs eſt, & ipſi pręparantur cogitationes. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. Saturati prius, pro panibus ſe locauerũt: & famelici ſaturati ſunt: donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata eſt. Domin' mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dñs pauperẽ facit & ditat, humiliat & ſubleuat. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperẽ: vt ſedeat cum principibus & ſoliũ gloriæ teneat. Dñi enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſup eos orbem. Pedes ſanctorũ ſuorũ ſeruabit, & impij in tenebris cõticeſcẽt: quia nõ in fortitudine roborabitur vir. Dñm formidabunt aduerſarij eius, & ſup ipſos in cœlis tonabit: dñs iudicabit fines terræ, & dabit imperiũ regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. Et abijt Elcana in Ramatha, in domum ſuam: puer autẽ erat miniſter in cõſpectu dñi ante faciẽ Heli ſacerdotis.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

TVnc Ieſus † ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et accedens tentator, dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit, Scriptũ eſt, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctã ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculũ tem- c.4.

templi, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptũ eſt enim, Quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Ait illi Ieſus rurſum, Scriptũ eſt, Non tentabis dñm Deum tuum. Iterum aſſumpſit eũ diabolus in montem excelſum valde, & oſtẽdit ei omnia regna mũdi, & gloriã eorũ, & dicit ei, Hęc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Tũc dicit ei Ieſus, Vade ſatana: ſcriptum eſt enim, dñm Deum tuũ adorabis: & illi ſoli ſeruies. Tũc reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerũt, & mini-
B ſtrabant ei.] Cum aũt audiſſet Ieſus ꝙ Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaũ maritima, in finibus Zabulon, & Nephtalim, vt adimpleretur quod dictũ eſt per Iſaiam prophetã, Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanẽ Galilææ gentiũ: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã: & ſedẽtibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Exinde cœpit Ieſus prędicare, & dicere, Pœnitentiã agite: appropinquauit enim regnum cœlorũ.] Ambulans aũt C
Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, mittẽtes rete in mare (erãt enim piſcatores) & ait illis, Venite poſt me: & faciam vos fieri piſcatores hominũ. At illi cõtinuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobũ Zebedæi & Ioannẽ fratrẽ eius in naui cum Zebedæo patre eorum reficientes retia ſua: & vocauit eos. Illi aũt ſtatim relictis retibus & patre, ſequuti ſunt eũ.] D
Et circumibat Ieſus totã Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & ſanans oẽm languorẽ & omnem infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius in totã Syriam, & obtulerũt ei omnes male habentes: varijs languoribus & tormentis comprehenſos & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & ſequutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Ieroſolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

¶ Feria. v. ex. j. lib. Reg. Lcõ. j.

Porro filij Heli, filij Belial, ca. 2.
neſcientes dñm, neq; officium ſacerdotũ ad populũ: ſed qui-

quicunq; immolaſſet victimã, veniebat puer ſacerdotis dum coquerétur carnes, & habebat fuſcinulam tridenté in manu ſua, & mittebat eã in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabũ: & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi, ſic faciebãt vniuerſo Iſraeli venientium in Silo. Etiam anteq̃ adoleret adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem: vt coquam ſacerdoti: nõ enim accipiã à te carnẽ coctã, ſed crudam. Dicebatq; illi immolãs, Incẽdatur primũ iuxta morẽ hodie adeps, & tolle tibi quantũcunq; deſiderat anima tua. Qui reſpondens aiebat ei, Nequaquã: nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatũ puerorũ grande nimis corã dño: quia detrahebãt homines à ſacrificio dñi. Samuel aũt miniſtrabat ante faciẽ dñi, puer accinctus Ephod lineo, & tunicã paruã faciebat ei mater ſua, quã afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiã ſolennem. Et bñdixit Heli Elcanę, & vxori eius, dixitq; ei, Reddat tibi dñs ſemen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodaſti dño. Et abierũt in locũ ſuũ. Viſitauit ergo dñs Annã, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatꝰ eſt puer Samuel apud dñm. Heli aũt erat ſenex valde, & audiuit oĩa quæ faciebãt filij ſui vniuerſo Iſraeli: & quomodo dormiebant cũ mulieribus quę obſeruabãt ad oſtium tabernaculi, & dixit eis, Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quã ego audio, vt tranſgredi faciatis populum dñi. Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi aũt in dñm peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et nõ audierunt vocem patris ſui: quia voluit dñs occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat, atq; creſcebat, & placebat tam Deo q̃ hominibus.

Secundum Matthęum. Lcõ. ij.

Videns † autẽ Ieſus turbas, aſcẽdit in montẽ: & cum c. 5. ſediſſet, acceſſerũt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuũ docebat eos, dicens, Beati pauperes ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent, quoniã ipſi cõſolabuntur. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt

ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniã ipſi miſericordiã cõſequentur. Beati mũdo corde, quoniã ipſi Deũ videbunt. Beati pacifici: quoniã filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, q̃m merces veſtra copioſa eſt in cœlis:] ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui
B fuerunt ante vos.† Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neq; accendũt lucernã, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra corã hominibus: vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrẽ veſtrũ, qui in cœlis eſt. Nolite putare quoniã veni ſoluere legem, aut prophetas, nõ veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex nõ præteribit à lege, donec omnia fiãt. Qui ergo ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines; minim⁹ vocabitur in regno cœlorum: qui autẽ fecerit & docuerit: hic magn⁹ vocabitur in regno cœlorum.] Dico autẽ vobis, quia
† niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̃ Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Nõ occides, qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, qui aũt dixerit fratri ſuo, racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniẽs offer munus tuũ.] C

¶ Feria.vj.ex.j.lib.Reg.Lcõ.j.

VEnit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit dñs, Nunquid non aperte reuelat⁹ ſum domui patris tui, cum eſſet in Aegypto, in domo Pha- ca.2.

Pharaonis? & elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotẽ, vt aſcenderet ad altare meũ, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me: & dedi domui pr̄is tui omnia de ſacrificijs filiorũ Iſrael? Quare calce abiecistis victimã meã, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in tẽplo: & magis honoraſtis filios tuos, q̃ me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei? Propterea ait dñs Deus Iſrael, Loquens loquutus ſum, vt domus tua & dom' patris tui miniſtraret in conſpectu meo, vſq; in ſempiternũ. Nunc autẽ dicit dñs, Abſit hoc à me: ſed quicunq; honorificauerit me, glorificabo eũ, qui aũt cõtemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniũt, & præcidã brachiũ tuum, & brachiũ domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. Et videbis æmulũ tuum in templo, in vniuerſis prophetis Iſrael: & nõ erit ſenex in domo tua oĩbus diebus. Veruntamen nõ auferã penitus virũ ex te ab altari meo: ſed vt deficiant ocũli tui, & tabeſcat anima tua, & pars magna domus tuę morietur cũ ad virilem ętatẽ venerit. Hoc aũt erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filijs tuis Ophni & Phinees: In die vno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meũ, & animã meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. Futurũ eſt autẽ, vt quicunq; remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatq;, Dimitte me obſecro ad vnã partem ſacerdotalẽ, vt comedam buccellam panis.

Secundum Matthęum. Lcõ. ij.

Eſto cõſentiens aduerſario ca. 5.
tuo cito dum es in via cũ eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, nõ exies inde, donec reddas nouiſſimũ quadrantem. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eã, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eũ, & proiice abs te, expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorum, q̃ totũ corpus tuũ mittatur in gehennã ignis. Et ſi dextera manus tua ſcan-

ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorũ, quam totũ corpus tuum eat in gehennam. Dictũ eſt autem, Quicunq; dimiſerit vxorem ſuã, det ei libellũ repudij. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuã, excepta fornicationis cauſa, facit eã mœchari: & q dimiſſam duxerit, adulterat. Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis, Nõ periurabis: reddes aũt dño iuramẽta tua. Ego aũt dico vobis, nõ iurare omnino, neq; per cœlum: quia thronus Dei eſt: neq; per terrã: quia ſcabellum eſt pedũ eius: neq; per Ieroſolymam: quia ciuitas eſt magni Regis, neq; per caput tuũ iuraueris: quia non potes vnum capillũ album facere aut nigrũ. Sit aũt ſermo veſter, eſt eſt, nõ nõ, quod aũt his abundantius eſt, à malo eſt. Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, & dentẽ pro dente. Ego autẽ dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuã, præbe illi & alteram, & ei q vult tecũ in iudicio cõtẽdere, & tunicã tuã tollere: dimitte ei & palliũ, & quicũq; te angariauerit mille paſſus, vade cũ illo & alia duo. Qui autẽ petit à te, da ei: & volẽti mutuare à te, ne auertaris. † Audiſtis E quia dictum eſt, diliges proximum tuũ; & odio habebis inimicum tuũ. Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniãtibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt; qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quã mercedẽ habetis? nõne & publicani hoc faciũt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.]

¶ Sabbato, ex i. li. Reg. Lectio

PVer autẽ Samuel miniſtrabat dño corãm Heli: & ſermo dñi erat pretioſus in diebꝰ illis, nec erat viſio manifeſta. ca. 3. Factũ eſt ergo in die quadam, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerãt, nec poterat videre lucernam Dei antequã extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo dñi vbi erat arca Dei. Et vocauit dñs Samuelem. Qui reſpondẽs ait,

Ecce ego. Et cucurrit ad Heli,
& dixit, Ecce ego: vocaſti enim
me. Qui dixit.] Non vocaui: re
uertere: & dormi. Et abijt, &
dormiuit. Et adiecit dñs rur
ſum vocare Samuelẽ. Conſur-
genſq; Samuel abijt ad Heli, &
dixit, Ecce ego: qa vocaſti me.
Qui reſpondit, Non vocaui te
fili mi: reuertere & dormi. Por-
ro Samuel necdũ ſciebat dñm,
nec reuelatus fuerat ei ſermo
dñi. Et adiecit dñs, & vocauit
adhuc Samuelẽ tertio. Qui cõ-
ſurgẽs abijt ad Heli, & ait, Ecce
ego, quia vocaſti me. Intellexit
ergo Heli, qa dñs vocaret pue-
rũm: & ait ad Samuelẽ, Vade, &
dormi: & ſi deinceps vocauerit
te, dices: Loquere domine, quia
audit ſeruus tuus. Abijt ergo
Samuel, & dormiuit ĩ loco ſuo.
Et venit dñs, & ſtetit: & vocauit
ſicut vocauerat ſecundo, Sa-
muel, Samuel. Et ait Samuel,
Loquere, qa audit ſeruus tuus.
Et dixit dñs ad Samuelẽ: Ecce
ego facio verbũ in Iſrael, quod
quicunq; audierit, tinnient am
bæ aures eius. In die illa ſuſcita
bo aduerſum Heli, omnia quę
locutus ſum ſuper domũ eius:
incipiam & cõplebo. Prædixi
enim ei ꝙ iudicaturꝰ eſſem do-
mũ eius in æternũ, propter ini-
quitatẽ eius, eo ꝙ nouerat indi
gne agere filios ſuos, & nõ corri
puerit eos. Idcirco iuraui do-
mui Heli, ꝙ non expietur ini-
quitas domus eius victimis, &
muneribus vſq; in æternum.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

A† ttendite ne iuſtitiã ve- c.6.a
ſtram faciatis coram ho-
minibus vt videamini ab eis:
alioquin mercedẽ non habebi
tis apud patrẽ veſtrum qui in
cœlis eſt. Cum ergo facis elee-
moſynã, noli tuba canere ante
te, ſicut hypocritæ faciũt in ſy-
nagogis & in vicis, vt honorifi-
centur ab hominibus, amen di
co vobis, receperũt mercedem
ſuã. Te autẽ faciente eleemoſy-
nam, neſciat ſiniſtra tua quid
faciat dextera tua: vt ſit eleemo
ſyna tua in abſcondito, & pater
tuus qui videt in abſcondito,
reddet tibi. Et cum oratis, non
eritis ſicut hypocritæ qui amãt
in ſynagogis & in angulis pla-
tearum ſtantes orare, vt videan
tur ab hominibus. Amen dico
vobis, receperunt mercedẽ ſuã.
Tu autẽ cum oraueris, intra in
cubiculũ tuum, & clauſo oſtio
ora patrẽ tuum in abſcondito:
& pater tuus qui videt in abſcõ
dito, reddet tibi.] Orantes au- B
tem nolite multum loqui, ſicut

Ethnici

Ethnici faciũt: putant enim ꝙ
in multiloquio ſuo exaudian-
tur. Nolite ergo aſſimilari eis,
ſcit enim pater veſter qd opus
ſit vobis, antequã petatis eum.
Sic ergo vos orabitis, Pater no-
ſter qui es in cœlis, Sanctifice-
tur nomen tuum. Adueniat re-
gnum tuũ. Fiat voluntas tua,
ſicut in cœlo & in terra. Panẽ
noſtrum ſuperſubſtantialẽ da
nobis hodie. Et dimitte nobis
debita noſtra, ſicut & nos di-
mittimus debitoribus noſtris.
Et ne nos inducas in tẽtationẽ.
Sed libera nos à malo. Amen.
Si enim dimiſeritis hominibus
peccata eorum: dimittet & vo-
bis pater veſter cœleſtis delicta
veſtra. Si autem nõ dimiſeritis
hominibus nec pater veſter di
mittet vobis peccata veſtra.
C † Cum aũt ieiunatis, nolite fie-
ri ſicut hypocritæ triſtes, exter-
minant enim facies ſuas, vt ap-
pareant hominibus ieiunãtes.
Amen dico vobis, qa receperũt
mercedẽ ſuã. Tu aũt cum ieiu-
nas, vnge caput tuum, & faciẽ
tuã laua: ne videaris hominib⁹
ieiunans, ſed patri tuo qui eſt
in abſconſo: & pater tuus qui
videt in abſconſo, reddet tibi.
Nolite theſaurizare vobis the-
ſauros in terra: vbi ærugo & ti-
nea demolitur, & vbi fures effo
diunt & furantur. Theſauriza-
te aũt vobis theſauros in cœlo:
vbi neq; ærugo, neq; tinea de-
molitur: & vbi fures non effo-
diunt, nec furantur. Vbi enim
eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor
tuũ.] Lucerna corporis tui, eſt D
oculus tuus. Si oculus tuus fue-
rit ſimplex: totũ corpus tuum
lucidum erit: Si autem oculus
tuus fuerit nequã: totũ corpus
tuum tenebroſum erit. Si ergo
lumen quod in te eſt, tenebræ
ſunt: ipſe tenebræ quãtę erunt?

ℭ Dñica. x. poſt Pentecoſten,
ex primo Regũ. Lectio prima.

DOrmiuit autem ca. 3.
Samuel vſq; ma
ne, aperuitq; o-
ſtia domus dñi.
Et Samuel time-
bat indicare viſionẽ Heli. Vo-
cauit ergo Heli Samuelẽ, & di-
xit: Samuel fili mi? Qui reſpon
dens, ait: Pręſto ſum. Et interro
gauit eũ, Quis eſt ſermo qui di
ctus eſt ad te? oro te ne celaue-
ris me. Hæc faciat tibi Deus, &
hæc addat, ſi abſconderis à me
ſermonẽ ex omnib⁹ verbis quę
dicta ſunt tibi. Indicauit itaq;
ei Samuel vniuerſos ſermones,
& nõ abſcondit ab eo. Et ille re
ſpondit, Dñs eſt, quod bonũ eſt

in oculis ſuis, faciat. Creuit aũt Samuel, & dñs erat cũ eo, & nõ cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan, vſq; Berſabee, ꝙ fidelis Samuel propheta eſſet dñi. Et addidit dñs vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat dñs Samuel in Silo, iuxta verbum dñi. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

ca.4. Et factũ eſt in diebus illis cõuenerũt Philiſthiim in pugnã. Egreſſus eſt nanq; Iſrael obuiã Philiſthiim in præliũ, & caſtra metatus eſt iuxta lapidẽ adiutorij. Porro Philiſthiim venerunt in Aphec, & inſtruxerunt aciem contra Iſrael. Inito autẽ certamine, terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros, q̃ſi quatuor millia virorũ. Et reuerſus eſt populus ad caſtra: dixeruntq; maiores natu de Iſrael, Quare percuſſit nos dñs hodie corã Philiſthiim? Afferam' ad nos de Silo arcã fœderis dñi, & veniat ĩ mediũ noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorũ nr̃orũ. Miſit ergo popul' in Silo, & tulerũt inde arcã fœderis dñi exercituum ſedẽtis ſup Cherubin: erãtq; duo filij Heli cũ arca fœderis dñi, Ophni & Phinees.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

c.6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnũ odio habebit, & alterum diliget: aut vnũ ſuſtinebit, & alterum cõtemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neq; corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quã eſca: & corpus pluſquã veſtimentũ? Reſpicite volatilia cœli: qm̃ non ſerunt neq; metunt, neq; cõgregãt in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis aũt veſtrũ cogitans, poteſt adiicere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcũt: nõ laborãt neq; nent. Dico autem vobis, qm̃ nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si enim fœnũ agri quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, Deus ſic veſtit: quãto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicẽtes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim oĩa gẽtes inquirunt. Scit enim pater veſter quia his oĩbus indigetis: quæri-

te ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia
F adiicie͂tur vobis.] Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi: ſufficit diei malitia ſua.
ca.7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite cõdemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura mẽſi fueritis remetietur vobis. Quid aũt vides feſtucã in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quõ dicis fratri tuo, Frater, ſine eiiciã feſtucã de oculo tuo: & ecce trabs eſt ĩ oculo tuo? Hipocrita eiice primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucã de oculo fratris tui. Nolite dare ſanctũ canibus: neq; mittatis margaritas vr̃as ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus ſuis, & cõuerſi dirumpant vos.

Secundum Lucam. Lectio iiij.

c.18. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus ad quoſdã qui in ſe cõfidebant tanquã iuſti, & aſpernabantᷣ cæteros, parabolã iſtã, Duo hoĩes aſcẽderũt ĩ tẽplũ vt orarẽt: vnꝰ Phariſæus, & alter Publicanus.

Et rel. Hom̃. ſcti Auguſti. epi.

Diceret ſaltem Phariſæus non ſum ſicut cæteri hoĩes. Quid eſt, cæteri homines, niſi omnes præter ipſum? Ego, inquit, iuſtꝰ ſum cæteri peccatores. Nõ ſum ſicut cæteri hoĩes, iniuſti, auari, raptores, adulteri. Et ecce tibi ex vicino publicano maior eſt tumoris occaſio. Sicut, inquit, Publicanus iſte. Ego, inquit, ſolus ſum. Iſte de cæteris eſt. Nõ ſum, inquit, talis qualis iſte per iuſtitias meas quibus iniquus non ſum. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. Quid rogauerit Deum, quære in verbis eius: & nihil inuenies. Aſcendit orare: noluit rogare Deũ: ſed ſe laudare. Parũ eſt nõ Deũ rogare, ſed ſe laudare: inſuper & rogãti inſultare. Publicanus aũt de longinquo ſtabat: & tamẽ Deo ipſe appropinquabat, cordis eũ cõſciẽtia remouebat: pietas applicabat. Publicanꝰ aũt de longinquo ſtabat: ſed dñs eum de propinquo attẽdebat. Excelſus enim dñs, & humilia reſpicit: excelſos autem, qualis erat ille Phariſæus, à longe cognoſcit. Excelſa quidẽ Deus à longe cõgnoſcit: ſed nõ ignoſcit. Adhuc aũt audi humilitatẽ Publicani. Parum eſt quia de longinquo ſtabat, nec ſuos oculos ad cœlum leuabat, vt aſpiceretur nõ

aſpiciebat. T e deum. Oratio.

DEus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos miſericordiã tuam: vt ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per domi.

¶ Feria.ij.ex.j.lib.Reg. Lcō.j.

Ca.4. CVnq; veniſſet arca fœderis dñi in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi & perſonuit terra. Et audierunt Philiſthiim vocem clamoris, dixerũtq;, Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognouerunt ꝙ arca dñi veniſſet in caſtra. Timuerũtq; Philiſthiim, dicentes, Venit Deus in caſtra. Et ingemuerũt dicẽtes, Væ nobis: nõ enim fuit tãta exultatio heri & nudiuſtertius: væ nobis. Quis nos ſaluabit de manu Deorũ ſublimium iſtorum? hi ſunt dij qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga in deſerto. Cõfortamini, & eſtote viri Philiſthiim: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierũt nobis: cõfortamini, & bellate, pugnauerunt ergo Philiſthiim & cæſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſq; in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum. Et arca Dei capta eſt: duo quoque filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees. Currẽs autem vir de Beniamin ex acie venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & cõſperſus puluere caput. Cunq; ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viã ſpectans. Erat enim cor ei' pauens pro arca Dei. Vir autem ille poſtquã ingreſſus eſt, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli ſonitũ clamoris, dixitq;, Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit: & venit, & nuntiauit Heli. Heli aũt erat nonaginta & octo annorũ, & oculi eius caligauerãt, & videre nõ poterat. Et dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de prælio, & ego q de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actũ eſt fili mi? Reſpõdens aũt ille qui nũtiabat, Fugit, inquit, Iſrael corã Philiſthiim, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper, & duo filij tui mortui ſunt, Ophni & Phinees, & arca Dei capta eſt. Cunq; ille nominaſſet arcã Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir, & grandæuus, & ipſe iudicauit Iſrael quadragin

ta annis. Nurus autẽ eius vxor Phinees, prægnãs erat, vicinaq; partui: & audito nuntio ꝙ capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe & peperit: irruerãt enim in eã dolores ſubiti. In ipſo autẽ momento mortis eius, dixerũt ei quę ſtabant circa eã, Ne timeas, quia filiũ peperiſti. Quæ nõ reſpondit eis, neq; animaduertit. Et vocauit puerum Ichabod dicẽs, Trãſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei. Et pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo, ait, Tranſlata eſt gloria ab Iſrael eo ꝙ capta eſſet arca Dei. Secundum Matth. Lcõ.ij.

ca.7. PEtite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperiet᷑ vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis homo, quẽ ſi petierit filius ſuus panẽ, nunquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit: nunquid ſerpentem porriget ei? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis, bona data dare filijs veſtris, quantò magis pater veſter qui in cœlis eſt dabit bona petentibus ſe? Omnia ergo quęcunq; vultis vt faciant vobis homines: ita & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ. Intrate per anguſtam portã: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionẽ: & multi ſunt qui intrant per eã. Quoniã anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitã: & pauci ſunt qui inueniunt eam. † Attendite à falſis C prophetis, qui veniũt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs aũt ſunt lupi rapaces, à fructib⁹ eorũ cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autẽ arbor, malos fructus facit. Non poteſt arbor bona, malos fructus facere: neq; arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.] Multi D dicent mihi in illa die, domine dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Quia nunquã noui vos: diſce-

dite à me omnes qui operamini iniquitatẽ: Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domũ ſuã ſuper petrã, & deſcendit pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt venti, & irruerũt in domũ illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petrã. Et omnis qui audit verba mea hæc, & nõ facit ea: ſimilis erit viro ſtulto qui ædificauit domũ ſuã ſuper arenã, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna: Et factũ eſt: cum conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docẽs eos ſicut poteſtatem habens, & nõ ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.

¶ Feria.iij.ex.j.lib.Reg.Lcõ.j.

Ca.5. PHiliſthiim autem tulerũt arcam Dei, & aſportauerũt eã à lapide adiutorij ĩ Azoton, tuleruntq́; Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerũt eam iuxta Dagõ. Cũq; ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam dñi: & tulerũt Dagon, & reſtituerũt eum in locũ ſuum. Rurſumq́; mane die altera conſurgentes inuenerunt Dagon iacentẽ ſuper faciẽ ſuã in terra coram arca dñi: caput aũt Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſę erant ſuper limen: porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & oẽs qui ingrediuntur templũ eius ſuper limen Dagon in Azoto, vſq; in hodiernũ diem. Aggrauata eſt autẽ manus dñi ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: & ꝑcuſſit in ſecretiori parte natiũ Azotum, & fines eius. Et ebullierũt villæ & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate. Videntes autẽ viri Azotij huiuſcemodi plagam, dixerũt, Non maneat arca Dei Iſrael apud nos: quoniã dura eſt manus eius ſuꝑ nos, & ſuper Dagon Deũ noſtrũ. Et mittentes cõgregauerunt oẽs ſatrapas Philiſthinorũ ad ſe, & dixerũt, Quid faciemus de arca Dei Iſrael? Reſpõderuntq́; Gethæi, Circunducatur arca Dei Iſrael. Et circunduxerunt arcam Dei Iſrael, illis autẽ circunducentibus eam, fiebat manus dñi per ſingulas ciuitates interfectio-

nis

nis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuſcuiuſq; vrbis, à paruo vſq; ad maioré, & cõputreſcebát prominentes extales eorũ. Inieruntq; Gethæi conſilium, & fecerũt ſibi ſedes pelliceas. Miſerunt ergo arcá Dei in Accaron. Cunq; veniſſet arca Dei in Accaron, exclamauerũt Accaronitæ dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Iſrael, vt interficiat nos & populũ noſtrum. Miſerunt itaq; & cõgregauerũt oẽs ſatrapas Philiſthinorum: qui dixerũt, Dimittite arcam Dei Iſrael, & reuertatur in locũ ſuum: vt nõ interficiat nos cum populo noſtro. Fiebat enim pauor mortis in ſingulis vrbibus, & grauiſſima valde manus Dei. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in ſecretiori parte natium: & aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſq; ciuitatis in cœlũ.

Secundum Matthæum. I.cõ.ij.

c.8.a CVm aũt † deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ; & ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens, dñe, ſi vis, potes me mundare. Et extendẽs Ieſus manũ, tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et cõfeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus, Vide, nemi ni dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti & offer munus tuum quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis.] † Cum autem in- B troiſſet Capharnaum, acceſſit ad eũ centurio, rogans eum, & dicens, dñe puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus, Ego veniã, & curabo eum. Et reſpondens centurio, ait, Dñe, nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantũ dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Audiens aũt Ieſus, miratus eſt: & ſequẽtibus ſe dixit, Amen dico vobis, nõ inueni tantã fidem in Iſrael. Dico autẽ vobis ꝙ multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorũ: filij autem regni eiiciẽtur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Et dixit Ieſus centurioni, Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ex illa hora.] Et cũ veniſſet Ieſus C in domũ Petri, vidit ſocrũ eius iacentem & febricitantẽ: & tetigit manũ eius, & dimiſit eam febris;

febris: & ſurrexit & miniſtrabat eis. Veſpere aũt facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpũs verbo & oẽs male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictũ eſt per Iſaiã prophetã, dicentem, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. Videns autẽ Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretũ. Et accedens vnus ſcriba, ait illi, Magiſter, ſequar te quocunq; ieris. Et dicit ei Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autẽ de diſcipulis eius ait illi: dñe, permitte me primũ ire, & ſepelire patrẽ meũ. Ieſus aũt ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

¶ Feria iij ex j. Regum. Lcõ. j.

ca. 6. FVit ergo arca dñi in regione Philiſthinorum ſeptem menſibus. Et vocauerunt Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, dicẽtes: Quid faciemus de arca dñi? indicate nobis quomodo remittam⁹ eam in locũ ſuum. Qui dixerunt, Si remittitis arcã Dei Iſrael, nolite dimittere eã vacuã, ſed quod debetis reddite ei pro peccato, & tũc curabimini: & ſcietis quare non recedat manus eius à vobis. Qui dixerũt, Quid eſt quod pro delicto reddere debeam⁹ ei? Reſpõderũtq; illi, Iuxta numerũ prouinciarũ Philiſthinorũ quinq; anos aureos facietis, & quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit oĩbus vobis, & ſatrapis veſtris. Facietiſq; ſimilitudines anorum veſtrorũ, & ſimilitudines murium qui demoliti ſunt terrã, & dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi forte releuet manũ ſuã à vobis, & à dijs veſtris. & à terra veſtra. Quare aggrauatis corda veſtra ſicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? nõne poſtquã percuſſus eſt, tũc dimiſit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite, & facite plauſtrũ nouum vnũ: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugũ, iungite in plauſtro, & recludite vitulos earũ domi. Tolletiſq; arcam dñi, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea q̃ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam ad latus eius, & dimittite eã vt vadãt. Et aſpicietis: & ſi quidẽ per viam finiũ ſuorũ aſcẽderit cõtra Bethſames: ipſe fecit nobis hoc malũ grande, ſin autẽ minime: ſciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos:

nos; ſed caſu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plauſtrũ, vitulosq; earũ concluſerũt domi. Et poſuerũt arcã Dei ſuper plauſtrũ, & capſellã quæ habebat mures aureos, & ſimilitudinem anorum. Ibant aũt in directum vaccę per viã quę ducit Bethſames: & itinere vno gradiebantur, pergẽtes & mugientes: & nõ declinabant neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtrã, ſed & ſatrapę Philiſthiim ſequebant, vſq; ad terminos Bethſames.

Secundum Matthæum. Leõ.ij.

c.8.a ET † aſcendente eo in nauiculam ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius: & ecce motus magn' factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctib', ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum dicentes, Dñe, ſalua nos perimus. Et dicit eis Ieſus, Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tũc ſurgẽs imperauit ventis & mari, & facta eſt trãquillitas magna. Porro homines mirati ſunt dicẽtes, Qualis eſt hic,
E quia venti & mare obediũt ei?] Et cum veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorũ, occurrerunt ei duo habentes dęmonia, de monumẽtis exeũtes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viã illã. Et ecce clamauerũt dicentes, Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tẽpus torquere nos? Erat aũt nõ longe ab illis grex multorum porcorum paſcens. Dæmones aũt rogabãt eum dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorũ. Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierũt in porcos. Et ecce magno impetu abijt tot' grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis. Paſtores aũt fugerũt: & venientes in ciuitatẽ, nuntiauerũt hęc omnia, & de ijs qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiã Ieſu. Et viſo eo, rogabant eũ vt trãſiret à finibus eorũ. † Et aſcendẽs in nauiculã c.9.a
trãsfretauit: & venit in ciuitatẽ ſuã. Et ecce, offerebãt ei paralyticum iacentẽ in lecto. Et vidẽs Ieſus fidem illorũ dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã de Scribis dixerũt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit, Vt qd cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula?

Vt autē ſciatis quia filius homi
nis habet poteſtatē in terra di-
mittendi peccata (tūc ait para-
lytico) Surge, tolle lectū tuum,
& vade in domum tuā. Et ſur-
rexit: & abijt in domum ſuam.
Videntes aūt turbæ timuerunt,
& glorificauerunt Deū qui de-
dit poteſtatem talem homini-
B bus.] Et cum tranſiret inde Ie-
ſus, † vidit hominem ſedentē
in teloneo, Matthæū nomine.
Et ait illi, Sequere me. Et ſur-
gens, ſecutus eſt eum. Et factū
eſt: diſcumbente eo in domo,
ecce multi publicani & pecca-
tores venientes, diſcumbebant
cū Ieſu, & diſcipulis eius. Et vi-
dentes Phariſæi, dicebant diſci
pulis eius, Quare cum publica-
nis & peccatoribus manducat
magiſter veſter? At Ieſus audiēs
ait, Non eſt opus valentibus,
medico, ſed male habentibus.
Euntes autem, diſcite quid eſt,
Miſericordiam volo, & non ſa-
crificium. Non enim veni vo-
care iuſtos ſed peccatores.]

¶ Feria. v. ex. j. lib. Reg. Lcō. j.

ca. 6. PORRO Bethſamitæ metebāt
triticum in valle: & eleuan
tes oculos ſuos, viderūt arcā, &
gauiſi ſunt cum vidiſſent. Et
plauſtrum venit in agrū Ioſue
Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat
autē ibi lapis magnus, & conci
derunt ligna plauſtri, vaccasq;
impoſuerūt ſuper ea holocau-
ſtum dño. Leuitæ aūt depoſue-
runt arcam Dei, & capſellā quę
erat iuxta eā, in qua erant vaſa
aurea, & poſuerūt ſuꝑ lapidem
grandem. Viri aūt Bethſamitæ
obtulerūt holocauſta, & immo
lauerūt victimas ī die illa dño.
Et quinque ſatrapæ Philiſthi-
norum viderūt, & reuerſi ſunt
in Accaron in die illa. Hi ſunt
autē ani aurei, quos reddiderūt
Philiſthiim pro delicto dño:
Azotus vnū, Gaza vnum, Aſca-
lon vnū, Geth vnum, Accaron
vnū: & mures aureos ſecundū
numerū vrbium Philiſthiim
quinq; prouinciarum, ab vrbe
murata, vſq; ad villā quæ erat
abſq; muro, & vſq; ad Abel ma
gnū ſuper quē poſuerūt arcam
dñi quæ erat vſq; in die illa in
agro Ioſue Bethſamitis. Per-
cuſſit aūt dñs de viris Bethſami
tibus, eo q̄ vidiſſent arcā dñi: &
percuſſit de populo ſeptuagin-
ta viros, & quinquaginta mil-
lia plebis. Luxitq; populus, eo
q̄ dñs percuſſiſſet plebē plaga
magna. Et dixerūt viri Bethſa-
mitę, Quis poterit ſtare in con-
ſpectu dñi Dei ſancti huius? &
ad quē aſcendet à nobis? Miſe-
runtq;

mittítq; nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicẽtes, Reduxerũt Philiſthiim arcã dñi, deſcẽdite, & reducite eam ad vos.

Secundum Matthęum. Lcõ.iij.

ca.9. TVnc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioãnis dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequẽter: diſcipuli aũt tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filij ſpõſi lugere, quãdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autẽ dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt. Nemo aũt immittit cõmiſſurã panni rudis in veſtimentũ vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento: & peior ſciſſura fit. Neq; mittunt vinum nouũ in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinũ effundit͛, & vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt: & ambo cõſeruantur.

C Hæc illo loquẽte ad eos, † ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens, Dñe, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manũ tuã ſuper eam, & viuet. Et ſurgẽs Ieſus: ſequebatur eum, & diſcipuli eius. Et ecce, mulier quę ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimẽti eius. Dicebat enim intra ſe, Si tetigero tantũ veſtimentum eius ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit, Confide filia: fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cum veniſſet Ieſus in domũ principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantẽ, dicit illis, Recedite, nõ eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebãt eum. Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit: & tenuit manum eius, & dixit: Puella, ſurge. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hęc in vniuerſam terram.] Et tranſeunte D inde Ieſu; ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicẽtes, Miſerere noſtri fili Dauid. Cum aũt veniſſet domum, acceſſerũt ad eũ cæci. Et dicit eis Ieſus, Creditis q͞a hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtiq; dñe. Tunc tetigit oculos eorũ, dicẽs, Secundũ fidẽ veſtrã fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorũ, & cõminatus eſt illis Ieſus, dicens, Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis autem illis, ecce obtulerũt ei hominẽ mutum, dæmoniũ habentem. Et eiecto dæmonio, loquutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ dicentes, Nunquã apparuit ſic in Iſrael.

Phariſæi aũt dicebant, In principe dæmoniorũ eiicit dæmones. Et circumibat Ieſus oẽs ciuitates,& caſtella docẽs in ſynagogis eorũ,& prædicãs euangelium regni, & curans oẽm languorẽ & omnem infirmitatẽ. Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſſis quidem multa, operarij autem pauci, Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

¶ Feria. vj. ex. j. Regum. Lcõ. j.

ca.7. VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerũt arcam dñi & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa, Eleazarũ autẽ filiũ eius ſanctificauerũt, vt cuſtodiret arcam dñi: Et factũ eſt, ex qua die mãſit arca dñi in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies, erat qppe iam annus viceſimus: & requieuit omnis dom' Iſrael poſt dñm. Ait aũt Samuel ad vniuerſam domũ Iſrael, dicẽs, Si in toto corde veſtro reuertimini ad dñm, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra dño, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim, Abſtulerũt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt dño ſoli. Dixit aũt Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphat, vt orem pro vobis dñm. Et conuenerunt in Maſphat: hauſeruntq; aquã, & effuderũt in conſpectu dñi, & ieiunauerunt in die illa, atq; dixerũt ibi, Peccauimus dño. Iudicauitq; Samuel filios Iſrael ĩ Maſphat. Et audierũt Philiſthiim quòd congregati eſſent filij Iſrael in Maſphat, & aſcenderũt ſatrapę Philiſthinorũ ad Iſrael, Quod cũ audiſſent filij Iſrael, timuerunt à facie Philiſthinorum. Dixeruntq; ad Samuelem, Ne ceſſes pro nobis clamare ad dominũ Deum noſtrũ, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum. Tulit aũt Samuel agnũ lactentem vnũ, & obtulit illum holocauſtum integrũ dño: & clamauit Samuel ad dñm pro Iſrael, & exaudiuit eum dñs. Factũ eſt aũt, cum Samuel offerret holocauſtũ, Philiſthiim, iniere prælium cõtra Iſrael: intonuit aũt dñs fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. Egreſſiq; filij Iſrl' de Maſphat perſequuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerũt eos vſq; ad locum qui

qui erat ſubter Bethchar. Tulit
autem Samuel lapidem vnum,
& poſuit eum inter Maſphat &
inter Sem: & vocauit nomẽ lo-
ci illı⁹, Lapis adiutorij, dixitq́;,
Hucuſq; auxiliatus eſt nobis
dñs. Et humiliati ſunt Phili-
ſthiim, nec appoſuerunt vltra
vt venirent in terminos Iſrael.

Secundum Matthęum. Lcõ.ij.

10. ET cõuocatis duodecim di-
ſcipulis ſuis dedit illis pote
ſtatem ſpirituũ immundorum
vt eiicerent eos, & curarent om
nem languorem, & omnẽ infir
mitatẽ. Duodecim aũt apoſto-
lorum nomina, ſunt hæc, pri-
mus, Simon qui dicitur Petrus,
& Andreas frater eius, Philip-
pus & Bartholomæus, Iacobus
Zebedæi, & Ioãnes frater eius,
Thomas & Matthæus publica
nus, & Iacob' Alphæi & Thad-
dæus, Simon Chananæus, &
Iudas Iſcariotes, qui & tradidit
eũ. Hos duodecim miſit Ieſus:
præcipiens eis, dicens; In viam
gentiũ ne abieritis, & in ciuita-
tes Samaritanorũ nõ intraueri
tis: ſed potius ite ad oues quæ
perierunt domus Iſrael. Euntes
aũt prædicate dicẽtes, Quia ap-
propinquauit regnũ cœlorũ.
Infirmos curate, mortuos ſuſci
tate, leproſos mundate, dæmo-
nes eiicite. Gratis accepiſtis, gra
tis date. Nolite poſſidere aurũ,
neq; argentũ, neq; pecuniam
in zonis veſtris: non peram in
via, neq; duas tunicas, neque
calceamenta, neq; virgam, di-
gnus enim eſt operarius cibo
ſuo. In quancunq; autẽ ciuita
tem aut caſtellũ intraueritis, in
terrogate quis in ea dignus ſit:
& ibi manete donec exeatis.
Intrantes aũt in domũ ſalutate
eam, dicentes, Pax huic domui.
Et ſi quidẽ fuerit dom' digna,
veniet pax veſtra ſuper eam.
Si aũt non fuerit digna, pax ve-
ſtra reuertetur ad vos. Et qui-
cunq; nõ receperit vos, neq; au
dierit ſermones veſtros: exeun-
tes foras de domo vel de ciuita-
te, excutite puluerem de pedi-
bus veſtris. Amen dico vobis,
tolerabilius erit terræ Sodomo
rum, & Gomorrhęorum, in die
iudicij, q̃ illi ciuitati. † Ecce ego B
mitto vos ſicut oues in medio
luporum. Eſtote ergo pruden-
tes ſicut ſerpentes, & ſimplices
ſicut columbæ. Cauete autem
ab hominibus. Tradent enim
vos in concilijs, & in ſynagogis
ſuis flagellabunt vos: & ad prę-
ſides & reges ducemini pro-
pter me, in teſtimonium illis &
gentibus, Cum autem tradent

vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora qd loquamini: nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet aũt frater fratrẽ in mortem, & pater filium, & inſurgẽt filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum. Qui aũt perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit.]

¶ Sabbato, ex i. lib Reg. Lcõ. j.

ca. 7. FActa eſt itaq; manus dñi ſuper Philiſthæos, cunctis dieb9 Samuelis: & redditæ ſunt vrbes quas tulerãt Philiſthiim ab Iſrael, Iſraeli, ab Accaron vſq; Geth, & terminos ſuos, liberauitq; Iſrael de manu Philiſthinorũ, eratq; pax inter Iſrael & Amorrhęũ. Iudicabat quoq; Samuel Iſraelẽ cunctis diebus vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos annos circũiens Bethel & Galgala, & Maſphath, & iudicabat Iſraelem in ſupradictis locis. Reuertebaturq; in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraelẽ. Ædificauit etiam ibi altare domino.

ca. 8. Factum eſt autẽ cũ ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices ſuper Iſrael. Fuitq; nomen filij ei9 primogeniti Ioel: & nomen ſecundi Abia, iudicum in Berſabee, & nõ ambulauerunt filij illius in vijs eius: ſed declinauerũt poſt auaritiã, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudiciũ. Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt ad Samuelẽ in Ramatha. Dixerũtq; ei, Ecce tu ſenuiſti, & filij tui nõ ambulant in vijs tuis. Conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes. Diſplicuitq; ſermo in oculis Samuelis, eo ꝙ dixiſſent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dñm. Dixit autem dñs ad Samuelẽ, Audi vocẽ populi in omnibus quæ loquuntur tibi: nõ enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Iuxta omnia opera ſua quæ fecerũt à die qua eduxi eos de Ægypto vſq; ad diẽ hanc: ſicut dereliquerũt me, & ſeruierũt dijs alienis, ſic faciũt etiã tibi. Nunc ergo vocẽ eorũ audi: veruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus eſt ſuper eos.

Secundum Matthęum. Lcõ. ij.

CVm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam, amen dico vobis, non cõſummabitis ciuitates Iſrael, c. 10.

donec

donec veniat filius hominis.
Non eſt diſcipulus ſuper magi
ſtrum, nec ſeruus ſuper dñm
ſuum, ſufficit diſcipulo vt ſit
ſicut magiſter eiꝰ: & ſeruo ſicut
A dñs eius. Si patrēfamilias Beel-
zebub vocauerunt, quãto ma-
gis domeſticos eius? Ne ergo
timueritis eos: nihil enim eſt
opertum, quod nõ reueletur, &
occultũ, quod nõ ſciat͛. Quod
dico vobis in tenebris, dicite in
lumine: & quod in aure audi-
tis, prædicate ſup tecta. Et noli-
te timere eos qui occidunt cor
pus, animã autem nõ poſſunt
occidere: ſed potius timete eũ
qui poteſt & animã & corpus
perdere in gehennam. Nonne
duo paſſeres aſſe veneunt: &
vnus ex illis nõ cadet ſup terrã
ſine patre veſtro? Veſtri autem
& capilli capitis oēs numerati
ſunt. Nolite ergo timere, mul-
tis paſſeribꝰ meliores eſtis vos.
Omnis ergo qui confitebitur
me corã hominibus, cõfitebor
& ego eum coram patre meo,
qui in cœlis eſt, qui aũt negaue
rit me coram hominibꝰ: nega-
C bo & ego eum corã patre meo,
D qui in cœlis eſt.† Nolite arbi-
trari, quia pacē venerim mitte-
re in terrã, nõ veni pacē mitte-
re, ſed gladiũ, veni enim ſepara
re hominē aduerſus patrē ſuũ,
& filiã aduerſus matrē ſuam, &
nurum aduerſus ſocrum ſuã:
& inimici hominis, domeſtici
eius. Qui amat patrem, aut ma
trem plus q̃ me, non eſt me di-
gnus: & qui amat filium, aut
filiã ſup me, nõ eſt me dignus.
Et qui non accipit crucē ſuã, &
ſequitur me, nõ eſt me dignus.
Qui inuenit animã ſuã, perdet
illam, & qui perdiderit animã
ſuã propter me, inueniet eam.
Qui recipit vos, me recipit: &
qui me recipit, recipit eũ q me
miſit. Qui recipit prophetã in
nomine prophetæ: mercedem
prophetæ accipiet, & q recipit
iuſtũ in nomine iuſti: mercedē
iuſti accipiet. Et quicũq; potũ
dederit vni ex minimis iſtis ca-
licē aquæ frigidæ, tantũ in no-
mine diſcipuli: amen dico vo-
bis, nõ perdet mercedē ſuam.]

¶ Dñica.xj.poſt Pentecoſten, ex primo Regũ. Lectio prima.

DIxit itaque Sa- ca.8.
muel omnia ver
ba dñi ad popu-
lum, q petierat à
ſe regem, & ait:
Hoc erit ius regis qui impera-
turus eſt vobis, Filios veſtros
tollet, & ponet in curribus ſuis,
facietq; ſibi equites & præcur-
ſores

ſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorũ, & meſſores ſegetum, & fabros armorũ & curruum ſuorum. Filias quoq; veſtras faciet ſibi vnguentarias & focarias & panificas. Agros quoq; veſtros, & vineas & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearũ redditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiã veſtros & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoq; veſtros addecimabit, voſq; eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri quẽ elegiſtis vobis: & non exaudiet vos dñs in die illa. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt, Nequaquã. Rex enim erit ſuper nos, & erimus nos quoq; ſicut oẽs gẽtes: & iudicabit nos rex noſter: &
egredietur ante nos & pugnabit bella noſtra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & loquutus eſt ea in auribus dñi. Dixit autem dñs ad Samuelẽ, Audi vocẽ eorum, & conſtitue ſuper eos regẽ. Et ait Samuel ad viros Iſrael: Vadat vnuſquiſq; ad ciuitatẽ ſuam.

Secundum Matthęum. Lcõ.ij.

ET factum eſt cum cõſummaſſet Ieſus pręcipiẽs duodecim diſcipulis ſuis, tranſijt inde, vt doceret & prædicaret in c.11.
ciuitatibus eorũ. † Ioannes aũt A
cum audiſſet in vinculis opera Chriſti: mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis: cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiũt, mortui reſurgũt, pauperes euãgelizãtur, & beatus eſt qui nõ fuerit ſcandalizatus in me. Illis aũt abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioãne, q̃d exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatã? Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtitum? Ecce q̃ mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetã? Etiam dico vobis, & plus q̃ prophetã, hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt, Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuã, qui præparabit viã tuã ante te.] Amen dico vo B
bis, nõ ſurrexit inter natos mulierũ maior Ioãne Baptiſta, qui aũt minor eſt in regno cœlorũ maior eſt illo. A diebus autem

Ioannis Baptiſtæ vſq; nunc, regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex vſq; ad Ioãnẽ prophetauerũt:& ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias q venturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autẽ ſimilẽ æſtimabo generationẽ iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamãtes coæqualib⁹ ſuis dicũt, Cecinimus vobis,& non ſaltaſtis: lamentauimus,& nõ planxiſtis. Venit enim Ioannes neq; mãducãs, neq; bibẽs: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis mãducãs & bibens:& dicũt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia à filijs ſuis. Tũc cœpit exprobrare ciuitatib⁹, in qbus factæ ſunt plurimę virtutes eius, qa nõ egiſſent pœnitentiã, væ tibi Corozaim, vę tibi Bethſaida: qa ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiã egiſſent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis, & tu Capharnaum, nunquid vſq; in cœlũ exaltaberis? vſq; in infernum deſcendes, quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſq; in hanc diẽ. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quam tibi.

Secundum Marcũ. Lectio.iij.

IN illo tempore: Exiens Ieſus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. ca.7.

Et reſ. Hom. ſcti Grego. papæ.

Vigilanter intuendũ eſt, ꝙ voce dñi ad prophetã dicitur, vt prius eius ſermones audiat,& poſtmodum loquatur. Audimus enim verba Dei, ſi facim⁹: & tũc ea proximis recte loquimur, cum prius ipſi fecerimus. Quod bene Marcus euãgeliſta cõfirmat, cum factũ dñi miraculũ narrat dicẽs: Adducunt ei ſurdũ & mutũ: & deprecabantur eũ vt imponeret illi manũ. Cuius ordinem curationis inſinuat, ſubdẽs: Miſit digitos ſuos in auriculas, expuenſq; tetigit linguã eius,& ſuſpiciens in cœlum ingemuit,& ait illi, Ephethah: quod eſt adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius: & ſolutum eſt vinculum linguæ eius:& loquebatur recte. Quid eſt enim quod creator omniũ Deus, cum ſurdum & mutum

febris: & ſurrexit & miniſtrabat eis. Veſpere aũt facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpũs verbo & oẽs male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictũ eſt per Iſaiã prophetã, dicentem, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. Videns autẽ Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretũ. Et accedens vnus ſcriba, ait illi, Magiſter, ſequar te quocunq; ieris. Et dicit ei Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autẽ de diſcipulis eius ait illi: dñe, permitte me primũ ire, & ſepelire patrẽ meũ. Ieſus aũt ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

¶ Feria iij ex j. Regum. Lcõ. j.

ca. 6. FVit ergo arca dñi in regione Philiſthinorum ſeptem menſibus. Et vocauerunt Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, dicẽtes: Quid faciemus de arca dñi? indicate nobis quomodo remittam' eam in locũ ſuum. Qui dixerunt, Si remittitis arcã Dei Iſrael, nolite dimittere eã vacuã, ſed quod debetis reddite ei pro peccato, & tũc curabimini: & ſcietis quare non recedat manus eius à vobis. Qui dixerũt, Quid eſt quod pro delicto reddere debeam' ei? Reſpõderũtq; illi, Iuxta numerũ prouinciarũ Philiſthinorũ quinq; anos aureos facietis, & quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit oĩbus vobis, & ſatrapis veſtris. Facietiſq; ſimilitudines anorum veſtrorũ, & ſimilitudines murium qui demoliti ſunt terrã, & dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi forte releuet manũ ſuã à vobis, & à dijs veſtris. & à terra veſtra. Quare aggrauatis corda veſtra ſicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? nõne poſtquã percuſſus eſt, tũc dimiſit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite, & facite plauſtrũ nouum vnũ: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugũ, iungite in plauſtro, & recludite vitulos earũ domi. Tolletiſq; arcam dñi, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea q̃ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam ad latus eius, & dimittite eã vt vadãt. Et aſpicietis: & ſi quidẽ per viam finiũ ſuorũ aſcẽderit cõtra Bethſames: ipſe fecit nobis hoc malũ grande, ſin autẽ minime: ſciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos:

nos: ſed caſu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plauſtrũ, vituloſq; earũ concluſerũt domi. Et poſuerũt arcã Dei ſuper plauſtrũ, & capſellã quæ habebat mures aureos, & ſimilitudinem anorum. Ibant aũt in directum vaccę per viã quę ducit Bethſames: & itinere vno gradiebantur, pergẽtes & mugientes: & nõ declinabant neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtrã, ſed & ſatrapę Philiſthiim ſequebant̃, vſq; ad terminos Bethſames.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

c. 8. a ET † aſcendente eo in nauiculam ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius: & ecce motus magn⁹ factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctib⁹, ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum dicentes, Dñe, ſalua nos perimus. Et dicit eis Ieſus, Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tũc ſurgẽs imperauit ventis & mari, & facta eſt trãquillitas magna. Porro homines mirati ſunt dicẽtes, Qualis eſt hic,
E quia venti & mare obediũt ei?] Et cum veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorũ, occurrerunt ei duo habentes dęmonia, de monumẽtis exeũtes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viã illã. Et ecce clamauerũt dicentes, Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tẽpus torquere nos? Erat aũt nõ longe ab illis grex multorum porcorum paſcens. Dæmones aũt rogabãt eum dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorũ. Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierũt in porcos. Et ecce magno impetu abijt tot⁹ grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis. Paſtores aũt fugerũt: & venientes in ciuitatẽ, nuntiauerũt hęc omnia, & de ijs qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiã Ieſu. Et viſo eo, rogabant eũ vt trãſiret à finibus eorũ. † Et aſcendẽs in nauiculã c. 9. a
trãsfretauit: & venit in ciuitatẽ ſuã. Et ecce, offerebãt ei paralyticnm iacentẽ in lecto. Et vidẽs Ieſus fidem illorũ dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã de Scribis dixerũt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ie- a
ſus cogitationes eorum, dixit, Vt qd cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula? Vt

Vt autẽ ſciatis quia filius homi nis habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata (tũc ait paralytico) Surge, tolle lectũ tuum, & vade in domum tuã. Et ſurrexit: & abijt in domum ſuam. Videntes aũt turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deũ qui dedit poteſtatem talem hominibus.] Et cum tranſiret inde Ie-

B ſus, † vidit hominem ſedentẽ in teloneo, Matthæũ nomine. Et ait illi, Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Et factũ eſt: diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, diſcumbebant cũ Ieſu, & diſcipulis eius. Et videntes Phariſæi, dicebant diſci pulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Ieſus audiẽs ait, Non eſt opus valentibus, medico, ſed male habentibus. Euntes autem, diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos ſed peccatores.]

¶ Feria.v. ex j. lib. Reg. Lec. j.

ca. 6. Porro Bethſamitæ metebãt triticum in valle: & eleuantes oculos ſuos, viderũt arcã, & gauiſi ſunt cum vidiſſent. Et plauſtrum venit in agrũ Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat autẽ ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri, vaccaſq; impoſuerũt ſuper ea holocauſtum dño. Leuitæ aũt depoſuerunt arcam Dei, & capſellã quę erat iuxta eã, in qua erant vaſa aurea, & poſuerũt ſup lapidem grandem. Viri aũt Bethſamitæ obtulerũt holocauſta, & immolauerũt victimas ĩ die illa dño. Et quinque ſatrapæ Philiſthinorum viderũt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa. Hi ſunt autẽ ani aurei, quos reddiderũt Philiſthiim pro delicto dño: Azotus vnũ, Gaza vnum, Aſcalon vnũ, Geth vnum, Accaron vnũ: & mures aureos ſecundũ numerũ vrbium Philiſthiim quinq; prouinciarum, ab vrbe murata, vſq; ad villã quæ erat abſq; muro, & vſq; ad Abel magnũ ſuper quẽ poſuerũt arcam dñi quæ erat vſq; in die illa in agro Ioſue Bethſamitis. Percuſſit aũt dñs de viris Bethſamitibus, eo q vidiſſent arcã dñi: & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus, eo q dñs percuſſiſſet plebẽ plaga magna. Et dixerũt viri Bethſa- C mitę, Quis poterit ſtare in conſpectũ dñi Dei ſancti huius? & ad quẽ aſcendet à nobis? Miſeruntq;

miſitq; nuntios ad habitatores Catiathiarim, dicẽtes, Reduxerũt Philiſthiim arcã dñi, deſcẽdite, & reducite eam ad vos.

Secundum Mattheum: Lcõ.iij.

ca.9. TVnc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioãnis dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequẽter: diſcipuli aũt tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filij ſpõſi lugere, quãdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autẽ dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt. Nemo aũt immittit cõmiſſurã panni rudis in veſtimentũ vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento: & peior ſciſſura fit. Neq; mittunt vinum nouũ in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinũ effundit, & vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt: & ambo cõſeruantur.

C Hæc illo loquẽte ad eos, † ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens, Dñe, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manũ tuã ſuper eam, & viuet. Et ſurgẽs Ieſus: ſequebatur eum, & diſcipuli eius. Et ecce, mulier quę ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimẽti eius. Dicebat enim intra ſe, Si tetigero tantũ veſtimentum eius ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit, Confide filia: fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cum veniſſet Ieſus in domũ principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantẽ, dicit illis, Recedite, nõ eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebãt eum. Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit: & tenuit manum ejus, & dixit: Puella, ſurge. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hęc in vniuerſam terram.] Et tranſeunte D inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicẽtes, Miſerere noſtri fili Dauid. Cum aũt veniſſet domum, acceſſerũt ad eũ cæci. Et dicit eis Ieſus, Creditis qa hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtiq; dñe. Tunc tetigit oculos eorũ, dicẽs, Secundũ fidẽ veſtrã fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorũ, & cõminatus eſt illis Ieſus, dicens, Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis autem illis, ecce obtulerũt ei hominẽ mutum, dæmoniũ habentem. Et eiecto dæmonio, loquutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ dicentes, Nunquã apparuit ſic in Iſrael.

Phariſæi aũt dicebant, In principe dæmoniorũ eiicit dæmones. Et circumibat Ieſus oẽs ciuitates, & caſtella docẽs in ſynagogis eorũ, & prædicãs euangelium regni, & curans oẽm languorẽ & omnem infirmitatẽ. Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſſis quidem multa, operarij autem pauci, Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

¶ Feria. vj. ex. j. Regum. I. cõ. j.

ca. 7. VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerũt arcam dñi & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa, Eleazarũ autẽ filiũ eius ſanctificauerũt, vt cuſtodiret arcam dñi: Et factũ eſt, ex qua die mãſit arca dñi in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies, erat qppe iam annus viceſimus: & requieuit omnis dom⁹ Iſrael poſt dñm. Ait aũt Samuel ad vniuerſam domũ Iſrael, dicẽs, Si in toto corde veſtro reuertimini ad dñm, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra dño, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim, Abſtulerũt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt dño ſoli. Dixit aũt Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphat, vt orem pro vobis dñm. Et conuenerunt in Maſphat: hauſeruntq; aquã, & effuderũt in conſpectu dñi, & ieiunauerunt in die illa, atq; dixerũt ibi, Peccauimus dño. Iudicauitq; Samuel filios Iſrael ĩ Maſphat. Et audierũt Philiſthiim quòd congregati eſſent filij Iſrael in Maſphat, & aſcenderũt ſatrapę Philiſthinorũ ad Iſrael, Quod cũ audiſſent filij Iſrael, timuerunt à facie Philiſthinorum. Dixeruntq; ad Samuelem, Ne ceſſes pro nobis clamare ad dominũ Deum noſtrũ, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum. Tulit aũt Samuel agnũ lactentem vnũ, & obtulit illum holocauſtum integrũ dño: & clamauit Samuel ad dñm pro Iſrael, & exaudiuit eum dñs. Factũ eſt aũt, cum Samuel offerret holocauſtũ, Philiſthiim, iniere prælium cõtra Iſrael: intonuit aũt dñs fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. Egreſſiq; filij Iſrl' de Maſphat perſequuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerũt eos vſq; ad locum qui

qui erat ſubter Bethchar. Tulit
autem Samuel lapidem vnum,
& poſuit eum inter Maſphat &
inter Sem: & vocauit nomē lo-
ci illi⁹, Lapis adiutorij, dixitq́;
Hucuſq; auxiliatus eſt nobis
dn̄s. Et humiliati ſunt Phili-
ſthiim, nec appoſuerunt vltra
vt venirent in terminos Iſrael.

Secundum Matthęum. Lcō. ij.

c.10. ET cōuocatis duodecim di-
ſcipulis ſuis dedit illis pote
ſtatem ſpirituū immundorum
vt eiicerent eos, & curarent om
nem languorem, & omnē infir
mitatē. Duodecim aūt apoſto-
lorum nomina, ſunt hæc, pri-
mus, Simon qui dicitur Petrus,
& Andreas frater eius, Philip-
pus & Bartholomæus, Iacobus
Zebedæi, & Ioānes frater eius,
Thomas & Matthæus publica
nus, & Iacob⁹ Alphæi & Thad-
dæus, Simon Chananæus, &
Iudas Iſcariotes, qui & tradidit
eū. Hos duodecim miſit Ieſus:
præcipiens eis, dicens, In viam
gentiū ne abieritis, & in ciuita-
tes Samaritanorū nō intraueri
tis: ſed potius ite ad oues quæ
perierunt domus Iſrael. Euntes
aūt prædicate dicētes, Quia ap-
propinquauit regnū cœlorū.
Infirmos curate, mortuos ſuſci
tate, leproſos mundate, dæmo-
nes eiicite. Gratis accepiſtis, gra
tis date. Nolite poſſidere aurū,
neq; argentū, neq; pecuniam
in zonis veſtris: non peram in
via, neq; duas tunicas, neque
calceamenta, neq; virgam, di-
gnus enim eſt operarius cibo
ſuo. In quancunq; autē ciuita
tem aut caſtellū intraueritis, in
terrogate quis in ea dignus ſit:
& ibi manete donec exeatis.
Intrantes aūt in domū ſalutate
eam, dicentes, Pax huic domui.
Et ſi quidē fuerit dom⁹ digna,
veniet pax veſtra ſuper eam.
Si aūt non fuerit digna, pax ve-
ſtra reuertetur ad vos. Et qui-
cunq; nō receperit vos, neq; au
dierit ſermones veſtros: exeun-
tes foras de domo vel de ciuita-
tē, excutite puluerem de pedi-
bus veſtris. Amen dico vobis,
tolerabilius erit terræ Sodomo
rum, & Gomorrhęorum, in die
iudicij, q̄ illi ciuitati. † Ecce ego B
mitto vos ſicut oues in medio
luporum. Eſtote ergo pruden-
tes ſicut ſerpentes, & ſimplices
ſicut columbæ. Cauete autem
ab hominibus. Tradent enim
vos in concilijs, & in ſynagogis
ſuis flagellabunt vos: & ad prę-
ſides & reges ducemini pro-
pter me, in teſtimonium illis &
gentibus. Cum autem tradent

vos, nolite cogitare, quomodo
aut quid loquamini: dabitur
enim vobis in illa hora q̄d lo-
quamini: nō enim vos eſtis qui
loquimini, ſed ſpiritus patris
veſtri qui loquitur in vobis.
Tradet aūt frater fratrē in mor
tem, & pater filium, & inſurgēt
filij in parentes, & morte eos
afficient: & eritis odio omni-
bus hominibus propter nomē
meum. Qui aūt perſeuerauerit
vſq; in finem hic ſaluus erit.]

¶ Sabbato, ex. i. lib. Reg. Lcō. j.

ca. 7. FActa eſt itaq; manus dn̄i
ſuper Philiſthæos, cunctis
dieb⁹ Samuelis: & redditæ ſunt
vrbes quas tulerāt Philiſthiim
ab Iſrael, Iſraeli, ab Accaron
vſq; Geth, & terminos ſuos, li-
berauitq; Iſrael de manu Phili
ſthinorū, eratq; pax inter Iſrael
& Amorrhęū. Iudicabat quoq;
Samuel Iſraelē cunctis diebus
vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos
annos circūiens Bethel & Gal
gala, & Maſphath, & iudica-
bat Iſraelem in ſupradictis lo-
cis. Reuertebaturq; in Rama-
tha, ibi enim erat domus eius,
& ibi iudicabat Iſraelē. Ædifi-
cauit etiam ibi altare domino.
ca. 8. Factum eſt autē cū ſenuiſſet
Samuel, poſuit filios ſuos iudi-
ces ſuper Iſrael. Fuitq; nomen
filij ei⁹ primogeniti Ioel: & no-
men ſecundi Abia, iudicum in
Berſabee, & nō ambulauerunt
filij illius in vijs eius: ſed decli-
nauerūt poſt auaritiā, accepe-
runtq; munera, & peruerterunt
iudiciū. Congregati ergo vni-
uerſi maiores natu Iſrael, vene-
runt ad Samuelē in Ramatha.
Dixerūtq; ei, Ecce tu ſenuiſti,
& filij tui nō ambulant in vijs
tuis. Conſtitue nobis regem, vt
iudicet nos, ſicut & vniuerſæ
habent nationes. Diſplicuitq;
ſermo in oculis Samuelis, eo q̄
dixiſſent, Da nobis regem, vt
iudicet nos. Et orauit Samuel
ad dn̄m. Dixit autem dn̄s ad
Samuelē, Audi vocē populi in
omnibus quæ loquuntur tibi:
nō enim te abiecerunt, ſed me,
ne regnem ſuper eos. Iuxta om
nia opera ſua quæ fecerūt à die
qua eduxi eos de Ægypto vſq;
ad diē hanc: ſicut dereliquerūt
me, & ſeruierūt dijs alienis, ſic
faciūt etiā tibi. Nunc ergo vocē
eorū audi: veruntamen conte-
ſtare eos, & prædic eis ius regis
qui regnaturus eſt ſuper eos.

Secundum Matthęum. Lcō. ij.

CVm autem perſequentur c. 10.
vos in ciuitate iſta, fugite
in aliam, amen dico vobis, non
cōſummabitis ciuitates Iſrael,
donec

donec veniat filius hominis. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dñm ſuum, ſufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter ei⁹: & ſeruo ſicut
A dñs eius. Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerunt, quãto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos: nihil enim eſt opertum, quod nõ reueletur, & occultũ, quod nõ ſciat. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſup tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem nõ poſſunt occidere: ſed potius timere eũ qui poteſt & animã & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt: & vnus ex illis nõ cadet ſup terrã ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſerib⁹ meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me corã hominibus, cõfitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt, qui aũt negauerit me coram hominib⁹: negabo & ego eum corã patre meo,
D qui in cœlis eſt.† Nolite arbitrari, quia pacẽ venerim mittere in terrã, nõ veni pacẽ mittere, ſed gladiũ, veni enim ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuũ, & filiã aduerſus matrẽ ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuã: & inimici hominis, domeſtici eius. Qui amat patrem, aut matrem plus q̃ me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiã ſup me, nõ eſt me dignus. Et qui non accipit crucẽ ſuã, & ſequitur me, nõ eſt me dignus. Qui inuenit animã ſuã, perdet illam, & qui perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ q me miſit. Qui recipit prophetã in nomine prophetæ: mercedem prophetæ accipiet, & q recipit iuſtũ in nomine iuſti: mercedẽ iuſti accipiet. Et quicũq; potũ dederit vni ex minimis iſtis calicẽ aquæ frigidæ, tantũ in nomine diſcipuli: amen dico vobis, nõ perdet mercedẽ ſuam.]

¶ Dñica. xj. poſt Penteceſten, ex primo Regũ. Lectio prima.

DIxit itaque Samuel omnia verba dñi ad populum, q petierat à ſe regem, & ait: ca. 8.
Hoc erit ius regis qui imperaturus eſt vobis, Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietq; ſibi equites & præcur-

ſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorũ, & meſſores ſegetum, & fabros armorũ & curruum ſuorum. Filias quoq; veſtras faciet ſibi vnguentarias & focarias & panificas. Agros quoq; veſtros, & vineas & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearũ redditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiã veſtros & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoq; veſtros addecimabit, voſq; eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri quẽ elegiſtis vobis: & non exaudiet vos dñs in die illa. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt, Nequaquã: Rex enim erit ſuper nos, & erimus nos quoq; ſicut oẽs gẽtes: & iudicabit nos rex noſter: & egredietur ante nos & pugnabit bella noſtra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & loquutus eſt ea in auribus dñi. Dixit autem dñs ad Samuelẽ, Audi vocẽ eorum, & conſtitue ſuper eos regẽ. Et ait Samuel ad viros Iſrael: Vadat vnuſquiſq; ad ciuitatẽ ſuam.

Secundum Matthæum. Lcõ. iij.

ET factum eſt cum cõſummaſſet Ieſus præcipiẽs duodecim diſcipulis ſuis, tranſijt inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorũ. † Ioannes aũt cum audiſſet in vinculis opera Chriſti: mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis: cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiũt, mortui reſurgũt, pauperes euãgelizãtur, & beatus eſt qui nõ fuerit ſcandalizatus in me. Illis aũt abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioãne, q̃d exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatã? Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtitum? Ecce q̃ mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetã? Etiam dico vobis, & plus q̃ prophetã, hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt, Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuã, qui præparabit viã tuã ante te.] Amen dico vobis, nõ ſurrexit inter natos mulierũ maior Ioãne Baptiſta, qui aũt minor eſt in regno cœlorũ maior eſt illo. A diebus autem

C. 11. A B

Ioannis Baptiſtæ vſq; nunc, regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex vſq; ad Ioãnẽ prophetauerũt:& ſi vultis recipere,ipſe eſt Elias q venturus eſt. Qui habet aures audiendi,audiat. Cui autẽ ſimilẽ æſtimabo generationẽ iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamãtes coæqualib⁹ ſuis dicũt, Cecinimus vobis,& non ſaltaſtis:lamentauimus,& nõ planxiſtis. Venit enim Ioannes neq; mãducãs, neq; bibẽs: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis mãducãs & bibens:& dicũt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia à filijs ſuis. Tũc cœpit exprobrare ciuitatib⁹,in qbus factæ ſunt plurimę virtutes eius,qa nõ egiſſent pœnitentiã, væ tibi Corozaim, vę tibi Bethſaida:qa ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiã egiſſent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis, & tu Capharnaum, nunquid vſq; in cœlũ exaltaberis? vſq; in infernum deſcendes, quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſq; in hanc diẽ. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quam tibi.

Secundũm Marcũ. Lectio.iij.

IN illo tempore: Exiens Ieſus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. ca.7.

Et reliq. Hom. ſcti Grego. papæ.

Vigilanter intuendũ eſt, ꝙ voce dñi ad prophetã dicitur, vt prius eius ſermones audiat, & poſtmodum loquatur. Audimus enim verba Dei, ſi facim⁹: & tũc ea proximis recte loquimur, cum prius ipſi fecerimus. Quod bene Marcus euãgeliſta cõfirmat, cum factũ dñi miraculũ narrat dicẽs: Adducunt ei ſurdũ & mutũ: & deprecabantur eũ vt imponeret illi manũ. Cuius ordinem curationis inſinuat, ſubdẽs: Miſit digitos ſuos in auriculas, expuensq; tetigit linguã eius,& ſuſpiciens in cœlum ingemuit,& ait illi, Ephethah: quod eſt adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius: & ſolutum eſt vinculum linguæ eius:& loquebatur recte. Quid eſt enim quod creator omniũ Deus, cum ſurdum & mutum

ſanare voluiſſet, in aures illius ſuos digitos miſit, & expuens linguam eius tetigit. Quid per digitos redemptoris, niſi dona ſancti ſpũs deſignantur? Vnde cũ in loco alio eieciſſet dæmoniũ dixit, Si in digito Dei eiicio dęmonia: profecto venit in vos regnũ Dei. Qua de re per euangeliſtã aliũ dixiſſe deſcribitur, Si ego in ſpiritu Dei eiicio dæmonia, igitur peruenit in vos regnũ Dei. Te deum. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundãtia pietatis tuæ & merita ſupplicũ excedis & vota, effunde ſuper nos miſericordiã tuã, vt dimittas q̃ conſcientia metuit, & adiicias qđ oratio nõ pręſumit. Per do.

¶ Feria.ij.ex.j.lib.Reg. Lcõ.j.

ca.9. ET erat vir de Beniamin, nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus, & nõ erat vir de filijs Iſrael melior illo: ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum. Perierant autẽ aſinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filiũ ſuũ, Tolle tecũ vnũ de pueris, & cõſurgẽs vade, & quęre aſinas. Qui cum trãſiſſent per montẽ Ephraim, & per terram Saliſa, & non inueniſſent, tranſierunt etiã per terrã Salim, & nõ erãt: ſed & per terrã Iemini, & minime repererunt. Cum autem veniſſent in terrã Suph, dixit Saul ad puerũ qui erat cũ eo, Veni, & reuertamur, ne forte dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. Qui ait ei, Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis, omne quod loquitur, ſine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, ſi forte indicet nobis de via noſtra, propter quã venimus. Dixitq; Saul ad puerũ ſuũ: Ecce ibimus, quid feremus ad virum Dei? panis deficit in ſitarchijs noſtris: & ſportulã nõ habem⁹, vt demus homini Dei, nec q̃cquã aliud. Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait: Ecce inuẽta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtrã. Olim in Iſrael ſic loquebať vnuſquiſq;, vadens cõſulere Deũ: venite, & eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim vidẽs. Et dixit Saul ad puerũ ſuũ, Optimus ſermo tuus: veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei. Cunq; aſcenderent cliuũ ciuitatis,

tatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendã aquã, & dixerũt eis, Num hic eſt vidẽs? Quæ reſpondẽtes, dixerũt illis, Hic eſt: ecce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in ciuitatem quia ſacrificiũ eſt hodie populi in excelſo. Ingredientes vrbem ſtatim inuenietis eum antequã aſcendat excelſum ad veſcendum, neq; enim comeſturus eſt populus donec ille veniat: quia ipſe benedicet hoſtiæ, & deinceps comedent qui vocati ſunt. Nunc ergo aſcẽdite, quia hodie reperietis eum.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

c.11. c IN illo tempore, Reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi pater dñe cœli & terrę, quia abſcõdiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: qm̃ ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filiũ, niſi pater: neq; patrẽ quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiã vos. Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabꝰ veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meũ, leue.]

c.12. a In illo tẽpore abijt Ieſus per ſata ſabbato: diſcipuli aũt eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi aũt videntes, dixerũt ei, Ecce, diſcipuli tui faciunt quod nõ licet eis facere ſabbatis. At ille dixit eis. Non legiſtis quid fecerit Dauid quando eſurijt ipſe, & qui cũ eo erant: quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in lege qa ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatũ violant, & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia tẽplo maior eſt hic. Si aũt ſciretis qd eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquã condemnaſſetis innocentes. Dñs enim eſt filius hominis, etiã ſabbati. Et cũ inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorũ. Et ecce homo manũ habens aridam, & interrogabant eum dicentes, Si licet ſabbatis curare: vt accuſarẽt eũ. Ipſe aũt dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nõne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis melior eſt homo oue? Itaq; licet ſabbatis

benefacere. Tunc ait homini, Extende manum tuã. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati, ſicut altera. Exeuntes autem Phariſæi, cõſilium faciebãt aduerſus eum quomodo perderẽt eum.

¶ Feria.iij.ex.j.Regum Lcõ.j.

ca.9. ET aſcenderunt in ciuitatẽ. Cunq; illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt aſcenderet in excelſum. Dñs autẽ reuelauerat auriculam Samuelis ante vnã diem q̃ veniret Saul, dicens, Hac ipſa hora, quæ nũc eſt, cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſaluabit populũ meũ de manu Philiſthinorũ, quia reſpexi populum meum: venit enim clamor eorũ ad me. Cũq; aſpexiſſet Samuel Saulem, dñs dixit ei, Ecce vir quem dixerã tibi, iſte dominabitur populo meo. Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi eſt domus videntis? Et reſpondit Samuel Sauli, dicens, Ego ſum videns: aſcende ante me in excelſum, vt comedas mecũ hodie, & dimittam te mane: & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentæ ſunt. Et cui⁹ erunt optima quęq; Iſrael? nonne tibi, & omni domui patris tui? Reſpõdẽs aũt Saul ait, Nunquid nõ filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo loquutus es mihi ſermonẽ iſtũ? Aſſumens itaq; Samuel Saulẽ, & puerum ei⁹, introduxit eos in tricliniũ, & dedit eis locũ in capite eorũ qui fuerant inuitati, erãt enim quaſi triginta viri, dixitq; Samuel coco, Da partẽ quã dedi tibi, & pręcepi vt reponeres ſeorſum apud te. Leuauit autẽ cocus armũ, & poſuit ante Saul. Dixitq; Samuel, Ecce quod remãſit pone ante te, & comede: quia de induſtria ſeruatũ eſt tibi, quãdo populũ vocaui. Et comedit Saul cũ Samuele in die illa. Et deſcenderũt de excelſo in oppidũ, & loquutus eſt cum Saule in ſolario. Cunq; mane ſurrexiſſent, & iam dies luceſcęret, vocauit Samuel Saulẽ in ſolario, dicẽs, Surge, & dimittã te. Et ſurrexit Saul: egreſſiq; ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel. Cunq; deſcenderẽt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad

Saul,

Saul, Dic puero vt antecedat
nos,& tranſeat:tu autẽ ſubſiſte
pauliſper, vt indicẽ tibi verbũ
Dei. Secundum Matth .I.cõ.ij.
c.12. IEſus autẽ ſciens,ſeceſſit inde
& ſequuti ſunt eum multi,
& curauit eos omnes:& præce
pit eis ne manifeſtũ eũ facerẽt.
Vt adimpleretur quod dictum
eſt per Iſaiam prophetã,dicen-
tem. Ecce puer meus quem ele
gi, dilectus meus in quo bene
cõplacuit animę meæ. Ponam
Spiritum meum ſuper eum, &
iudicium gentibus nuntiabit.
Non cõtendet neq; clamabit:
neq; audiet aliquis in plateis
vocem eius,arundinẽ quaſſatã
nõ cõfringet, & linũ fumigans
nõ extinguet, donec eiiciat ad
victoriã iudicium:& in nomi-
ne eius gentes ſperabũt. Tunc
oblatus eſt ei dæmoniũ habẽs,
cæcus & mutus: & curauit eũ,
ita vt loqueretur & videret. Et
ſtupebant omnes turbæ, & di-
cebant, Nunquid hic eſt filius
Dauid? Phariſæi autẽ audien-
tes dixerũt,Hic nõ eiicit dæmo
nes niſi in Beelzebub principe
dæmoniorum. Ieſus aũt ſciens
cogitationes eorum: dixit eis:
Omne regnum diuiſum cõtra
ſe deſolabitur:& omnis ciuitas
vel domus diuiſa cõtra ſe non
ſtabit. Et ſi ſatanas ſatanã eii-
cit,aduerſus ſe diuiſus eſt.Quo
modo ergo ſtabit regnũ eius?
Et ſi ego in Beelzebub eiicio
dęmones:filij veſtri in quo eii-
ciunt? Ideo ipſi iudices veſtri
erunt. Si aũt ego in ſpiritu Dei
eiicio dæmones: igitur ꝑuenit .c.12
in vos regnũ Dei: aut quomo-
do poteſt quiſquam intrare in
domum fortis,& vaſa eius diri-
pere: niſi prius alligauerit for-
tem, & tũc domũ illiꝰ diripiet?
Qui non eſt mecum cõtra me
eſt:& qui nõ cõgregat mecum
ſpargit. Ideo dico vobis:omne
peccatũ & blaſphemia remitti-
tur hominibus, ſpiritus autem
blaſphemiæ nõ remittetur. Et
quicunq; dixerit verbum con-
tra filium hominis, remittetur
ei:qui aũt dixerit contra Spiri-
tum ſanctum, nõ remittetur ei
neq; in hoc ſeculo, neq; in fu-
turo. Aut facite arborẽ bonam,
& fructum eius bonum, aut fa-
cite arborem malã, & fructum
eius malum, ſiquidẽ ex fructu
arbor agnoſcitur. Progenies vi
perarũ, quomodo poteſtis bo-
na loqui cũ ſitis mali? Ex abun
dãtia enim cordis os loquitur.
Bonꝰ homo, de bono theſauro
profert bona: & malus homo
de malo theſauro ꝓfert mala.

Dico autẽ vobis, quoniã omne verbũ otioſum, quod loquuti fuerint homines, reddent ratio nem de eo in die iudicij. Ex ver bis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Feria.iiij. ex.j. li. Reg.. Lcõ.j.

c.10. Tulit autẽ Samuel lenticu- lam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum, & ait, Ecce vnxit te dñs ſu per hæreditatẽ ſuã in principẽ, & liberabis populũ ſuũ de ma- nibus inimicorum eius, qui in circumitu ei⁹ ſunt. Et hoc tibi ſignũ, quia vnxit te dñs in prin cipẽ. Cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepul chrũ Rachel in finibus Benia- min in meridie, dicentq; tibi: Inuẽtę ſunt aſinę, ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pa ter tuus aſinis ſolicitus eſt pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? Cunq; abieris inde, & vltra tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri aſcendẽtes ad Deũ in Bethel, vnus portãs tres hœ- dos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. Cunq; te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorũ. Poſt hęc venies in collem Dei, vbi eſt ſtatio Phili- ſthinorũ: & cũ ingreſſus fueris ibi vrbẽ, obuiũ habebis gregẽ prophetarum deſcendentiũ dę excelſo, & ante eos pſalterium & tympanum, & tibiam, & ci- tharam, ipſosq; prophetantes. Et inſiliet in te ſpiritus dñi, & prophetabis cum eis, & muta- beris in virum alium. Quando ergo euenerint ſigna hæc om- nia tibi, fac quęcunq; inuene- rit manus tua, quia dñs tecum eſt. Et deſcẽdes ante me in Gal gala: (ego quippe deſcendã ad te) vt offeras oblationẽ, & im- moles victimas pacificas. Septẽ diebus expectabis, donec veniã ad te: & oſtendã tibi qd facias. Itaq; cum auertiſſet humerũ ſuũ vt abiret à Samuele, immu tauit ei Deus cor aliud, & vene- runt omnia ſigna hęc in die il- la. Veneruntq; ad prædictum collem, & ecce cuneus prophe- tarum obuius ei: & inſiluit ſu- per eum ſpiritus dñi, & prophe tauit in medio eorũ. Videntes autẽ omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, ꝙ eſſet cum prophetis, & prophetaret, dixerũt adinuicem, Quænam res accidit filio Cis? Num & Saul inter prophetas? Reſpon- dit alius ad alterum, dicens, Et quis pater eorum? Propte-

rea

rea verſum eſt in prouerbium
Num & Saul inter prophetas?

Secundum Mattheum. Lcõ.ij.

c.12. TVnc † reſpõderũt ei qui-
c dam de Scribis, & Phari-
ſæis dicentes, Magiſter volum⁹
à te ſignum videre. Qui reſpon
dens ait illis, Generatio mala &
adultera ſignũ quęrit, & ſignũ
nõ dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ
prophetæ. Sicut enim fuit Io-
nas in ventre ceti tribus diebus
& tribus noctibus: ſic erit filius
hominis in corde terræ tribus
diebus, & tribus noctibus. Viri
Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ
generatione iſta, & condemna
bunt eam: quia pœnitentiam
egerunt in prædicatione Ionæ,
& ecce plus q̃ Ionas hic. Regi-
na auſtri ſurget in iudicio cũ
generatione iſta, & condemna
bit eã: quia venit à finib⁹ terræ
audire ſapientiam Salomonis:
& ecce plus q̃ Salomon hic. Cũ
aũt immundus ſpiritus exierit
ab homine, ambulat per loca
arida quęrens requiem, & non
inuenit. Tũc dicit, Reuertar in
domum meã vnde exiui. Et ve
niens, inuenit eam vacantem,
ſcopis mundatam & ornatam.
Tunc vadit & aſſumit ſeptem
alios ſpũs ſecũ nequiores ſe, &
intrãtes habitãt ibi: & fiunt no
uiſſima hominis illius peiora
prioribus. Sic erit & generatio-
ni huic peſſimæ. Adhuc eo lo-
quente ad turbas, ecce mater
eius & frẽs ſtabãt foris, quęrẽn-
tes loqui ei. Dixit aũt ei quidã,
Ecce mater tua & frẽs tui foris
ſtant, quęrẽtes te alloqui. At il-
le reſpondens dicenti ſibi, ait,
Quę eſt mater mea, & qui ſunt
fratres mei? Et extendens ma-
num in diſcipulos ſuos, dixit,
Ecce mater mea & fratres mei.
Quicũq; enim fecerit volũtatẽ
patris mei qui in cœlis eſt, ipſe
me⁹ frater, ſoror, & mater eſt.]

℄ Feria. v. ex. j. lib. Reg. Lcõ. j.

CEſſauit autem propheta- c.10.
re, & venit ad excelſum.
Dixitq; patruus Saul ad eum,
& ad puerũ eius, Quo abiiſtis?
Qui reſponderũt, Quęrere aſi-
nas, quas cũ non reperiſſemus,
venimus ad Samuelem. Et di-
xit ei patruus ſuus, Indica mi-
hi quid dixerit tibi Samuel. Et
ait Saul ad patruũ ſuũ, Indica-
uit nobis ꝙ inuẽtę eſſent aſinę.
De ſermone aũt regni nõ indi-
cauit ei, quẽ loquutus fuerat ei
Samuel. Et cõuocauit Samuel
populũ ad dñm in Maſphath,
& ait ad filios Iſrael, Hæc dicit
dñs De⁹ Iſrael, Ego eduxi Iſrael
de Ægypto, & erui vos de ma-
nu

nu Ægyptiorum, & de manu omniũ regum qui affligebant vos. Vos autẽ hodie proieciſtis dñm Deum veſtrum, qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis, & tribulationibus veſtris: &
ca. 8. dixiſtis, Nequaquã, ſed regem cõſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram dño per tribus veſtras, & per familias. Et applicuit Samuel oẽs tribus Iſrael, & cecidit ſors ſuper tribũ Beniamin. Et applicuit tribũ Beniamin, & cognationes eius, & cecidit ſors ſup cognationẽ Metri, & peruenit vſq; ad Saul, filium Cis. Quęſierũt ergo eum, & nõ eſt inuentus. Et conſuluerunt poſt hæc dñm vtrumnã ventu rus eſſet illuc. Reſpõditq; dñs, Ecce abſcõdit' eſt domi. Cucurrerunt itaq;, & tulerũt eũ inde: ſtetitq; in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum. Et ait Samuel ad oẽm populum, Certe videtis quẽ elegit dñs quoniã nõ ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamauit omnis popul', & ait, Viuat rex. Loquutus eſt autẽ Samuel ad populũ legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram dño: & dimiſit Samuel oẽm populũ ſingulos in domũ ſuã. Sed & Saul abijt in domũ ſuã in Gabaa: & abijt cũ eo pars exercitus, quorũ tetigerat De' corda. Filij vero Belial dixerunt, Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & nõ attulerũt ei munera: ille vero diſſimulabat ſe audire.

Secundum Matthęum. Lcõ. ij.

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. Et c. 13.
cõgregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculã aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in litore, & loquutus eſt eis multa in parabolis, dicens, Ecce exijt q ſeminat, ſeminare. Et dum ſeminat, quędã ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. Alia aũt ceciderunt in petroſa, vbi nõ habebant terrã multã, & continuo exorta ſunt, quia nõ habebant altitudinẽ terræ. Sole autẽ orto æſtuauerunt: & quia nõ habebãt radicem, aruerunt. Alia aũt ceciderunt in ſpinas: & creuerũt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia autẽ ceciderunt in terrã bonam: & dabant fructũ, aliud centeſimũ, aliud ſexageſimũ, aliud triceſimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes diſcipuli dixerũt ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens ait illis,

illis, Quia vobis datũ eſt noſſe myſteria regni cœlorũ: illis aũt non eſt datũ. Qui enim habet, dabitur ei & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes nõ audiunt, neq; intelligũt: vt adimpleatur in eis prophetia Iſaiæ dicentis, Auditu audietis, & nõ intelligetis: & vidẽtes videbitis, & non videbitis. Incraſſatũ eſt enim cor populi hujus: & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerũt, nequãdo videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertantur, & ſanẽ eos. Veſtri aũt beati oculi quia vidẽt, & aures veſtrę quia audiũt. Amen quippe dico vobis quia multi prophetæ & iuſti cupierũt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos ergo audite parabolã ſeminantis. Omnis qui audit verbũ regni, & nõ intelligit, venit malus, & rapit quod ſeminatũ eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt. Qui autẽ ſuper petroſa ſeminat⁹ eſt, hic eſt qui verbũ audit, & cõtinuo cum gaudio accipit illud, non autem habet in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione & perſecutione propter vebum, continuo ſcandalizatur. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbũ Dei audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarũ ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Qui vero in terrã bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit verbũ, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidẽ centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero triceſimum.

¶ Feria vj. ex j. Regum. Leõ. j.

ET factũ eſt quaſi poſt menſem, aſcẽdit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad. Dixeruntq; oẽs viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & ſeruiem⁹ tibi. Et reſpondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriã vobiſcũ fœdus, vt eruã oĩum veſtrũ oculos dextros, ponãq; vos opprobriũ in vniuerſo Iſrael. Et dixerunt ad eũ ſeniores Iabes, Concede nobis ſeptem dies, vt mittam⁹ nuntios ad vniuerſos terminos Iſrael: & ſi nõ fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerũt ergo nuntij in Gabaa Saulis: & locuti ſunt verba hæc audiẽte populo: & leuauit oĩs populus vocẽ ſuã, & fleuit. c. 11.

Et ecce Saul veniebat, ſequens boues de agro,& ait, Quid habet populus ꝙ plorat? Et narrauerũt ei verba virorum Iabes. Et inſiluit ſpiritus dñi in Saul, cũ audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius nimis. Et aſſumẽs vtrunq; bouem, cõcidit in fruſta, miſitq; in omnes terminos Iſrael per manũ nuntiorum, dicens, Quicunq; non exierit,& ſequut⁹ fuerit Saul, & Samuel, ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor dñi populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vn⁹. Et recenſuit eos in Bezec: fueruntq; filiorũ Iſrael trecẽta millia, virorũ aũt Iuda triginta millia. Et dixerũt nuntijs qui venerãt, Sic dicetis viris, qui ſunt in Iabes Galaad, Cras erit vobis ſalus, cũ incaluerit ſol. Venerunt ergo nuntij,& annuntiauerũt viris Iabes, qui lætati ſunt. Et dixerunt, Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factũ eſt, cum dies craſtinus veniſſet, cõſtituit Saul populũ in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & pcuſſit Ammon vſq; dum incaleſceret dies, reliqui autẽ diſperſi ſunt, ita vt non relinquerẽtur in eis duo pariter. Et ait populus ad Samuelem, Quis eſt iſte qui dixit, Saul nõ regnabit ſup nos? Date viros,& interficiemus eos. Et ait Saul, Non occidetur quiſquã in die hac: quia hodie fecit dñs ſalutẽ in Iſrael. Dixit autẽ Samuel ad populum. Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnũ. Et perrexit omnis popul⁹ in Galgala,& fecerũt ibi regem Saul corã dño ĩ Galgala, & immolauerũt ibi victimas pacificas corã dño. Et lætatus eſt ibi Saul:& cuncti viri Iſrael nimis.

Secundum Mattheum. Lcõ.ij.

Aliam parabolam propoſuit illis, dicens: † Simile factũ eſt regnũ cœlorũ homini qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo. c.13. d cum aũt dormirẽt homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici,& abijt. Cum autem creuiſſet herba,& fructum feciſſet, tũc apparuerũt & zizania. Accedentes autẽ ſerui patrisfamilias, dixerũt ei, domine nõne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei, Vis igitur imus,& colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticũ: Sinite

vtraq;

vtraq; creſcere vſq; ad meſſem, & in tẽpore meſſis dicã meſſoribus, Colligite primũ zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticũ autem
E congregate in horreum meũ.] Aliam parabolã propoſuit eis, dicẽs, Simile eſt regnũ cœlorũ grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, quod minimũ quidem eſt omnibus ſeminibus: cum aũt creuerit, maius eſt oĩbus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniãt, & habitẽt in ramis eius. Aliam parabolã locutus eſt eis, Simile eſt regnũ cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcõdit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatũ eſt totum. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis nõ loquebatur eis, vt impleretur quod dictũ eſt per prophetã dicentẽ, Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abſcondita à cõſtitutione mũdi. Tunc dimiſſis turbis venit in domũ: & acceſſerũt ad eum diſcipuli eius, dicẽtes, Ediſſere nobis parabolam zizaniorũ agri. Qui reſpõdens ait illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. Ager aũt, eſt mũdus. Bonũ vero ſemen: hi ſunt filij regni. Zizania autem, filij ſunt nequã. Inimicus aũt, qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis vero, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores aũt, angeli ſunt. Sicut ergo colligũtur zizania, & igni cõburuntur, ſic erit in cõſummatione ſeculi, mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno ei⁹ omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentiũ. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Sabbato, ex. j. li. Reg. Lcõ. j.

DIxit autẽ Samuel ad vniuerſum Iſrael, Ecce audiui vocem veſtrã iuxta omnia quæ loquuti eſtis ad me, & cõſtitui ſuper vos regem. Et nunc rex gradietur ante vos; ego aũt ſenui, & incanui: porro filij mei vobiſcũ ſunt. itaq; cõuerſatus corã vobis ab adoleſcentia mea vſq; ad hãc diem, ecce præſto ſum. Loquimini de me coram dño, & coram Chriſto eius, vtrũ bouem cuiuſquã tulerim, aut aſinũ, ſi quempiam calumniat⁹ ſum, ſi oppreſſi aliquẽ, ſi de manu cuiuſquã munus accepi: & cõtemnam illud hodie, reſtituamq; vobis. Et dixerũt, c. 12.

xerunt, Non es calumniatus nos, neq; oppreſſiſti, neq; tuliſti de manu alicuius quippiã, Dixitq; ad eos, Teſtis eſt dñs aduerſum vos, & teſtis Chriſt' eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixerũt, Teſtis. Et ait Samuel ad populũ, Dñs qui fecit Moyſen & Aaron, & eduxit patres noſtros de terra Ægypti, adeſt. Nunc ergo ſtate, vt iudicio cõtendã aduerſum vos corã dño de omnibus miſericordijs dñi, quas fecit vobiſcũ, & cũ patribus veſtris: quomodo Iacob ingreſſus eſt Ægyptũ, & clamauerunt patres veſtri ad dñm, & miſit dñs Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Ægypto: & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti ſunt dñi Dei ſui, & tradidit eos in man' Siſaræ magiſtri militię Haſor, & in manu Philiſthinorũ, & in manu regis Moab, & pugnauerũt aduerſum eos. Poſtea autẽ clamauerũt ad dñm, & dixerunt, Peccauimus, qa dereliquimus dñm, & ſeruiuimus Baalim, & Aſtaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorũ noſtrorũ, & ſeruiemus tibi. Et miſit dñs Ierobaal, & Badam & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circumitũ, & habitaſtis cõfidẽter. Vidẽtes aũt ꝙ Naas, rex filiorũ Ammõ veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi, Nequaquã, ſed rex imperabit nobis: cum dñs Deus veſter regnaret in vobis Nunc ergo præſto eſt rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis dñs regem.

Secundum Matthęum. Lcõ.ij.

SImile eſt regnum cœlorũ thesauro abſcõdito ĩ agro: quẽ qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cœlorũ homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autẽ vna pretioſa margarita; abijt, & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cœlorũ ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium cõgregãti. quã, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedentes, elegerũt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in cõſummatione ſeculi. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminũ ignis. ibi erit fletus & ſtridor dentium. Intellexiſtis hęc oĩa?

Dicunt

Dicunt ei, Etiam dñe. Ait illis,
Ideo omnis Scriba doctꝰs in re
gno cœlorũ, ſimilis eſt homini
patrifamilias, q̃ profert de the-
G ſauro ſuo noua & vetera.] Et fa
ctum eſt: cum cõſummaſſet Ie
ſus parabolas iſtas, trãſijt inde.
Et veniens in patriã ſuam, do-
cebat eos in ſynagogis eorum,
ita vt mirarentur, & dicerent,
Vnde huic ſapientia hæc & vir
tutes? Nõne hic eſt fabri filius?
Nonne mater eius dicitur Ma-
ria, & fratres eius, Iacobus, &
Ioſeph, & Simon, & Iudas? & ſo
rores eius nonne omnes apud
nos ſunt? Vnde ergo huic oĩa
iſta? Et ſcandalizabãtur in eo.
Ieſus aũt dixit eis, Non eſt pro-
pheta ſine honore, niſi in pa-
tria ſua, & in domo ſua. Et non
fecit ibi virtutes multas, ꝓpter
c.14. incredulitatẽ illorũ. In illo tẽ
pore audiuit. Herodes tetrar-
cha famam Ieſu: & ait pueris
ſuis, Hic eſt Ioannes Baptiſta:
ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo
virtutes operantur in eo. Hero-
des enim tenuit Ioannẽ, & alli-
gauit eũ: & poſuit in carcerem
ꝓpter Herodiadẽ vxorẽ fratris
ſui. Dicebat enim illi Ioannes,
Non licet tibi habere eã. Et vo-
lens illũ occidere, timuit popu-
lum: quia ſicut prophetã eum
habebãt. Die aũt natalis Hero-
dis ſaltauit filia Herodiadis in
medio: & placuit Herodi. Vnde
cũ iuramẽto pollicitꝰ eſt ei da-
re quodcũq; poſtulaſſet ab eo.
At illa pręmonita à matre ſua,
Da mihi, inq̃t, hic ĩ diſco caput
Ioãnis Baptiſtę. Et cõtriſtatꝰ eſt
rex: ꝓpter iuramẽtũ aũt & eos
q̃ pariter recũbebãt, iuſſit dari.
Miſitq;, & decollauit Ioãnẽ in
carcere. Et allatũ eſt caput eius
in diſco, & datum eſt puellæ, &
illa attulit matri ſuæ. Et acce-
dentes diſcipuli eius, tulerunt
corpus eius, & ſepelierũt illud:
& veniẽtes nuntiauerunt Ieſu.

¶ Dñica.xij.poſt Pentecoſtẽ, ex primo Regũ. Lectio prima.

SI timueritis do- c.12.
minũ, & ſeruieri
tis ei, & audieri-
tis vocem eius, &
nõ exaſperaueri
tis os dñi: eritis & vos & rex qui
imperat vobis ſequentes dñm
Deũ veſtrũ: ſi aũt nõ audieritis
vocem dñi, ſed exaſperaueritis
ſermones eius: erit manus dñi
ſuper vos, & ſu p patres veſtros.
Sed & nunc ſtate, & videte rem
iſtam grandẽ, quã facturus eſt
dñs in conſpectu veſtro. Nun-
quid non meſſis tritici eſt ho-
die? inuocabo dñm, & dabit
voces,

voces, & pluuias: & ſcietis & videbitis quia grande malũ feceritis vobis in conſpectu dñi, petentes ſuper vos regem. Et clamauit Samuel ad dñm, & dedit dñs voces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis popul⁹ nimis dñm, & Samuelem. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem, Ora pro ſeruis tuis ad dominũ Deũ tuum, vt non moriamur: addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malũ, vt peterem⁹ nobis Regẽ. Dixit aũt Samuel ad populũ: Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malũ hoc: veruntamen nolite recedere à tergo dñi, ſed ſeruite dño ĩ omni corde veſtro. Et nolite declinare poſt vana, quæ nõ proderunt vobis, neq; eruẽt vos, quia vana ſunt. Et non derelinquet dñs populũ ſuum, propter nomen ſuum magnum, quia iurauit dñs facere vos ſibi populum. Abſit autẽ à me hoc peccatum in dño, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Igitur timete dominum, & ſeruite ei in veritate ex toto corde veſtro, vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit. Quòd ſi perſeueraueritis in malitia: & vos & rex veſter pariter peribitis.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

Qvod cum audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula, in locum deſertũ ſeorſum, & cũ audiſſent turbę, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multã: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorũ. Veſpere aũt facto acceſſerũt ad eum diſcipuli eius dicẽtes, Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas. Ieſus autem dixit eis, Nõ habẽt neceſſe ire: date illis vos manducare. Reſponderũt ei, Nõ habemus hic niſi quinque panes & duos piſces. Qui ait eis, Afferte mihi illos huc. Et cũ iuſſiſſet turbã diſcumbere ſup fœnũ, acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cœlũ benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes: diſcipuli autẽ turbis. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorũ plenos. Manducãtiũ aũt fuit numerus quinq; millia virorũ, exceptis mulieribus & paruulis. Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcẽdere in nauiculã, & præcedere eum trans fretũ, donec dimitteret turbas. c.14.

Et dimiſſa turba, aſcendit in monté ſolus orare. Veſpere aũt facto ſol⁹ erat ibi: nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta aũt vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare. Et videntes eũ ſuper mare ambulanté, turbati ſunt, dicentes, Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimq; Ieſus locutus eſt eis dicens, Habete fiduciã: ego ſum, nolite timere. Reſpondens aũt Petrus dixit, Dñe, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas. At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſup aquã vt veniret ad Ieſum. Videns vero ventũ validum, timuit: & cũ cœpiſſet mergi, clamauit dicẽs, dñe, ſaluũ me fac. Et cõtinuo Ieſus extendens manum, apprehendit eũ: & ait illi, Modicæ fidei quare dubitaſti? Et cum aſcẽdiſſet in nauiculã, ceſſauit ventus. Qui aũt in nauicula erãt, venerunt & adorauerunt eum dicẽtes. Vere filius Dei es. Et cum transfretaſſent, venerũt in terrã Geneſaret. Et cum cognouiſſent eũ viri loci illius, miſerũt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: & rogabant eum vt vel fimbriã veſtimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerũt, ſalui facti ſunt.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et reliq. c. 10.

Homilia ſancti Ambroſij epi.

In lectione hac exponũtur hi qui ſibi legiſperiti eſſe vidẽtur, qui verba legis tenent & vim legis ignorant. Et ex ipſo primo legis capitulo docet etiã legis ignaros, probãs ꝙ in principio ſtatim lex & patrẽ & filiũ prędicauerit, & incarnationis dñicæ annuntiauerit ſacramentũ, dicens; Diliges dñm Deũ tuum: & diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Vnde dñs ait ad legiſperitum; Hoc fac & viues. At ille ſicut qui neſciret proximum ſuũ, quia in Chriſtũ non credebat, reſpondit, Quis eſt meus proximus? Itaq; qui Chriſtum neſcit, neſcit & legẽ. Quomodo enim poteſt ſcire legẽ, cum veritatẽ ignoret, cum lex annuntiet veritatẽ? Homo quidam ex Ieruſalẽ deſcẽdebat in Iericho. Vt enim locũ qui propoſitus eſt nobis, planius poſſimus abſoluere, veterẽ ciuitatis Iericho repetamus hiſtoriam. Meminimus itaque ꝙ Iericho

voces, & pluuias: & ſcietis & vi-
debitis quia grande malũ fece-
ritis vobis in conſpectu dñi, pe-
tentes ſuper vos regem. Et cla-
mauit Samuel ad dñm, & dedit
dñs voces, & pluuias in illa die.
Et timuit omnis populꝰ nimis
dñm, & Samuelem. Et dixit vni
uerſus populus ad Samuelem,
Ora pro ſeruis tuis ad dominũ
Deũ tuum, vt non moriamur:
addidimus enim vniuerſis pec
catis noſtris malũ, vt peteremꝰ
nobis Regẽ. Dixit aũt Samuel
ad populũ: Nolite timere, vos
feciſtis vniuerſum malũ hoc:
veruntamen nolite recedere à
tergo dñi, ſed ſeruite dño ĩ om-
ni corde veſtro. Et nolite decli-
nare poſt vana, quæ nõ prode-
runt vobis, neq; eruẽt vos, quia
vana ſunt. Et non derelinquet
dñs populũ ſuum, propter no-
men ſuum magnum, quia iu-
rauit dñs facere vos ſibi popu-
lum. Abſit autẽ à me hoc pec-
catum in dño, vt ceſſem orare
pro vobis, & docebo vos viam
bonam & rectam. Igitur time-
te dominum, & ſeruite ei in ve-
ritate ex toto corde veſtro, vi-
diſtis enim magnifica, quæ in
vobis geſſerit. Quòd ſi perſe-
ueraueritis in malitia: & vos &
rex veſter pariter peribitis.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

Quod cum audiſſet Ieſus, c.14.
ſeceſſit inde in nauicula,
in locum deſertũ ſeor-
ſum, & cũ audiſſent turbę, ſecu
tæ ſunt eum pedeſtres de ciui-
tatibus. Et exiens vidit turbam
multã: & miſertus eſt eis, & cu-
rauit languidos eorũ. Veſpere
aũt facto acceſſerũt ad eum di-
ſcipuli eius dicẽtes, Deſertus eſt
locus, & hora iam præterijt: di-
mitte turbas, vt euntes in ca-
ſtella, emant ſibi eſcas. Ieſus au
tem dixit eis, Nõ habẽt neceſſe
ire: date illis vos manducare.
Reſponderũt ei, Nõ habemus
hic niſi quinque panes & duos
piſces. Qui ait eis, Afferte mihi
illos huc. Et cũ iuſſiſſet turbã
diſcumbere ſup fœnũ, acceptis
quinque panibus, & duobus pi
ſcibus, aſpiciens in cœlũ bene-
dixit & fregit, & dedit diſcipu-
lis panes: diſcipuli autẽ turbis.
Et manducauerunt omnes, &
ſaturati ſunt. Et tulerunt reli-
quias duodecim cophinos frag
mentorũ plenos. Manducãtiũ
aũt fuit numerus quinq; mil-
lia virorũ, exceptis mulieribus
& paruulis. Et ſtatim compulit
Ieſus diſcipulos aſcẽdere in na
uiculã, & præcedere eum trans
fretũ, donec dimitteret turbas.

Et dimiſſa turba, aſcēdit in montē ſolus orare. Veſpere aūt facto ſol⁹ erat ibi: nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta aūt vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare. Et videntes eū ſuper mare ambulantē, turbati ſunt, dicentes, Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimq; Ieſus locutus eſt eis dicens, Habete fiduciā: ego ſum, nolite timere. Reſpondens aūt Petrus dixit, Dñe, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas. At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſup aquā vt veniret ad Ieſum. Videns vero ventū validum, timuit: & cū cœpiſſet mergi, clamauit dicēs, dñe, ſaluū me fac. Et cōtinuo Ieſus extendens manum, apprehendit eū: & ait illi, Modicæ fidei quare dubitaſti? Et cum aſcēdiſſet in nauiculā, ceſſauit ventus. Qui aūt in nauicula erāt, venerunt & adorauerunt eum dicētes, Vere filius Dei es. Et cum transfretaſſent, venerūt in terrā Geneſaret. Et cum cognouiſſent eū viri loci illius, miſerūt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: & rogabant eum vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerūt, ſalui facti ſunt.

Secundum Lucam. Lectio iij.

IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et reſ. c.10.

Homilia ſancti Ambroſij epi.

In lectione hac exponūtur hi qui ſibi legiſperiti eſſe vidētur, qui verba legis tenent & vim legis ignorant. Et ex ipſo primo legis capitulo docet etiā legis ignaros, probās ꝙ in principio ſtatim lex & patrē & filiū prędicauerit, & incarnationis dñicæ annuntiauerit ſacramentū, dicens, Diliges dñm Deū tuum: & diliges proximū tuum ſicut teipſum. Vnde dñs ait ad legiſperitum, Hoc fac & viues. At ille, ſicut qui neſciret proximum ſuū, quia in Chriſtū non credebat, reſpondit, Quis eſt meus proximus? Itaq; qui Chriſtum neſcit, neſcit & legē. Quomodo enim poteſt ſcire legē, cum veritatē ignoret, cum lex annuntiet veritatē? Homo quidam ex Ieruſalē deſcēdebat in Iericho. Vt enim locū qui propoſitus eſt nobis, planius poſſimus abſoluere, veterē ciuitatis Iericho repetamus hiſtoriam. Meminimus itaque ꝙ Iericho

(ſicut legimus in libro, qui inſcribitur Ieſu naue) magna ciuitas fuerit muralibus ſepta parietibus, quæ non ferro peruia, nō arieti poſſit eſſe penetrabilis. In ea Raab habitaſſe meretricem, quæ exploratores, quos direxit Ieſus, hoſpitio ſuſcepit, cōſilio inſtruxit, poſtulantibus ciuibus abiiſſe reſpōdit, abſcondit in tecto, & vt ſe ſuoſq; vrbis excidio poſſet eripere, coccū in feneſtra ligauit. Vrbis aūt ipſi⁹ inexpugnabiles muros ſeptem tubarum ſacerdotaliū ſono & populi vlulantis, vlulatu cōſono corruiſſe. Te deum. Orō.

OMnipotens & miſericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis digne & laudabiliter ſeruiatur: tribue quęſumus nobis, vt ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per dominū.

¶ Feria.ij.ex.j.Regum. Lcō.j.

c.13. FIlius vnius anni erat Saul cū regnare cœpiſſet: duobus autē annis regnauit ſuper Iſrael. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autē cum Ionatha in Gabaa Beniamin. Porro cæterum populū remiſit vnūquenq; in tabernacula ſua. Et percuſſit Ionathas ſtationē Philiſthinorū, quæ erat in Gabaa. Quod cū audiſſent Philiſthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicēs: Audiāt Hebræi Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famā: Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorū: & erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthiim. Clamauit ergo populus poſt Saul in Galgala. Et Philiſthiim cōgregati ſunt ad præliādū cōtra Iſrael, triginta millia curruū, & ſex millia equitū, & reliquū vulgus, ſicut arena quæ eſt in litore maris plurima. Et aſcendentes caſtra metati ſunt in Machmas ad orientē Bethauem. Quod cum vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos (afflict⁹ enim erat populus) abſcōderūt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoq;, & in antris, & in ciſternis. Hebræi autem tranſierunt Iordanem in terram Gad & Galaad.

Secundum Matthæum. Lcō.ij.

TVnc † acceſſerūt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionē ſeniorū? nō enim lauant manus ſuas cū panē mādućāt. Ipſe autē reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini c.15. a

man-

mandatũ Dei propter traditio-
nem veſtrã? Nam Deus dixit,
Honora patrẽ & matrẽ, & qui
maledixerit patri vel matri,
morte moriat̃. Vos aũt dicitis,
Quicunq; dixerit patri vel ma
tri, Mun⁹ quodcunq; eſt ex me,
tibi proderit. Et nõ honorifica
bit patrẽ ſuũ aut matrẽ ſuã, &
irritum feciſtis mandatũ Dei
propter traditionẽ veſtrã. Hipo
critæ, bene ꝓphetauit de vobis
Iſaias dicẽs: Populus hic labijs
me honorat: cor aũt eorũ lon-
ge eſt à me. Sine cauſa aũt co-
lunt me, docentes doctrinas &
mãdata hominũ. Et cõuocatis
ad ſe turbis, dixit eis: Audite &
intelligite. Non quod intrat in
os, coinquinat hominem: ſed
quod procedit ex ore, hoc coin
quinat hominẽ. Tũc accedẽtes
diſcipuli ei⁹ dixerũt ei, Scis quia
Phariſæi, audito verbo hoc,
ſcandalizati ſunt? At ille reſpõ-
dens, ait: Omnis plantatio, quã
nõ plantauit pater meus cœle-
ſtis eradicabit̃. Sinite illos: cæci
ſunt, & duces cæcorũ, cęcus aũt
ſi cæco ducatũ præſtet, ambo
in foueã cadẽt. Reſpõdens aũt
Petrus dixit ei, Ediſſere nobis
parabolam iſtam. At ille dixit,
Adhuc & vos ſine intellectu
eſtis? Non intelligitis, q̃a omne
quod in os intrat, in ventrẽ va-
dit, & in ſeceſſum emittitur?
Quæ autẽ procedunt de ore, de
corde exeunt, & ea coinquinãt
hominẽ, De corde enim exeũt
cogitationes malę, homicidia,
adulteria, fornicationes, furta,
falſa teſtimonia, blaſphemiæ.
Hæc ſunt, quæ coinquinãt ho-
minẽ. Non lotis aũt manibus
manducare, nõ coinquinat ho
minem.] Et egreſſus inde Ieſus B
ſeceſſit ĩ partes Tyri & Sidonis:
Et ecce mulier Chananæa à fi-
nibus illis egreſſa, clamauit di-
cens ei, Miſerere mei dñe fili
Dauid: filia mea male à dæmo
nio vexat̃. Qui nõ reſpondit ei
verbũ. Et accedentes diſcipuli
eius, rogabãt eũ, dicẽtes, Dimit-
te eam: quia clamat poſt nos.
Ipſe autẽ reſpondens, ait, Non
ſum miſſus niſi ad oues quę pe
rierunt domus Iſrael. At illa ve
nit, & adorauit eum, dicẽs, dñe
adiuua me. Qui reſpõdens, ait,
Non eſt bonũ ſumere panem
filiorum, & mittere canibus.
At illa dixit, Etiam dñe: nam
& catelli edunt de micis quæ
cadunt de menſa dominorum
ſuorũ. Tũc reſpondẽs Ieſus, ait
illi: O mulier, magna eſt fides
tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſana-
ta eſt filia eius ex illa hora.]

¶ Feria.iij.ex.j.Regum.Lcõ.j.

c.13. CVnq; adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus populus perterritus eſt qui ſequebatur eum. Et expectauit ſeptem diebus iuxta placitũ Samuelis, & non venit Samuel in Galgala: dilapſuſq; eſt popul' ab eo. Ait ergo Saul. Afferte mihi holocauſtũ, & pacifica. Et obtulit holocauſtũ. Cunq; compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat & egreſſus eſt Saul obuiã ei, vt ſalutaret eum. Locutuſq; eſt ad eum Samuel, Quid feciſti? Reſpondit Saul, Quia vidi ꝙ populus dilaberetur à me, & tu nõ veneras iuxta placitos dies: porro Philiſthiim cõgregati fuerãt in Machmas: dixi, Nunc deſcendent Philiſthiim ad me in Galgala, & faciem dñi nõ placaui. Neceſſitate cõpulſus, obtuli holocauſtũ dño. Dixitq; Samuel ad Saul, Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mãdata dñi Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet dñs regnum tuũ ſuper Iſrael in ſempiternũ: ſed nequaquã regnũ tuũ vltra cõſurget. Quæſiuit dñs ſibi virum iuxta cor ſuũ: & præcepit ei dñs vt eſſet dux ſup populũ ſuum, eo ꝙ non ſeruaueris quę præcepit dñs. Surrexit autem Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Beniamin, & reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiam populo qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa in colle Beniamin. Et recenſuit Saul populũ, qui inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros: & Saul & Ionathas filius eius, populuſq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porro Philiſthiim cõſederãt in Machmas.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

ET cum trãſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ: c.15. & aſcendens in montẽ ſedebat ibi. Et acceſſerũt ad eum turbę multę, habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deũ Iſrael. Ieſus autem cõuocatis diſcipulis ſuis, dixit, Miſereor turbæ: qa triduo iam perſeuerãt mecũ, & nõ habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via. Et dicũt ei diſcipuli, Vnde ergo nobis ĩ deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbã tantã?

Et

Et ait illis Ieſus, Quot panes habetis? At illi dixerunt, Septem, & paucos piſciculos. Et præcepit turbæ vt diſcumberent ſup terrã. Et accipiens ſeptẽ panes, & piſces, & gratias agens fregit, & dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederũt populo. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis tulerũt ſeptẽ ſportas plenas. Erant aũt qui manducauerũt, quatuor millia hominũ, extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam: & venit in fines Magedã.

c.16. Et acceſſerunt ad eũ Phariſæi & Sadducæi tentantes: & rogauerũt eum vt ſignum de cœlo oſtẽderet eis. At ille reſpondẽs, ait illis, Facto veſpere dicitis, Serenum erit, rubicundum eſt enim cœlum. Et mane, Hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlũ. Faciẽ ergo cœli diiudicare noſtis: ſigna aũt temporum nõ poteſtis? Generatio mala & adultera ſignũ quærit: & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt. Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Phariſæorũ & Sadducæorũ. At illi cogitabant inter ſe, dicentes, Quia panes non accepimus. Sciens autem Ieſus, dixit illis, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, q̃a panes non habetis? Nondũ intelligitis, neq; recordamini quinq; panũ & quinq; milliũ hominũ, & quot cophinos ſumpſiſtis? neq; ſeptem panum, & quatuor milliũ hominũ, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare nõ intelligitis quia nõ de pane dixi vobis? Cauete à fermento Phariſæorũ & Sadducæorũ? Tunc intellexerũt quia non dixit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

¶ Feria.iiij.ex.j.Regũ. Lcõ.j.

ET egreſſi ſunt ad prælian- c.13.
dum de caſtris Philiſthinorum tres cunei: vnus cuneus pergebat cõtra viam Ephraim ad terrã Saul, porro alius ingrediebatur per viam Bethoron, tertius autẽ verterat ſe ad iter termini in terra Sabaa, imminentis vallis Seboim cõtra deſertum. Porro faber ferrarius nõ inueniebatur in omni terra Iſrael, cauerant enim Philiſthiim, ne forte facerẽt Hebræi gladiũ aut lanceam. Deſcendebat ergo omnis Iſrael ad Philiſthiim, vt exacueret vnuſquiſq;

vomerem ſuũ,& ligonem,& ſe-
curim,& ſarculũ. Retuſæ itaq;
erãt acies vomerũ, & ligonũ,&
tridentũ,& ſecuriũ; vſq; ad ſti-
mulũ corrigendum. Cunq; ve-
niſſet dies prælij, nõ eſt inuen-
tus enſis & lancea in manu to-
tius populi qui erat cũ Saule &
Ionatha, excepto Saul & Iona-
c.14. tha filio eius. Egreſſa eſt aũt ſta
tió Philiſthiim vt trãſcenderet
in Machmas. Et accidit in qua-
dam die vt diceret Ionathas fi
lius Saul ad adoleſcentẽ armi
gerũ ſuum, Veni,& trãſeamus
ad ſtationẽ Philiſthinorũ, quæ
eſt trans locũ illum. Patri autẽ
ſuo hoc ipſum non indicauit.
Porro Saul morabatur in extre
ma parte Gabaa ſub malo gra
nato: quæ erat in agro Gabaa:
& erat populus cũ eo quaſi ſex-
centorum virorum. Et Achias
filius Achitob fratris Ichabod
filij Phinees, q̃ ortus fuerat ex
Heli ſacerdote dñi in Silo, por-
tabat Ephod. Sed & populus
ignorabat, quo iſſet Ionathas.
Erãt aũt inter aſcenſus, ꝑ quos
nitebatur Ionathas tranſire ad
ſtationẽ Philiſthinorum, emi-
nentes petræ ex vtraq; parte, &
quaſi in modũ dentiũ ſcopuli
hinc inde prærupti, nomẽ vni
Boſes,& nomẽ alteri Sene: vnus
ſcopulus prominẽs ad Aquilo-
nem ex aduerſo Machmas, &
alter ad meridiẽ cõtra Gabaa.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

V† Enit autẽ Ieſus in par- c.16.
tes Cæſaraæ Philippi: & b
interrogabat diſcipulos ſuos,
dicens: Quem dicunt homines
eſſe filiũ hominis? At illi dixe-
runt, Alij Ioannẽ Baptiſtã, alij
autẽ Eliã, alij vero Ieremiã, aut
vnum ex prophetis. Dicit illis
Ieſus, Vos aũt quem me eſſe di-
citis? reſpondens Simon Petrus
dixit: Tu es Chriſtus filius Dei
viui. Reſpõdens aũt Ieſus dixit
ei: Beatus es Simon Bar iona:
quia caro & ſanguis nõ reuela
uit tibi, ſed pater meus qui in
cœlis eſt. Et ego dico tibi quia
tu es Petrus,& ſuper hanc petrã
ędificabo eccleſiã meã, & portę
inferi nõ præualebũt aduerſus
eam. Et tibi dabo claues regni
cœlorũ. Et quodcũq; ligaueris
ſuper terrã, erit ligatũ & in cœ-
lis: & quodcũq; ſolueris ſuper
terrã, erit ſolutum & in cœlis.] C
Tunc pręcepit diſcipulis ſuis, vt
nemini dicerent quia ipſe eſſet
Ieſus Chriſt'. Exinde cœpit Ie-
ſus oſtendere diſcipulis ſuis q̃a
oporteret eum ire Ieroſolymã,
& multa pati à ſenioribus &
Scribis & principibus ſacerdo-
tum,

tum, & occidi, & tertia die re-
ſurgere. Et aſſumens eũ Petrus
cœpit increpare illum, dicens,
Abſit à te dñe: nõ erit tibi hoc.
Qui conuerſus, dixit Petro, Va
de poſt me ſatana: ſcandalũ es
mihi: quia nõ ſapis ea quæ Dei
ſunt, ſed ea quę hominũ. Tunc
Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Si qs
vult poſt me venire, abneget ſe
metipſum, & tollat crucẽ ſuã,
& ſequatur me. Qui enim vo-
luerit animã ſuam ſaluã face-
re, perdet eam. Qui autẽ perdi-
derit animã ſuã propter me, in
ueniet eã. Quid enim prodeſt
homini, ſi vniuerſum mundũ
lucretur, animę vero ſuæ detri-
mentũ patiatur? Aut quã dabit
homo cõmutationem pro ani-
ma ſua? Filius enim hominis
venturus eſt in gloria patris ſui
cum angelis ſuis: & tũc reddet
vnicuiq; ſecundũ opera eius.
Amen dico vobis, ſunt quidam
de hic ſtantibus qui non guſta
bunt mortẽ, donec videãt filiũ
hominis veniẽtẽ in regno ſuo.

¶ Feria. v. ex. j. Regum. Lcõ. j.

c.14. Dixit autem Ionathas ad
adoleſcẽtem armigerum
ſuum, Veni, tranſeamus ad ſta-
tionem incircunciſorum ho-
rum: ſi forte faciat dñs pro no-
bis: quia non eſt dño difficile
ſaluare vel in multis, vel in pau
cis. Dixitq; ei armiger ſuus,
Fac omnia quæ placent ani-
mo tuo, perge quo cupis, & ero
tecum vbicũq; volueris. Et ait
Ionathas, Ecce nos tranſimus
ad viros iſtos. Cunq; apparue-
rimus eis, ſi taliter locuti fue-
rint ad nos, Manete, donec ve-
niamus ad vos: ſtemus in loco
noſtro, nec aſcendamus ad eos.
Si autẽ dixerint, Aſcendite ad
nos: aſcendamus, quia tradidit
eos dñs in manibus noſtris, &
hoc erit nobis ſignum. Appa-
ruit igitur vterq; ſtationi Phi-
liſthinorum, dixeruntq; Phili-
ſthiim, En Hebræi egrediun-
tur de cauernis, in quibus ab-
ſconditi fuerant. Et locuti ſunt
viri de ſtatione ad Ionatham,
& ad armigerum ſuum, dixe-
runtq;, Aſcẽdite ad nos, & oſtẽ-
demus vobis rem. Et ait Iona-
thas ad armigerũ ſuum, Aſcen
damus, ſequere me: tradidit
enim dñs eos in manus Iſrael.
Aſcendit aũt Ionathas manib⁹
& pedibus reptans, & armiger
eius poſt eũ. Itaq; cũ vidiſſent
faciem Ionathæ, alij cadebant
ante Ionatham, alios armiger
eius interficiebat ſequẽs eum.
Et facta eſt plaga prima, qua
percuſſit Ionathas & armiger

eius, quaſi viginti virorum in media parte iugeris, quam par boum in die arare conſueuit. Et factum eſt miraculum in caſtris per agros: ſed & omnis populus ſtationis eorum, qui ierant ad prædandũ, obſtupuit, & conturbata eſt terra, & accidit quaſi miraculum à Deo.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

c. 17. a

ET poſt dies ſex, † Aſſumpſit Ieſus Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta aũt eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerũt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Reſpõdens autem Petrus, dixit ad Ieſum, Dñe bonũ eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, & Moyſi vnum & Elię vnũ. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: ipſum audite. Et audiẽtes diſcipuli, ceciderunt in faciẽ ſuã, & timuerũt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos: dixitq; eis, Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderũt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte præcepit illis Ieſus dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.] Et interrogauerunt eum diſcipuli eius dicentes, Quid ergo Scribæ dicũt ꝙ Eliam oporteat primum venire? At ille reſpondens, ait eis, Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. dico autẽ vobis quia Elias iam venit, & non cognouerũt eum, ſed fecerunt in eo quęcunq; voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerũt diſcipuli quia de Ioãne Baptiſta dixiſſet eis. Et cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum: dicens: dñe miſerere filio meo, qa lunaticus eſt, & male patitur: nã ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam: & obtuli eũ diſcipulis tuis, & nõ potuerunt curare eum. Reſpondẽs aũt Ieſus, ait, O generatio incredula & peruerſa, quouſq; ero vobiſcum? Vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illũ Ieſus: & exijt ab eo dæmoniũ, & curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum ſecreto & dixerunt, Quare nos nõ potuim⁹ eiicere

B

illũ?

illum? Dixit illis Ieſus, Propter incredulitatem veſtrã. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis monti huic, trãſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autẽ genus non eiicitur niſi per orationẽ & ieiunium. Conuerſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Ieſus, Filius hominis tradẽdus eſt in manus hominum: & occident eum, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer.

℄ Feria. vj. ex. j. Regum. Lcõ. j.

c. 14. ET reſpexerũt ſpeculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo proſtrata, & huc illucq; diffugiens. Et ait Saul populo q erat cũ eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cunq; requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Ionathan, & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam, Applica arcã Dei. Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filijs Iſrael. Cunq; loqueretur Saul ad ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorũ, creſcebatq; paulatim, & clarius reſonabat. Et ait Saul ad ſacerdotẽ, Contrahe manũ tuã, Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cũ eo, & venerunt vſq; ad locũ certaminis: & ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſq; ad proximũ ſuum, & cædes magna nimis. Sed & Hebræi qui fuerãt cum Philiſthiim heri & nudiuſtertius, aſcenderantq; cũ eis in caſtris, reuerſi ſunt vt eſſent cum Iſrael qui erant cũ Saul & Ionatha. Omnes quoque Iſraelitæ, qui ſe abſconderant in monte Ephraim, audiẽtes ꝙ fugiſſent Philiſthæi, ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio. Et erant cũ Saul quaſi decem millia virorum. Et ſaluauit dñs Deus Iſrael in die illa: pugna autem peruenit vſq; ad Bethauen. Et viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa.

ſecundum Matthæum. Lcõ. ij.

ET cum veniſſent Capharnaum: acceſſerunt qui didrachma accipiebãt, ad Petrũ, & dixerunt ei, Magiſter veſter nõ ſoluit didrachma? Ait, Etiã. Et cum intraſſet in domũ, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi videtur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributũ vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filij. Vt aũt non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eũ piſcem qui primus aſcen- c. 17.

aſcenderit, tolle. & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illũ ſumens, da eis pro me & te. In illa
c. I. hora † acceſſerunt diſcipuli ad
a Ieſum, dicentes, Quiſputas maior eſt in regno cœlorũ? Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit, Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorũ. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic eſt maior in regno cœlorũ. Et qui ſuſceperit vnũ paruulũ talem in nomine meo, me ſuſcipit, qui autẽ ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis qui in me credũt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniãt ſcãdala: veruntamen væ homini illi per quẽ ſcandalum venit. Si autẽ manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te: bonũ tibi eſt ad vitã ingredi debilẽ vel claudũ, quã duas manꝰ, vel duos pedes habentẽ mitti in ignẽ æternũ. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi eſt vnum oculum habentem in vitã intrare, q̃ duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis. Videte ne cõtemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quia angeli eorũ in cœlis ſemper vident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt.] Venit B
enim filiꝰ hominis ſaluare qđ perierat. Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui centũ oues, & errauerit vna ex eis: nõne relinquit nonaginta nouẽ in montibus, & vadit quęrere eam quę errauit? & ſi contigerit vt inueniat eam, amẽ dico vobis quia gaudet ſuper eam magis q̃ ſuper nonagintanouem quæ nõ errauerunt. Sic nõ eſt voluntas ante patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt vt pereat vnꝰ de puſillis iſtis.
† Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuũ. ſi autem te non audierit: adhibe tecũ adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbũ. Quòd ſi nõ audierit eos: dic eccleſiæ, ſi autem eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quęcũq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quęcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. C

Iterũ

Iterum dico vobis, quia ſi duo
ex vobis conſenſerint ſuper ter
ram, de omni re quãcunq; pe-
tierint, fiet illis à patre meo qui
in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo
vel tres congregati in nomine
meo: ibi ſum in medio eorum.

¶ Sabbato, ex .j. Regũ. Lcõ. j.

c.14. ADiurauit autẽ Saul popu
lum, dicens, Maledictus
vir qui comederit panem vſq;
ad veſperam, donec vlciſcar de
inimicis meis. Et non mandu-
cauit vniuerſus populus panẽ:
omneq; terræ vulgus venit in
ſaltum, in quo erat mel ſuper
faciem agri. Ingreſſus eſt itaq;
populus ſaltũ, & apparuit fluẽs
mel, nulluſq; applicuit manũ
ad os ſuum: timebat enim po-
pulus iuramentũ. Porro Iona-
thas non audierat cum adiu-
raret pater eius populum: ex-
tenditq; ſummitatẽ virgæ, quã
habebat in manu, & intinxit
in fauum mellis: & conuertit
manũ ſuam ad os ſuum, & illu
minati ſunt oculi eius. Reſpon
denſq; vn⁹ de populo, ait, Iure-
iurando conſtrinxit pater tuus
populum, dicens: Maledictus
vir qui comederit panem ho-
die: defecerat autem populus.
Dixitq; Ionathas, Turbauit pa
ter meus terram: vidiſtis ipſi
qa illuminati ſunt oculi mei,
eo ꝙ guſtauerim paululum de
melle iſto: quanto magis ſi co-
mediſſet populus de præda ini
micorum ſuorum, quam repe-
rit? Nonne maior plaga facta
fuiſſet in Philiſthiim? Percuſſe
rũt ergo in die illa Philiſthæos
à Machmis vſque in Aialon.
Defatigatus eſt aũt populus ni
mis, & verſus ad prædam tulit
oues, & boues, & vitulos, & ma-
ctauerũt in terra: comeditq; po
pulus cũ ſanguine. Nuntiaue-
runt aũt Sauli dicentes, ꝙ popu
lus peccaſſet dño, comedens cũ
ſanguine. Qui ait, Præuaricati
eſtis: voluite ad me iam nunc
ſaxum grande. Et dixit Saul,
Diſpergimini in vulgus, & di-
cite eis vt adducat ad me vnuſ-
quiſq; bouem ſuũ & arietem,
& occidite ſuper iſtud, & veſci-
mini, & non peccabitis dño co-
medentes cũ ſanguine. Addu-
xit itaq; omnis populus vnuſ-
quiſq; bouẽ in manu ſua vſq;
ad noctem, & occiderunt ibi.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

TVnc accedens Petrus ad c.18.
eũ, dixit, dñe quoties pec- d
cabit in me frater meus, & di-
mittã ei, vſq; ſepties? Dixit illi
Ieſus, Nõ dico tibi vſq; ſepties:
ſed vſque ſeptuagiẽs ſepties.]

Ideo

E Ideo † aſſimilatũ eſt regnũ cœlorũ homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decẽ millia talenta. Cum aũt nõ haberet vnde redderet, iuſſit eum dñs eius venundari & vxorẽ eius & filios, & omnia quę habebat, & reddi. Procidẽs autẽ ſeruus ille, orabat eum, dicens, Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autẽ dñs ſerui illius, dimiſit eũ, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autẽ ſeruus ille, inuenit vnũ de conſeruis ſuis, q debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eũ, dicens, Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eũ, dicens: Patientiã habe in me, & omnia reddã tibi. Ille aũt noluit: ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitũ. Videntes autẽ cõſerui eius quæ fiebant, cõtriſtati ſunt valde, & venerunt, & narrauerunt dño ſuo omnia quę facta fuerãt. Tunc vocauit illum dñs ſuus, & ait illi, Serue

b nequã, omne debitũ dimiſi tibi, qm̃ rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſert⁹ ſum? Et iratus dñs eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſq; redderet vniuerſum debitum. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.]

Et factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et acceſſerũt ad eũ Phariſæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem ſuã quacunq; ex cauſa? Qui reſpondẽs, ait eis, Non legiſtis quia qui fecit hominẽ ab initio, maſculũ & fœminam fecit eos? Et dixit, propter hoc, dimittet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna, itaq; iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Dicũt illi, Quid ergo Moyſes mandauit dari libellũ repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniã, Moyſes ad duritiã cordis veſtri pmiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio aũt non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuã, niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur: & q dimiſſam duxerit: mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius:

c.19.

eius: Si ita eſt cauſa hominis
cum vxore, nõ expedit nubere.
Qui dixit illis: Non oẽs capiũt
verbũ iſtud, ſed quibus datum
eſt. Sunt enim eunuchi, qui de
matris vtero ſic nati ſunt: &
ſunt eunuchi qui facti ſunt ab
hoĩbus: & ſunt eunuchi q ſeip-
ſos caſtrauerũt propter regnũ
cœlorũ. Qui põt capere capiat.

¶ Dñica.xiij.poſt Pentecoſtẽ,
ex primo Regũ. Lectio prima.

c.14. AEdificauit autẽ
Saul altare dño:
tuncq; primum
cœpit ædificare
altare dño. Et di
xit Saul, Irruamus ſuper Phili-
ſthæos nocte, & vaſtemus eos
vſq; dum illuceſcat mane, nec
relinquam⁹ ex eis virũ. Dixitq;
populus, Omne quod bonũ vi
detur in oculis tuis, fac. Et ait
ſacerdos, Accedamus huc ad
Deum. Et cõſuluit Saul dñm,
Num perſequar Philiſthiim?
ſi trades eos in manus Iſrael?
Et non reſpondit ei in die illa.
Dixitq; Saul, Applicate huc vni
uerſos angulos populi: & ſcito-
te, & videte per quem acciderit
peccatum hoc hodie. Viuit dñs
ſaluator, Iſrael quia ſi per Iona
tham filiũ meũ factũ eſt, abſq;
retractatione morietᷣ. Ad quod
nullus contradixit ei de omni
populo. Et ait ad vniuerſum
Iſrael, ſeparamini vos in partẽ
vnã, & ego cum Ionatha filio
meo ero in parte altera. Reſpõ-
ditq; popul⁹ ad Saul, Quod bo-
nũ tibi videtᷣ in oculis tuis fac.
Et dixit Saul ad dñm Deum
Iſrael, dñe Deus Iſrael da iudi-
cium, quid eſt ꝙ nõ reſpõderis
ſeruo tuo hodie? Si ĩ me aut in
Ionatha filio meo eſt iniquitas
hæc, da oſtenſionẽ, aut ſi hæc
iniquitas eſt in populo tuo, da
ſanctitatẽ. Et deprehenſus eſt
Ionathas & Saul: populus autẽ
exiuit. Et ait Saul, mittite ſortẽ
inter me, & inter Ionathã filiũ
meum. Et captus eſt Ionathas.
Dixit autẽ Saul ad Ionathan,
Indica mihi qd feceris, Et indi
cauit ei Ionathas & ait, Guſtãs
guſtaui in ſummitatẽ virgæ,
quæ erat ĩ manu mea paululũ
mellis, & ecce ego morior? Et
ait Saul, Hæc faciat mihi Deus,
& hæc addat, qa morte morie-
ris Ionatha. Dixitq; popul⁹ ad
Saul, Ergone Ionathas morie-
tur q fecit ſalutẽ hãc magnã in
Iſrael? hoc nefas eſt: viuit dñs,
ſi ceciderit capillus de capite
eius in terrã: quia cũ Deo ope-
ratus eſt hodie. Liberauit ergo
populus Ionathan vt nõ more-
retur.

retur. Receſſitq; Saul, nec perſequut⁹ eſt Philiſthiim: porro Philiſthiim abierũt ĩ loca ſua.

Secundum Matthęum. Lcõ.ij.

ca.9. TVnc oblati ſunt ei paruuli, vt man⁹ eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autẽ increpabant eos. Ieſus vero ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: taliũ eſt enim regnũ cœlorũ: & cum impoſuiſſet eis manus abijt inde. Et ecce vnus accedẽs ait illi, Magiſter bone, qd boni faciã vt habeã vitam æternã? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si aũt vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. Dicit illi, Quę? Ieſus aũt dixit, Nõ homicidiũ facies, Non adulterabis, Nõ facies furtum, Non falſum teſtimoniũ dices, Honora patrẽ tuũ & matrẽ, Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Dixit illi adoleſcens, Omnia hęc cuſtodiui à iuuẽtute mea, quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus, Si vis perfect⁹ eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperib⁹, & habebis theſaurũ in cœlo, & veni, ſequere me. Cũ audiſſet aũt adoleſcens verbum, abijt triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis, qa diues diffi cile intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterũ dico vobis: facilius eſt camelũ p foramẽ acus trãſire, quã diuitẽ intrare in regnũ cœlorũ. Auditis autẽ his diſcipuli mirabãtur valde, dicẽtes, Quis ergo poterit ſalu⁹ eſſe? Aſpiciẽs aũt Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei, † Ecce, nos reliquimus B omnia, & ſequuti ſum⁹ te: quid ergo erit nobis? Ieſus autẽ dixit illis, Amen dico vobis, ꝙ vos qui ſequuti eſtis me: in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Et omnis q̃ reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & vitam æternã poſſidebit.] Multi aũt erunt primi, C nouiſſimi: & nouiſſimi, primi.

Secundum Lucam. Lectio.iij.

c.17. IN illo tpe, Cum iret Ieſus in Ieruſalẽ, trãſibat per mediã Samariã, & Galilæam. Et cũ ingrederetur quoddã caſtellum, occurrerũt ei decẽ viri leproſi.

Et

Ex reſ. Hom. ſcti Auguſti.epi.

De decẽ leproſis quos dñs ita mundauit,cum ait,Ite oſtẽdite vos ſacerdotibus, quęri poteſt cur ad ſacerdotes eos miſerit,vt cum irent mundarẽtur. Nullũ enim eorũ quibus corporalia hæc beneficia præſtitit,inuenitur miſiſſe ad ſacerdotes niſi leproſos. Nam & illũ à lepra mũdauerat cui dixit,Vade,oſtende te ſacerdoti, & offer pro te ſacrificiũ,quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. Quęrendũ eſt igitur, qd ipſa lepra ſignificet. Non enim ſanati,ſed mundati dicũtur,q ea caruerũt. Coloris quippe vitium eſt nõ valetudinis,aut integritatis ſenſuũ atq; membrorum. Leproſi ergo nõ abſurde intelliguntur,q ſciẽtiã veræ fidei non habentes,varias doctrinas profitentur erroris. Nulla porro falſa doctrina eſt, quæ non aliqua vera intermiſceat. Vera ergo falſis inordinate pmiſta, in vna diſputatione vel narratione hominis tanq̃ in vni⁹ corporis colore apparẽtia ſignificãt lepram tanq̃ veris falſiſq; colorum locis humana corpora variãtẽ atq; maculantem. Sacerdotũ vero Iudæorũ nemo fere fideliũ dubitat figuram fuiſſe futuri ſacerdotij regalis qđ eſt in eccleſia, quo cõſecrantur oẽs pertinẽtes ad corpus Chriſti,ſummi & veri principis ſacerdotũ. Te deũ. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deus,da nobis fidei,ſpei, & charitatis augmentum,& vt mereamur aſſequi qđ promittis, fac nos amare quod præcipis. Per dominum noſtrum.

¶ Feria.ij.ex.j.Regum. Lcõ.j.

ET Saul confirmato regno ſuper Iſrael,pugnabat per circumitũ aduerſum oẽs inimicos eius, contra Moab & filios Ammõ,& Edon, & reges Soba, & Philiſthæos: & quocunq; ſe verterat,ſuperabat. Congregatoq; exercitu percuſſit Amalec, & eruit Iſrael de manu vaſtatorum eius. Fuerũt aũt filij Saul, Ionathas, & Ieſſui, & Melchiſua:& nomina duarũ filiarum ei⁹ nomẽ primogenitę Merob, & nomen minoris Michol. Et nomen vxoris Saul, Achinoen filia Achimaas:& nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porro Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner,filius Abiel. Erat autem bellum potens aduerſum Philiſthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunq; viderat Saul virum fortẽ, & aptum ad prælium,

c.15. lium, ſociabat eum ſibi. Et dixit Samuel ad Saul, Me miſit dñs, vt vngerem te in regem ſuper populum eius Iſrael: nunc ergo audi vocem dñi. Hæc dicit dñs exercituum, Recenſui quęcunq; fecit Amalec Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum atq; lactentem, bouem & ouem, camelũ & aſinum. Præcepit itaq; Saul populo, & recenſuit eos quaſi agnos ducẽta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.

Secundum Matthęum. Lcõ.ij.

c.20. S† Imile eſt regnũ cœlorum homini patriſfamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineã ſuã. Cõuentione autẽ facta cum operarijs ex denario diurno miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiã, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis, Ite & vos in vineam meam: & quod iuſtũ fuerit, dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterum autẽ exijt circa ſextã & nonã horã: & fecit ſimiliter. Circa vndecimã vero exijt, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis, quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei, Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineã meam. Cum ſero aũt factum eſſet, dicit dñs vineæ procuratori ſuo, Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiẽs à nouiſſimis vſq; ad primos. Cum veniſſent ergo qui circa vndecimã horã venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes aũt & primi arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi: accéperũt aũt & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patrem familias, dicentes, Hi nouiſſimi vna hora fecerũt: & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus? At ille reſpondens, vni eorũ dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuẽniſti mecũ? Tolle quod tuum eſt, & vade: volo aũt & huic, nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi, primi: & primi nouiſſimi, multi enim ſunt vocati: pauci vero electi.] Et † aſcendens Ieſus Ieroſolymã, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecre- B

to, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymá, & filius hominis tradetur principib⁹ ſacerdotũ, & Scribis, & condemnabunt eũ morte, & tradẽt eum gentibus ad illudendum, & flagellandũ, & crucifigendũ, & tertia die re-
C ſurget.] Tũc † acceſſit ad eum mater filiorũ Zebedæi cũ filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi, Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterá tuá, & vnus ad ſiniſtrá in regno tuo. Reſpondẽs autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicẽ quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Ait illis, Calicem quidẽ meum bibetis: ſedere aũt ad dexteram meá & ſiniſtram, non eſt meũ dare vobis: ſed quibus paratũ
D eſt à patre meo.] Et audientes decẽ, indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus aũt vocauit eos ad ſe: & ait, Scitis quia principes gentiũ dominantur eorũ: & qui maiores ſunt, poteſtatẽ exercent in eos. Non ita erit inter vos: ſed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis.

℄ Feria iij. ex. j. lib. Reg. Lcõ. j.

CVnq; veniſſet Saul vſque ad ciuitatẽ Amalec, tetendit inſidias in torrente. Dixitq; Saul Cinęo, Abite, recedite, atq; diſcedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim feciſti miſericordiá cum oĩbus filijs Iſrael, cum aſcenderent de Ægypto. Et receſſit Cinæus de medio Amalec. Percuſſitq; Saul Amalec ab Euila, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Ægypti: & apprehẽdit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregib⁹ ouiũ & armẽtorũ, & veſtibus, & arietibus, & vniuerſis quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea. Quicquid vero vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt. Factum eſt aũt verbum dñi ad Samuel, dicens, Pœnitet me ꝙ conſtituerim Saul regem: quia dereliqt me, & verba mea opere nõ impleuit. Contriſtatusq; eſt Samuel, & clamauit ad dominũ tota nocte. Cunq; de nocte ſurrexiſſet Samuel: vt iret ad Saul mane, nuntiatum eſt Samueli, eo ꝙ veniſſet Saul in c.15.

Carmelum, & erexiſſet ſibi for
nicem triumphalẽ, & reuerſus
trãſiſſet, deſcẽdiſſetq; in Galga
la. Venit ergo Samuel ad Saul,
& Saul offerebat holocauſtum
dño de initijs prædarum quæ
attulerat ex Amalec. Et cũ ve-
niſſet Samuel ad Saul, dixit ei
Saul, Benedictꝰ tu à dño, imple
ui verbũ dñi. Dixitq; Samuel,
Et quæ eſt hæc vox gregũ quæ
reſonat in auribus meis, & ar-
mentorum, quam ego audio?
Et ait Saul, De Amalec adduxe
runt ea: pepercit enim populus
melioribus ouibus, & armentis
vt immolarentur domino Deo
tuo, reliqua vero occidimus.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

c.20. ET egredientibus illis ab Ieri
cho, ſequuta eſt eũ turba
multa: & ecce duo cæci ſeden-
tes ſecus viam, audierunt quia
Ieſus trãſiret: & clamauerũt, di
centes, Dñe miſerere noſtri, fili
Dauid. Turba autẽ increpabat
eos vt tacerent. At illi magis cla
mabant, dicẽtes, Dñe, miſerere
noſtri, fili Dauid. Et ſtetit Ie-
ſus, & vocauit eos, & ait, Quid
vultis vt faciã vobis? Dicũt illi,
Dñe, vt aperiãtur oculi noſtri.
Miſertus autẽ eorum Ieſus, teti
git oculos eorum. Et cõfeſtim
viderunt: & ſequuti ſunt eum.

† Et cũ appropinquaſſent Iero- c.21.
ſolymis, & veniſſent Bethpha- a
ge ad montẽ Oliueti, tunc Ieſus
miſit duos diſcipulos, dicẽs eis,
Ite in caſtellũ quod contra vos
eſt, & ſtatim inuenietis aſinam
alligatã, & pullũ cum ea: ſolui-
te, & adducite mihi, & ſi quis
vobis aliquid dixerit: dicite qa
dñs his opus habet: & cõfeſtim
dimittet eos. Hoc autẽ factum
eſt, vt adimpleretur quod dictũ
eſt per prophetã dicentẽ, Dicite
filiæ Sion, Ecce rex tuus venit ti
bi manſuetus, ſedẽs ſuper aſinã
& pullum filium ſubiugalis.
Euntes autem diſcipuli fecerũt
ſicut præcepit illis Ieſus. Et ad-
duxerunt aſinam & pullum: &
impoſuerunt ſup eos veſtimen
ta ſua, & eum deſuper ſedere
fecerunt. Plurima autem turba
ſtrauerũt veſtimẽta ſua in via:
alij autem cædebant ramos de
arboribus, & ſternebant in via.
Turbæ autẽ quæ præcedebant
& quæ ſequebantur, clamabãt,
dicentes, Hoſanna filio Dauid:
Benedictus qui venit in nomi-
ne dñi:] Hoſanna ĩ Altiſſimis.
† Et cum intraſſet Ieroſolymã,
cõmota eſt vniuerſa ciuitas, di-
cens: Quis eſt hic? Populi autẽ
dicebant, Hic eſt Ieſus prophe-
ta à Nazareth Galilææ. Et in-
trauit

trauit Ieſus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & menſas numulariorũ & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis, Scriptum eſt, Domus mea, Domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo: & ſanauit eos.

¶Feria.iiij.ex.j.Regum.Lcõ.j.

c.15. Ait autẽ Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ loquutus ſit dñs ad me nocte. Dixitq; ei, Loquere. Et ait Samuel, Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? vnxitq; te dñs in regem ſuper Iſrael, & miſit te dñs in viã, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos, vſq; ad internecionem eorum. Quare ergo non audiſti vocem dñi: ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem, Imo audiui vocem dñi, & ambulaui in via per quam miſit me dñs, & adduxi Agag regẽ Amalec, & Amalec interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorum quæ cæſa ſunt, vt immolet dño Deo tuo in Galgalis. Et ait Samuel, Nunquid vult dñs holocauſta & victimas, & nõ potius vt obediatur voci domini? Melior eſt enim obedientia quam victimę: & auſcultare, magis q̃ offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo ꝙ abiecisti ſermonem domini, abiecit te ne ſis rex. Dixitq; Saul ad Samuelẽ, Peccaui quia præuaricatus ſum ſermonem dñi, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Sed nũc porta quæſo peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem dñm. Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti ſermonem dñi, & proiecit te dñs ne ſis rex ſuper Iſrael. Et conuerſus eſt Samuel vt abiret: ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt. Et ait ad eum Samuel, Scidit dñs regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud ꝓximo tuo meliori te. Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neq; enim homo eſt vt agat pœnitentiã. At ille ait, Peccaui: ſed nunc honora me corã ſenioribus populi mei, &

corã Iſrael, & reuertere mecũ, vt adorem dñm Deum tuum.

Secundum Matthæum.Lcõ.ij.

c.21. Identes autem principes
c ſacerdotũ & ſcribæ mira
bilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Hoſanna filio Dauid:indignati ſunt,& dixerunt ei, Audis q̃d iſti dicnnt? Ieſus autẽ dixit eis: Vtiq;,nunquã legiſtis:Quia ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudẽ? Et relictis illis,abijt foras extra ciuitatem in Betha-
D niam:ibiq; manſit.] Mane aũt reuertens in ciuitatem eſurijt. Et vidẽs fici arborem vnã ſecus viam,venit ad eã, & nihil inuenit in ea niſi folia tantũ, & ait illi,Nunquã ex te fructus naſcatur in ſempiternũ. Et arefacta eſt cõtinuo ficulnea. Et videntes diſcipuli,mirati ſunt dicentes, Quomodo continuo aruit? Reſpondens autẽ Ieſus, ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem,& nõ hæſitaueritis, non ſolũ de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare,fiet. Et omnia quęcunq; petieritis in oratione credentes,accipietis Et cum veniſſet in templũ, acceſſerũt ad eum docentẽ,principes ſacerdotum & ſeniores populi, dicẽtes: In qua poteſtate hæc facis: & quis tibi dedit hãc poteſtatem? Reſpondens aũt Ieſus,dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum ſermonẽ:quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicã in qua poteſtate hęc facio. Baptiſm⁹ Ioãnis vnde erat, è cœlo,an ex hominibus? At illi cogitabãt inter ſe, dicẽtes:Si dixerimus è cœlo: dicet nobis, Quare ergo nõ credidiſtis illi? Si autẽ dixerimus, ex hominibus:timemus turbã, E
omnes enim habent Ioannem ſicut prophetam. Et reſpondentes Ieſu dixerunt: Neſcimus. Ait illis & ipſe:Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. Quid autẽ vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedẽs ad primũ dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem reſpondẽs,ait, Nolo. Poſtea autẽ pœnitentia motus,abijt. Accedens autẽ ad alterũ dixit ſimiliter. At ille reſpondẽs,ait:Eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dixit illis Ieſus, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedẽt vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ: & non credidiſtis ei:publicani autem, & meretri-

ces crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.

¶ Feria.v.ex.j.Regum. Lcõ.j.

c.15. REuerſus ergo Samuel ſequutus eſt Saulẽ: & adorauit Saul dominum. Dixitq́; Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec,& oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus. Et dixit Agag: Siccine ſeparat amara mors? Et ait Samuel,Sicut fecit abſq; liberis mulieres gladius tuus, ſic abſq; liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſta cõcidit eum Samuel coram dño in Galgalis. Abijt autem Samuel in Ramatha,Saul verò aſcẽdit in domũ ſuã in Gabaa. Et non vidit Samuel vltra Saul vſq; ad diẽ mortis ſuæ: veruntamen lugebat Samuel Saulẽ, qm̃ dñm pœnitebat ꝙ conſtituiſſet regem Saul ſuper Iſrael.

c.16. Dixitq́; dñs ad Samuelem, Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet ſup Iſrael? Imple cornu tuum oleo,& veni, vt mittã te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et ait Samuel,Quomodo vadam?audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dñs,Vitulũ de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum dño veni. Et vocabis Iſai ad victimã, & ego oſtendã tibi quid facias: & vnges quẽcunq; mõſtrauero tibi. Fecit ergo Samuel ſicut locutus eſt ei dñs. Venitq́; in Bethlehẽ, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntq́; Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolandum dño veni. Sanctificamini, & venite mecum vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium. Cunq; ingreſſi eſſent: vidit Eliab,& ait, Num corã dño eſt Chriſtus eius? Et dixit dñs ad Samuelẽ: Ne reſpicias vultũ eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius: quoniam abieci eum,nec iuxta intuitũ hominis ego iudico,homo enim videt ea,quę parent: dñs aũt intuetur cor. Et vocauit Iſai Abinadab,& adduxit eum coram Samuele. Qui dixit,Nec hunc elegit dñs. Adduxit autem Iſai Samma, de quo ait,Etiam hunc non elegit dñs.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

ALiam parabolam audite. † Homo erat paterfamilias q̃ plantauit vineã, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular,& ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre c.21. d

profectus eſt. Cum aũt tempus fructuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehẽſis ſeruis eius, aliũ cæciderunt, aliũ occiderũt, aliũ vero lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime aũt miſit ad eos filiũ ſuũ, dicẽs: Verebuntur filiũ meũ. Agricolæ autẽ videntes filiũ, dixerunt intra ſe, Hic eſt hæres: venite, occidamus eum, & habebimus hęreditatẽ ei⁹. Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam: & occiderunt. Cum ergo venerit dñs vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos male perdet: & vineam ſuã locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructũ tẽporibus ſuis. Dicit illis Ieſus, Nunquã legiſtis in ſcripturis, Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A dño factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico vobis q̃a auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽti fruct⁹ eius.
b Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtũ, confringetur: ſuper quem vero ceciderit, conteret eum. Et cùm audiſſent principes ſacerdotũ, & Pharisæi parabolas ei⁹: cognouerũt q̃ de ipſis diceret. Et quęrẽtes eum tenere, timuerunt turbas: q̃n ſicut prophetã eum habebant.] Et reſpõdens c.22.
Ieſus dixit iterum in parabolis a
eis, dicens: † Simile factũ eſt regnũ cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebãt venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandiũ meũ paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi aũt neglexerũt: & abierunt, alius in villã ſuã, alius vero ad negotiationẽ ſuã: reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & cõtumelijs affectos occiderũt. Rex aũt cũ audiſſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorũ ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt, ſed qui inuitati erãt, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, cõgregauerunt oẽs quos inuenerunt, malos & bonos: & implete ſunt nuptiæ diſcumbentiũ. Intrauit autẽ rex vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominẽ non veſtitũ veſte nuptiali. Et ait illi, Amice,

Amice, quomodo huc intraſti nõ habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dicit rex miniſtris, Ligatis manib⁹ & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi.]

Feria.vj.ex.j.lib.Reg. Lcõ.j.

c.16. ADduxit itaq; Iſai ſeptem filios ſuos corã Samuele: & ait Samuel ad Iſai, Nõ elegit dñs ex iſtis. Dixitq; Samuel ad Iſai, Nunquid iam cõpleti ſunt
C filij? Qui reſpondit, Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai: Mitte, & adduc eum: nec enim diſcumbem⁹ prius, quã huc ille veniat. Miſit ergo, & adduxit eum. Erat aũt rufus, & pulcher aſpectu, decoraq; facie. Et ait dñs: Surge, & vnge eũ: ipſe eſt enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius: & directus eſt ſpiritus dñi à die illa in Dauid: & deinceps: ſurgẽſq; Samuel abijt in Ramatha. Spiritus autẽ dñi receſſit à Saul, & exagitabat eũ ſpirit⁹ nequã à dño. Dixerũtq; ſerui Saul ad eũ: Ecce ſpiritus dñi malus exagitat te. Iubeat dñs noſter, & ſerui tui, qui corã te ſunt, quęrent hominẽ ſcientem pſallere cithara: vt quando arripuerit te ſpirit⁹ dñi malus, pſallat manu ſua, & leuius feras. Et ait Saul ad ſeruos ſuos: Prouidete ergo mihi aliquem bene pſallentẽ, & adducite eũ ad me. Et reſpondens vnus de pueris, ait: Ecce, vidi filium Iſai Bethlehemitẽ ſcientẽ pſallere, & fortiſſimũ robore, & virum bellicoſum, & prudentẽ in verbis, & virum pulchrũ: & dñs eſt cũ eo. Miſit ergo Saul nuntios ad Iſai, dicẽs: Mitte ad me Dauid filiũ tuũ, qui eſt in paſcuis. Tulit ergo Iſai aſinum plenũ panib⁹, & lagenam vini, & hœdum de capris vnũ, & miſit per
D manum Dauid filij ſui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. Miſitq; Saul ad Iſai, dicẽs, Stet Dauid in conſpectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur quãdocunq; ſpiritus domini arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

TVnc † abeuntes Phariſæi c.22.
conſiliũ inierunt, vt cape- b
rent eũ in ſermone. Et mittunt

ei diſcipulos ſuos cum Herodia nis, dicentes, Magiſter ſcimus quia verax es, & viã Dei in veritates doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo: nõ enim reſpicis perſonam hominũ: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorũ, ait, Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerũt ei denariũ. Et ait illis Ieſus, Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Dicũt ei, Cæſaris, Tũc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.] Et audiẽtes mirati ſunt: & relicto eo abierũt. In illo die acceſſerunt ad eũ Sadducæi, qui dicunt nõ eſſe reſurrectionẽ: & interrogauerunt eum, dicẽtes, Magiſter, Moyſes dixit, ſiquis mortuus fuerit nõ habens filiũ, vt ducat frater eius vxorẽ illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autẽ apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuã fratri ſuo. Similiter ſecundus & tertius vſq; ad ſeptimum. Nouiſſime autẽ omniũ & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo, cui⁹ erit de ſeptẽ vxor? oẽs enim habuerũt eam.

Reſpondens aũt Ieſus, ait illis, Erratis neſciẽtes ſcripturas, neq; virtutem Dei. In reſurrectione enim neq; nubẽt, neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo. De reſurrectione autẽ mortuorũ non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abrahã, & De⁹ Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorũ, ſed viuentiũ. Et audientes turbę mirabantur in doctrina eius. Phariſæi autẽ audiẽtes ꝙ ſilentiũ impoſuiſſet Sadducæis, †cõuenerũt in vnũ: D & interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor tentans eum, Magiſter, quod eſt mandatũ magnũ in lege? Ait illi Ieſus, diliges dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum aũt ſimile eſt huic. Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pẽdet & prophetę. Cõgregatis aũt Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens: Quid vobis videt᷑ de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicũt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dñm? dicens: Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis, Donec ponã inimicos

mos, ſcabellū pedum tuorum.
Si ergo Dauid vocat eū dn̄m:
quomodo filius eius eſt? Et ne-
mo poterat ei reſpōdere verbū:
neq; auſus fuit quiſquā ex illa
die eum amplius interrogare.]

¶Sabbato, ex.j.Regum.Lcō.j.

c.17. CONgregantes autē Phili-
ſthiim agmina ſua in prę
liū, cōuenerunt in Socho Iudę:
& caſtrametati ſunt inter So-
cho & Azeca in finibꝰ Dōmim.
Porro Saul & filij Iſrael congre
gati venerūt in vallē Terebin-
thi, & direxerunt aciem ad pu-
gnandum contra Philiſthiim.
Et Philiſthiim ſtabāt ſup mon
tem ex parte hac, & Iſrael ſta-
bat ſupra mōtē ex altera parte:
vallisq; erat inter eos, & egreſ-
ſus eſt vir ſpurius de caſtris Phi
liſthinorū nomine Goliath, de
Geth, altitudinis ſex cubitorū
& palmi: & caſſis ærea ſuper ca-
put eius: & lorica ſquamata in-
duebatur: porro pondus loricæ
eius, quinq; millia ſiclorū æris
erat: & ocreas æreas habebat in
cruribus, & clypeus æreus tege-
bat humeros eius: haſtile autē
haſtæ eius erat quaſi liciatoriū
texentiū, ipſum aūt ferrū haſtę
eiꝰ ſexcētos ſiclos habebat ferri:
& armiger eiꝰ antecedebat eū,
Stansq; clamabat aduerſum
phalangas Iſrael, & dicebat eis,
Quare veniſtis parati ad præ-
liū? nunquid ego nō ſum Phili
ſthæus, & vos ſerui Saul? Eligi-
te ex vobis virum, & deſcendat
ad ſingulare certamen: ſi quiue
rit pugnare mecū, & percuſſerit
me, erimus vobis ſerui: ſi autē
ego præualuero, & percuſſero
eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis
nobis. Et aiebat Philiſthæus.
Ego exprobraui agminibꝰ Iſra-
el hodie. Date mihi virum, &
ineat mecū ſingulare certamē.
Audiens autem Saul, & omnes
Iſraelitæ ſermones Philiſthæi
huiuſcemodi, ſtupebant & me-
tuebant nimis. Dauid aūt erat
filius viri Ephrathæi, de quo ſu ca.1
pra dictū eſt, de Bethlehē Iuda,
cui nomē erat Iſai, qui habebat
octo filios, & erat vir in diebus
Saul ſenex, & grandæuus inter
viros. Abierūt aūt tres filij eius
maiores poſt Saul in præliū: &
noīa triū filiorū eius q̄ perrexe
runt ad bellū, Eliab primogeni
tus, & ſecūdus Abinadab, tertiꝰ
quoq; Samma, Dauid aūt erat
minimꝰ. Tribꝰ ergo maioribꝰ ſe
cutis Saulē, abijt Dauid, & reuer
ſus eſt à Saul, vt paſceret gregē
pr̄is ſui in Bethlehē. Procedebat
vero Philiſthæꝰ mane & veſpe,
& ſtabat quadraginta diebus.

Secundum Matthæum. Lc. [illegible]

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos
A ſuos, dicens, †Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundũ vero opera eorũ nolite facere, dicunt enim & nõ faciunt. Alligãt aũt onera grauia & importabilia, & imponũt in humeros hominũ: digito autẽ ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciũt, vt videantur ab hominib⁹, Dilatãt enim phylacteria ſua, & magnificãt fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vos aũt nolite vocari Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter: omnes aũt vos fratres eſtis. Et patrẽ nolite vocare vobis ſuper terrã: vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri: qa magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus. Qui maior eſt veſtrũ, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabit̃: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.] Væ autẽ vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorũ ante homines, vos enim non intratis: nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ: qa comeditis domos viduarum: orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia circumitis mare & aridã, vt faciatis vnũ proſelytũ, & cum fuerit factus, facitis eũ filiũ gehennæ duplo quã vos. Væ vobis duces cæci, q dicitis, Quicunq; iurauerit per templũ, nihil eſt: qui aũt iurauerit in auro tẽpli, debitor eſt. Stulti & cæci, quod enim maius eſt, aurũ, an tẽplũ quod ſanctificat aurũ? Et quicũq; iurauerit in altari, nihil eſt: quicunq; aũt iurauerit in dono qđ eſt ſup illud, debet. Cæci quod enim maius eſt, donũ, an altare quod ſanctificat donũ? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo & in omnibus quę ſup illud ſunt, & quicunq; iurauerit in tẽplo: iurat in illo, & in eo q habitat in ipſo: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritę: quia decimatis mentã & anethũ, & cyminũ, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudiciũ, & miſericordiã, & fidem. Hæc oportuit

tuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæci, excolantes culicẽ, camelum autem glutientes.

¶ Dñica.xiiij.poſt Pentecoſtẽ, ex primo Regũ. Lectio prima.

c.17. DIxit autẽ Iſai ad Dauid filiũ ſuũ, Accipe fratribus tuis Ephi polentæ, & decẽ panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos,& decem formellas caſei, has deferes ad tribunum:& fratres tuos viſitabis, ſi recte agant, & cum quibus ordinati ſunt, diſce. Saul aũt & illi,& oẽs filij Iſrael, in valle Terebinthi pugnabant aduerſum Philiſthiim. Surrexit itaq; Dauid mane, & cõmendauit gregem cuſtodi: & onuſtus abijt, ſicut præceperat ei Iſai. Et venit ad locum Magala,& ad exercitum qui egreſſus ad pugnã vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciẽ Iſrael,ſed & Philiſthiim ex aduerſo fuerãt præparati. Derelinquens ergo Dauid vaſa, quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locũ certaminis,& interrogabat ſi omnia recte agerentur erga fratres ſuos. Cunq; adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcendens Goliath nomine Philiſthæus de Geth, de caſtris Philiſthinorum:& loquente eo hæc eadẽ verba,audiuit Dauid. Omnes aũt Iſraelitæ,cum vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. Et dixit vnus quiſpiã de Iſrael, Num vidiſtis virũ hunc qui aſcendit? Ad exprobrandũ enim Iſrael,aſcendit. Virum ergo qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiã ſuã dabit ei, & domum patris eius faciet abſq; tributo in Iſrael.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

VÆ vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ:quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina & immũditia. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id quod deforis eſt, mundum. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ:qa ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa,intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum,& omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus aũt pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. Væ vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ: quia ædificatis ſepulchra prophetarum: & c.23.

ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorũ, non eſſemus ſocij eorũ in ſanguine prophetarũ: itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis quia filij eſtis eorũ qui prophetas occiderũt. Et vos implete menſurã patrũ veſtrorum. Serpentes, genimina viperarũ: quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis,
D † Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas & ſapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat ſup vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templũ & altare. Amen dico vobis: venient hæc omnia ſuper generationẽ iſtam. Ieruſalẽ, Ieruſalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis dom⁹ veſtra deſerta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini.]

Secundum Matthæum. Lec. ij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus discipulis ſuis, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et reli. ca. 6.

Homilia ſancti Ambroſij epi.

Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis: neq; corpori veſtro quid induamini. Nõne anima plus eſt quã eſca? & corpus plus q̃ veſtimentum? Nihil enim moralius ad faciendam fidem oĩbus credentibus à Deo poſſet conferri, quam q aereus ille ſpiritus, vitale collegium, animæ corporiſq; cõtubernio fœderatũ, ſine noſtro labore perpetui nec ſalutaris vſus deficit alimenti: niſi cum venerit ſuprema dies moriendi. Cum igitur anima indumento corporis veſtiat̃, vt vigore animæ corpus animetur: abſurdũ eſt, vt victus nobis copiam defuturam putemus, qui viuendi iugem ſubſtantiam cõſequimur. Cõſiderate (inquit) volatilia cœli, magnũ ſane & aptum quod fide ſumamus exemplũ. Nam ſi volatilibus cœli quib⁹ nullũ exercitium cultionis, nullus de meſſium fœcunditate prouẽtus eſt, indeficientẽ tamẽ prouidentia diuina largitur alimoniam: verũ eſt cauſam inopiæ noſtrę auaritiam videri. Etenim illis iccir-

ideirco ſine laboré pabuli vſus exuberat, q fruct⁹ ſibi cõmuné ad eſcam datos ſpeciali quodã neſciunt vendicare dominatu. Nos cõmunia amiſim⁹, dũ pro pria vendicam⁹. T e deũ. Orõ.

CVſtodi domine eccleſiam tuam propitiatione perpe tua: & qa ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxilijs & abſtrahatur à noxijs & ad ſalutaria dirigatur. Per do.

¶ Feria. ij. ex. j. Regum. Lcõ. j.

c. 17. ET ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecũ, dicens: Quid dabitur viro q percuſſerit Philiſthæum hũc, & tulerit opprobrium de Iſrael? quis eſt enim hic Philiſthæus incircunciſus qui exprobrauit aciem Dei viuentis? Referebat aũt ei populus eundẽ ſermonẽ, dicens, Hęc dabuntur viro qui percuſſerit eũ. Quod cũ audiſſet Eliab frater eius maior, loquẽte eo cum alijs, iratus eſt contra Dauid, & ait, Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiã tuã, & nequitiã cordis tui: quia vt videres prælium deſcẽdiſti. Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non verbum eſt? Et declinauit paululũ ab eo ad aliũ: dixitq; eundem ſermonẽ. Et reſpondit ei populus verbum ſicut prius. Audita ſunt aũt verba quæ locutus eſt Dauid, & annuntiata in cõſpectu Saul. Ad quẽ cum fuiſſet adductus, locutus eſt ei. Non concidat cor cuiuſquã in eo: ego ſeruus tuus vadã, & pugnabo aduerſus Philiſthæum. Et ait Saul ad Dauid, Nõ vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum: quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcẽtia ſua. Dixitq; Dauid ad Saul, Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregẽ, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis: & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorũ, & illi cõſurgebant aduerſum me, & apprehẽdebã mentũ eorũ, & ſuffocabã, interficiebamq; eos. Nã & leonẽ & vrſum interfeci ego ſeru⁹ tuus: erit igitur & Philiſthæus hic in circunciſus, quaſi vnus ex eis. Nunc vadam & auferã opprobrium populi: quoniã quis eſt iſte Philiſthæus incircunciſus? quia auſus eſt maledicere exer citui Dei viuẽtis? Et ait Dauid, Dñs qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid, Vade, & dñs tecum ſit.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

c.24. ET egreſſus Ieſus de tẽplo, ibat. Et acceſſerunt diſcipuli eius vt oſtenderẽt ei ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens, dixit illis, Videtis hęc omnia? Amen dico vobis, nõ relinquetur hic lapis ſup lapidẽ, qui nõ deſtruatur. Sedente aũt eo ſuper montẽ Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes, Dic nobis, quãdo hæc erunt? & quod ſignũ aduentus tui, & conſummationis ſeculi? Reſpõdẽs Ieſus dixit eis, Videte nequis vos ſeducat: multi enim venient in noĩe meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducẽt. Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorũ, Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri ſed nondum eſt finis. Cõſurget enim gẽs in gentẽ, & regnũ in regnũ: & erũt peſtilentiæ, & fames, & terręmotus per loca, hęc aũt omnia, initia ſunt dolorũ. Tũc tradent vos in tribulationẽ, & occidẽt vos: & eritis odio oĩbus gentibus propter nomen meũ. Et tunc ſcandalizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicẽ. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent: & ſeducẽt multos. Et qm̃ abũdabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum: qui autem perſeuerauerit vſq; in finẽ hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc euangeliũ regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium oĩbus gẽtibus: & tũc veniet cõſummatio.

† Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta B
eſt à Daniele propheta, ſtantẽ in loco ſancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad mõtes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, nõ reuertatur tollere tunicã ſuam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem vt nõ fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbato. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſq; modo, neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. ſurgent enim pſeudochriſti & pſeudo prophetæ: & dabunt ſigna magna & prodigia, ita, vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiã electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deſerto eſt: nolite exire, ecce in penetralibus: nolite credere.

dere. Sicut enim fulgur exit ab oriente,& paret vſq; in occiden tem:ita erit & aduentus filij ho minis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. Statim aũt poſt tribulationem dierũ illorũ ſol obſcurabitur,& luna nõ dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de cœlo: & virtutes cœlorũ cõmouebuntur: & tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo,& tũc plangẽt omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientẽ in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſq; ad terminos eorũ. Ab arbore autem fici diſcite parabolã. Cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas, ita & vos, cũ videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec hæc oĩa fiãt. Cœlũ & terra trãſibũt, verba autẽ mea nõ præteribunt.]

¶ Feria.iij.ex.j. Regũ. Leõ.j.

c.17. ET induit Saul Dauid veſtimentis ſuis,& impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eũ lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius ſup veſtem ſuã, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: nõ enim habebat conſuetudinem. Dixitq; Dauid ad Saul, Non poſſum ſic incedere, q̃a non vſum habeo. Et depoſuit ea, & tulit baculũ ſuũ quẽ ſemper habebat in manib⁹: & elegit ſibi quinq; limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem quã habebat ſecũ,& fundã manu tulit: & proceſſit aduerſum Philiſthæum. Ibat autẽ Philiſthæ⁹ incedẽs, & appropinquãs aduerſum Dauid, & armiger eius ante eũ. Cunq; inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eũ. Erat aũt adoleſcẽs rufus,& pulcher aſpectu. Et dixit Philiſthęus ad Dauid, Nunquid ego canis ſum, ꝗ tũ venis ad me cũ baculo? Et maledixit Philiſthæus Dauid in diis ſuis: dixitq; ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli,& beſtiis terræ. Dixit autẽ Dauid ad Philiſthæũ, Tu venis ad me cũ gladio, & haſta,& clypeo, ego aũt venio ad te in nõie dñi exercituum, Dei agminum Iſrael, quib⁹ exprobraſti hodie, & dabit te dñs in manu mea,& percutiam te, & auferam caput tuum à te; & dabo cadauera caſtrorũ

ſtrorũ Philiſthiim hodie volatilibus cœli, & beſtijs terræ: vt ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſrael. Et nouerit vniuerſa eccleſia hęc, quia nõ in gladio nec in haſta ſaluat dñs: ipſius enim eſt bellũ, & tradet vos in manus noſtras. Cũ ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnã ex aduerſo Philiſthæi. Et miſit manũ ſuam in peram, tulitq; vnum lapidem, & funda iecit, & percuſſit Philiſthæũ in frõte: & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciẽ ſuam ſuper terrã. Pręualuitq; Dauid aduerſum Philiſthæũ in funda & lapide, percuſſumq; Philiſthæũ interfecit. Cunq; gladiũ nõ haberet in manu Dauid, cucurrit, & ſtetit ſup Philiſthæũ, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina ſua: & interfecit eum, præciditq; caput eius.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

c.24. DE die autẽ illa & hora nemo ſcit, neq; angeli cœlorum, niſi ſolus pater. Sicut autẽ in diebus Noe: ita erit & aduentus filij hoĩs. ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſq; ad eum diem quo intrauit Noe in arcã & nõ cognouerũt donec venit diluuium, & tulit oẽs: ita erit & aduẽtus filij hominis. Tũc duo erũt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur, duę molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur. duo in lecto: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. † Vigilate ergo, qa neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit. E Illud aũt ſcitote: qm̃ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtiq;, & non ſineret perfodi domũ ſuã. Ideo & vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora fili⁹ hominis venturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quẽ cõſtituit dñs ſuus ſuper familiã ſuam, vt det illis cibũ in tẽpore? Beatus ille ſeruus, quẽ, cũ venerit dñs eius inuenerit ſic facientem. Amẽ dico vobis, qm̃ ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.] F Si aũt dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dñs meus venire, & cœperit percutere cõſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis: veniet dñs ſerui illius in die qua non ſperat, & hora quã ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus & ſtridor dentium.

Tunc

c.25. a [Tunc † ſimile erit regnũ cœlorũ decem virginib⁹: quę accipientes lampades ſuas exierunt obuiã ſponſo & ſpõſæ. Quinq; aũt ex eis erant fatuę, & quinq; prudẽtes, ſed quinq; fatuę, acceptis lampadibus, nõ ſumpſerũt oleũ ſecũ: prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moram aũt faciente ſponſo, dormitauerũt oẽs ac dormierunt. Media autẽ nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus
b venit, exite obuiã ei. Tũc ſurrexerunt oẽs virgines illę: & ornauerũt lampades ſuas. Fatuę aũt ſapiẽtibus dixerũt, Date nobis de oleo veſtro: q̃a lampades noſtrę extinguntur. Reſponderũt prudẽtes, dicentes, Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendẽtes, & emite vobis. Dum aũt irẽt emere, venit ſpõſus: & quę paratę erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt & reliquę virgines, dicentes Dñe, dñe, aperi nobis. At ille reſpondens, ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque quia neſcitis diem neq; horã.]

¶ Feria iiij. ex j. Regũ Lẽc. j.

c.17. V Identes autẽ Philiſthiim q̃ mortuus eſſet fortiſſimus eorũ, fugerunt, Et conſurgentes viri Iſrael & Iuda vociferati ſunt, & perſecuti ſunt Philiſthæos vſq; dum venirent in vallem, & vſq; ad portas Accaron: cecideruntq; vulnerati de Philiſthiim in via Saraim, & vſq; ad Geth, & vſq; ad Accaron. Et reuertentes filij Iſrael poſtquã perſecuti fuerãt Philiſthæos, inuaſerunt caſtra eorũ. Aſſumẽs aũt Dauid caput Philiſthæi, attulit illud in Ieruſalẽ: arma vero eius poſuit in tabernaculo ſuo. Eo aũt tẽpore quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philiſthæum, ait ad Abner principẽ militię, De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, Abner? Dixitq; Abner, Viuit anima tua, rex, ſi noui. Et ait rex, interroga tu cuius filius ſit iſte puer. Cumq; regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſthæo, tulit eũ Abner, & introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habentem in manu ſua. Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ò adoleſcens? Dixitq; Dauid, filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ ego ſum. Et factum eſt cum cõpleſſet loqui ad Saul, anima Ionathę cõglutinata eſt animę Dauid, & dilexit eum Ionathas quaſi animã ſuã. Tulitq; eum Saul in die illa, & non conceſſit

c.18. d

ei vt reuerteretur in domũ patris ſui. Inierunt autẽ Dauid & Ionathas fœdꝰ: diligebat enim eũ quaſi animã ſuã. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eã Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſq; ad gladiũ & arcũ ſuum: & vſq; ad baltheũ. Egrediebatᷣ quoq; Dauid ad omnia quęcunq; miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat poſuitq; eũ Saul ſup viros belli, & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximeq; in conſpectu famulorum Saul.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

Ma. 25. b
SIcut enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talenta, alij aũt duo, alij vero vnũ, vnicuiq; ſecundũ propriã virtutẽ: & profectus eſt ſtatim. Abijt aũt qui quinq; talẽta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinq;. Similiter & q duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui aũt vnũ acceperat, abiens fodit in terrã, & abſcõdit pecuniam dñi ſui. Poſt multũ vero temporis venit dñs ſeruorum illorũ & poſuit rationẽ cũ eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Dñe, quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratꝰ ſum. Ait illi dñs eius, Euge ſerue bone & fidelis, qa ſup pauca fuiſti fidelis, ſup multa te conſtituã: intra in gaudiũ dñi tui. Acceſſit aũt & qui duo talenta acceperat, & ait, Dñe, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dñs eius, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te cõſtituã, intra in gaudiũ dñi tui.] Accedens autẽ & qui vnũ C talentũ acceperat, ait, Dñe, ſcio quia homo durus es, metis vbi nõ ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij, & abſcondi talentũ tuum in terra: ecce habes quod tuum eſt. Reſpõdẽs aũt dñs eius, dixit ei, Serue male & piger, ſciebas qa meto vbi non ſemino, & cõgrego vbi nõ ſparſi: oportuit ergo te cõmittere pecuniã meam nummularijs; & veniens ego recepiſſem vtiq; qđ meũ eſt cũ vſura. Tollite itaq; ab eo talentũ, & date ei q habet decẽ talenta: omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei aũt q non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilẽ ſeruũ eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium.

¶ Feria. v. ex. j. Regum. Lcō. j.

c. 18. PОrro cum reuerteretur percuſſo Philiſthæo Dauid, egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael cantantes, chorosq; ducētes in occurſum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris. Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes, Percuſſit Saul mille, & Dauid decē millia. Iratus eſt aūt Saul nimis, & diſplicuit in oculis ei⁹ ſermo iſte, Dixitq;, Dederunt Dauid decē millia, & mihi mille dederunt: qd ei ſupereſt, niſi ſolū regnum? Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa & deinceps, Poſt diem autē alterā, inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ: Dauid autē pſallebat manu ſua, ſicut per ſingulos dies. Tenebatq; Saul lanceam, & miſit eam, putās ꝙ cōfigere poſſet Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius ſecūdo. Et timuit Saul Dauid: eo ꝙ dn̄s eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet. Amouit ergo eum Saul à ſe, & fecit eum Tribunū ſuper mille viros: & egrediebatur, & ingrediebatur in conſpectu populi. In omnibus quoq; vijs ſuis Dauid prudenter agebat, & dn̄s erat cum eo. Vidit itaq; Saul ꝙ prudens eſſet nimis, & cœpit cauere eū. Omnis autē Iſrael & Iuda diligebat Dauid: ipſe aūt egrediebatur & ingrediebat᷑ ante eos. Dixitq; Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob ipſam dabo tibi vxorem: tantū modo eſto vir fortis, & præliare bella dn̄i. Saul aūt reputabat dicens, Non ſit manus mea in eū; ſed ſit ſuper eū manus Philiſthinorum. Ait autē Dauid ad Saul, Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael vt fiam gener regis?

Secundum Matthæum. Lcō. ij.

CVm † autē venerit fili⁹ hominis in maieſtate ſua, & c. 25. d
omnes angeli cum eo, tūc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicē, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: & ſtatuet oues quidē à dextris ſuis, hœdos aūt à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratū vobis regnū à conſtitutione mūdi, Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: Sitiui & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram: & collegiſtis me, nudus, & operuiſtis me, infirmus, & viſi-

viſitaſtis me, in carcere eram: & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Dñe, quãdo te vidimus eſurientẽ, & pauimus te: ſitientẽ, & dedimus tibi potum? Quando aũt te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmũ, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis, Amen dico vobis, quãdiu feciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: Eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi manducare. Sitiui, & nõ dediſtis mihi potum. hoſpes eram, & non collegiſtis me. nudus, & nõ operuiſtis me. infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes, Dñe, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientẽ, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere: & nõ miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens. Amen dico vobis, quandiu nõ feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti aũt in vitã æternã.

¶ Feria.vj.ex.j.Regum. Lectio.

FActum eſt autem tempus cũ deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadrieli Molathitæ vxor. Dilexit autem Michol filia Saul altera, Dauid. Et nuntiatũ eſt Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul, Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſthinorũ. Dixitq; Saul ad Dauid, in duabus rebus gener me⁹ eris hodie. Et mandauit Saul ſeruis ſuis, Loquimini ad Dauid clam me, dicentes, Ecce places regi, & oẽs ſerui eius diligũt te. Nunc ergo eſto gener regis, & loquuti ſunt ſerui Saul in aurib⁹ Dauid omnia verba hęc: & ait Dauid, Num parum videtur vobis generum eſſe regis? Ego aũt ſum vir pauper & tenuis. Et renuntiauerunt ſerui Saul, dicentes: Huiuſcemodi verba loquutus eſt Dauid. Dixit aũt Saul, Sic loquimini ad Dauid: Non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantũ centũ præputia Philiſthinorũ, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere Dauid in man⁹ Philiſthinorũ. Cumq; renuntiaſſent ſerui eius Dauid verba quę dixerat Saul, placuit ſermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et poſt pau-

c.18.

paucos dies ſurgẽs Dauid, abijt cũ viris qui ſub eo erãt. Et percuſſit ex Philiſthiim ducentos viros: & attulit eorũ præputia, & annumerauit ea regi vt eſſet gener eius. Dedit itaq; Saul ei Michol filiam ſuam vxorem. Et vidit Saul, & intellexit ꝙ dñs eſſet cũ Dauid: Michol aũt filia Saul diligebat eum. Et Saul ma

c.18. gis cœpit timere Dauid: factuſq; eſt Saul inimicus Dauid, cunctis diebus. Et egreſſi ſunt principes Philiſthinorũ: à principio autẽ egreſſionis eorum, prudentius ſe gerebat Dauid, ꝗ omnes ſerui Saul, & celebre factum eſt nomen eius nimis.

Beati Iudæ Apoſtoli epiſtola catholica. Lectio ſecunda.

ca. 1. IVdas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autẽ Iacobi: his qui ſunt in Deo patre dilectis & Chriſto Ieſu cõſeruatis, & vocatis, Miſericordia vobis, & pax & charitas adimpleat. Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de cõmuni veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, dñi noſtri gratiã transferentes in luxuriã & ſolũ dominatorẽ & dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ negãtes. Cõmonere aũt vos volo, ſcientes ſemel omnia, ꝙ Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundo eos qui nõ crediderũt, perdidit: Angelos vero qui nõ ſeruauerũt ſuũ principatũ; ſed dereliquerũt ſuum domiciliũ, in iudiciũ magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnẽ alteram, facti ſunt exemplum, ignis æterni pœnã ſuſtinentes. Similiter & hi carnem quidẽ maculant, dñationẽ autẽ ſpernũt, maieſtatẽ aũt blaſphemant. Cũ Michael archãgelus cũ diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore: nõ eſt auſus iudiciũ inferre blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Deus. Hi aũt quęcunq; quidẽ ignorant, blaſphemant: quęcunq; aũt naturaliter, tanquã muta animalia, norunt, in his corrũpuntur.

¶ Sabbato, ex .j. Regum. Lcõ. 3.

LOquutus eſt autẽ Saul ad Ionathan filiũ ſuum, & ad omnes ſeruos ſuos, vt occideret Dauid. Porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, di- c.19.

cens: Quęrit Saul pater meus
occidere te: quapropter obſer-
ua te quęſo mane, & manebis
clam, & abſcōderis. Ego autem
egrediens, ſtabo iuxta patrem
meū in agro vbicunq; fueris: &
ego loquar de te ad patrē meū,
& quodcunq; videro, nuntiabo
tibi. Loquutusq; eſt ergo Iona
thas de Dauid bona, ad Saul pa
trem ſuum, dixitq; ad eum,
Ne peccet rex in ſeruum ſuum
Dauid, quia non peccauit ti-
bi, & opera eius bona ſunt tibi
valde. Et poſuit animam ſuam
in manu ſua: & percuſſit Phi-
liſthæum, & fecit dominus ſa-
lutem magnam vniuerſo Iſrae
li: vidiſti, & lætatus es. Quare
ergo peccas in ſanguine inno-
xio, interficiens Dauid, qui eſt
abſque culpa? Quod cum au-
diſſet Saul, placatus voce Iona-
thæ, iurauit: Viuit dominus,
quia non occidetur. Vocauit
itaq; Ionathas Dauid, & indi-
cauit ei omnia verba hæc: &
introduxit Ionathas Dauid ad
Saul, & fuit ante eum, ſicut erat
heri & nudiuſtertius. Motum
eſt autem rurſum bellum: &
egreſſus Dauid, pugnauit ad-
uerſum Philiſthiim: pcuſſitq;
eos plaga magna, & fugerunt à
facie eius. Et factus eſt ſpiritus
dñi malus in Saul: ſedebat au-
tem in domo ſuá, & tenebat lā-
ceam: porro Dauid pſallebat
manu ſua. Niſusq; eſt Saul cō-
figere Dauid lācea ī pariete: &
declinauit Dauid à facie Saul
lancea autem caſſo vulnere per
lata eſt in parietem: & Dauid
fugit, & ſaluatus eſt nocte illa.

Ex epiſto. Iudæ Apoſto. Lcō. ij.

VÆ illis, qui in via Cain ca. I.
abierunt: & errore Balaā,
mercede effuſi ſunt, & in con-
tradictione Core perierunt. Hi
ſunt in epulis ſuis, maculæ, con
uiuantes, ſine timore, ſemetip-
ſos paſcentes, nubes ſine aqua
quæ à ventis circunferuntur, ar
bores autumnales, infructuoſę,
bis mortuæ, eradicatæ, fluctus
feri maris, deſpumātes ſuas cō-
fuſiones, ſydera errantia, qui-
bus procella tenebrarum ſerua
ta eſt in æternum. Propheta-
uit autem & de his ſeptimus ab
Adam, Enoc, dicens: Ecce venit
dñs in ſanctis millibus ſuis, fa-
cere iudicium contra omnes, &
arguere omnes impios, de om-
nibus operibus impietatis eo-
rum quibus impie egerunt, &
de omnibus duris quæ loquuti
ſunt cōtra eū peccatores impij.
Hi ſunt murmuratores, queru
loſi, ſecundū deſideria ſua am-
bu-

bulantes; & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſa. Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab apoſtolis dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis: Quoniam in nouiſſimis tẽporibus veniẽt illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulãtes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtrę fidei, in Spiritu ſancto orantes; voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternã. Et hos quidem arguite iudicatos: illos vero ſaluate, de igne rapientes. Alijs autem miſeremini in timore: odientes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicã. Ei autẽ qui potens eſt vos cõſeruare ſine peccato, & conſtituere ante cõſpectum glorię ſuę immaculatos ĩ exultatione in aduentu dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſoli Deo ſaluatori noſtro per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrũ gloria & magnificentia; imperium & poteſtas ante omnia ſecula, & nũc & in omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

Dñica. xv. poſt Pentecoſten, ex primo Regũ. Lectio prima.

MIſit ergo Saul ſa- c. 19.
tellites ſuos ĩ do-
mũ Dauid, vt cu
ſtodirẽt eũ, & in
terficeret mane.
Quod cum annũtiaſſet Dauid
Michol vxor ſua, dicẽs: Niſi ſal
uaueris te nocte hac, cras mo-
rieris: depoſuit eũ per feneſtrã:
porro ille abiit & aufugit, atq;
ſaluatus eſt. Tulit autẽ Michol
ſtatuã, & poſuit eã ſuper lectũ,
& pellem piloſam caprarũ po-
ſuit ad caput eius, & operuit eã
veſtimentis. Miſit aũt Saul ap-
paritores qui raperent Dauid;
& reſponſum eſt, ꝙ ægrotaret.
Rurſumq; miſit Saul nuntios
vt viderent Dauid, dicens, affer
te eum ad me in lecto, vt occi-
datur. Cunq; veniſſent nuntij,
inuentum eſt ſimulachrum ſu
per lectum, & pelles caprarum
ad caput eius. Dixitq; Saul
ad Michol: Quare ſic illuſiſti
mihi, & dimiſiſti inimicum
meum, vt fugeret? Et reſpondit
Michol ad Saul: Quia ipſe lo-
quutus eſt mihi, Dimitte me,
alioquin interficiam te. Dauid
aũt fugiẽs, ſaluatus eſt, & venit
ad Samuel in Ramatha, & nun c. 19.
tiauit ei omnia quæ fecerat ſibi

 Saul:

Saul:& abierũt ipſe & Samuel, & morati ſunt in Naioth. Nunciatũ eſt aũt Sauli à dicentibus, Ecce Dauid ĩ Naioth in Ramatha. Miſit ergo Saul lictores, vt caperẽt Dauid: qui cũ vidiſſent cuneũ prophetarũ vaticinãtiũ, & Samuelẽ ſtantẽ ſup eos: fact⁹ eſt etiã ſpũs dñi in illis, & prophetare cœperũt ẽt ipſi. Quod cum nuntiatũ eſſet Sauli, miſit & alios nuntios: prophetauerũt aũt & illi. Et rurſum miſit Saul tertios nuntios: qui & ipſi prophetauerunt. Abijt etiã ipſe in Ramatha, & venit vſq; ad ciſternã magnã quæ eſt ĩ Socho, & interrogauit, & dixit. In quo loco ſunt Samuel & Dauid? Dictũq; eſt ei, Ecce in Naioth ſunt in Ramatha. Et abijt in Naioth in Ramatha, & fact⁹ eſt etiã ſuper eum ſpũs dñi, & ambulabat ingrediẽs, & prophetabat vſq, dum veniret ĩ Naioth in Ramatha. Et expoliauit etiã ipſe ſe veſtimẽtis ſuis, & prophetauit cũ cæteris corã Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit pũerbiũ, Num & Saul inter prophetas?

Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Lectio ſecũda.

c.1.a MVltiphariam multiſq; modis olim De⁹ loquens patrib⁹ in prophetis: nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quẽ cõſtituit hæredem vniuerſorũ, per quẽ fecit & ſecula: qui cũ ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portãſq; omnia verbo virtutis ſuę, purgationẽ peccatorũ faciens, ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis: tanto melior angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum, Ego ero illi in patrem: & ipſe erit mihi in filiũ. Et cũ iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terræ, dicit; Et adorẽt eum oẽs angeli Dei. Et ad angelos quidẽ dicit: Qui facit angelos ſuos ſpũs: & miniſtros ſuos flãmã ignis. Ad filiũ aũt, Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et, Tu in principio dñe terram fundaſti: & opera manuũ tuarũ ſunt cœli. Ipſi peribũt, tu aũt permanebis: & omnes vt veſtimentũ veteraſcent: Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu autẽ idem ipſe es, &

anni

B anni tui nõ deficient.] Ad quẽ autẽ angelorũ dixit aliquãdo, Sede à dextris meis, quoadusq; ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ? Nõne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſteriũ miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis?

Secundum Lucam. Lectio iij.

ca.7. IN illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

De iuuene illo reſuſcitato, gauiſa eſt mater vidua, De hominibus quotidie in ſpiritu reſuſcitatis gaudet mater eccleſia. Ille quidẽ mortuus erat corpore: illi autẽ mente. Illius mors viſibilis viſibiliter plãgebatur: illorum mors inuiſibilis: alibi nec quęrebatur, nec videbatur. Quęſiuit ille qui nouerat mortuos. Ille ſolus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Niſi enim ad mortuos ſuſcitandos veniſſet, Apoſtolus nõ diceret, ſurge q dormis & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Dormientẽ audis cũ dicit, Surge qui dormis. Sed mortuũ intellige cum audis, & exurge à mortuis. Dicti ſunt ſæpe dormientes moriẽtes viſibiliter: & plane oẽs ei, qui poteſt excitare, dormiũt. Mortuus enim tibi mortuus eſt: qui quantumlibet expulſes, quantumlibet lanies, quantũlibet vellices, nõ expergiſcitur. Chriſto autem ille dormiebat, cui dictũ eſt, Surge. & cõtinuo ſurrexit. Nemo tam facile excitat in lecto, quã facile Chriſtus in ſepulchro. Tres enĩ mortuos inuenimus à dño reſuſcitatos viſibiliter: millia inuiſibiliter. Te deum. Oratio.

ECcleſiam tuam dñe miſeratio continuata mundet, & muniat: & quia ſine te nõ poteſt ſalua cõſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per domi.

Feria.ij.ex.j. Regum. Lcõ j.

FVgit aũt Dauid de Naioth c.20. quæ eſt in Ramatha, veniensq; locutus eſt coram Ionatha, Quid feci? quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatũ meũ in patrẽ tuũ, quia quęrit animã meã? Qui dixit ei, Abſit nõ morieris: neque enim faciet pater meꝰ quicquã grãde vel paruũ, niſi prius indicauerit mihi: hũc ergo celauit à me pater meꝰ ſermonẽ tantũmodo? Nequaquã erit iſtud. Et iurauit rurſum Dauid: & ille ait, Scit profecto pater tuus quia inueni gratiã in oculis tuis, & dicet, Neſciat

hoc

hoc Ionathas, ne forte triſtetur, quinimo viuit dñs & viuit anima tua, quia vno tantũ (vt ita dicã) gradu, ego morsq; diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunq; dixerit mihi anima tua, faciã tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathã, Ecce calendæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcendũ: dimitte ergo me vt abſcõdar in agro vſq; ad veſperam diei tertiæ. Si reſpiciens requiſierit me pater tuus, reſpondebis ei, Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatẽ ſuã: quia victimæ ſolennes ibi ſunt vniuerſis cõtribulibus ſuis. Si dixerit, Bene, pax erit ſeruo tuo. Si aũt fuerit iratus, ſcito quia completa eſt malitia eius. Fac ergo miſericordiã in ſeruũ tuũ, qa fœdus dñi me famulũ tuum tecũ inire feciſti. Si autẽ eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrẽ tuum ne introducas me. Et ait Ionathas, abſit hoc à te. neq; enim fieri poteſt, vt ſi certe cognouero cõpletã eſſe patris mei malitiam cõtra te, nõ annuntiẽ tibi.

Ex ep̃la. Pauli ad Hebr. Lcõ.ij.

ca.2. PRopterea abundãtius oportet obſeruare nos ea quę audiuim⁹; ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtã mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, ſi tantã neglexerimus ſalutẽ? quæ cum initium accepiſſet enarrari per dñm ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, cõteſtante Deo ſignis & portẽtis, & variis virtutibus, & ſpiritus ſancti diſtributionibus ſecundũ ſuã voluntatem. Nõ enim angelis ſubiecit De⁹ orbem terræ futurũ de quo loquimur. Teſtatus eſt autem in quodam loco quis, dicẽs: Quid eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis qm̃ viſitas eum? Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronaſti eũ, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: In eo enim ꝙ omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit nõ ſubiectum ei. Nunc autẽ necdũ videmus omnia ſubiecta ei. Eum autẽ qui modico q̃ angeli minorat⁹ eſt, videmus Ieſum propter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatũ: vt gratia Dei, pro omnibus guſtaret mortẽ. Decebat enim eũ propter quẽ omnia, & per quem omnia, qui multos filios

filios in gloriam adduxerat: authorē ſalutis eorū, per paſſionē cōſummari. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificatur: ex vno omnes. Propter quam cauſam nō confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te. Et iterum, ego ero fidens in eum. Et iterū, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri cōmunicauerūt carni & ſanguini: & ipſe ſimiliter participauit eiſdē, vt per mortē deſtrueret eū qui habebat mortis imperiū: id eſt, diabolū: & liberaret eos q timore mortis per totā vitam obnoxij erant ſeruituti. Nuſquā enim angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahæ apprehēdit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari: vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deū, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus: potens eſt & eis qui tentantur auxiliari.

Feria.iij. ex j.lib. Regū. Lcō.j.

c.20. R Eſponditq; Dauid ad Ionatham, Quis renuntiabit mihi, ſi quid forte reſpōderit tibi pater tuus dure? Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrum. Cunq; exiſſent ambo in agrū, ait Ionathas ad Dauid: Dñe De⁹ Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiā patris mei craſtino vel perendie: & aliquid boni fuerit ſup Dauid, & nō ſtatim miſero ad te, & notū tibi fecero, hæc faciat dñs Ionathæ, & hæc augeat. Si autē perſeuerauerit patris mei malitia aduerſum te, reuelabo aurē tuam, & dimittā te, vt vadas in pace, & ſit dñs tecū, ſicut fuit cum patre meo. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiā dñi: ſi vero mortuus fuero, nō auferes miſericordiā tuā à domo mea vſq; ī ſempiternū, quādo eradicauerit dñs inimicos Dauid, vnūquēq; de terra: Auferat Ionathā de domo ſua, & requirat dñs de manu inimicorū Dauid. Pepigit ergo Ionathas fœdus cū domo Dauid & requiſiuit dñs de manu inimicorum Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauidi, eo ꝙ diligeret illū: ſicut enim animam ſuā, ita diligebat eum. Dixitq; ad eum Ionathas: Cras calendę ſunt & requireris, requiretur enim ſeſſio tua vſq; perendie. Deſcēdes ergo feſtin⁹, & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet, & ſedebis iuxta lapidē cui nomē eſt Ezel.

Et ego tres ſagittas mittã iuxta eum; & iaciã quaſi exercẽs me ad ſignum. Mittã quoq; & puerum, dicens ei, Vade, & affer mihi ſagittas. Si dixero puero; Ecce ſagittæ intra te ſunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi eſt, & nihil mali, viuit dñs. Si aũt ſic loquut⁹ fuero puero, Ecce ſagittæ vltra te ſunt: vade in pace, quia dimiſit te dñs. De verbo autem quod loquuti ſumus ego & tu, ſit dñs inter me & te, vſq; in ſempiternum.

Ex epiſ. Pauli ad Hebr. Lco. iij.

ca. 3. VNde fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes cõſiderate Apoſtolũ & pontificem confeſſionis noſtrę Ieſum: qui fidelis eſt ei q̃ præfecit illũ, ſicut & Moyſes in omni domo ei⁹. Amplioris enim glorię iſte præ Moyſe dignus eſt habitus: quanto ampliorem honorẽ habet domus qui fabricauit illã? Omnis nãq; domus fabricatur ab aliquo: qui aũt omnia creauit, Deus eſt. Et Moyſes, quidẽ fidelis erat in tota domo eius tanquã famulus in teſtimoniũ eorũ quæ dicẽda erãt: Chriſtus vero tanq̃ filius in domo ſuã: quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriã ſpei vſq; ad finẽ firmã retineamus. Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, hodie ſi vocẽ eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecũdũ diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, & viderũt opera mea quadraginta annis, propter q̃d infenſus fui generationi huic: & dixi, Semper errant corde. Ipſi aũt non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meã. Videte fratres, nequando ſit in aliquo veſtrũ cor malum incredulitatis diſcedẽdi à Deo viuo: ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati, participes enim Chriſti effecti ſumus: ſi tamen initiũ ſubſtantiæ eius vſq; ad finem firmum retineam⁹, dum dicitur, Hodie ſi vocem eius audieritis: nolitę obdurare corda veſtra quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerũt: ſed nõ vniuerſi qui profecti ſunt ab Ægy ca. 3.
pto per Moyſen. Quibus aũt infenſus eſt quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorũ cadauera proſtrata ſunt in deſerto? Quibus autem iurauit

ſtauit non introire in requiem ipſius: niſi illis q incredulı fuerunt? Et videmus, quia non potuerunt introire in requiem ipſius propter incredulitatem.

¶ Feria.iiij. ex.j. Regũ. Lcõ.j.

c.20. ABſcõditus eſt ergo Dauid in agro, & venerũt calendæ, & ſedit rex ad comedendũ panẽ. Cũq; ſediſſet rex ſuper cathedrã ſuã ſecundũ cõſuetudinẽ, quę erat iuxta parietẽ, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuuſq; apparuit locus Dauid. Et non eſt loquutus Saul quicquã in die illa: cogitabat enim ꝙ forte eueniſſet ei vt nõ eſſet mũdus, nec purificatus. Cũq; illuxiſſet dies ſecunda poſt calendas, rurſus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filiũ ſuum, cur non venit filius Iſai, nec heri, nec hodie ad veſcẽdũ? Reſpondit q; Ionathas Sauli, Rogauit me obnixe, vt iret in Bethlehem, & ait, Dimitte me, qm̃ ſacrificiũ ſolenne eſt in ciuitate, vnus de fratribus meis accerſiuit me: nunc ergo ſi inueni gratiã in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos: ob hanc cauſam nõ venit ad menſam regis. Irat⁹ aũt Saul aduerſus Ionathan, dixit ei, Fili mulieris, virũ vltro ſapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Iſai in cõfuſionem tuã, & in cõfuſionẽ ignominiæ matris tuę? Omnibus enim diebus quibus filius Iſai vixerit ſuper terrã, nõ ſtabilieris tu, neq; regnũ tuum. Itaq; iam nunc mitte, & adduc eũ ad me: qa filius mortis eſt. Reſpõdens aũt Ionathas Sauli patri ſuo, ait, Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceã, vt percuteret eũ. Et intellexit Ionathas ꝙ definitũ eſſet à patre ſuo vt interficeret Dauid

Ex epla. Pauli ad Hebr. Lcõ.ij.

TImeam⁹ ergo ne forte relicta pollicitatione introeũdi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Etenim & nobis nuntiatũ eſt, quemadmodum & illis, ſed non profuit illis ſermo auditus non admiſtus fidei ex ijs, quæ audierunt. ca.4. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quemadmodũ dixit, Sicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meã: & quidẽ operibus ab inſtitutione mundi perfectis, dixit enim in quodã loco de die ſeptima ſic, Et requieuit De⁹ die ſeptima ab omnibus operib⁹ ſuis. Et in iſto rurſum, Si introibũt in requiem meam. Quoniã ergo ſupereſt in-

introite quoſdam in illã, & ij, quibus priorib⁹ annuntiatum eſt, nõ introierunt propter incredulitatẽ: iterũ terminat diẽ quendam, Hodie, in Dauid dicendo, poſt tantũ tẽporis, ſicut ſupradictũ eſt, Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra. Nam ſi eis Ieſus requiẽ præſtitiſſet: nunq̃ de alia loqueretur poſt hac die. Itaq; relinquitur ſabbathiſmus populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius, etiã ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut & à ſuis Deus. Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vſq; ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus, cõpagum quoq; ac medullarum, & diſcretor cogitationũ & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu ei⁹, Omnia aũt nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Habentes ergo pontificẽ magnum qui penetrauit cœlos Ieſum filiũ Dei: teneamus ſpei noſtræ confeſſionẽ. Non enim habemus pontificem qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris: tentatum autẽ per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ ei⁹: vt miſericordiã cõſequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno.

¶ Feria. v. ex. j. Regum. Lcõ. j. c. 20.

SVrrexit ergo Ionathas à mẽſa in ira furoris, & nõ comedit in die calendarũ ſecunda panem. Cõtriſtatus eſt enim ſup Dauid, eo q̃ cõfudiſſet eum pater ſuus. Cũq; illuxiſſet mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitũ Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerũ ſuum, vade, & affer mihi ſagittas quas ego iacio. Cunq; puer cucurriſſet, iecit aliam ſagittã trans puerũ. Venit itaq; puer ad locũ iaculi, quod miſerat Ionathas, & clamauit Ionathas poſt tergum pueri, & ait, Ecce ibi eſt ſagitta porro vltra te. Clamauitq; iterũ Ionathas poſt tergũ pueri, dicens: Feſtina velociter, ne ſteteris. Collegit autẽ puer Ionathæ ſagittas, & attulit ad dñm ſuũ: & quid ageretur, penitus ignorabat, tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. dedit ergo Ionathas arma ſua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem. Cunq; abiiſſet puer, ſurrexit Dauid de loco

loco qui vergebat ad auſtrũ,& cadẽs pronus in terrã adorauit tertio:& oſculãtes ſe alterutrũ, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quęcunq; iurauimus ambo in nomine dñi, dicentes, dñs ſit inter me & te, & inter ſemẽ tuum,& ſemẽ meũ vſq; in ſempiternũ. Et ſurrexit Dauid & abiit: ſed & Ionathas ingreſſus eſt ciuitã-
c.21. tem. Venit aũt Dauid in Nobe ad Achimelec ſacerdotẽ:& obſtupuit Achimelec, eo quòd veniſſet Dauid. Et dixit ei, Quare tu ſolus, & nullus eſt tecum? Et ait Dauid ad Achimelec ſacerdotem, Rex præcepit mihi ſermonem,& dixit, Nemo ſciat rem, propter quam miſſus es à me,& cuiuſmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis condixi in illũ & illum locum. Nũc ergo ſi quid habes ad manum vel quinq; panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait, illi Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus? Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei, Equidem ſi de mulierib⁹ agitur, cõtinuimus nos ab heri & nudiuſtertius, quando egrediebamur,& fuerunt vaſa puerorum ſancta: porro via hæc polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatum panem: neq; enim erat ibi panis, niſi tantũ panes propoſitionis, qui ſublati fuerant à facie dñi, vt ponerẽtur panes calidi.

Ex ep̄la Pauli ad Hebr. Lcõ.ii.

Omnis nanq; pontifex ex c.4.a hominibus aſſumpt⁹ pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui cõdolere poſſit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circuudatus eſt infirmitate, & propterea debet quemadmodũ pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquã ſumit ſibi honorem: ſed q̃ vocat à Deo, quemadmodũ & Aaron. Sic & Chriſt⁹ nõ ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed q̃ locutus eſt ad eũ, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit, Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Qui in dieb⁹ carnis ſuæ, preces ſupplicationesq; ad eum qui poſſit illũ ſaluum facere à morte, cum clamore

valido & lachrymis offerẽs exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidẽ cum eſſet filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo põtifex iuxta
B ordinẽ Melchiſedech.] De quo nobis grãdis ſermo & interpretabilis ad dicendum: qñ imbecilles facti eſtis ad audiendum. Etenim cũ deberetis magiſtri eſſe propter tempus: rurſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ. paruulus enim eſt. Perfectorum autẽ eſt ſolidus cibus: eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali.

¶ Feria.vj.ex.j.Regum. Lcõ.j.

c.12. ERat autem ibi vir quidam de ſeruis Saul, in die illa intus in tabernaculo dñi: & nomen eius Doeg Idumæus, potentiſſimus paſtorũ Saul. Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manũ haſtam, aut gladiũ? quia gladiũ meum & arma mea non tuli mecum. ſermo enim regis vrgebat. Et dixit ſacerdos, Ecce gladius Goliath Philiſthæi quẽ percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt inuolutus pallio poſt Ephod: ſi iſtum vis tollere, tolle: neq; enim hic eſt alius abſq; eo. Et ait Dauid: Nõ eſt huic alter ſimilis: da mihi eum. Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regem Geth. Dixerũtq; ſerui Achis ad eum, Nunquid nõ iſte eſt Dauid rex terræ? nonne huic cantabãt per choros dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia? 11.3
poſuit autem Dauid ſermones iſtos in corde ſuo & extimuit valde à facie Achis regis Geth. Et immutauit os ſuum coram Achis, & collabebat inter manus eorum, & impingebat in oſtia portę, defluebantq; ſaliuę eius in barbam. Et ait Achis ad ſeruos ſuos, Vidiſtis hominem inſanũ: quare adduxiſtis eum ad me? An deſunt nobis furioſi, quod introduxiſtis iſtum, vt fureret me præſente? Hiccine ingredietur domum meam?

Ex epiſt. Pauli ad Hebr. Lcõ.ij.

QVapropter intermittẽtes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionẽ feramur, non rurſum iacientes ca.6.
fun-

fundamentũ pœnitẽtiæ ab ope ribus mortuis & fidei ad Deũ, baptiſmatũ, doctrinæ, impoſitionis quoq; manuũ, ac reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, ſi quidem permiſerit Deus. Impoſſibile enim eſt eos q ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donũ cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbũ, virtuteſq; ſeculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiã, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiũ Dei, & oſtẽtui habẽtes. Terra enim ſæpe venientẽ ſuper ſe bibens imbrem, & germinãs herbam opportunã illis à quib⁹ colitur: accipit benedictionem à Deo: proferẽs aũt ſpinas ac tribulos: reproba eſt, & maledicto proxima, cuius cõſummatio in cõbuſtionẽ. Confidimus aũt de vobis, dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti: tametſi ita loquimur. Nõ enim iniuſt⁹ eſt De⁹, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus aũt vnumquenq; veſtrũ eandẽ oſtentare ſolicitudinẽ, ad expletionẽ ſpei vſq; in finem, vt non ſegnes efficiamini, verũ imitatores eorũ qui fide & patientia hæreditabũt ꝓmiſſiones. Abrahæ nanq; promittens Deus qm̃ neminẽ habuit per quẽ iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedicẽs benedicã te: & multiplicans multiplicabo te. Et ſic lõganimiter ferens, adeptus eſt repromiſſionem. Homines enim per maiorem ſe iurãt: & omnis cõtrouerſiæ eorũ finis ad cõfirmationẽ, eſt iuramentum. In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredib⁹ immobilitatem cõſilij ſui, interpoſuit iuſiurandũ, vt per duas res immobiles quibus impoſſibile eſt mentiri Deũ: fortiſſimũ ſolatiũ habeamus qui confugimus ad tenendã propoſitã ſpem, quam ſicut ancorã habemus animæ tutã ac firmã, & incidentẽ vſq; ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introiit Ieſus, ſecundũ ordinẽ Melchiſedech pontifex factus in æternum.

¶ Sabbato, ex. i. lib. Reg. Lcõ. i.

ABiit ergo Dauid inde, & c. 22. fugit in ſpeluncã Odollã. Quod cũ audiſſent fratres eius, & omnis domus patris eius, deſcenderũt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eũ omnes qui erãt

in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorũ princeps: fueruntq; cũ eo quaſi quadringenti viri. Et profect⁹ eſt Dauid inde in Maſpha, quę eſt Moab: & dixit ad regẽ Moab, Maneat oro, pater meus & mater mea vobiſcũ, donec ſciam q̃d faciat mihi Deus. Et reliquit eos ante faciẽ regis Moab: manſeruntq; apud eum cunctis diebus q̃bus Dauid fuit in præſidio. Dixitq; Gad propheta ad Dauid, Noli manere in p̃ſidio, proficiſcere, & vade in terrã Iuda. Et profectus eſt Dauid, & venit in ſaltũ Haret. Et audiuit Saul ꝙ apparuiſſet Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul aũt cum maneret in Gabaa, & eſſet in nemore quod eſt in Rama, haſtam manu tenẽs cunctiq; ſerui eius circunſtarent eum, ait ad ſeruos ſuos q̃ aſſiſtebãt ei. Audite me nunc filij Iemini: nunq̃d oĩbus vobis dabit filius Iſai agros, & vineas, & vniuerſos vos faciet tribunos & centuriones: quoniam cõiuraſtis oẽs aduerſum me, & non eſt qui mihi renuntiet, maxime cũ & filius meus fœdus inierit cũ filio Iſai? Non eſt qui vicem meã doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi, eo ꝙ ſuſcitauerit filius meus ſeruũ meũ aduerſum me, inſidiantẽ mihi vſq; hodie. Reſpõdẽs aũt Doeg Idumæus qui aſſiſtebat, & erat prim⁹ inter ſeruos Saul, Vidi, inquit, filiũ Iſai in Nobe apud Achimelech filiũ Achitob. Qui conſuluit pro eo dñm & cibaria dedit ei: ſed & gladiũ Goliath Philiſthæi dedit illi.

Ex ep̃la Pauli ad Hebr. Lcõ. ij.

HIc enim Melchiſedec, rex Salem ſacerdos Dei ſummi, q̃ obuiauit Abrahę regreſſo à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuiſit Abraham, primũ quidẽ qui interpretatur rex iuſtitiæ, deinde autẽ & rex Salem, quod eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initiũ dierũ, neq; finem vitę habens, aſſimilatus aũt filio Dei, manet ſacerdos in perpetuũ. Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de pręcipuis Abrahã patriarcha. Et quidem de filijs Leui ſacerdotium accipientes, mandatũ habẽt decimas ſumẽre à populo ſecundũ legẽ, id eſt, à fratribus ſuis: quanq̃ & ipſi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius aũt generatio nõ annũmeratur ĩ eis, decimas ſumpſit ab Abrahã, & hunc qui habe- ca.7.

bat

bat repromiſſiones benedixit. Sine vlla autẽ contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur. Et hic quidẽ decimas morientes homines accipiunt: ibi autẽ conteſtatur quia viuit. Et (vt ita dictum ſit) per Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus eſt. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedec: Si ergo cõſummatio per ſacerdotiũ Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſariũ fuit ſecundũ ordinẽ Melchiſedec aliũ ſurgere ſacerdotem, & non ſecundũ ordinẽ Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. In quo enim hæc dicũtur: de alia tribu eſt, de qua nullus altario preſto fuit. Manifeſtũ eſt enim ꝙ ex Iuda ortꝰ ſit dñs noſter: in qua tribu nihil de ſacerdotibꝰ Moyſes loquutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtũ eſt: ſi ſecundũ ſimilitudinẽ Melchiſedec exurgat alius ſacerdos, qui nõ ſecundum legẽ mandati carnalis factus eſt, ſed ſecũdũ virtutẽ vitæ inſolubilis. Conteſtatur enim, Quoniã tu es ſacerdos in æternum, ſecundũ ordinẽ Melchiſedec. Reprobatio quidẽ fit præcedentis mandati: propter infirmitatẽ eius & inutilitatẽ: nihil enim ad perfectũ adduxit lex: introductio vero melioris ſpei, per quã proximamus ad Deũ. Et quãtũ eſt nõ ſine iureiurando (alij quidẽ ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt, hic autẽ cũ iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum) in tantũ melioris teſtamẽti ſpõſor factus eſt Ieſus.

¶ Dñica.xvj.poſt Pentecoſtẽ, ex primo Regũ. Lectio prima.

MIſit ergo rex ad c.22.
accerſendũ Achimelec ſacerdotẽ filium Achitob, & omnem domum patris eius ſacerdotum, qui erant in Nobe: qui vniuerſi venerũt ad regem. Et ait Saul, audi fili Achitob. Qui reſpondit, Præſto ſum dñe. Dixitq; ad eum Saul, Quare cõiuraſti aduerſum me tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo dominum, vt conſurgeret aduerſum me inſidiator vſque hodie permanens? Reſpondenſq; Achimelec regi, ait, Et quis in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad

imperiũ tuum, & glorioſus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo cõſulere dñm? Abſit hoc à me: ne ſuſpicetur Rex aduerſus ſeruum ſuum rem huiuſcemodi, in vniuerſa domo patris mei: nõ enim ſciuit ſeruus tuus quicquã ſuper hoc negotio vel modicũ vel grãde. Dixitq; rex, Morte morieris Achimelec, tu, & omnis dom⁹ patris tui. Et ait rex emiſſarijs, qui circunſtabãt eum. Cõuertimini, & interficite ſacerdotes dñi: nam manus eorũ cũ Dauid eſt: ſciẽtes ꝙ fugiſſet, & nõ indicauerũt mihi. Noluerũt aũt ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes dñi. Et ait rex ad Doeg, Cõuertere tu, & irrue in ſacerdotes. Conuerſusq; Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinq; viros veſtitos Ephod lineo. Nobe aũt ciuitatem ſacerdotũ percuſſit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemq; & aſinũ, & ouem in ore gladij. Euadens autẽ vnus fili⁹ Achimelech filij Achitob, cui⁹ nomẽ erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annuntiauit ei ꝙ occidiſſet Saul ſacerdotes dñi. Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa, ꝙ cum ibi eſſet Doeg Idumæus, ꝓculdubio annuntiaret Sauli: ego ſum reus oĩum animarũ dom⁹ patris tui. Mane mecũ, ne timeas: ſi quis quęſierit animã meã, quęret & animã tuã, mecũq; ſeruaberis.

Ex ep̃la Pauli ad Hebr. Lcõ.ij.

ET alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco ꝙ morte prohiberentur permanere, hic aũt eo ꝙ maneat in æternum, ſempiternũ habet ſacerdotiũ. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ipſum ad Deũ: ſemper viuens ad interpellandũ pro nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet põtifex, ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatorib⁹ & excelſior cœlis fact⁹, qui nõ habeat neceſſitatẽ quotidie (quẽadmodũ ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi, hoc enim fecit ſemel, ſe offerẽdo. Lex enim homines cõſtituit ſacerdotes infirmitatẽ habentes: ſermo autem iuriſiurandi qui poſt legẽ eſt, filium in æternum perfectum. ca.7.

Capitulũ aũt ſup ea q̃ dicũtur, hoc eſt. Talẽ habem⁹ pontificẽ, qui cõſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis: ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. ca.8.

Omnis enim pontifex, ad offerendũ munera & hoſtias cõſtituitur. Vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo eſſet ſuper terrã nec eſſet ſacerdos: cũ eſſent qui offerrẽt ſecundũ legẽ munera, q exemplari & vmbræ deſeruiunt cœleſtiũ, ſicut reſpõſum eſt Moyſi cũ conſummaret tabernaculũ. Vide (inquit) omnia facito ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte. Nunc autẽ melius ſortitus eſt miniſterium: quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod ĩ melioribus repromiſſionibus ſancitũ eſt? Nam ſi illud prius culpa vacaſſet: nõ vtiq; ſecundi locus inquireret. Vituperãs enim eos dicit, Ecce dies veniẽt, dicit dñs: & cõſummabo ſuper domum Iſrael & ſup domũ Iuda teſtamentũ nouũ, nõ ſecundũ teſtamentũ quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manũ eorũ, vt educerẽ illos de terra Ægypti: qm̃ ipſi non permanſerunt in teſtamẽto meo: & ego neglexi eos, dicit dñs. Quia hoc eſt teſtamentũ quod diſponã domui Iſrael, poſt dies illos, dicit dñs: Dabo leges meas in mentẽ eorũ, & in corde eorũ ſuperſcribam eas: & ero eis in Deũ; & ipſi erũt mihi in populum, & nõ docebit vnuſquiſq; proximũ ſuũ, & vnuſquiſq; fratrem ſuum dicens: Cognoſce dñm: quoniã omnes ſcient me à minore vſq; ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo aũt nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit: prope interitum eſt.

Secundum Lucam. Lectio .iij.

IN illo tempore: Cum intraret Ieſus in domũ cuiuſdam principis Phariſæorũ ſabbato manducare panẽ: & ipſi obſeruabãt eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. c.14.

Et rel. Hom. ſctĩ Ambroſij epi.

Curatur hydropicus, in quo fluxus carnis exuberãs animę grauabat officia, ſpũs extinguebat ardorem: deinde docetur humilitas, dum in illo conuiuio nuptiali appetẽtia loci ſuperioris arcetur. Clementer tamen, vt perſuaſionis humilitas: aſperitatẽ coërctionis excluderet, ratio proficeret ad perſuaſionis effectũ: & correctio emundaret affectum. Huic quaſi proximo limine humanitas copulatur. Quæ ita dñicæ ſentẽtię diffinitione diſtinguitur, ſi in paupe-

res & debiles cõferatur: Nã hoſpitalẽ eſſe remuneraturis, affectus auaritiæ eſt. Poſtremo q ſi emeritę militię viro cõtemnendarũ ſtipendiũ præſcribitur facultatũ: ꝙ neq; ille qui ſtudijs intentus inferioribus, poſſeſſiones ſibi terrenas coemit, regnũ cœlorũ poſſit adipiſci: cũ dñs dicat, Vende omnia tua, & ſequere me. Impio quippe ſitire, eſt huius mundi bona cõcupiſcere. Vnde & redemptor intra
Luc.14.c Phariſæi domũ hydropicũ curat: & cum cõtra auaritiã diſputaret ſcriptum eſt: Audiebant autẽ hæc omnia Phariſæi qui erant auari: & deridebãt illum. Quid ergo eſt ꝙ intra Phariſæi domũ hydropicus curatur, niſi q per alterius ægritudinẽ corporis, in altero exprimitur ægritudo cordis? Te deum. Oro.

TVa nos quęſum᷑ dñe gratia ſemp & præueniat & ſequatur, ac bonis operib᷑ iugiter præſtet eſſe intẽtos. Per do.

Feria ij. ex j. Regum. Lcõ. j.

c.23. ET annuntiauerũt Dauid, dicentes, Ecce Philiſthiim oppugnãt Ceilãm & diripiunt areas. Conſuluit ergo Dauid dñm, dicens: Num vadã, & percutiã Philiſthæos iſtos? Et ait dñs ad Dauid, Vade, & pcuties Philiſthæos, & Ceilã ſaluabis. Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eum, Ecce nos hic in Iudæa conſiſtentes timemus: quãto magis ſi ierim᷑ in Ceilã aduerſum agmina Philiſthinorum? Rurſum ergo Dauid conſuluit dñm. Qui reſpondẽs, ait ei: Surge, & vade in Ceilã: ego enim tradã Philiſthæos in manu tua. Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduerſum Philiſthæos, & abegit iumenta eorũ, & pcuſſit eos plaga magna: & ſaluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porro eo tẽpore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelec ad Dauid in Ceilam, Ephod ſecum habens deſcenderat. Nuntiatum eſt autem Sauli ꝙ veniſſet Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eũ dñs in manus meas, cõcluſusq; eſt introgreſſus vrbem in qua portæ & ſeræ ſunt. Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnã deſcenderet in Ceilam, & obſideret Dauid, & viros ei᷑. Quod cum Dauid reſciſſet, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem: Applica Ephod. Et ait Dauid, dñe Deus Iſrael audiuit famã ſeruus tuus, ꝙ diſponat Saul venire in Ceilã, vt euertat vrbem

propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? Et ſi deſcēdet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus? Dñe Deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait dñs, deſcendet. Dixitq; Dauid: Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecum in manus Saul? Et dixit dominus, Tradent. Surrexit ergo Dauid, & viri eius quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila, huc atq; illuc vagabantur incerti.

Ex epſa Pauli ad Hebr. Lcō. ij.

ca. 9. HAbuit quidē & prius, iuſtificationes culturæ, &
A ſanctū ſeculare. † Tabernaculū enim factum eſt primū, in quo erant candelabra, & menſa, & propoſitio panum, quæ dicitur ſancta. Poſt velamentum autē ſecundū, tabernaculum, quod dicitur, ſancta ſanctorū, aureū habens thuribulū: & arcam teſtamēti circuntectam ex omni parte auro: in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti, ſuperq; eam erāt Cherubim gloriæ obumbrātia propitiatoriū: de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita cōpoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemp introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia cōſummantes, in ſecundo autem, ſemel in anno ſolus pontifex: nō ſine ſanguine quē offerret pro ſua & populi ignorantia: hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatā eſſe ¶
ſanctorū viam, adhuc priore tabernaculo habēte ſtatum, quæ parabola eſt tēporis inſtantis: iuxta quam munera & hoſtiæ offerunt, quę nō poſſunt iuxta conſcientiā perfectū facere ſeruientē, ſolūmodo in cibis, & in potibus, & in variis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis vſq; ad temp⁹ correctionis impoſitis. B
Chriſtus aūt aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum nō manufactū, id eſt, non huius creationis, neq; per ſanguinē hircorum aut vitulorū, ſed per proprium ſanguinē introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuēta. † Si enim C
ſanguis hircorū & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emūdationem carnis; quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctū ſemetipſum obtulit immaculatū Deo, emūdabit conſciētiā noſtrā ab operibus mortuis ad ſeruiendū Deo viuenti. Et ideo noui teſtamēti mediator eſt: vt morte intercedente,

in redemptionē earum præuaricationū, quæ erant ſub priori teſtamēto, repromiſſionē accipiant qui vocati ſunt, æternæ
D hæreditatis.] Vbi enim teſtamentū eſt: mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentū enim in mortuis cōfirmatum eſt. Alioquin nondū valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primū quidē ſine ſanguine dedicatum eſt. Lecto enim omni mandato legis, à Moyſe vniuerſo populo: accipiens ſanguinē
E vitulorū & hircorū cum aqua & lana coccinea & hyſſopo, ipſum quoq; librū & omnē populum aſperſit dicēs: Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Etiā tabernaculū & omnia vaſa miniſterij, ſanguine ſimiliter aſperſit. Et omnia pene in ſanguine ſecundum le
D gem mundatur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

¶ Feria.iij.ex.j.Regum.Lcō.j.

c.23. NVntiatūq; eſt Sauli ꝙ fugiſſet Dauid de Ceila, & ſaluatus eſſet: quamobrē diſſimulauit exire. Morabatur aūt Dauid in deſerto ī locis firmiſſimis, manſitq; in monte ſolitudinis Ziph, in monte opaco: quærebat eū tamē Saul cunctis diebus: & nō tradidit eum dñs in man⁹ eius. Et vidit Dauid ꝙ egreſſus eſſet Saul vt quæreret animā eius. Porro Dauid erat in deſerto Ziph in ſylua. Et ſurrexit Ionathas fili⁹ Saul, & abiit ad Dauid in ſyluā, & cōfortauit manus eius in Deo, dixitq; ei, Ne timeas: neq; enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus: ſed & Saul pater meus ſcit hoc. Percuſſit ergo vterq; fœdus corā dño: mãſitq; Dauid in ſylua: Ionathas autē reuerſus eſt in domū ſuā. Aſcē-
A derunt autē Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicētes: Nonne Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſyluæ, in colle Hachile, quæ eſt ad dexterā deſerti? Nunc ergo ſicut deſiderauit anima tua vt deſcenderes, deſcēde: noſtrū aūt erit vt tradamus eū in manus regis. Dixitq; Saul, Benedicti vos à dño, qa doluiſtis vicē meā. Abite ergo oro, & diligentius præparate, & curioſius agite, & conſiderate locum vbi ſit pes eius, vel quis viderit eum ibi, recogitat enim de me, ꝙ callide inſidier ei. Conſiderate, & videte omnia latibula eius, in quibus abſconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiſcū, ꝙ ſi etiā in terram

ram

ram ſe obſtruxerit, pſcrutabor eum in cunctis millibus Iuda.

Ex epla Pauli ad Hebr. Lcō. ij.

ca. 9. NEceſſe eſt ergo exemplaria quidē cœleſtium, his mundari: ipſa autem cœleſtia, melioribus hoſtiis quam iſtis. Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria verorū: ſed in ipſum cœlū, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodū pontifex intrat ī ſctā per ſingulos annos in ſanguine alieno. (Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.) Nunc autē ſemel in conſummationē ſeculorum: ad deſtitutionē peccati, per hoſtiam ſuam apparuit. Et quemadmodū ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autē iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundo ſine peccato apparebit omnib⁹ expectantibus ſe, in ſalutem.

c. 10. Vmbram enim habēs lex futurorū bonorū, non ipſam imaginē rerum: per ſingulos annos eiſdē ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, nunq̄ poteſt accedentes pfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri: ideo ꝙ nullā haberent vltra conſcientiā peccati, cultores ſemel mundati. Sed in ipſis cōmemoratio peccatorū per ſingulos annos fit. Impoſſibile enim eſt, ſanguine taurorū & hircorū auferri peccata. Ideo ingrediēs mundum dicit: Hoſtiā & oblationem noluiſti: corpus aūt aptaſti mihi. Holocauſtomata, & pro peccato, nō tibi placuerūt. Tūc dixi, Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me: vt faciā Deus voluntatē tuā. Superius dicens: Quia hoſtias & oblationes, & Holocauſtomata, & pro pctō noluiſti, nec placita ſunt tibi, quę ſecundū legē offerūtur, tūc dixi, Ecce venio, vt faciā De⁹ voluntatē tuam: aufert primū: vt ſequēs ſtatuat. In qua volūtate ſanctificati ſum⁹ per oblationē corporis Ieſu Chriſti ſemel. Et oīs quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrās, & eaſdē ſæpe offerēs hoſtias q̄ nō poſſunt auferre pctā: hic aūt vnam pro peccatis offerēs hoſtiā, in ſempiternū ſedet ī dextera Dei, de cætero expectās, donec ponantur inimici ei⁹ ſcabellū pedū eius. Vna enī oblatione, conſummauit ī ſempiternū ſanctificatos.

¶ Feria iiij ex. j. Regū. Lcō. j.

c. 23. AT illi ſurgentes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid

autē & viri eius erāt in deſerto Maon, in campeſtribus ad dexteram Ieſimon. Iuit ergo Saul & ſocij eius ad quęrendū eū: & nuntiatum eſt Dauid, ſtatimq́; deſcēdit ad petrā, & verſabatur in deſerto Maon. Quod cū audiſſet Saul, perſecut⁹ eſt Dauid in deſerto Maon. Et ibat Saul ad latus montis ex parte vna, Dauid aūt & viri ei⁹ erāt in latere montis ex parte altera, porro Dauid deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul: itaq; Saul & viri eius in modū coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos. Et nuntius venit ad Saul, dicens: Feſtina & veni; qm̄ infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtēs perſequi Dauid, & perrexit in occurſum Philiſthinorū. Propter hoc vocauerunt locū illum Petram diuidentē.

c.24. Aſcēdit ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutiſſimis Engaddi. Cūq; reuerſus eſſet Saul, poſtq̄ perſecut⁹ eſt Philiſthæos, nuntiauerunt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deſerto eſt Engaddi. Aſſumens ergo Saul tria millia electorū virorū ex omni Iſrael, perrexit ad veſtigandū Dauid & viros eius, etiā ſup abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Et venit ad caulas ouium, quę ſe offerebāt vianti, eratq; ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul, vt purgaret ventrem: porro Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. Et dixerūt ſerui Dauid ad eū, Ecce dies de qua locutus eſt dn̄s ad te, Ego tradam tibi inimicū tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saul ſilenter. Poſt hęc percuſſit cor ſuū Dauid, eo ꝙ abſcidiſſet oram chlamydis Saul. Dixitq́; ad viros ſuos: Propitius ſit mihi dn̄s ne faciā hāc rem dn̄o meo Chriſto dn̄i, vt mittam manum meā in eum, quia Chriſt⁹ dn̄i eſt. Viuit dn̄s; quia niſi dn̄s percuſſerit eū, aut dies ei⁹ venerit vt moriatur, aut deſcendens in prælium perierit: propitius mihi ſit dn̄s, vt non mittam manū meam in Chriſtum dn̄i. Et cōfregit Dauid viros ſuos ſermonibus: & nō permiſit eos vt cōſurgerēt in Saul.

Ex ep̄la Pauli ad Hebr. Lcō. ij.

Conteſtatur autem nos & c.10.
Spiritus ſanctus: poſtquā enim dixit, Hoc aūt teſtamentū quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dixit dn̄s: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in men-

mentibus eorum inſcribã eas: & peccatorũ, & iniquitatũ eorũ iam non recordabor amplius. Vbi autẽ horum remiſſio: iam non eſt oblatio pro peccato. Habẽtes itaq, fratres fiduciã in introitu ſanctorũ in ſanguine Chriſti: quã initiauit nobis viã nouã & viuentẽ per velamen, id eſt, carnem ſuã, & ſacerdotẽ magnũ ſuper domũ Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua mũda, teneamus ſpeĩ noſtræ confeſſionem indeclinabilem: fidelis enim eſt qui repromiſit, & conſideremus inuicem in prouocationẽ charitatis & bonorum operum: non deſerentes collectionẽ noſtrã ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed cõſolantes, & tanto magis, quãto videritis appropinquantem diẽ. Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio quæ conſumptura eſt aduerſarios. Irritam quis faciẽs legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur, quãto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filiũ Dei conculcauerit, & ſanguinẽ Teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ cõtumeliam fecerit? Scimus enim q dixit, Mihi vindictam: & ego retribuã. Et iterum, Iudicabit dñs populũ ſuũ. Horrendũ eſt incidere in manus Dei viuentis. Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati, magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſſionũ, & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus ſpectaculũ facti: in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & vinctis cõpaſſi eſtis: & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcẽtes vos habere meliorem & manentẽ ſubſtantiã. Nolite itaq; amittere cõfidentiã veſtram: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatẽ Dei facientes, reportetis promiſſionem. Adhuc enim modicũ aliquantulũq;: qui venturus eſt veniet, & nõ tardabit. Iuſtus aũt meus ex fide viuit. Quod ſi ſubtraxerit ſe, nõ placebit animæ meæ. Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in perditionem: ſed fidei in acquiſitionem animæ.

riora

¶ Feria

¶ Feria.v.ex.j. Regum. Lcõ.j.

c.24. PORro Saul exurgens de ſpelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autẽ Dauid poſt eum:& egreſſus de ſpelũca clamauit poſt tergum Saul dicẽs: dñe mi rex. Et reſpexit Saul poſt ſe:& inclinãs ſe Dauid pronus in terram,adorauit,dixitq; ad Saul,Quare audis verba hominũ loquentiũ, Dauid quęrit malũ aduerſum te? Ecce hodie viderũt oculi tui ꝙ tradiderit te dñs in manu mea in ſpelunca: & cogitaui vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, non extendã manũ meã in dñm meũ, quia Chriſt⁹ dñi eſt. Quin potius pater mi, vide, & cognoſce orã chlamydis tuæ in manu mea: qm̃ cum pręſcinderẽ ſummitatẽ chlamydis tuę, nolui extendere manũ meã in te. Animaduerte,& vide qm̃ nõ eſt in manu mea malum, neq; iniquitas, neq; peccaui in te:tu autẽ inſidiaris animæ meæ, vt auferas eam. Iudicet dñs inter me & te,& vlciſcatur me dñs ex te: manus aũt mea nõ ſit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, Ab impiis egredieť impietas:man⁹ ergo mea nõ ſit in te. Quẽ perſequeris rex Iſrael? quẽ perſequeris? canẽ mortuũ perſequeris, & pulicem vnum. Sit dñs iudex: & iudicet inter me & te:& videat,& iudicet cauſam meã, & eruat me de manu tua. Cum aũt cõpleſſet Dauid loquẽs ſermones huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul: Nunquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocẽ ſuã, & fleuit,dixitq; ad Dauid, Iuſtior tu es,q̃ ego: tu enim tribuiſti mihi bona,ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicaſti hodie quę feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dñs in manũ tuã, & nõ occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicũ ſuum dimittet eum in via bona? Sed dñs reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia ſcio ꝙ certiſſime regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnũ Iſrael: iura mihi in dño ne deleas ſemen meũ poſt me, neq; auferas nomen meũ de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum ſuam: & Dauid, & viri eius aſcẽderũt ad tutiora loca.

Ex ep̃la Pauli ad Hebr. Lcõ.ij.

EST autẽ fides, ſperandarum c.11.
ſubſtantia rerũ, argumentum non apparentium. In hac enim teſtimonium conſequuti

ſunt

ſunt ſenes. Fide, intelligimus
aptata eſſe ſecula verbo Dei: vt
ex inuiſibilibus viſibilia fierẽt.
Fide, plurimã hoſtiam Abel q̃
Cain, obtulit Deo: per quã teſti
monium conſequutus eſt eſſe
iuſtus, teſtimoniũ perhibente
muneribus eius Deo, & per illã
defunctꝰ adhuc loquitur. Fide,
Enoch tranſlatus eſt ne videret
mortem: & non inueniebatur:
quia tranſtulit illũ Deus, ante
tranſlationẽ enim teſtimoniũ
habuit placuiſſe Deo. Sine fide
autem impoſſibile eſt placere
Deo. Credere enim oportet ac-
cedentẽ ad Deũ quia eſt, & in-
quirentibus ſe remunerator ſit.
Fide, Noe reſponſo accepto de
iis quæ adhuc non videbantur,
metuens, aptauit arcã in ſalutẽ
domus ſuæ, per quã damnauit
mundum: & iuſtitiæ quæ per
fidem eſt, hæres eſt inſtitutus.
Fide, qui vocatur Abrahã obe-
diuit in locũ exire quẽ acceptu-
rus erat in hæreditatem: & exiit
neſciens quo iret. Fide demora-
tus eſt in terra repromiſſionis
tanquã in aliena in caſulis ha-
bitando cũ Iſaac, & Iacob cohæ
redibus repromiſſionis eiuſdẽ.
Expectabat enim fundamenta
habentẽ ciuitatẽ: cuius artifex
& conditor, Deus. Fide & ipſa
Sara ſterilis virtutẽ in cõceptio-
ne ſeminis accepit, etiã præter
tempus ætatis: qm̃ fidelem cre-
didit eſſe eũ qui repromiſerat.
Propter qđ & ab vno orti ſunt
(& hoc emortuo) tanquã ſyde-
ra cœli in multitudinẽ, & ſicut
arena, quæ eſt ad oram maris
innumerabilis. Iuxta fidem de-
functi ſunt oẽs iſti, nõ acceptis
repromiſſionibus: ſed à longe
eas aſpicientes, & ſalutantes, &
cõfitẽtes, q̄a peregrini & hoſpi-
tes ſunt ſuper terrã. Qui enim
hæc dicũt, ſignificant ſe patriã
inquirere. Et ſiquidẽ ipſius me-
miniſſent, de qua exierãt: habe-
bant vtiq; tempus reuertendi,
nunc aũt meliorẽ appetunt, id
eſt, cœleſtẽ. Ideo non cõfundi-
tur Deus vocari Deus eorum,
parauit enim illis ciuitatem.

❡ Feria.vi.ex.j.Regum.Lcõ.i.

MOrtuus eſt autẽ Samuel, c.25.
& cõgregatus eſt vniuer
ſus Iſrael: & planxerunt eum &
ſepelierũt eum in domo ſua in
Ramatha. Cõſurgensq; Dauid
deſcendit in deſertum Pharan.
Erat aũt vir quiſpiã in ſolitudi-
ne Maon, & poſſeſſio eius in
Carmelo, & homo ille magnus
nimis: erãtq; ei oues tria millia,
& mille capræ: & accidit, vt ton
deretur grex eius in Carmelo.
No-

Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius Abigail. Eratq; mulier illa prudentiſſima & ſpecioſa. Porro vir ei⁹ durus & peſſim⁹, & malitioſus: erat autẽ de genere Caleb. Cum aũt audiſſet Dauid in deſerto, ꝙ tonderet Nabal gregem ſuũ, miſit decẽ iuuenes, & dixit eis, Aſcẽdite in Carmelũ, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacifice. Et ſic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quęcunq; habes, ſit pax. Audiui ꝙ tonderent paſtores tui qui erant nobiſcũ in deſerto: nunquã eis moleſti fuimus, nec aliquando defuit quicquã eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiſcum in Carmelo, ĩterroga pueros tuos & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniãt pueri tui gratiã in oculis tuis: in die enim bona venimus: quodcunq; inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid. Cũq; veniſſent pueri Dauid, loquuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex noĩe Dauid: & ſiluerunt. Reſpõdens autẽ Nabal pueris Dauid, ait: Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie increuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonſorib⁹ meis, & dabo viris, quos neſcio vnde ſint.

Ex ep̃la Pauli ad Hebr. I. cõ. ij.

Fide obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur: & vnigenitum offerebat, in quo ſuſceperat repromiſſiones: ad quem dictum eſt, In Iſaac vocabitur tibi ſemẽ. Arbitrãs quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. Vnde eum & in parabolã accepit. Fide, & de futuris benedixit Iſaac Iacob, & Eſau. Fide, Iacob moriẽs ſingulos filiorũ Ioſeph benedixit: & adorauit faſtigiũ virgæ eius. Fide, Ioſeph moriẽs de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt: & de oſſib⁹ ſuis mandauit. Fide, Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à parẽtibus ſuis: eo ꝙ vidiſſent elegantẽ infantẽ, & non timuerunt regis edictũ. Fide, Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filiũ filię Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, q̃ temporalis peccati habere iucunditatẽ, maiores diuitias æſtimans, theſauro Ægyptiorũ, improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationẽ. Fide, reliquit Ægyptum: non veritus animoſitatẽ regis, inuiſibilem enim c. 11

enim tanquá videns ſuſtinuit.
Fide, celebrauit paſcha & ſan-
guinis effuſionem: ne qui va-
ſtabat primitiua, tangeret eos,
Fide, tranſierunt mare rubrum
tanq̃ per aridam terram: quod
experti Ægyptij, deuorati ſunt.
Fide, muri Iericho corruerunt,
circumitu dierũ ſeptem. Fide,
Raab meretrix non perijt cum
incredulis, excipiens explorato-
res cum pace. Et quid adhuc di
cam? Deficiet enim me tempus
enarrantem de Gedeon, Barac,
Sanſon, Iepte, Dauid, Samuel,
B & prophetis † Qui per fidẽ vi-
cerunt regna, operati ſunt iuſti
tiam, adepti ſunt repromiſſio-
nes, obturauerunt ora leonum,
extinxerunt impetũ ignis, effu-
gerunt aciem gladij, conualue-
runt de infirmitate, fortes facti
ſunt in bello, caſtra verterunt
exterorum, acceperũt mulieres
de reſurrectione mortuos ſuos:
alij autem diſtenti ſunt non ſu
ſcipientes redemptionẽ, vt me-
liorem inuenirent reſurrectio-
nem. Alij vero ludibria & ver-
bera experti, inſuper & vincula
& carceres, lapidati ſunt, ſecti
ſunt, tentati ſunt, in occiſione
gladij mortui ſunt, circumierũt
in melotis, in pellibus caprinis,
egẽtes, anguſtiati, afflicti, qui-
bus dignus nõ erat mundus, in
ſolitudinibus errantes, in mon-
tibus & ſpeluncis, & in cauernis
terræ. Et hi omnes teſtimonio
fidei probati,] non acceperunt C
repromiſſionẽ, Deo pro nobis
melius aliquid prouidente, vt
nõ ſine nobis cõſummarentur.

ℭ Sabbato, ex. j. Regum. Lcõ. j.

REgreſſi ſunt itaque pueri c.25.
Dauid per viam ſuam: &
reuerſi venerunt, & annuntia-
uerunt ei omnia verba quæ di-
xerat Nabal. Tunc ait Dauid
pueris ſuis, Accingat vnuſquiſq;
gladio ſuo. Et accincti ſunt ſin-
guli gladiis ſuis, accinctuſq́; eſt
Dauid enſe ſuo: & ſequuti ſunt
Dauid quaſi quadringẽti viri:
porro ducenti remanſerunt ad
ſarcinas. Abigail autem vxori
Nabal nuntiauit vnus de pue-
ris ſuis, dicens: Ecce Dauid mi-
ſit nuntios de deſerto, vt bene-
dicerent dño noſtro, & auerſa-
tus eſt eos: homines iſti, boni
ſatis fuerunt nobis & non mo-
leſti, nec quicquã aliquãdo pe-
riit omni tempore quo fuimus
cõuerſati cũ eis in deſerto: pro
muro erant nobis tam in no-
cte q̃ in die, omnib⁹ diebus qui-
bus pauimus apud eos greges.
Quã ob rem cõſidera, & recogi
ta quid facias: qm̃ completa eſt

mali-

malitia aduerſum virū tuū, & aduerſum domū tuā, & ipſe eſt fili⁹ Balial, ita vt nemo poſſit ei loqui. Feſtinauit igiť Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinq; arietes coctos, & quinq; ſata polentæ, & centū ligaturas vuę paſſæ, & ducentas maſſas carycarū, & impoſuit ſup aſinos, dixitq; pueris ſuis, Præcedite me, & ecce, ego poſt tergū ſequar vos, viro autē ſuo Nabal nō indicauit. Cū ergo aſcendiſſet aſinū, & deſcenderet ad radicē mōtis, Dauid & viri eius deſcendebāt in occurſum eius: quib⁹ & illa occurrit. Et ait Dauid, Vere fruſtra ſeruaui oĩa, quæ huius erāt ĩ deſerto, & nō perijt quicquā de cunctis quæ ad eū pertinebāt: & reddidit mihi malū pro bono. Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, Si reliquero de omnibus q̃ ad ipſum pertinēt vſq; mane mingentē ad parietem.

Ex ep̄la Pauli ad Hebr. Lcō. ij.

c. 12. IDeoq; & nos tantam habentes impoſitā nubem teſtiū: deponētes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiā curramus ad propoſitū nobis certamen, aſpicientes in authorē fidei, & cōſummatorē Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, cōfuſione cōtempta, atq; in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate enim eū qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum cōtradictionem: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes. Nondū enim vſq; ad ſanguinē reſtitiſtis, aduerſus peccatū repugnantes: & obliti eſtis cōſolationis, quæ vobis tanquā filijs loquitur, dicēs: Fili mi, noli negligere diſciplinam dñi, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quē enim diligit dn̄s, caſtigat: flagellat aūt oēm filiū quem recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanq̄ filiis, vobis offert ſe De⁹. quis enim filius quē non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri & nō filij eſtis. Deinde patres quidē carnis noſtræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabim⁹ patri ſpirituum, & viuemus? Et illi quidē in tempore paucorū dierum, ſecundū voluntatē ſuā erudiebant nos, hic autē ad id quod vtile eſt in recipiendo ſanctificationem eius. Omnis aūt diſciplina in præſenti quidem videtur nō eſſe gaudii, ſed mœroris: poſtea aūt fructum pacatiſſimū

tiſſimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ. Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite: & greſſus rectos facite pedib⁹ veſtris: vt nõ claudicans quis erret: magis autẽ ſanetur. Pacẽ ſequimini cũ oĩbus, & ſanctimoniã: ſine qua nemo videbit Deũ: contemplãtes ne quis deſit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis ſurſum germinãs impediat: & ꝑ illã inquinentur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus vt Eſau: qui propter vnã eſcã vẽdidit primitiua ſua. ſcitote enim qm̃ & poſtea cupiens hæreditare benedictionẽ, reprobatus eſt, non enim inuenit pœnitentiæ locũ: quanquã cum lachrymis inquiſiſſet eã.

¶ Dñica.xvij.poſt Pentecoſtẽ, ex primo Regũ. Lectio prima.

c.25. CVm autẽ vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino: & procidit corã Dauid ſuper faciẽ ſuã, & adorauit ſuper terrã, & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me ſit dñe mi hæc iniquitas, loquatur obſecro ancilla tua in aurib⁹ tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dñs me⁹ rex cor ſuũ ſup virum iſtũ iniquũ Nabal: quia ſecundũ nomen ſuũ ſtultus eſt: & ſtultitia eſt cũ eo: ego autẽ ancilla tua nõ vidi pueros tuos dñe mi, quos miſiſti: nunc ergo dñe mi viuit dñs, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinẽ, & ſaluauit manũ tuã tibi: & nũc fiãt ſicut Nabal inimici tui, & q̃ quęrũt dño meo malum. Quapropter ſuſcipe benedictionẽ hanc, quã attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequũtur te dñm meũ. Aufer iniquitatẽ famulæ tuę: faciens enim faciet dñs tibi dño meo domũ fidelẽ, quia prælia dñi dñe mi tu præliaris. malitia ergo nõ inueniatur in te oĩbus diebus vitæ tuæ. Si enim ſurrexerit aliquãdo homo perſequẽs te, & quęrens animam tuã, erit anima dñi mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentiũ apud dñm Deũ tuum. Porro inimicorũ tuorũ anima rotabitur, quaſi in impetu, & circulo fundæ. Cũ ergo fecerit dñs tibi dño meo oĩa hæc quæ loquutus eſt bona de te, & conſtituerit te ducem ſuper Iſrael, nõ erit tibi hoc in ſingultũ, & in ſcrupulũ cordis dño meo, ꝙ effuderis ſanguinẽ innoxiũ, aut ipſe te vltus fueris: & cũ benefecerit dñs dño meo, recordabe-

ris ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus dñs Deus Iſrael, q̃ miſit te hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinẽ, & vlciſcerer me manu mea. Alioquin viuit dñs Deꝰ Iſrael q̃ prohibuit me ne malum facerẽ tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, nõ remanſiſſet Nabal vſq; ad lucẽ matutinã mingens ad parietẽ. Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei, Vade pacifice in domum tuã: ecce, audiui vocem tuã, & honoraui faciem tuam.

Ex epſa Pauli ad Hebr. Lcõ. ij.

c. 12. NOn enim acceſſiſtis ad tractabilem montẽ & acceſſibilem ignem, & turbinem, & caliginẽ, & procellam, & tubæ ſonum & vocẽ verborũ (quam qui audierũt, excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbũ. Non enim portabãt, quod dicebatur. Et ſi beſtia tetigerit montẽ, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyſes dixit, Exterritus ſum, & tremebũdus.) Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatẽ Dei viuẽtis, Ieruſalem cœleſtẽ, & multorũ milliũ angelorum frequentiã, & eccleſiã primitiuorũ qui cõſcripti ſunt in cœlis, & iudicẽ omniũ Deũ, & ſpiritus iuſtorũ perfectorũ, & teſtamẽti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionẽ melius loquentẽ q̃ Abel. Videte ne recuſetis loquentẽ. Si enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui ſup terrã loquebatur: multo magis nos qui de cœlis loquentẽ nobis auertimꝰ, cuius vox mouit terrã tunc: nunc autem repromittit dicens, Adhuc ſemel: & ego mouebo non ſolũ terrã, ſed & cœlum. Quòd autẽ adhuc ſemel dicit: declarat mobilium tranſlationẽ tanquã factorũ, vt maneant ea, quæ ſunt immobilia. Itaq; regnũ immobile ſuſcipientes, habemus gratiam: per quã ſeruiamꝰ placẽtes Deo cum metu & reuerentia. Et enim Deꝰ noſter ignis cõſumẽs eſt. Charitas fraternitatis c. 13.
maneat in vobis. Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerũt quidã angelis hoſpitio receptis. Mementote vinctorũ, tanquã ſimul vincti: & laborantiũ, tanquã & ipſi in corpore morantes. Honorabile cõnubiũ in oĩbus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deꝰ. Sine mores ſine auaritia: contenti

pręſen-

præſentibus: ipſe enim dixit, Nõ te deſerã neq; derelinquã, ita vt cõfidenter dicamus, Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpoſitorũ veſtrorũ, q vobis loquuti ſunt verbũ Dei: quorũ intuentes exitũ cõuerſationis, imitamini fidẽ. Ieſus Chriſtus heri & hodie: ipſe & in ſecula.

Secundum Matthæũ. Lcõ.iij.

c.22. IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi: & interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor tentans eum. Et reliqua.

Hom.ſcti Ioãnis Chriſoſtomi.

Conuenerunt vt multitudine vincerent quẽ ratione ſuperare non poterant. A veritate nudos ſe eſſe profeſſi ſunt, qui multitudine ſe armauerunt. Dicebãt enim apud ſe, Vnus loquatur pro oĩbus: & omnes loquamur per vnũ, vt ſi quidẽ vicerit, oẽs videamur viciſſe. Si aũt victus fuerit, vel ſol⁹ videatur cõfuſus. O Phariſæi, qui omnia propter homines cogitatis & facitis. Primũ quidẽ venientes cũ vno vincendi eſtis per vnũ. Tamen poſito quia vno victo homine, non intelligunt vos omnes eſſe victos? nunquid cõſcientiæ veſtræ nõ ſentiũt ſe eſſe cõfuſas? Leuis eſt enim cõſolatio qui in ſe ipſo cõfuſus eſt quod ab alijs ignoratur. Interrogauit Ieſum vnus ex Phariſæis legis doctor tentãs eũ. Magiſter, qđ eſt mãdatũ magnũ in lege? Magiſtrũ vocat, cuius nõ vult eſſe diſcipulus. Simpliciſſimus interrogator, & maligniſſimus inſidiator, de magno mãdato interrogat, qui nec minimũ obſeruat. Ille enim debet interrogare de maiore iuſtitia, qui iam minorem cõpleuit. Te deum. Orõ.

DA quęſumus domine populo tuo diabolica vitare contagia: & te ſolum Deum pura mente ſectari. Per domi.

¶ Feria.ij.ex.j.Regum. Lcõ.j.

VEnit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuiũ in domo eius quaſi cõuiuiũ Regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & nõ indicauit ei verbũ puſillum aut grãde vſq; mane. Diluculo autem cum digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc: & emortuũ eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. Cunq; pertrãſiſſent decem dies, percuſſit dominus Nabal, & mortuus eſt. Quod cum audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus dñs q iudicauit cauſam opprobrij mei c.25.

de manu Nabal, & ſeruũ ſuum
cuſtodiuit à malo, & malitiam
Nabal reddidit dñs ĩ caput ei⁹.
Miſit ergo Dauid, & loquutus
eſt ad Abigail, vt ſumeret eam
ſibi in vxorẽ, & venerunt pueri
Dauid ad Abigail in Carmelũ,
& loquuti ſunt ad eam, dicẽtes,
Dauid miſit nos ad te, vt acci-
piat te ſibi in vxorẽ. Quæ con-
ſurgens adorauit prona in ter-
ram, & ait. Ecce famula tua ſit
in ancillã, vt lauet pedes ſeruo-
rum dñi mei. Et feſtinauit, &
ſurrexit Abigail, & aſcendit ſu-
per aſinum, & quinq; puellæ
ierunt cum ea, pediſſequæ eius,
& ſequuta eſt nuntios Dauid:
& facta eſt illi vxor. Sed &
Achinoan accepit Dauid de
Iezrael: & fuit vtraq; vxor eius.
Saul autem dedit Michol filiã
ſuam vxorem Dauid, Phalti fi-
lio Lais, qui erat de Gallim.

Ex epl'a Pauli ad Hebr. Lcõ.ij.

c.13. DOctrinis variis & peregri-
nis nolite abduci. Opti-
mum eſt enim gratia ſtabilire
cor, nõ eſcis, quę nõ profuerunt
ambulãtibus in eis. Habemus
altare: de quo edere nõ habent
poteſtatẽ qui tabernaculo de-
ſeruiũt. Quorũ enim animaliũ
infertur ſanguis pro peccato in
ſancta per pontificẽ: horũ cor-
pora cremantur extra caſtra.
Propter quod & Ieſus, vt ſan-
ctificaret per ſuum ſanguinem
populũ, extra portã paſſus eſt.
Exeamus igitur ad eũ extra ca-
ſtra, improperiũ eius portãtes.
Nõ enim habemus hic manen
tem ciuitatẽ, ſed futurã inquiri
mus. Per ipſum ergo offeram⁹
hoſtiã laudis ſemꝑ Deo, id eſt
fructũ labiorũ confitentiũ no-
mini eius. Beneficentiæ autẽ &
cõmunicationis nolite obliui-
ſci. Talibus enim hoſtiis pro-
meretur De⁹. Obedite præpoſi-
tis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi
enim peruigilant quaſi rationẽ
pro animabus veſtris reddituri-
ri: vt cum gaudio hoc faciãt, &
nõ gementes, hoc enim non ex
pedit vobis. Orate pro nobis,
confidimus enim ꝙ bonã con-
ſcientiam habemus: in omni-
bus bene volentes conuerſari.
Amplius aũt deprecor vos hoc
facere, quo celerius reſtituar vo
bis. Deus aũt pacis qui eduxit
de mortuis paſtorẽ magnum
ouium in ſanguine teſtamenti
ęterni dñm noſtrũ Ieſum Chri
ſtum, aptet vos in omni bono,
vt faciatis eius voluntatẽ, faciẽs
in vobis quod placeat coram ſe
per Ieſum Chriſtũ, cui eſt glo-
ria in ſecula ſeculorum. Amen.

Rogo autē vos fratres, vt ſuffe-
ratis verbũ ſolatij. Etenim per
paucis ſcripſi vobis. Cognoſcite
fratrem noſtrũ Timotheũ di-
miſſum: cum quo (ſi celeri⁹ ve-
nerit) videbo vos. Salutate oēs
præpoſitos veſtros, & oēs ſctõs:
ſalutant vos de Italia, fratres.
Gratia cum oībus vobis. Amē.

¶ Feria.iij. ex. j. Regũ. Lcõ.j.

ca.26. ET venerũt Ziphæi ad Saul
in Gabaa dicentes, Ecce,
Dauid abſconditus eſt in colle
Hachilæ, quæ eſt ex aduerſo ſo
litudinis. Et ſurrexit Saul, & de-
ſcendit in deſertũ Ziph, & cum
eo tria millia virorũ de electis
Iſrael, vt quęreret Dauid in de-
ſerto Ziph, & caſtrametatus eſt
Saul in Gabaa Hachilæ, quæ
erat ex aduerſo ſolitudinis in
via: Dauid autem habitabat in
deſerto. Videns aũt ꝙ veniſſet
Saul poſt ſe in deſertũ, miſit ex
ploratores, & didicit ꝙ veniſſet
certiſſime. Et ſurrexit Dauid,
& venit ad locũ vbi erat Saul:
Cunq; vidiſſet locũ in quo dor
miebat Saul, & Abner fili⁹ Ner
princeps militiæ ei⁹, & Saulem
dormientem in tentorio, & re-
liquum vulgus per circumitũ
eius, ait Dauid ad Achimelec
Hethæũ, & Abiſai filiũ Saruiæ,
fratrē Ioab, dicēs: Quis deſcen-
det mecum ad Saul in caſtra?
Dixitq; Abiſai, Ego deſcendã
tecum. Venerũt ergo Dauid &
Abiſai ad populũ nocte, & inue
nerũt Saul iacentē & dormien-
tem in tentorio & haſtã fixã in
terra ad caput ei⁹: Abner aũt &
populũ dormiētes in circumitu
eius. Dixitq; Abiſai ad Dauid,
Concluſit Deus inimicũ tuum
hodie in manus tuas: nũc ergo
perfodiam eum lancea in terra
ſemel, & ſecundo opus nõ erit.
Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne
interficias eũ: quis enim exten-
det manũ ſuã in Chriſtũ dñi,
& innocēs erit? Et dixit Dauid,
Viuit dñs qa niſi dñs percuſſe-
rit eum, aut dies eius venerit vt
moriatur, aut in præliũ deſcen
dens perierit: propitius ſit mihi
dñs ne extendã manũ meã in
Chriſtũ dñi. Nunc igitur tolle
haſtam quæ eſt ad caput ei⁹, &
ſcyphũ aquę, & abeamus. Tulit
igiť Dauid, haſtã, & ſcyphum
aquę, qui erat ad caput Saul, &
abierũt: & nõ erat quiſquã qui
videret, & intelligeret, & euigi-
laret: ſed oēs dormiebant, quia
ſopor dñi irruerat ſuper eos.

Epl'a Pauli ad Philip. Lectio.ij.

PAulus & Timotheus ſerui ca.1.
Ieſu Chriſti, Omnibus ſan
ctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt

Philippis cum epiſcopis & diaconibus, gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto. Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri (ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis: cũ gaudio deprecationẽ faciens) ſuper cõmunicatione veſtra ĩ euãgelio Chriſti à prima die vſq; nunc:
B † cõfidens hoc ipſum quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu: ſicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro oĩbus vobis: eo ꝙ habeam vos in corde, & ĩ vinculis meis, & in defenſione & cõfirmatione Euãgelij, cũ ſocij gaudij mei oẽs vos ſitis. Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam oẽs vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abũdet in omni ſcientia & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri & ſine offenſa in diẽ Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriã & laudem
C Dei.] Scire aũt volo vos fratres, ꝙ quę circa me ſunt, magis ad profectũ venerũt Euangelij: ita vt vincula mea manifeſta fie-
2 rent in Chriſto in omni prætorio, & in cæteris oĩbus, vt plures è fratribus in dño cõfidentes in vinculis meis, abundantius auderẽt ſine timore verbum Dei loqui. Quidã quidẽ & propter inuidiã & cõtentionẽ, quidam aũt & propter bonã voluntatẽ Chriſtum prędicant. Quidã ex charitate: ſcientes qm̃ in defenſionẽ Euãgelij poſitus ſum, quidam aũt ex cõtẽtione Chriſtũ annuntiant nõ ſyncere: exiſti-
mantes preſſurã ſe ſuſcitare vin 2
culis meis. Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionẽ, ſiue p veritatẽ Chriſt⁹ annũtietur: & ĩ hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Scio enim, qa hoc mihi proueniet ad ſalutẽ per veſtrã orationẽ & ſubminiſtrationẽ Spũs Ieſu Chriſti, ſecundũ expectationẽ & ſpem meã, ꝙ ĩ nullo confundar, ſed in omni fiducia ſicut ſemper, & nũc magnificabitur Chriſt⁹ in corpore meo, ſiue per vitã, ſiue per mortem.

¶ Feria.iiij.ex.j. Regũ. Lcõ.j.

CVnq; tranſiſſet Dauid ex c.26.
aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longe, & eſſet grãde interuallũ inter eos, clamauit Dauid ad populũ, & ad Abner filiũ Ner, dicens: Nonne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regẽ? Et ait Dauid ad Abner: Nunquid nõ

vir tu es? Et quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo nõ cuſtodiſti dñm tuum regem? ingreſſus eſt enim vnus de turba, vt interficeret regem dñm tuũ. Nõ eſt bonũ hoc quod feciſti: viuit dñs, quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dñm veſtrum Chriſtũ dñi, nũc ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit, Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea dñe mi rex. Et ait: Quam ob cauſam dñs meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malũ in manu mea? Nũc ergo audi oro dñe mi rex verba ſerui tui: Si dñs incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium, ſi autem filij hominum maledicti ſint in cõſpectu dñi, quia eiecerunt me hodie, vt nõ habitem in hæreditate dñi, dicentes, Vade, ſerui dijs alienis. Et nunc non effundatur ſanguis meus in terra coram dño: quia egreſſus eſt rex Iſrael vt quęrat pulicem vnũ, ſicut perſequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquã enim vltra tibi male faciã, eo ꝙ pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim ꝙ ſtulte egerim, & ignorauerim multa nimis. Et reſpondens Dauid, ait, ecce haſta regis: tranſeat vnus de pueris regis, & tollat eam. Dñs autem retribuet vnicuiq; ſecundum iuſtitiã ſuã & fidem: tradidit enim te dñs hodie in manum meam, & nolui extendere manũ meam in Chriſtum dñi. Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis dñi, & liberet me de omni anguſtia. Ait ergo Saul ad Dauid: Benedictus tu fili mi Dauid: equidem faciens facies, & potens poteris. Abijt autem Dauid in viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locũ ſuum.

Ex epl'a. Pauli ad Philip. Lcõ. ij.

Mihi enim viuere Chriſt᷑ eſt: & mori lucrũ. Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam, ignoro. Coarctor autem è duobus: deſideriũ habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius: permanere autem in carne, neceſſarium propter vos. Et hoc confidens, ſcio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectũ veſtrum & gaudium fidei: vt gratulatio ca. I.

veſtra abundet in Chriſto Ieſu
in me per meũ aduentũ iterũ
ad vos. Tantũ digne Euãgelio
Chriſti conuerſemini: vt ſiue
cum venero & videro vos, ſiue
abſens audiã de vobis q̃a ſtatis
in vno ſpũ, vnanimes collabo-
rantes fidei Euãgelij. Et in nul-
lo terreamini ab aduerſariis,
quæ illis eſt cauſa perditionis:
vobis aũt ſalutis, & hoc à Deo:
quia vobis donatũ eſt pro Chri
ſto, nõ ſolũ vt in eum credatis,
ſed vt etiã pro illo patiamini,
idem certamen habẽtes quale
& vidiſtis in me, & nũc auditis
c.2. de me. Si qua ergo cõſolatio in
Chriſto, ſi quod ſolatiũ Chari-
tatis, ſi qua ſocietas ſpũs, ſi qua
viſcera miſerationis: implete
gaudiũ meũ, vt idem ſapiatis,
eandẽ charitatẽ habẽtes vnani-
mes, idipſum ſcientes, nihil per
cõtentionẽ, neq; per inanẽ glo-
riã: ſed in humilitate, ſuperio-
res ſibi inuicẽ arbitrãtes nõ quę
ſua ſunt ſinguli conſiderantes,
B ſed ea quæ aliorũ.† Hoc enim
ſentite ĩ vobis quod & in Chri-
ſto Ieſu, qui cum in forma Dei
eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt
eſſe ſe æqualẽ Deo, ſed ſemetip
ſum exinaniuit formam ſerui
accipiens, in ſimilitudinem ho
minũ factus, & habitu inuẽtus
vt homo. humiliauit ſemetip-
ſum † factus obediens vſq; ad C
mortem: mortem aũt Crucis.
Propter quod & Deus exaltauit
illum: & donauit illi nomen
quod eſt ſup omne nomen: vt
in nomine Ieſu omne genu fle
ctatur, cœleſtiũ, terreſtriũ, & in-
fernorũ: & omnis lingua con-
fiteatur, quia dñs Ieſus Chri-
ſtus in gloria eſt Dei patris.]

℄ Feria.v.ex.j. Regum. Lcõ.j.

ET ait Dauid in corde ſuo: c.27.
Aliquando incidã vna die
in manus Saul: nonne melius
eſt vt fugiam, & ſaluer in terra
Philiſthinorũ, & deſperet Saul,
ceſſentq; me quęrere in cunctis
finib⁹ Iſrael? fugiã ergo manus
eius. Et ſurrexit Dauid, & abijt
ipſe, & ſexcenti viri cum eo, ad
Achis filiũ Maoch regẽ Geth.
Et habitauit Dauid cum Achis
in Geth ipſe & viri eius, vir &
dñs eius, Dauid & duæ vxores
eius, Achinoan Iezrahelitis, &
Abigail vxor Nabal Carmeli.
Et nuntiatũ eſt Saul, ꝙ fugiſſet
Dauid in Geth, & non addidit
vltra quęrere eum. Dixit autẽ
Dauid ad Achis: Si inueni gra-
tiam in oculis tuis, detur mihi
locus in vna vrbium regionis
huius, vt habitem ibi: cur enim
manet ſeruus tuus in ciuitate
regis

regis tecũ? dedit itaq; ei Achis in die illa Siceleg: propter quã cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda, vſq; in diẽ hanc. Fuit aũt numerus dierũ quib⁹ habitauit Dauid ĩ regione Philiſthinorũ quatuor menſium. Et aſcendit Dauid, & viri ei⁹, & agebãt prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabãtur in terra antiquitus, euntibus Sur vſq; ad terrã Ægypti. Et pcutiebat Dauid oẽm terrã, nec relinquebat viuentẽ virũ & mulierẽ: tollẽſq; oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebat̃, & veniebat ad Achis. Dicebat autẽ ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpõdebat Dauid, Contra meridiẽ Iudæ, & cõtra meridiẽ Ierameel, & contra meridiẽ Ceni. Virũ & mulierẽ nõ viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte loquantur aduerſum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretũ illi oĩbus diebus quibus habitauit in regione Philiſthinorũ. Credidit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus eſt cõtra populũ ſuũ Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

Ex epſa Pauli ad Philip. Lcõ.ij.

ca.1. Itaque chariſſimi mei, ſicut ſemper obediſtis: non vt in pręſentia mea tantũ, ſed multo magis nũc in abſentia mea, cũ metu & tremore veſtrã ſalutẽ operamini. Deus eſt enim qui operatur ĩ vobis, & velle & perficere, pro bona volũtate. Omnia aũt facite ſine murmurationibus & hæſitationibus: vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſę: inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo: verbũ vitæ cõtinentes ad gloriã meã in diem Chriſti: quia non in vacuũ cucurri, neq; in vacuũ laboraui. Sed & ſi immolor ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtrę gaudeo, & cõgratulor oĩbus vobis. Idipſum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autẽ in dño Ieſu, Timotheum me cito mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis quę circa vos ſunt. Neminem enim habeo tam vnanimẽ, qui ſyncera affectione pro vobis ſolicitus ſit. Omnes enim quæ ſua ſunt quęrunt: nõ quæ ſunt Ieſu Chriſti. Experimentũ autẽ eius cognoſcite, quia ſicut patri filius, mecum ſeruiuit in euãgelio. Hũc igitur ſpero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me ſunt. Cõfido aũt

in dño quoniam & ipſe veniã
ad vos cito. Neceſſarium autẽ
exiſtimaui, Epaphroditũ fratrẽ
& cooperatorẽ, & cõmilitonem
meũ, veſtrum aũt Apoſtolũ, &
miniſtrũ neceſſitatis meæ, mit-
tere ad vos: qm̃ quidem omnes
vos deſiderabat: & mœſt⁹ erat,
propterea, ꝙ audieratis illũ in-
firmatũ. Nam & infirmat⁹ eſt
vſq; ad mortẽ. ſed Deus miſer-
tus eſt eius: nõ ſolum aũt eius,
verumetiã & mei, ne triſtitiam
ſup triſtitiã haberẽ. Feſtinãtius
ergo miſi illũ: vt viſo eo, iterũ
gaudeatis, & ego ſine triſtitia
ſim. Excipite itaq; illũ cum om
ni gaudio in dño, & eiuſmodi
cum honore habetote, qm̃ pro-
pter opus Chriſti, vſq; ad mor-
tem acceſſit: tradẽs animã ſuã,
vt impleret id quod ex vobis
deerat erga meum obſequiũ.

¶ Feria. vj. ex. j. Regum. Lcõ. j.

c.28. FActum eſt autẽ in diebus
illis congregauerunt Phili
ſthiim agmina ſua, vt præpara
rentur ad bellũ cõtra Iſrael: di-
xitq; Achis ad Dauid, Sciens
nunc ſcito qm̃ mecũ egredieris
in caſtra, tu & viri tui. Dixitq;
Dauid ad Achis, Nũc ſcies quæ
facturus eſt ſeruus tuus. Et ait
Achis ad Dauid, Et ego cuſtodẽ
capitis mei ponã te cunctis die-
bus. Samuel autẽ mortuus eſt,
planxitq; eum omnis Iſrael, &
ſepelierũt eũ in Ramatha vrbe
ſua. Et Saul abſtulit magos &
ariolos de terra. Congregatiq;
ſunt Philiſthiim, & venerũt, &
caſtrametati ſunt in Sunã, con
gregauit aũt & Saul vniuerſum
Iſrael, & venit in Gelboe. Et vi-
dit Saul caſtra Philiſthiim & ti
muit, & expauit cor eius nimis.
Cõſuluitq; dñm, & nõ reſpon-
dit ei, neq; ꝑ ſomnia, neq; per
ſacerdotes, neq; per prophetas.
Dixitq; Saul ſeruis ſuis, Quęri-
te mihi mulierẽ habentem py-
thonẽ, & vadã ad eam, & ſciſci-
tabor per illã. Et dixerunt ſerui
eius ad eũ, Eſt mulier pythonẽ
habẽs, in Endor. Mutauit ergo
habitũ ſuũ, veſtitusq; eſt alijs
veſtimentis, & abijt ipſe, & duo
viri cum eo: venerũtq; ad mu-
lierẽ nocte, & ait illi, Diuina mi
hi in pythone, & ſuſcita mihi
quem dixero tibi. Et ait mulier
ad eũ. Ecce tu noſti quãta fece-
rit Saul, & quomodo eraſerit
magos, & ariolos de terra. qua-
re ergo inſidiaris animæ meæ
vt occidar? Et iurauit ei Saul in
dño, dicens: Viuit dñs, quia nõ
eueniet tibi quicquã mali pro-
pter hãc rem. Dixitq; ei mulier,
Quem ſuſcitabo tibi? qui ait,

Sa-

Sãmuelẽ mihi ſuſcita. Cum autem vidiſſet mulier Samuelem exclamauit voce magna: & dixit ad Saul, Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul. Dixitq; ei rex, noli timere: quid vidiſti? & ait mulier ad Saul, deos vidi aſcendẽtes de terra. Dixitq; ei. Qualis eſt forma ei⁹? Quæ ait. Vir ſenex aſcẽdit, & ipſe amict⁹ eſt pallio. Et intellexit Saul ꝙ Samuel eſſet, & ĩclinauit ſe ſup faciẽ ſuã in terra, & adorauit.

Ex ep̃la Pauli ad Philip. Leõ. ij.

Ca. 3. DE cætero fratres mei, gaudete in dño. Eadem vobis ſcribere, mihi quidẽ nõ pigrũ: vobis aũt neceſſarium. videte canes, videte malos operarios, videte cõciſionẽ. Nos enim ſumus circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo: & gloriamur in Chriſto Ieſu & non in carne fiduciã habẽtes, quanquã & ego habeam confidentiã in carne. Si quis alius videtur cõfidere in carne: ego magis, circunciſus octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræ⁹ ex Hebræis, ſecundũ legẽ Phariſæus, ſecundũ ęmulationẽ perſequẽs eccleſiam Dei, ſecundum iuſtitiã quę in lege eſt cõuerſat⁹ ſine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hęc arbitrat⁹ ſum propter Chriſtũ detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimẽtum eſſe ꝓpter eminentẽ ſciẽtiã Ieſu Chriſti dñi mei: ꝓpter quẽ omnia detrimentũ feci, & arbitror vt ſtercora: vt Chriſtũ lucrifaciã, vt & inueniar in illo nõ habens meã iuſtitiã quæ ex lege eſt, ſed illã quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide: ad cognoſcendũ illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionum illius: configuratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis. Non ꝙ iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autẽ ſi quo modo comprehendã in quo & cõprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres, ego me nõ arbitror cõprehendiſſe. Vnum aũt, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Quicunq; ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, in eadem permaneamus regula. † Imitatores mei D
eſtote fratres: & obſeruate eos qui

qui ita ambulant, ſicut habetis
formã noſtrã. Multi enim am-
bulant quos ſæpe dicebã vobis
(nunc aũt & flens dico) inimi-
cos crucis Chriſti: quorũ finis
interitus: quorũ De⁹ venter eſt:
& gloria in confuſione ipſorũ:
qui terrena ſapiunt. Noſtra au-
tem conuerſatio in cœlis eſt, vn
de etiã ſaluatorem expectamus
dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum,
qui reformabit corpus humili-
tatis noſtræ configuratum cor
pori claritatis ſuæ, ſecundum
operationem virtutis ſuę, qua
etiã poſſit ſubiicere ſibi omnia.

¶ Sabbato, ex .j. Regum. Lcõ. j.

c. 28. Dixit autẽ Samuel ad Saul,
Quare inquietaſti me, vt
ſuſcitarer? & ait Saul, Coarctor
nimis: ſi quidẽ Philiſthiim pu-
gnãt aduerſum me, & Deus re-
ceſſit à me, & exaudire me no-
luit: neq; in manu prophetarũ,
neq; per ſomnia: vocaui ergo
te, vt oſtenderes mihi q̄d faciã.
Et ait Samuel. Quid interrogas
me, cum dñs receſſerit à te, &
tranſierit ad æmulum tuum?
Faciet enim tibi dñs ſicut locu-
tus eſt in manu mea, & ſcindet
regnũ tuũ de manu tua, & da-
bit illud ꝓximo tuo Dauid, q̄a
nõ obediſti voci dñi, neq; feci-
ſti iram furoris eius in Amalec.
idcirco ꝙ pateris, fecit tibi dñs
hodie. Et dabit dñs etiã Iſrael
tecũ in man⁹ Philiſthiim: cras
aũt tu & filij tui mecũ eritis: ſed
& caſtra Iſrael tradet dñs in ma
nus Philiſthiim. Statimq; Saul
cecidit porrectus in terrã: exti-
muerat enim valde verba Sa-
muelis, & robur nõ erat in eo,
q̄a nõ comederat panẽ tota die
illa. Ingreſſa eſt itaq; mulier il-
la ad Saul, & vidit (conturbatus
enim erat valde) dixitq;, ad eũ,
Ecce obediuit ancilla tua voci
tuę, & poſui animã meã in ma-
nu tua, & audiui ſermones tuos
quos locut⁹ es ad me. Nunc igi-
tur audi & tu vocẽ ancillę tuæ,
& ponã corã te buccellã panis,
vt comedẽs cõualeſcas, & poſſis
iter agere. Qui renuit, & ait, Nõ
comedã. Coegerũt aũt eũ ſerui
ſui & mulier, & tandem audita
voce eorum ſurrexit de terra, &
ſedit ſup lectũ. Mulier autẽ illa
habebat vitulũ paſcualẽ in do-
mo, & feſtinauit, & occidit eũ:
tollẽſq; farinã, miſcuit eã & co
xit azyma, & poſuit ante Saul,
& ante ſeruos eius. Qui cum co
mediſſent, ſurrexerũt: & ambu
lauerũt per totã noctem illam.

Ex ep̄la Pauli ad Philip. Lcõ. ij.

Itaq; fratres mei chariſſimi c. 4.
& deſideratiſſimi, gaudium
meũ

meũ & corona mea: ſic ſtate in dño chariſſimi. Euodiam rogo & Syntychen deprecor, idipſum ſapere in dño. Etiam rogo & te germane compar: adiuua illas quę mecũ laborauerũt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorũ nomi
B na ſunt in libro vitę. † Gaudete in dño ſemper:] iterũ dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominib⁹. dñs enim prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione cũ gratiarũ actione petitiones veſtræ innoteſcãt apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat oẽm ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligẽtias veſtras in Chri-
C ſto Ieſu.] De cætero frẽs quęcunq; ſunt vera, quęcũq; pudica, quęcũq; iuſta, quęcũq; ſctã, quęcunq; amabilia, quęcunq; bonę famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me: hęc agite, & De⁹ pacis erit vobiſcũ. Gauiſus ſum autẽ in dño vehementer, quoniam tandem aliquando refloruiſtis, pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis: occupati autem eratis. Non quaſi propter penuriã dico: ego enim didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare, vbiq; & in omnibus inſtitutus ſum: & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Veruntamen bene feciſtis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & vos Philippenſes ꝙ in principio euangelij, quãdo profectus ſum à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli: quia & Theſſalonicam, ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis. Non quòd quęro datum: ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram. Habeo autem omnia, & abundo: repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam placentem Deo. Deus autem meus impleat omne deſiderium veſtrum, ſecundùm diuitias ſuas in gloria in Chriſto Ieſu. Deo autem & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. Salutate oẽm ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant vos qui mecũ ſunt, fratres. Salutant vos omnes ſancti: maxime autem qui de Cæſaris domo ſunt. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

¶ Dñica.xviij.poſt Pẽtecoſtẽ, ex primo Regũ. Lectio prima.

c.29. Congregata ſunt ergo Philiſthiim vniuerſa agmina in Aphec: ſed & Iſrael caſtrametatus eſt, ſup fontẽ qui erat in Iezrahel. Et ſatrapæ quidem Philiſthiim incedebãt in centuriis & millib⁹: Dauid aũt, & viri eius erãt in nouiſſimo agmine cũ Achis, Dixeruntq; principes Philiſthiim, Quid ſibi volunt Hebræi iſti? Et ait Achis ad principes Philiſthiim, Nunqd ignoratis Dauid, q fuit ſeruus Saul regis Iſrael, & eſt apud me multis diebus vel annis? & non inueni in eo qcquã, ex die qua transfugit ad me, vſq, ad diem hãc? Irati ſunt aũt aduerſus eũ principes Philiſthiim, & dixerũt ei, Reuertatur vir, & ſedeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum: & non deſcendat nobiſcũ in prælium, ne fiat nobis aduerſarius, cũ præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dñm ſuũ niſi in capitibus nr̃is? Nonne iſte eſt Dauid cui cantabãt in choris, dicentes, Percuſſit Saul in millib⁹ ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis? Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit dñs, quia rectus es tu, & bonus in cõſpectu meo, & exit⁹ tuus, & introit⁹ tuus mecũ eſt in caſtris: & nõ inueni in te qcquã mali ex die qua veniſti ad me, vſq; in diẽ hãc: ſed ſatrapis nõ places. Reuertere ergo, & vade in pace & nõ offendes oculos ſatraparum Philiſthiim.

Sanctum Ieſu Chriſti euãgeliũ ſecundum Marcum. Lectio.ij.

INitiũ Euangelij Ieſu Chriſti ca.1.
filij Dei. Sicut ſcriptũ eſt in Iſaia propheta: Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuã, qui præparabit viã tuã ante te. Vox clamantis in deſerto, Parate viã dñi, rectas facite ſemitas eius. Fuit Ioannes in deſerto baptizans & prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorũ. Et egrediebatur ad eũ omnis Iudææ regio & Ieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua. Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ei⁹: & locuſtas & mel ſylueſtre edebat. Et prædicabat, dicẽs: venit fortior me poſt me: cuius non ſum dign⁹ procumbens ſoluere corrigiam calceamẽtorũ eius. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos ſpiritu ſctõ.

Et

Et factum eſt: in diebus illis venit Ieſus à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à Ioanne in Iordane. Et ſtatim aſcendẽs de aqua, vidit cœlos apertos, & ſpiritum ſanctũ tanquã columbã deſcẽdentẽ & manentẽ in ipſo. Et vox facta eſt de cœlis, Tu es filius me⁹ dilect⁹, in te cõplacui. Et ſtatim ſpiritus expulit eũ in deſertũ. Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à ſatana, eratq; cũ beſtijs: & angeli miniſtrabãt illi. Poſtquã autẽ tradit⁹ eſt Ioãnes, venit Ieſus in Galilæã, prædicãs Euangelium regni Dei, & dicẽs, Quoniã impletũ eſt tẽpus, & appropinquauit regnũ Dei: pœnitemini, & credite Euãgelio. Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piſcatores) & dixit eis Ieſus, Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Et protinus relictis retibus, ſecuti ſunt eum. Et progreſſus inde puſillum, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrẽ eius: & ipſos cõponentes retia in naui: & ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedæo in naui cũ mercenarijs, ſecuti ſunt eũ.

Secundum Matthæum. Lcõ. iij.

IN illo tempore: Aſcendens Ieſus in nauiculã transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam. ca. 9.

Et reſ. hom. b. Petri Chriſologi.

Chriſtum in humanis actibus diuina geſſiſſe myſteria, & in rebus viſibilibus inuiſibilia exercuiſſe negocia, lectio hodierna monſtrauit: Aſcẽdit, inquit, in nauiculã, & transfretauit: & venit in ciuitatẽ ſuã. Nonne ipſe eſt qui fugatis fluctibus maris ꝓfunda nudauit: vt Iſraeliticus populus inter ſtupentes vndas ſicco veſtigio, velut montiũ cõcaua trãſiret? Nõne hic eſt qui Petri pedibus marinos vertices inclinauit, vt iter liquidum humanis greſſib⁹ ſolidũ præberet obſequiũ? Et qd eſt ꝙ ipſe ſibi ſic maris denegat ſeruitutẽ, vt breuiſſimi laci trãſitũ ſub mercede nautica trãsfretaret? Aſcẽdit, inqt, in nauiculã, & trãsfretauit. Et qd mirũ frẽs? Chriſt⁹ venit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſua nobis cõferre remedia ſanitatis: qa medicus q nõ infert ſanitatẽ, infirmitates curare neſcit. Et q nõ fuerit cũ infirmo infirmatus, infirmo non põt cõferre ſanitatẽ. Chriſt⁹ ergo ſi in ſuis mãſiſſet virtutib⁹, cõe cum hoibus nihil haberet.

Et

Et ſi non impleſſet carnis ordinem, carnis in illo eſſet otioſa ſuſceptio. Te deum. Oratio.

DIrigat corda noſtra quęſumus dñe tuę miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere nõ poſſumus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.

¶Feria.ij.ex.j. Reg.lib. Lcõ.j.

c.29. DIxitq; Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo à die qua fui in cõſpectu tuo vſq; in diem hãc, vt nõ veniã & pugnẽ contra inimicos dñi mei regis? Reſpondens aũt Achis, locutus eſt ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut angel⁹ Dei: ſed principes Philiſthinorum dixerũt, Non aſcendet nobiſcũ in prælíũ. Igitur cõſurge mane, tu & ſerui dñi tui, qui venerunt tecum: & cum de nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere, pergite. Surrexit itaq; de nocte Dauid ipſe & viri eius, vt proficiſcerentur mane, & reuerterẽtur ad terram Philiſthiim. Philiſthiim aũt aſcenderant in
c.30. Iezrael. Cũq; veniſſent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerãt ex parte Auſtrali in Siceleg, & percuſſerãt Siceleg, & ſuccenderãt eam igni. Et captiuas duxerãt mulieres ex ea à minimo vſq; ad magnũ: & nõ interfecerant quenquã, ſed ſecum duxerãt, & pergebant itinere ſuo. Cum ergo veniſſet Dauid & viri ei⁹ ad ciuitatẽ, & inueniſſent eã ſuccenſam igni, & vxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe captiuas, leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces ſuas, & planxerũt donec deficerent in eis lachrymę. Siquidem & duę vxores Dauid captiuę ductæ fuerant, Achinoan Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et contriſtatus eſt Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuſcuiuſque viri ſuper filijs ſuis, & filiabus.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET ingrediuntur Capharnaum: & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogã, docebat eos. Et ſtupebãt ſuper doctrina eius: erat enim docẽs eos quaſi poteſtatem habens, & nõ ſicut Scribæ. Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpũ immũdo, & exclamauit, dicẽs: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos: ſcio ꝙ ſis ſctũs Dei. Et cõminatus eſt ei Ieſus, dicẽs, Obmuteſce, & exi de homine. Et diſcerpẽs eum ſpũs immundus, ca.1.

dus, & exclamans voce magna, exijt ab eo. Et mirati ſunt oẽs, ita vt cõquirerẽt inter ſe, dicentes, Quid nam eſt hoc? quænã doctrina hęc noua: quia in poteſtate ſpiritibus immũdis imperat, & obediũt ei? Et proceſſit rumor eiꝰ ſtatim in oẽm regionem Galilææ. Et protinus egredientes de ſynagogis, venerunt in domũ Simonis & Andreę cũ Iacobo & Ioãne. Decumbebat aũt ſocrus Simonis febricitãs & ſtatim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eã apprehẽſa manu eius: & cõtinuo dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. Veſpere aũt facto, cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum oẽs male habentes, & dæmonia habẽtes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabãtur varijs languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & nõ ſinebat ea loqui, qm̃ ſciebãt eum. Et diluculo valde ſurgẽs, egreſſus abijt in deſertũ locũ, ibiq; orabat. Et proſecutꝰ eſt eum Simon, & qui cum illo erãt. Et cũ inueniſſent eũ, dixerunt ei, Quia omnes, quęrũt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem, ad hoc enim veni. Et erat prædicãs in ſynagogis eorũ, in omni Galilæa: & dæmonia eiiciens. Et venit ad eũ leproſus deprecãs eũ: & genu flexo, dicit ei, Si vis, potes me mundare. Ieſus aũt miſertꝰ eius, extendit manũ ſuã, & tangens eũ, ait illi, Volo, mundare. Et cũ dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mũdatꝰ eſt. Et cõminatꝰ eſt ei, ſtatimq; eiecit illũ, & dicit ei, Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te principi ſacerdotũ, & offer pro emundatione tua quæ pręcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. Et egreſſus cœpit p̄dicare & diffamare ſermonẽ: ita vt iã nõ poſſet manifeſte introire ĩ ciuitatẽ, ſed foris in deſertis locis eſſe, & cõueniebant ad eum vndiq;.

¶ Feria. iii. ex. 1. lib. Reg. Lcõ. j.

CONfortatus eſt aũt Dauid c. 30
in dño Deo ſuo. Et ait ad Abiathar ſacerdotẽ filiũ Achimelec. Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, & conſuluit Dauid dñm, dicens, Perſequar latrunculos hos, & cõprehendam eos, an nõ? Dixitq; ei dñs, Perſequere: abſq; dubio enim comprehendes eos, & excuties prędam. Abiit ergo Dauid ipſe & ſexcẽti viri qui erãt cũ eo, & venerũt vſq; ad torrentẽ Beſor: & laſſi quidã ſubſtiterũt. Perſecutus

eſt autẽ Dauid ipſe & quadringenti viri, ſubſtiterãt enim ducenti, qui laſſi trãſire nõ poterãt torrentem Beſor. Et inuenerũt virum Ægyptiũ in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntq; ei panẽ vt comederet, & biberet aquam, ſed & fragmen maſſæ caricarũ, & duas ligaturas vuæ paſſç. Quæ cum comediſſet, reuerſus eſt ſpiritꝰ eius, & refocillatus eſt: nõ enim comederat panẽ, neq; biberat aquã tribus diebꝰ & tribus noctibus. Dixit itaq; ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? & quo pergis? Qui ait, Puer Ægyptius ego ſum, ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit aũt me dñs meus qa ægrotare cœpi nudiuſtertius. Si quidem nos erupimus ad auſtralẽ plagã Cerethi, & cõtra Iudã, & ad meridiem. Caleb, & Siceleg ſuccendimur igni. Dixitq; ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum iſtũ? Qui ait, Iura mihi per Deum, ꝙ nõ occidas me, & non tradas me in manus dñi mei, & ego ducam te ad cuneũ iſtum. Qui cum duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſuper faciem vniuerſæ terræ comedentes & bibentes, & quaſi feſtũ celebrãtes diẽ, pro cuncta præda, & ſpolijs quæ ceperant de terra Philiſthiim, & de terra Iuda. Et percuſſit eos Dauid à veſpere vſq; ad veſperã alteriꝰ diei, & nõ euaſit ex eis quiſquã, niſi quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderãt camelos, & fugerãt.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET iterum intrauit Capharnaum poſt dies octo: & auditũ eſt ꝙ in domo eſſet. & confeſtim cõuenerunt multi, ita vt nõ caperent neq; ad ianuam, & loquebatur eis verbũ. Et venerunt ad eũ ferentes paralyticũ, qui à quatuor portabatur. Et cum non poſſent offerre eũ illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefaciẽtes ſubmiſerunt grabatũ in quo paralyticus iacebat. Cum autẽ vidiſſet Ieſus fidẽ illorũ, ait paralytico, Fili, dimittunť tibi peccata tua. Erant aũt illic quidã de Scribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis, Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo quia ſic cogitarent intra ſe, dixit illis, Quid iſta cogitatis in cordibꝰ veſtris? Quid eſt facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula? Vt autẽ ſciatis quia filius ca. 2.

ho-

hominis habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum, & vade in domũ tuam. Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabato abijt inde coram omnib9, ita vt mirarentur omnes, & honorificarẽt Deum, dicẽtes. Quia nunquã ſic vidimus. Et egreſſus eſt rurſus ad mare, omniſq; turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi ſedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eũ. Et factũ eſt: cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebãt cum Ieſu & diſcipulis eius, erant enim multi qui & ſequebantur eum. Et Scribæ & Phariſæi vidẽtes quia mãducaret cũ publicanis & peccatoribus, dixerunt diſcipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter? Hoc audito Ieſus ait illis, Nõ neceſſe habẽt ſani medico: ſed qui male habent, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Et erãt diſcipuli Ioãnis & Phariſæorũ ieiunantes, & veniũt, & dicunt illi, Quare diſcipuli Ioãnis & Phariſæorũ ieiunant: tui autẽ diſcipuli nõ ieiunant? Et ait illis Ieſus? Nũquid poſſunt filij nuptiarũ quandiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Quanto tempore habẽt ſecum ſponſum, nõ poſſunt ieiunare. Veniẽt aũt dies cũ auferetur ab eis ſpõſus, & tunc ieiunabũt in illis diebus. Nemo aſſumentũ panni rudis aſſuit veſtimẽto veteri: alioq̄n aufert ſupplemẽtũ nouũ à veteri, & maior ſciſſura fit. Et nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres alioq̄n dirũpet vinũ vtres, & vinũ effundetur, & vtres peribũt, ſed vinũ nouũ in vtres nouos mitti debet.

¶ Feria.iiij.ex.j.Regum.Lcõ.j.

ERuit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitę, & duas vxores ſuas eruit, Nec defuit quicquã à paruo vſque ad magnũ, tam de filijs q̃ de filiabus, & de ſpolijs: & quęcunq; rapuerant, omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuerſos greges, & armenta, & minauit ante faciem ſuam: dixeruntq;, Hæc eſt præda Dauid. Venit autẽ Dauid ad ducentos viros, qui laſſi ſubſtitẽrãt, nec ſequi poterãt Dauid, & reſidere eos iuſſerat in torrente Beſor: qui egreſſi ſunt obuiã Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem Dauid ad populũ, ſalutauit eos pacifice. c.30.

Reſpondensq; omnis vir peſſimus, & iniquus de viris q erāt cum Dauid, dixit, Quia nō venerūt nobiſcū, nō dabimus eis quicquā de pręda quā eruim⁹: ſed ſufficiat vnicuiq; vxor ſua & filij: quos cū acceperint, recedant. Dixit aūt Dauid, Non ſic facietis fratres mei de his q̃ tradidit nobis dn̄s, & cuſtodiuit nos, & dedit latrunculos q eruperāt aduerſum nos, in manus noſtras, nec audiet vos quiſquā ſuper ſermone hoc. ęqua enim pars erit deſcendētis ad præliū, & remanētis ad ſarcinas, & ſimiliter diuidēt: & factū eſt hoc ex die illa, & deinceps cōſtitutū & præfinitū, & quaſi lex in Iſrael vſq; in diem hanc. Venit ergo Dauid in Siceleg, & miſit dona de p̄da ſeniorib⁹ Iuda proximis ſuis dicēs: Accipite bn̄dictionē de pręda hoſtiū dn̄i: His q erāt in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiē, & qui in Gether, & qui in Aroer, & qui ī Sephamoth, & qui in Eſthamo, & q in Rachal, & qui in vrbib⁹ Ierameel, & qui in vrbib⁹ Ceni, & qui in Harama, & qui in lacu Aſan, & qui in Athach, & qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis in quibus cōmoratus fuerat Dauid ipſe, & viri eius.

Secundum Marcum. Lectio.iij.

ET factū eſt iterū cū ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperūt progredi & vellere ſpicas. Phariſæi autē dicebāt ei, Ecce, q d faciūt diſcipuli tui ſabbatis quod nō licet? Et ait illis, Nunquā legiſtis q d fecerit Dauid, qn̄ neceſſitatē habuit & eſuriit ipſe, & qui cū eo erāt? quomodo introiuit in domū Dei ſub Abiathar principe ſacerdotū, & panes propoſitionis mādu cauit, quos nō licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus, & dedit eis & q cū eo erāt? Et dicebat eis, Sabbatū propter hominē factum eſt: & non homo propter ſabbatū. Itaq; dn̄s eſt filius hominis, etiā ſabbati. ca. 2.

Et introiuit iterū in ſynagogā: & erat ibi homo habēs manum aridā. Et obſeruabāt eum ſi ſabbatis curaret, vt accuſarēt illū. Et ait homini habenti manum aridam, Surge in mediū. Et dicit eis, Licet ſabbatis benefacere, an male? animā ſaluam facere, an perdere? At illi tacebāt. Et circunſpiciēs eos cū ira, contriſtatus ſup cæcitate cordis eorum dicit homini, Extende manū tuā. Et extendit: & reſtituta eſt man⁹ illi. Exeuntes aūt Phariſæi ſtatim cū Herodianis cōſi- ca. 3.

conſiliũ faciebãt aduerſus eum quomodo eum perderẽt. Ieſus aũt cũ diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Ieroſolymis & ab Idumæa & trãs Iordanẽ: & q circa Tyrum & Sidonem multitudo magna audiẽtes quę faciebat venerunt ad eum. Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt nauicula ſibi deſeruirẽt propter turbã, ne cõprimerent eum: multos enim ſanabat, ita vt irruerunt in eum, vt illũ tangerent quotquot habebãt plagas. Et ſpiritus immundi cum illũ videbant, procidebant ei: & clamabãt dicentes, Tu es filius Dei. Et vehemẽter cõminabatur eis ne manifeſtarent illum. Et aſcendens in montẽ, vocauit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum. Et fecit vt eſſent duodecim cũ illo: & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis poteſtatẽ curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. Et impoſuit Simoni nomẽ Petrus, & Iacobum Zebedæi & Ioannẽ fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, filij tonitrui, & Andream & Philippum & Bartholomæũ, & Matthæum, & Thomã, & Iacobum Alphæi, & Thaddæũ & Simonem Cananæum, & Iudã Iſcariotem, qui & tradidit illum.

¶ Feria. v. ex. j. Regum. Lcõ. j.

PHiliſthiim aũt pugnabant aduerſum Iſrael: & fugerũt viri Iſrael ante faciem Philiſthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntq; Philiſthiim in Saul, & in filios eius, & percuſſerunt Ionathã & Abinadab & Melchiſua filios Saul, totumq; põdus prælij verſum eſt in Saul, & cõſecuti ſunt eum viri ſagittarij, & vulneratus eſt vehemẽter à ſagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerũ ſuũ, Euagina gladiũ tuũ, & percute me, ne forte veniãt incircuncisi iſti & interficiãt me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaq; Saul gladium ſuũ, & irruit ſuper eum. Quod cũ vidiſſet armiger eius videlicet ꝙ mortuus eſſet Saul, irruit etiã ipſe ſuper gladiũ ſuũ & mortuus eſt cũ eo. Mortuus eſt ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuerſi viri eius in die illa pariter. Videntes autẽ viri Iſrael qui erant trans vallem & trans Iordanem, ꝙ fugiſſent viri Iſraelitæ, & ꝙ mortuꝰ eſſet Saul, & filij eiꝰ, reliquerunt ciuitates ſuas & fugerunt: c. 31.

uenerũtq; Philiſthiim, & habitauerũt ibi. facta aũt die altera venerunt Philiſthiim vt expoliarẽt interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacẽtes in monte Gelboe. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eũ armis: & miſerunt in terram Philiſthinorũ per circumitum. vt annuntiaretur in tẽplo idolorũ & in populis. Et poſuerũt arma eius in templo Aſtaroth, corpus vero eius ſuſpenderunt in muro Bethſan. Quòd cũ audiſſent habitatores Iabes Galaad, quęcunq; fecerant Philiſthiim Saul, ſurrexerũt oẽs viri fortiſſimi, & ambulauerũt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorũ eius de muro Bethſan: veneruntq; Iabes Galaad, & cõbuſſerunt ea igni: & tulerunt oſſa eorum: & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ca.3. ET veniunt ad domum, & cõuenit iterũ turba, ita vt non poſſent neq; panẽ manducare. Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebãt enim, Quoniã in furorem verſus eſt. Et Scribæ qui ab Ieroſolymis deſcenderãt, dicebant, Quoniã Beelzebub habet: & qa in principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et cõuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo poteſt ſatanas ſatanã eiicere? & ſi regnũ in ſe diuidatur: nõ poteſt regnũ illud ſtare. & ſi dom⁹ ſuper ſemetipſam diſpartiat: non poteſt dom⁹ illa ſtare. Et ſi ſatanas cõſurrexerit ĩ ſemetipſum diſpartitus eſt, & nõ poterit ſtare, ſed finẽ habet. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domũ diripere, niſi prius fortẽ alliget, & tunc domum eius diripiet. Amẽ dico vobis, qm̃ omnia dimittẽtur filijs hominũ peccata & blaſphemiæ quibus blaſphemauerunt: qui aũt blaſphemauerit in ſpiritũ ſanctũ, nõ habebit remiſſionẽ in æternum, ſed reus erit æterni delicti: qm̃ dicebant Spiritũ immundũ habet. Et veniũt mater ei⁹ & fratres: & foris ſtantes miſerũt ad eũ vocantes eũ. Et ſedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quęrũt te. Et reſpõdẽs eis, ait, Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et circũſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebãt, ait, Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatẽ Dei: hic frater me⁹ & ſoror mea & mater eſt. Et iterũ ca.4.
cœpit docere ad mare: & congre-

gregata eſt ad eũ turba multa, ita vt nauim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terrã erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite. Ecce, exiit ſeminans ad ſeminandũ. Et dum ſeminat aliud cecidit circa viã, & venerũt volucres cœli & comederũt illud. Aliud vero cecidit ſuper petroſa vbi non habuit terram multã: & ſtatim exortũ eſt, qm̃ nõ habebat altitudinẽ terræ, & qñ exortus eſt Sol, exæſtuauit, & eo q non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcẽderũt ſpinæ & ſuffocauerunt illud, & fructũ nõ dedit. Et aliud cecidit in terrã bonam: & dabat fructũ aſcẽdentẽ & creſcentẽ, & afferebat vnũ trigeſimũ, & vnum ſexageſimũ, & vnũ cẽteſimũ. Et dicebat: Qui habet aures audiendi audiat. Et cũ eſſet ſingularis, interrogauerũt eũ hi qui cũ eo erãt duodecim, parabolã, & dicebat eis: Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, illis autem qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt vt vidẽtes videant, & nõ videãt, & audientes audiant, & non intelligant, nequãdo conuertantur, & dimittantur eis peccata.

¶ Fer. vj. Secund' lib. Samuelis. Quẽ nos. ij. Reg. dicim'. Lcõ. j.

FActum eſt autem poſtquã mortuus eſt Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. In die autẽ tertia apparuit homo veniẽs de caſtris Saul veſte cõſciſſà, & puluere cõſperſus caput, & vt venit ad Dauid, cecidit ſup faciem ſuã, & adorauit. Dixitq; ad eũ Dauid, Vnde venis? Qui ait ad eum, De caſtris Iſrael fugi. Et dixit ad eũ Dauid, Quod eſt verbum, quod factum eſt? indica mihi. Qui ait, Fugit popul' ex prælio, & multi corruentes è populo mortui ſunt: ſed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitq; Dauid ad adoleſcentẽ, q nuntiabat ei: Vnde ſcis qa mortu' eſt Saul & Ionathas filius eius? Et ait adoleſcẽs qui nuntiabat ei, Caſu veni in montẽ Gelboe, & Saul incumbebat ſup haſtam ſuã: porro currus & equites appropinquabant ei, & cõuerſus poſt tergum ſuũ, vidensq; me vocauit. Cui cum reſpõdiſſem, Adſum: dixit mihi, Quiſnã es tu? Et aio ad eum, Amalecites ego ſum. Et loquutus eſt mihi, Sta ſup me, & interfice me: qm̃ tenent me anguſtiæ, & adhuc

tota aĩa mea in me eſt. Stansq́; ſuper eum, occidi illũ: ſciebam enim φ viuere nõ poterat poſt ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius: & attuli ad te dñm meũ huc, Apprehendens aũt Dauid veſtiméta ſua ſcidit, omnesq́, viri qui erãt cum eo, & planxerũt, & fleuerũt, & ieiunauerunt, vſq; ad veſperã ſuper Saul, & ſup Ionathã filiũ eius, & ſuper populũ dñi, & ſuper domũ Iſrael, eo φ corruiſſent gladio. Dixitq; Dauid ad iuuenẽ qui nuntiauerat ei: Vnde es tu? Qui reſpondit: Filius hominis aduenæ Amalecitę ego ſum. Et ait ad eũ Dauid: Quare non timuiſti mittere manum tuã vt occideres Chriſtũ dñi? vocáſq; Dauid vnum de pueris ſuis: ait: Accedens irrue in eum, qui percuſſit illũ, & mortuus eſt. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus ſuper caput tuum: os enim tuum loquutũ eſt aduerſum te, dicẽs: Ego interfeci Chriſtum dñi.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

4 ET ait illis, Neſcitis parabolam hãc? & quomodo oẽs parabolas cognoſcetis? Qui ſeminat, verbũ ſeminat. Hi autẽ ſunt, q circa viã: vbi ſeminatur verbũ, & cũ audierint cõfeſtim venit ſatanas, & aufert verbum quod ſeminatũ eſt in cordibus eorum. Et hi ſunt ſimiliter qui ſup petroſa ſeminantur: qui cũ audierint verbũ, ſtatim cũ gaudio accipiũt illud: & nõ habent radicẽ in ſe, ſed tẽporales ſunt: deinde orta tribulatiõe vel perſequutione propter verbũ, confeſtim ſcãdalizãtur. Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminãtur: hi ſunt qui verbum audiũt, & erumnæ ſeculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua cõcupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur. Et hi ſunt qui ſuper terrã bonã ſeminati ſunt: qui audiunt verbũ & ſuſcipiunt, & fructificant, vnum trigeſimũ, vnũ ſexageſimum, & vnũ centeſimũ. Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? Nonne vt ſuper candelabrũ ponatur? Non eſt enim aliquid abſcõditũ, quod nõ manifeſtetur: nec factũ eſt occultũ, quod nõ veniat in palã. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiã quod habet auferetur ab eo. Et dicebat:

bat: Sic eſt regnũ Dei, quemad modũ ſi homo iaciat ſementẽ in terrã, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet & increſcat dũ neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam deinde plenũ frumentũ in ſpica. Et cũ ex ſe produxerit fructus: ſtatim mittit falcem, qm̃ adeſt meſſis. Et dicebat: Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ cõparabim9 illud? Sicut granũ ſinapis, quod cum ſeminatum fuerit in terra minus eſt oĩbus ſeminibus quæ ſunt in terra: & cum ſeminatũ fuerit, aſcendit in arborem, & fit maius oĩbus olerib9, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli habitare. Et talibus multis parabolis loquebat' eis verbum, prout poterãt audire: ſine parabola aũt non loquebatur eis, ſeorſum autẽ diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. Et ait illis in illa die cũ ſero eſſet factũ: Tranſeamus cõtra. Et dimittẽtes turbã aſſumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erãt cũ illo. Et facta eſt procella magna vẽti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: & excitãt eum, & dicunt illi: Magiſter, non ad te pertinet q a perimus? Et exurgens cõminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus: & facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis: quid timidi eſtis? necdum habetis fidem? & timuerũt timore magno: & dicebant ad alterutrum: Quiſputas eſt iſte, quia & ventus & mare obediunt ei?

¶ Sabbato, ex.ij. Regũ. Lcõ.j.

PLanxit aũt Dauid planctũ huiuſcemodi ſuper Saul, & ſup Ionathan filiũ ei9: & præcepit vt docerẽt filios Iuda arcũ: ſicut ſcriptũ eſt in libro iuſtorum: Et ait, Cõſidera Iſrael pro his qui mortui ſunt ſup excelſa tua vulnerati. Inclyti Iſrael ſup mõtes tuos interfecti ſunt. quomodo ceciderunt fortes? Nolite annũtiare in Geth, neq; annũtietis in cõpitis Aſcalonis: ne forte lætentur filiæ Philiſthiim, ne exultent filiæ incircunciſorũ. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant ſup vos, neq; ſint agri primitiarũ, quia ibi abiectus eſt clypeus fortiũ, clypeus Saul quaſi nõ eſſet vnctus oleo. A ſanguine interfectorũ, ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquã rediit retrorſum: & gladius Saul non eſt reuerſus

uerſus inanis. Saul & Ionathas amabiles, & decori valde in vita ſua, in morte quoq; nõ ſunt diuiſi: aquilis velociores, leonibus fortiores. Filiæ Iſrael ſuper Saul flete, q̃ veſtiebat vos coccino in delitijs, q̃ præbebat ornamẽta aurea cultui veſtro. Quomodo ceciderũt fortes in prælio? Ionathas in excelſis tuis occiſus eſt. Doleo ſup te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum. Sicut mater vnicum amat filium ſuũ, ita ego te diligebam. Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica?

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ca. 5. ET venerunt trans fretũ maris in regionẽ Geraſenorũ. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immundo, qui domiciliũ habebat in monumentis: & neq; catenis iam quiſquã poterat eum ligare: q̃ñ ſæpe cõpedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & cõpedes cõminuiſſet: & nemo poterat eũ domare: & ſemper die ac nocte in monumẽtis & in montib⁹ erat, clamãs & cõcidẽs ſe lapidibus. Videns autẽ Ieſum à longe, cucurrit & adorauit eũ: & clamãs voce magna dixit. Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deum ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi ſpũs immũde ab homine iſto. Et interrogabat eũ: Quod tibi nomẽ eſt? Et dixit ei, Legio mihi nomen eſt: q̃a multi ſumus. Et deprecabatur eum multũ, ne ſe expelleret extra regionẽ. Erat autẽ ibi circa montẽ grex porcorũ magn⁹, paſcẽs in agris. Et deprecabãtur eũ ſpũs, dicentes: Mitte nos ĩ porcos, vt in eos introeamus. Et cõceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpũs immundi, introierũt in porcos: & magno impetu grex pręcipitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui aũt paſcebant eos, fugerunt, & nuntiauerũt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt videre q̃d eſſet factum: & venerunt ad Ieſum, & vidẽt illũ q̃ à dæmonio vexabatur, ſedentẽ, veſtitum, & ſanæ mẽtis: & timuerũt. Et narrauerũt illis q̃ viderãt, qualiter factũ eſſet ei qui dæmoniũ habuerat: & de porcis. Et rogare cœperũt eũ vt diſcederet de finibus eorũ. Cunq; aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo: & nõ admiſit eũ, ſed ait illi: Vade in domũ tuam

ad tubs, & annuntia illis quãtã
tibi dñs fecerit, & miſertus ſit
tui. Et abiit, & cœpit prædicare
in Decapoli quanta ſibi feciſſet
Ieſus: & oẽs mirabantur. Et cũ
trãſcendiſſet Ieſus in naui rur-
ſum trãs fretum, cõuenit turba
multa ad eũ, & erat circa mare.
Et venit quidã de archiſynago-
gis nõie Iairus: & videns eũ pro
cidit ad pedes ei⁹, & deprecaba-
tur eum multũ, dicẽs: Quoniã
filia mea in extremis eſt: Veni,
impone manũ tuã ſuper eã, vt
ſalua ſit & viuat. Et abiit cum
illo: & ſequebatur eum turba
multa, & comprimebant eum.

¶ Dñica. xix. poſt Pentecoſtẽ,
ex tertio Regũ. Lectio prima.

c.17. ET dixit Elias theſ
bites de habita-
toribus Galaad,
ad Achab, Viuit
dñs De⁹ Iſrael, in
cuius cõſpectu ſto, ſi erit annis
his ros & pluuia, niſi iuxta oris
mei verba. Et factũ eſt verbum
dñi ad eum, dicẽs: Recede hinc,
& vade cõtra orientẽ, & abſcon
dere in torrente Carith, qui eſt
cõtra Iordanẽ: & ibi de torrẽte
bibes: coruiſq; præcepi vt pa-
ſcant te ibi. Abiit ergo, & fecit
iuxta verbũ dñi: Cũq; abiiſſet,
ſedit in torrente Carith, qui eſt
contra Iordanem. Corui quoq;
deferebant ei panem & carnes
mane, ſimiliter panẽ & carnes
veſperi, & bibebat de torrente.
Poſt dies autẽ aliquot ſiccatus
eſt torrens, nõ enim pluerat ſu-
per terrã. † Factus eſt ergo ſer- B
mo dñi ad eum, dicẽs, Surge, &
vade in Sarepthа Sidoniorũ, &
manebis ibi: præcepi enim ibi
mulieri viduę vt paſcat te. Sur-
rexit, & abijt in Sareptha, Cũq;
veniſſet ad portã ciuitatis, appa
ruit ei mulier vidua colligens li
gna, & vocauit eam, dixitq; ei:
Da mihi paululũ aquæ in vaſe,
vt bibam. Cunq; illa pergeret,
vt afferret, clamauit poſt tergũ
eius, dicens: Affer mihi obſecro
& buccellã panis in manu tua.
Quæ reſpondit, Viuit dominus
Deus tuus, quia non habeo pa-
nem, niſi quantum pugillus ca
pere poteſt farinæ in hydria, &
paululũ olei in lecytho: en colli
go duo ligna, vt ingrediar, & fa
ciam illud mihi & filio meo, vt
comedamus & moriamur.]

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET mulier quæ erat in pro ca.5.
fluuio ſanguinis ãnis duo-
decim, & fuerat multa perpeſſa
à cõpluribus medicis, & eroga-
uerat omnia ſua, nec quicquã
profecerat, ſed magis deterius

ha-

habebat, cunq; audiſſet de Ieſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentū eius, dicebat enim, Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero. Et cōfeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eiꝰ: & ſenſit corpore qa ſanata eſſet à plaga. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcēs virtutē quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam aiebat, Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebāt ei diſcipuli ſui, Vides turbā cōprimentem te: & dicis, Quis me tetigit? Et circunſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier vero timens & tremēs, ſciens quod factum eſſet in ſe: venit & procidit ante eum, & dixit ei omnē veritatē. Ille autē dixit ei, Filia fides tua te ſaluā fecit, vade in pace: & eſto ſana à plaga tua. Adhuc eo loquēte veniūt nuntij ab archiſynagogo dicentes, Quia filia tua mortua eſt: quid vltra vexas magiſtrum? Ieſus aūt audito verbo quod dicebatur, ait archiſynagogo, noli timere: tantūmodo crede. Et nō admiſit quenquā ſe ſequi, niſi Petrū & Iacobū, & Ioannē fratrē Iacobi. Et veniunt in domū archiſynagogi, & vidit tumultum & flētes & eiulātes multū. Et ingreſſus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eū. Ipſe vero eiectis omnibus aſſumit patrē & matrem puellæ & qui ſecū erāt, & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenens manū puellæ, ait illi, Talitha cumi, quod eſt interpretatū, Puella tibi dico, ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella: & ambulabat, erat aūt annorum duodecim. Et obſtupuerūt ſtupore magno. Et præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret, & iuſſit dari illi manducare. Et ca.6.
egreſſus inde, abiit in patriam ſuā: & ſequebantur eū diſcipuli ſui. Et facto ſabbato cœpit in ſynagoga docere: & multi audientes admirabātur in doctrina eius, dicētes, Vnde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapiētia quæ data eſt illi? & virtutes tales quæ per manꝰ eius efficiuntur? Nonne hic eſt faber filiꝰ Mariæ frater Iacobi & Ioſeph, & Iudę, & Simonis? nonne & ſorores eius hic nobiſcū ſunt? Et ſcandalizabantur in illo. Et dicebat illis Ieſus, Quia nō eſt ꝓpheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua. Et nō poterat ibi virtutē vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit:

uit:& mirabatur propter incre-
dulitatem eorũ, & circumibat
caſtella in circuitu, docens.

Secundum Matthæum. Lcõ.ij.

c.22. IN illo tempore: Loquebatur Ieſus principibus ſacerdotũ parabolam hanc, Simile factũ eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

Et rel. Hom. ſcti Grego. papæ.

Textum lectionis euangelicæ, frẽs chariſſimi, volo (ſi poſſum) ſub breuitate trãſcurrere: vt in fine eius valeam ad loquendũ largius vacare. Sed quęrendum prius eſt, an hęc apud Matthęũ ipſa ſit lectio quæ apud Lucam ſub appellatione cœnæ deſcribitur. Et quidẽ ſunt nonnulla quæ ſibi diſſona eſſe videntur: quia hic prandium, illic cœna memoratur. Hic q ad nuptias nõ dignis veſtib⁹ intrauit repulſus eſt: illic nullus intraſſe dicit᷑ qui repulſus eſſe perhibeatur. Qua ex re recte colligitur q; & hic per nuptias præſens eccleſia, & illic per cœnã ęternum & vltimũ cõuiuiũ deſignatur: qa & hãc nonnulli exituri intrant: & ad illud quiſquis ſemel intrauerit vlterius nõ exibit. Et ſi qs forte cõtendat hãc eandem eſſe lectionẽ: ego melius puto (ſalua fide) alieno intellectui cedere, q̃ cõtentionibus deſeruire. Quoniam & intelligi cõgrue forſitã poteſt: quia de proiecto eo qui cum nuptiali veſte nõ venerat, quod Lucas tacuit, Matthæus dixit. Quòd vero per alium cœna, per hunc autem prandium dicitur: nequaquã vel hoc noſtræ intelligentię obſiſtit: quia cùm ad horã nonã apud antiquos quotidie prandiũ fieret, ipſum quoq; prandium cœna vocabatur. Te deum. Oratio.

OMnipotens, & miſericors Deus vniuerſa nobis aduerſantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quę tua ſunt liberis mentibus exequamur. Per dominũ.

¶ Feria.ij.ex.iij. Regũ. Lcõ.i.

AD quam Elias ait, Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: veruntamẽ mihi primũ fac de ipſa farinula ſubcinericiũ panem paruulũ, & affer ad me: tibi autẽ, & filio tuo facies poſtea. Hæc autẽ dicit dñs Deus Iſrael, Hydria farinæ nõ deficiet, nec lecythus olei minuetur vſq; ad diẽ in qua dñs daturus eſt pluuiã ſup faciẽ terrę. quę abiit & fecit iuxta verbũ Eliæ: & comedit ipſe, & illa, & dom⁹ eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei c.17. c

olei non eſt imminutus, iuxta
verbũ dñi quod loquutus fue-
rat in manu Eliæ.] Factum eſt
D aũt poſt verba hęc,† ægrotauit
filius mulieris matris familias,
& erat languor eius fortiſſim⁹,
ita vt non remaneret in eo hali
tus. Dixit ergo ad Eliam, Quid
mihi & tibi vir Dei? ingreſſus
es ad me, vt rememoraretur ini
quitates meæ, & interficeres fi-
lium meũ? Et ait ad eã, Da mi-
hi filiũ tuũ. Tulitq; eũ de ſinu
eius, & portauit in cœnaculum
vbi ipſe manebat, & poſuit ſup
lectulum ſuum, & clamauit ad
dñm, & dixit, Dñe Deus meus
etiãne viduã, apud quam ego
vtcunq, ſuſtentor, afflixiſti, vt
interficeres filiũ eius? Et expan
dit ſe, atq; menſus eſt ſuper pue
rum tribus vicibus, & clamauit
ad dñm, & ait, Dñe Deus meus
reuertatur obſecro anima pue-
ri huius in viſcera eius. Et exau
diuit dñs vocem Eliæ: & reuer-
ſa eſt anima pueri intra eum,
& reuixit. Tulitq; Elias pue-
rum & depoſuit eum de cœna-
culo in inferiorem domum, &
tradidit matri ſuæ & ait illi, En
viuit filius tuus. Dixitq; mulier
ad Eliam, Nunc in iſto cogno-
ui quoniã vir Dei es tu, & ver-
bum dñi in ore tuo verũ eſt.]

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET vocauit duodecim: & cœ ca.6.
pit eos mittere binos & da-
bat illis poteſtatẽ ſpirituũ im-
mundorum. Et præcepit eis ne
quid tollerẽt in via, niſi virgam
tantũ: nõ perã, neq; panẽ, neq;
in zona æs, ſed calceatos ſanda-
lijs, & ne induerentur duab⁹ tu-
nicis. Et dicebat eis, Quocunq;
introieritis in domũ, illic ma-
nete donec exeatis inde: & qui-
cunq; nõ receperint vos, nec au
dierint exeuntes inde, excutite
puluerẽ de pedibus veſtris in te-
ſtimoniũ illis. Et exeuntes præ-
dicabãt vt pœnitentiã agerent:
& dæmonia multa eiiciebãt, &
vngebãt oleo multos ægros, &
ſanabant. Et audiuit rex Hero-
des (manifeſtũ enim factũ eſt
nomen eius) & dicebat. Quia
Ioannes Baptiſta reſurrexit à
mortuis: & propterea virtutes
operantur in illo. Alij aũt dice-
bãt, Quia Elias eſt. Alij vero di-
cebãt, Quia ꝓpheta ẽ, aut quaſi
vn⁹ ex prophetis. Quo audito,
Herodes ait, Quẽ ego decollaui
Ioãnẽ, hic à mortuis reſurrexit.
ipſe enim† Herodes miſit ac te- C
nuit Ioannẽ, & vinxit eũ in car-
cere propter Herodiadẽ vxorẽ
Philippi fratris ſui, quia duxe-
rat eam. Dicebat enim Ioãnes

Herodi, Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Herodias aūt inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes aūt metuebat Ioannē, ſciens eū virum iuſtū & ſanctū: & cuſtodiebat eū, & audito eo multa faciebat: & libenter eū audiebat. Et cū dies opportun⁹ accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnā fecit principib⁹ & tribunis, & primis Galilææ. Cunq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus. rex ait puellæ, Pete à me qđ vis: & dabo tibi, & iurauit illi, Quia quicqd petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. Quę cum exiſſet, dixit matri ſuæ, Quid petā? At illa dixit, Caput Ioānis Baptiſtę. Cūq; introiſſet ſtatim cū feſtinatiōe ad regē, petiuit dicens: Volo vt protin⁹ des mihi in diſco caput Ioānis Baptiſtę. Et cōtriſtat⁹ eſt rex. Propter iuſiurādū & ꝓpter ſimul diſcūbentes noluit eā cōtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore ꝓcepit afferri caput ei⁹ in diſco: & decollauit eū ī carcere. Et attulit caput ei⁹ in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuę. Quo audito, diſcipuli ei⁹ venerūt & tulerūt corpus ei⁹: & poſuerūt illud in monumēto.]

tom

¶ Feria.iij. ex li.iij. Reg. Lcō.ij.

POſt dies multos factum eſt verbū dñi ad Eliā in anno tertio, dicēs: Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiā ſup faciē terræ. Iuit ergo Elias, vt oſtenderet ſe Achab: erat aūt fames vehemēs in Samaria. vocauitq; Achab Abdian diſpenſatorem dom⁹ ſuæ: Abdias aūt timebat dñm Deū valde. Nam cum interficeret Iezabel ꝓphetas dñi, tulit ille centum prophetas, & abſcondit eos quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdian, Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarū: & in cunctas valles: ſi forte poſſimus inuenire herbā, & ſaluare equos & mulos, & nō penitus iumēta intereāt. Diuiſeruntq; ſibi regiones, vt circumirēt eas: Achab ibat per viā vnā, & Abdias per viā alteram ſeorſum. Cunq; eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cū cognouiſſet eum, cecidit ſup faciē ſuam, & ait. Non tu es, dñe mi, Elias? cui ille reſpondit, Ego, vade, & dic dño tuo, Adeſt Elias. Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniā tradis me ſeruū tuum in manu Achab, vt interficiat me? Viuit dñs Deus tuus, quia non

non eſt gens aut regnũ, in quo non miſerit dñs meus te requirens: & reſpondẽtibus cunctis, Nõ eſt hic: adiurauit regna ſingula, & gentes: eo ꝙ minime reperireris. Et nũc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo. Adeſt Elias. Cunq; receſſero à te, ſpiritus dñi aſportabit te in locum quem ego ignoro: & ingreſſus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: ſeruus autẽ tuus timet dñm ab infantia ſua. Nunquid non indicatũ eſt tibi dño meo q̃d fecerim cũ interficeret Iezabel prophetas dñi, ꝙ abſcõderim de prophetis dñi centũ viros quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis, Vade, & dic dño tuo, Adeſt Elias: vt interficiat me. Et dixit Elias, Viuit dñs exercituũ, ante cuius vultũ ſto, quia hodie apparebo ei.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ca.6. ET cõuenientes apoſtoli ad Ieſum renuntiauerunt ei omnia quę egerãt & docuerãt. Et ait illis, Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillũ. Erãt enim qui veniebãt & redibant multi: & nec ſpaciũ manducandi habebat. Et aſcendentes in nauim, abierũt in deſertum locũ ſeorſum, & viderũt eos abeuntes, & cognouerunt multi & pedeſtres de oĩbus ciuitatibus cõcurrerũt illuc, & præuenerũt eos. Et exiens vidit turbam multã Ieſus: & miſert⁹ eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues nõ habẽtes paſtorem, & cœpit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret, acceſſerũt diſcipuli ei⁹, dicẽtes, Deſertus eſt locus hic, & iam hora pręteriit: dimitte illos vt euntes in proximas villas & vicos emant ſibi cibos quos mãducẽt. Et reſpondens ait illis, Date illis manducare. Et dixerũt ei, euntes emamus ducentis denarijs panes: & dabim⁹ illis mãducare. Et dixit eis, Quot panes habetis? Ite & videte. Et cum cognouiſſent, dicunt: Quinq; & duos piſces. Et præcepit illis vt accumbere facerent oẽs ſecundũ cõtubernia ſuper viride fœnũ. Et diſcubuerunt in partes per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panib⁹ & duobus piſcibus, intuens in cœlũ, benedixit & fregit panes & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus. Et manducauerunt oẽs, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorũ duodecim cophinos

nos plenos,& de piſcibus. erant aũt qui manducauerũt,quinq; millia virorũ. Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcẽdere nauim, vt præcederẽt eũ trans fretũ ad Bethſaidã:dum ipſe dimitteret populũ. Et cum dimiſiſſet eos,
E abiit in montẽ orare.† Et cum ſero eſſet, erat nauis in medio mari,& ipſe ſol⁹ in terra. Et videns eos laborãtes ĩ remigãdo (erat enim ventus contrari⁹ eis) & circa quartã vigiliã noctis venit ad eos ambulans ſupra mare:& volebat p̃terire eos. At illi, vt viderũt eũ ambulantẽ ſupra mare,putauerũt phãtaſma eſſe: & exclamauerũt. Omnes enim viderunt eũ, & cõturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cũ eis: & dixit eis,Cõfidite,ego ſum:nolite timere.Et aſcẽdit ad illos in nauim,& ceſſauit vent⁹ & plus magis intra ſe ſtupebant: non enim intellexerunt de panibus, erat enim cor eorũ obcæcatũ.

¶ Feria.iiij.ex.iij.Regũ.Lcõ.j.

c.18. ABiit ergo Abdias in occurſum Achab:& indicauit ei: venitq; Achab in occurſum Eliæ. Et cum vidiſſet eum,ait, Tu ne es ille q cõturbas Iſrael? Et ille ait, Non ego turbaui Iſrael,ſed tu & dom⁹ patris tui, qui dereliquiſtis mãdata dñi,& ſequuti eſtis Baalim. Veruntamen nunc mitte & cõgrega ad me vniuerſum Iſrael in monte carmeli,& prophetas Baal, quadringẽtos quinquaginta, ꝓphetasq; lucorum quadringentos, qui comedũt de mẽſa Iezabel. Miſit Achab ad oẽs filios Iſrael & cõgregauit ꝓphetas in monte Carmeli. Accedens aũt Elias ad omnẽ populum Iſrael, ait, Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi dñs eſt De⁹ ſequimini eum,ſi aũt Baal ſequimini illũ. Et nõ reſpõdit ei popul⁹ verbũ. Et ait rurſus Elias ad populum, Ego remanſi propheta dñi ſolus:prophetæ aũt Baal,quadringẽti & quinquaginta viri ſunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum,& in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, ignem aũt nõ ſupponant, & ego faciam bouem alterum, & imponã ſuper ligna, ignem autẽ non ſupponam. Inuocate nomina deorũ veſtrorũ, & ego inuocabo nomen dñi:& Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus ait, Optima propoſitio.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET cum transfretaſſent, venerũt in terrã Genezaret: c.6.f & applicuerunt. Cumq; egreſſi

eſſent de naui,continuo cogno
uerũt eum,& percurrentes vni-
uerſam regionẽ illam cœperũt
in grabatis eos qui ſe male ha-
bebãt circunferre vbi audiebãt
eum eſſe. Et quocũq; introibat
in vicos vel in villas aut ciuita-
tes, in plateis ponebant infir-
mos: & deprecabantur eum,vt
vel fimbriã veſtimenti eius tan
gerent:& quotquot tangebant
c.7.a eum, ſalui fiebãt.] Et cõueniũt
ad eum Phariſæi,& quidam de
Scribis, venientes ab Ieroſoly-
mis. Et cum vidiſſent quoſdam
ex diſcipulis eius cõmunib⁹ ma
nibus,id eſt,nõ lotis, mãducare
panes,vituperauerũt. Phariſæi
enim & oẽs Iudæi, niſi crebro
lauerint manus nõ manducãt,
tenentes traditionẽ ſeniorum,
& à foro,niſi baptizentur, non
comedunt, & alia multa ſunt,
quæ tradita ſunt illis ſeruare,
baptiſmata calicũ, & vrceorũ,
& æramentorum, & lectorum.
Et interrogabãt eum Phariſæi
& Scribæ. Quare diſcipuli tui
non ambulant iuxta traditionẽ
ſeniorũ, ſed cõmunibus mani-
bus manducant panẽ? At ille re
ſpondẽs dixit eis, Bene prophe-
tauit Iſaias de vobis hypocritis,
ſicut ſcriptum eſt, Populus hic
labijs me honorat, cor aũt eorũ
lõge eſt à me: in vanũ autẽ me
colũt,docentes doctrinas & præ
cepta hominum. Relinquẽtes
enim mandatũ Dei,tenetis tra-
ditiones hominũ, baptiſmata
vrceorũ & calicũ: & alia ſimi-
lia his facitis multa. Et dicebat
illis, Bene irritum feciſtis præce
ptum Dei: vt traditionẽ veſtrã
ſeruetis. Moyſes enim dixit, Ho
nora patrẽ tuum, & matrẽ tuã:
& Qui maledixit patri vel ma-
tri,morte moriatur. Vos aũt di-
citis, Si dixerit homo patri vel
matri, Corban,quod eſt donũ,
quodcũq; ex me,tibi profuerit:
& vltra nõ dimittitis eũ qcquã
facere prĩ ſuo aut matri,reſcin-
dentes verbũ Dei per traditio-
nem veſtrã quam tradidiſtis:
& ſimilia hmõi multa facitis.

¶ Feria.v.ex.iij.Regum.Lcõ.j.

DIxit ergo Elias prophetis c.18.
Baal, Eligite bouem vnũ,
& facite primi, quia vos plures
eſtis: & inuocate nomina deo-
rum veſtrorum, ignemq; non
ſupponatis. Qui cum tuliſſent
bouem, quem dederat eis, fece-
runt:& inuocabãt nomen Baal
de mane vſq; ad meridiẽ, dicẽ
tes, Baal exaudi nos. Et nõ erat
vox,nec qui reſponderet: tran-
ſiliebantq; altare quod fecerãt.
Cunq; eſſet iam meridies, illu-

debat illis Elias, dicẽs, Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabãt ergo voce magna: & incidebãt ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderẽtur ſanguine. Poſtq̃ autẽ tranſijt meridies, & illis prophetãtibus venerat tempus, quo ſacrificiũ offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpõdebat, nec attendebat orãtes: dixit Elias omni populo, Venite ad me. Et accedente ad ſe populo, curauit altare dñi, quod deſtructũ fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerũ tribuũ filiorũ Iacob, ad quem factus eſt ſermo dñi, dicens, Iſrael erit nomen tuum. Et ædificauit de lapidib⁹ altare in nomine dñi: fecitq; aquæductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris & cõpoſuit ligna: diuiſitq; per mẽbra bouem, & poſuit ſuper ligna, & ait, implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna. Rurſumq; dixit, Etiam ſecũdo hoc facite. Qui cum feciſſent ſecundo, ait, Etiam tertio idipſum facite. Feceruntq; & tertio, & currebãt aquę circũ altare, & foſſa aquęductus repleta eſt. Cunq; iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtũ, accedẽs Elias propheta, ait, Dñe Deus Abrahã, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie q̃a tu es De⁹ Iſrael, & ego ſeruus tuus & iuxta præceptũ tuũ feci omnia verba hęc. Exaudi me dñe, exaudi me, vt diſcat populus iſte q̃a tu es dñe Deus, & tu cõuertiſti cor eorũ iterũ. Cecidit aũt ignis dñi, & vorauit holocauſtũ, & ligna, & lapides, puluerẽ quoq; & aquã quę erat in aquæductu lambens. Quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciẽ ſuã, & ait, dñs ipſe eſt Deus, dñs ipſe eſt Deus. Dixitq; Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal & ne vnus quidẽ effugiat ex eis: quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET aduocans iterũ turbã, dicebat illis, Audite me oẽs, & intelligite, Nihil eſt extra hominẽ introiẽs in eũ, quod poſſit eum coinquinare, ſed quæ de homine procedũt, illa ſunt quę coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introiſſet in domum à turba, interrogabant eum diſcipuli eius parabolã. Et ait illis, ca. 7.

 Sic

Sic & vos impudentes eſtis?
Non intelligitis quia omne ex-
trinſecus introiens in hominē,
nō poteſt eū coinquinare, quia
nō intrat in cor eius,ſed in ven-
trem vadit, & in ſeceſſum exit,
purgans oēs eſcas? Dicebat aūt
qm̄ quę de homine exeunt,illa
coinquinant hominē. Abintus
enim de corde hominū malæ
cogitationes procedūt, adulte-
ria, fornicationes, homicidia,
furta,auaritiæ, nequitiæ,dolus,
impudicitię,oculus malus,blaſ-
phemia, ſuperbia, ſtultitia.
Omnia hæc mala abintus pro-
cedūt, & coinquinant hominē.
Et inde ſurgens abiit in fines
Tyri & Sidonis:& ingreſſus do
mū,neminē voluit ſcire,& non
potuit latere: mulier enim ſta-
tim vt audiuit de eo, cuius filia
habebat ſpiritū immundū, in-
trauit,& procidit ad pedes eius.
Erat enim mulier gentilis Syro
phœniſſa genere. Et rogabat eū
vt dæmonium eiiceret de filia
eius. Qui dixit illi, Sine prius ſa
turari filios: nō eſt enim bonū
ſumere panē filiorū, & mittere
canibus. Et illa reſpōdit,& dicit
illi,Vtiq; dn̄e:nam & catelli co-
medūt ſub menſa de micis pue
rorū. Et ait illi,propter hūc ſer-
monem,vade:exiit dæmoniū à
filia tua. Et cum abiiſſet domū,
inuenit puellam iacentē ſupra
lectum,& dæmonium exiiſſe.
† Et iterū exiens de finibꝰ Tyri, D
venit per Sidonē ad mare Gali-
lææ inter medios fines Decapo
leos. Et adducunt ei ſurdum,&
mutum:& deprecabantur eū vt
imponat illi manum. Et appre
hendēs eum de turba ſeorſum,
miſit digitos ſuos in auriculas
eius:& expuēs,tetigit linguam
eius,& ſuſpiciens in cœlū,inge-
muit:& ait illi, Hephetha, qđ
eſt,adaperire. Et ſtatim apertæ
ſunt aures eius:& ſolutū eſt vin
culū linguæ eius,& loquebatur
recte. Et præcepit illis ne cui di-
cerēt. Quanto aūt eis præcipie-
bat,tāto magis plus prędicabāt,
& eo amplius admirabātur, di-
centes, Bene oīa fecit: & ſurdos
fecit audire, & mutos loqui.]

¶ Feria.vj.ex.iij.Regū. Lcō.j.

ET ait Elias ad Achab, Aſcē c.18.
de,comede,& bibe:quia ſo
nus multæ pluuiæ eſt. Aſcendit
Achab, vt comederet & bibe-
ret:Elias aūt aſcendit in verticē
Carmeli,& pronus in terrā po-
ſuit faciē ſuā inter genua ſua,&
dixit ad puerū ſuum, Aſcēde,&
proſpice cōtra mare. Qui cum
aſcendiſſet, & contēplatus eſſet
ait,Nō eſt quicquā. Et rurſum

ait illi, Reuertere ſeptẽ vicibus.
In ſeptima aũt vice ecce nubecula parua quaſi veſtigiũ hominis aſcẽdebat de mari. Qui ait, Aſcende, & dic Achab, Iunge currum, & deſcẽde, ne occupet te pluuia. Cunq; ſe verteret huc atq; illuc, ecce cœli cõtenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grãdis. Aſcẽdẽs itaq; Achab abiit in Iezrahel: & manus dñi facta eſt ſuper Eliam, accinctusq; lũbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezra-
c.19. hel. Nuntiauit aũt Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas Baal gladio. Miſitq; Iezabel nuntiũ ad Eliam dicẽs: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animã tuam ſicut animã vniꝰ ex illis. Timuit ergo Elias, & ſurgens abiit quocunq, eum
B ferebat volũtas † venitq; in Berſabæ Iuda, & dimiſit ibi puerũ ſuũ, & perrexit in deſertũ viam vnius diei. Cunq; veniſſet, & ſederet ſubter vnã iuniperũ, petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, & ait, Sufficit mihi dñe, tolle animã meã: neq; enĩ melior ſum quã patres mei. Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelꝰ dñi tetigit eũ, & dixit illi, Surge, & comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuũ ſubcineritius panis, & vas aquę: comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſusq;
eſt angelꝰ dñi ſecũdo, & tetigit [
eum, dixitq; illi, Surge, comede, grandis enim tibi reſtat via. Qui cũ ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſq; ad montem Dei Horeb.]

Secundum Marcum. Lectio. ij.

IN diebus illis iterum † cum c.8.a
turba multa eſſet, nec haberent quod mãducarẽt: cõuocatis diſcipulis, ait illis, Miſereor ſup turbã: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domũ ſuã, deficient in via. quidã enim ex eis de longe venerũt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui, Vnde iſtos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et pręcepit turbæ diſcumbere ſup terrã. Et accipiens ſeptẽ panes, gratias agens fregit: & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent: & appoſuerunt turbæ. Et habebant piſciculos paucos, & ipſos bñdixit, & iuſſit

apponi. Et manducauerũt & ſa
turati ſunt: & ſuſtulerũt quod
ſuperauerat de fragmẽtis ſeptẽ
ſportas. Erãt aũt qui manduca
uerant, quaſi quatuor millia &
B dimiſit eos]Et ſtatim aſcendẽs
nauim cũ diſcipulis ſuis, venit
in partes Dalmanutha. Et exie-
runt Phariſæi: & cœperũt con-
quirere cũ eo quęrentes ab illo
ſignũ de cœlo, tentantes eum.
Et ingemiſcẽs ſpiritu, ait, vt qd
generatio iſta ſignum quęrit?
Amen dico vobis, ſi dabitur ge
C nerationi iſti ſignũ. & dimittẽs
eos, aſcendit iterum nauim: &
abiit trans fretũ. Et obliti ſunt
panẽ ſumere: & niſi vnũ panẽ
non habebant ſecum in naui.
Et præcipiebat eis dicẽs: Videte
& cauete à fermento Phariſæo
rum, & fermẽto Herodis. Et co
gitabant ad alterutrũ dicentes,
Quia panes nõ habemus. Quo
cognito, ait illis Ieſus, Quid co-
gitatis quia panes nõ habetis?
nondũ cognoſcitis, nec intelligi
tis? adhuc cæcatũ habetis cor
veſtrũ? oculos habẽtes nõ vide-
tis? & aures habẽtes nõ auditis?
nec recordamini qñ quinq; pa
nes fregi in qnq; millia, & quot
cophinos fragmentorũ plenos
ſuſtuliſtis? dicũt ei, duodecim.
Quando & ſeptẽ panes in qua-
tuor millia, quot ſportas frag-
mentorũ tuliſtis? Et dicunt ei,
Septẽ. Et dicebat eis, Quomodo
nondũ intelligitis? Et veniunt
Bethſaidã: & adducunt ei cæcũ,
& rogabãt eũ vt illũ tangeret.
Et apprehenſa manu cæci, edu-
xit eũ extra vicũ: & expuens in
oculos eius impoſitis manibus
ſuis, interrogauit eũ ſi qd vide-
ret. Et aſpiciẽs ait, Video homi-
nes velut arbores, ambulantes.
Deinde iterum impoſuit ma-
nus ſuper oculos eius: & cœpit
videre, & reſtitutus eſt, ita vt
clare videret omnia. Et miſit
illum in domum ſuam, dicens:
Vade in domum tuam: & ſi in
vicũ introieris, nemini dixeris.

¶ Sabbato, ex .iii. Regũ. Lcõ. j.

CVnq; veniſſet illuc, mãſit c.19.
in ſpelunca: & ecce ſermo
dñi ad eũ, dixitq; illi, Quid hic
agis Elia? At ille reſpondit: zelo
zelatus ſum pro dño Deo exer-
cituũ, quia dereliquerũt pactũ
tuum filij Iſrael: altaria tua de-
ſtruxerũt, & ꝓphetas tuos occi
derũt gladio, & derelictus ſum
ego ſolus, & quęrunt animam
meã vt auferant eam. Et ait ei,
Egredere, & ſta in monte corã
dño: & ecce dñs tranſit, & ſpiri-
tus grandis, & fortis ſubuertens
montes, & cõterens petras ante
dñm:

dñm: non in ſpiritu dñs, & poſt ſpiritum cõmotio: non in commotione dñs. Et poſt cõmotionem ignis: non in igne dñs, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. quod cũ audiſſet Elias, operuit vultũ ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ, & ecce vox ad eum dicens: Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit: zelo zelatus ſum pro dño Deo exercituũ, quia dereliquerũt pactũ tuum filij Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus: & quærũt aĩam meã vt auferãt eam. Et ait dñs ad eũ: Vade, & reuertere in viã tuã per deſertũ in Damaſcum: cunq; perueneris illuc, vnges Hazael regem ſuper Syriam: & Iehu filiũ Namſi vnges regem ſuper Iſrael: Eliſeum aũt filium Saphat, qui eſt de Abelmeula, vnges prophetã pro te. Et erit, quicunq; fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu: & quicunq; fugerit gladiũ Iehu, interficiet eum Eliſeus. Et derelinquã mihi in Iſrael ſeptẽ millia virorũ, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculãs manũ. Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſeum filiũ Saphat, arantem in duodecim̃ iugis boum, & ipſe ĩ duodecim iugis boum arantibus vn⁹ erat: cunq; veniſſet Elias ad eũ, miſit palliũ ſuum ſup illum. Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait, Oſculor, oro patrẽ meũ, & matrẽ meã, & ſic ſequar te. Dixitq; ei, Vade, & reuertere: quod enim meũ erat, feci tibi. Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & ĩ aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: cõſurgenſq; abiit, & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

Secundum Marcum. Lectio iij.

ET egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſaræ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicẽs eis, Quem me dicũt eſſe homines? Qui reſponderũt illi, dicentes, Alij Ioannẽ Baptiſtã, alij Eliã, alij vero quaſi vnũ de ꝓphetis. Tunc dicit illis, Vos vero quem me eſſe dicitis? Reſpõdẽs Petr⁹ ait ei, Tu es Chriſtus. Et cõminatus eſt eis, ne cui diceret de illo. Et cœpit docere eos q̃m oportet filium hoĩs pati multa & reprobari à ſenioribus & à ſummis ſacerdotibus & Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. Et palam verbum loquebatur. c.18.

Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuerſus & vidẽs diſcipulos ſuos, cõminat⁹ eſt Petro, dicẽs, Vade retro me ſatana, qm̃ non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. & conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis: Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuã ſaluã facere, perdet eam: qui aũt perdiderit animã ſuã ꝓpter me & euãgeliũ, ſaluã faciet eã. Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundũ totum: & detrimentũ animę ſuæ faciat? Aut quid dabit homo cõmutatiõis pro anima ſua? Qui enim me cõfeſſus fuerit & verba mea ĩ generatione iſta adultera & peccatrice: & fili⁹ hominis cõfitebitur eum cũ venerit in gloria patris ſui cum angelis
ca. 8. ſanctis. Et dicebat illis, Amẽ dico vobis, q̃a ſunt quidã de hic ſtantib⁹ qui nõ guſtabũt mortem, donec videant regnũ Dei veniens in virtute. Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ & Ioannẽ: & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. Et veſtimenta eius facta ſunt ſplẽdẽtia & candida nimis velut nix, qualia fullo non põt ſup terrã candida facere, & apparuit illis Elias cum Moyſe: & erãt loquẽtes cũ Ieſu. Et reſpondens Petrus, ait Ieſu, Rabbi: bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Non enim ſciebat quid diceret, erãt enim timore exterriti. Et facta eſt nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicẽs: Hic eſt filius meus chariſſim⁹: audite illũ. Et ſtatim circunſpicientes, neminem amplius viderunt, niſi Ieſum tantũ ſecum.

❡ Dominica. xx. poſt Penteco. Quartus lib. Regum. Lectio. j.

PRæuaricatus eſt ca. 1.
aũt Moab ĩ Iſrael, poſtquã mortuus eſt Achab. Ceciditq; Ochozias per cancellos cœnaculi ſui quod habebat in Samaria, & ægrotauit, miſitq; nuntios dicens ad eos, Ite, cõſulite Beelzebub Deũ Accaron vtrũ viuere queã de infirmitate mea hac. Angelus aũt dñi locutus eſt ad Eliam Thesbiten, dicẽs: Surge, & aſcende in occurſum nuntiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non eſt Deus in Iſrael: vt eatis ad conſulendum Beelze-

Beelzebub Deũ Accaron? Quã ob rem hęc dicit dñs: De lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. Et abiit Elias. Reuerſiq; ſunt nuntij ad Ochoziam. Qui dixit eis, Quare reuerſi eſtis? At illi reſponderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, & reuertimini ad regem, qui miſit vos, & dicetis ei: Hæc dicit dñs, Nunquid quia non erat Deus in Iſrael mittis vt conſulatur Beelzebub De' Accaron? Idcirco de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. Qui dixit eis, Cuius figurę & habitus eſt vir ille qui occurrit vobis, & locutus eſt verba hæc? At illi dixerunt, Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Thesbites eſt. Miſitq; ad eum quinquagenariũ principem, & quinquaginta qui erãt ſub eo. Qui aſcendit ad eum: ſedentiq; in vertice montis, ait: Homo Dei, rex præcepit vt deſcendas. Reſpondẽſq; Elias, dixit quinquagenario: Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cœlo & deuorauit eum & quinquaginta qui erant cum eo.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET deſcẽdentib' illis de mõ ca. 9.
te, præcepit illis ne cuiquã quod vidiſſent narrarent, niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit. Et verbũ continuerunt apud ſe: cõquirentes quid eſſet: Cum à mortuis reſurrexerit, Et interrogabant eũ dicẽtes, Quid ergo dicunt Phariſæi & Scribæ q̃a Eliã oporteat venire primũ? Qui reſpondẽs ait illis: Elias cum venerit primo, reſtituet omnia, & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis, vt multa patiatur & cõtemnatur? Sed dico vobis q̃a & Elias venit (& fecerunt illi quęcunq; voluerũt) ſicut ſcriptum eſt de eo. Et veniẽs ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnã circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt: & accurrentes ſalutabant eum. Et interrogauit eos, Quid inter vos cõquiritis?
† Et reſpondens vnus de turba, C
dixit: Magiſter, attuli filiũ meũ ad te, habentẽ ſpiritũ mutũ: qui vbicunq; eum apprehenderit, allidit illũ: & ſpumat, & ſtridet dentibus ſuis, & areſcit. & dixi diſcipulis tuis, vt eiicerẽt illũ, & nõ potuerũt. Qui reſpõdẽs eis, dixit:

dixit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quãdiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerũt eũ. Et cum vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus cõturbauit illũ: & eliſus in terrã volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrẽ eius, Quantũ tẽporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequẽter eũ in ignẽ & in aquã miſit vt eum pderet. Sed ſi q̃d potes, adiuua nos: miſertus noſtri. Ieſus autẽ ait illi: Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et cõtinuo exclamãs pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo dñe: adiuua incredulitatem meam. Et cum vidiſſet Ieſus cõcurrentem turbã, cõminatus eſt ſpiritui immũdo, dicens illi, ſurde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi exi ab eo: & ampli⁹ ne introeas in eum. Et exclamans & multum diſcerpens eũ, exiit ab eo: & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerẽt: Quia mortu⁹ eſt. Ieſus autẽ tenens manum eius, eleuauit eum: & ſurrexit. Et cum introiſſet in domũ, diſcipuli eius ſecreto interrogabant eũ, Quare nos non potuimus eiicere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.]

Secundum Ioannem. Lcõ.iii.

IN illo tempore: Erat quidã regulus cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Et reliqua. ca.4.

Homilia ſancti Grego. papæ.

Lectio ſancti Euangelij, quam modo fratres audiſtis, expoſitione nõ indiget. Sed ne hãc tacite præteriiſſe videamur, exhortando potius q̃ exponẽdo in ea aliquid loquamur. Hoc aũt vobis ſolummodo de expoſitione video eſſe requirendum: cur is qui ad ſalutẽ petendã venerat, audiuit: Niſi ſigna & prodigia videritis, nõ creditis. Qui enim ſalutẽ quærebat filio, proculdubio credebat. Neq; enim ab eo quæreret ſalutẽ, quẽ non crederet ſaluatorẽ. Quare ergo ei dicitur: Niſi ſigna & prodigia videritis, nõ creditis: qui ante credidit, q̃ ſignũ videret? Sed mementote q̃d petiit: & aperte cognoſcetis, q̃a in fide dubitauit. Popoſcit nanq;: vt deſcenderet, & ſanaret filiũ eius. Corporalẽ ergo præſentiam dñi quærebat, qui per ſpiritũ nuſquã deerat. Minus itaq; in illo credidit, quẽ non putauit ſalutem poſſe dare, niſi præſens eſſet & corpore. Si enim perfecte crediſſet: proculdubio ſciret quia nõ eſſet locus vbi non eſſet Deus. Ex magna

gna ergo parte diffiſus eſt, qui virtutis honorẽ nõ dedit maieſtati, ſed præſentiæ corporali. Et ſalutem itaq; filio petiit, & tamen in fide dubitauit, quia eum ad quem venerat, & poten tem ad curandum credidit, & tamen morięti filio eſſe abſentem putauit. Te deum. Orõ.

LArgire quęſumus dñe fidelib⁹ tuis indulgentiã placatus, & pacẽ: vt pariter ab oĩbus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſeruiant. Per do.

¶ Feria.ij.ex.iiij.li.Reg. Lcõ.j.

ca.1. RVrſumq; miſit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus eſt illi, Homo Dei, hæc dicit rex: Feſtina, deſcende. Reſpondẽs Elias, ait: Si homo Dei ego ſum, deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcẽdit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illũ, & quinquaginta eius. Iterum miſit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cũ eo. Qui cum veniſſet, curuauit genua cõtra Eliam, & precatus eſt eũ, & ait: Homo Dei, noli deſpicere aĩam meã & animas ſeruorum tuorũ qui mecũ ſunt. Ecce deſcẽdit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes qnquagenos primos, & quinquagenos qui cum eis erãt, ſed nunc obſecro, vt miſerearis animæ meæ. Locutus eſt aũt angelus dñi ad Eliã, dicens: Deſcende cũ eo, ne timeas. Surrexit igitur, & deſcẽdit cũ eo ad regẽ, & locutus eſt ei, Hæc dicit dñs, Quia miſiſti nuntios ad conſulendũ Beelzebub Deum Accaron, quaſi non eſſet De⁹ in Iſrael, à quo poſſes interrogare ſermonẽ, ideo de lectulo ſuper quẽ aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Mortuus eſt aũt iuxta ſermonẽ dñi quẽ locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater ei⁹ pro eo, anno ſecũdo Iorã filij Ioſaphat regis Iudæ: non enim habebat filium. Reliqua autẽ verborum Ochoziæ, quæ operatus eſt, nõ ne hęc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quenquã ſcire. Docebat aũt diſcipulos ſuos: & dicebat illis, Quoniã filius hominis tradetur in manus hominũ, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget. At illi ignorabant verbũ: & timebant interrogare eum. Et venerunt Capharnaũ. ca.9.

Qui

Qui cum domi eſſet, interroga
bat eos. Quid ĩ via tractabatis?
At illi tacebant: ſi quidẽ in via
inter ſe diſputauerãt quis eorũ
maior eſſet. Et reſidens vocauit
duodecim: & ait illis, Si qs vult
prim⁹ eſſe, erit omniũ nouiſſi-
mus, & omniũ miniſter. Et acci
piens puerũ, ſtatuit eum in me-
dio eorũ: quem cum cõplexus
eſſet, ait illis: Quiſquis vnũ ex
huiuſmodi pueris receperit in
nomine meo: me recipit, & qui
cunq; me ſuſceperit, nõ me ſu-
ſcipit, ſed eum qui miſit me.
Reſpondit illi Ioannes, dicens.
Magiſter, vidimus quendam in
noĩe tuo eiicientem dæmonia,
qui non ſequitur nos, & prohi-
buim⁹ eũ. Ieſus aũt ait, Nolite
prohibere eum. nemo eſt enim
qui faciat virtutẽ in noĩe meo,
& poſſit cito male loqui de me.
qui enim nõ eſt aduerſum vos,
pro vobis eſt. Quiſquis enim
potũ dederit vobis calicẽ aquæ
in noĩe meo quia Chriſti eſtis:
amẽ dico vobis, nõ perdet mer-
cedẽ ſuã. Et quiſquis ſcandali-
zauerit vnũ ex his puſillis cre-
dentibus in me: bonũ eſt ei ma
gis ſi circundaretur mola aſina
ria collo eius, & in mare mitte-
retur. Et ſi ſcandalizauerit te
manus tua, abſcinde illã. bonũ
eſt tibi debilẽ introire in vitã,
quam duas manus habentẽ ire
in gehennã in ignẽ inextingui
bilem, vbi vermis eorũ nõ mo-
ritur, & ignis non extinguitur.
Et ſi pes tuus te ſcandalizat, am
puta illũ. bonũ eſt tibi claudũ
introire in vitã æternã, quam
duos pedes habentem mitti in
gehennã ignis inextinguibilis,
vbi vermis eorũ nõ moritur &
ignis non extinguitur. Quòd ſi
oculus tuus ſcandalizat te, eiice
eũ. Bonũ eſt tibi luſcũ introire
in regnũ Dei, quã duos oculos
habentẽ mitti in gehẽnã ignis,
vbi vermis eorũ nõ moritur, &
ignis non extinguitur. Omnis
enim igne ſalietur: & omnis vi-
ctima ſale ſalietur. Bonum eſt
ſal: q̃ ſi ſal inſulſum fuerit: in
quo illud cõdietis? Habete ĩ vo
bis ſal, & pacẽ habete inter vos.

¶ Feria.iij. ex.iiij. li. Reg. Lcõ.j.

FActum eſt aũt, cum leuare ca.2.
vellet dñs Eliã per turbinẽ
in cœlũ, ibant Elias & Eliſeus
de Galgalis. Dixitq; Elias ad
Eliſeum, ſede hic q̃a dñs miſit
me vſq; in Bethel. Cui ait Eli-
ſeus, Viuit dñs, & viuit anima
tua, quia non derelinquam te.
Cũq; deſcẽdiſſent Bethel, egreſ-
ſi ſunt filij prophetarũ, qui erãt
in Bethel, ad Eliſeũ & dixerunt
ei,

ei, Nunquid noſti quia hodie dñs tollet dñm tuum à te? Qui reſpondit, Et ego noui: ſilete. Dixit aũt Elias ad Eliſeũ, Sede hic, qa dñs miſit me in Iericho. Et ille ait, Viuit dñs, & viuit anima tua: quia nõ derelinquã te. Cũq; veniſſent Iericho, acceſſe runt filij pphetarũ qui erãt in Iericho, ad Eliſeũ, & dixerũt ei, Nunquid noſti quia dñs hodie tollet dñm tuum à te? Et ait, Et ego noui: ſilete. Dixit autem ei Elias, ſede hic, quia dñs miſit me vſq; ad Iordanem. Qui ait, Viuit dñs, & viuit anima tua, quia non derelinquã te. Ierunt igitur ambo pariter, & qnquaginta viri de filijs prophetarũ ſecuti ſunt eos, qui & ſteterunt è contra longe: illi autẽ ambo ſtabant ſuper Iordanẽ. Tulitq; Elias palliũ ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas: quæ diuiſæ ſunt in vtranq; partem, & trãſierũt ambo per ſiccũ. Cũq; trãſiſſent, Elias dixit ad Eliſeũ, Poſtula quod vis vt faciã tibi, antequã tollar à te. Dixitq; Eliſeus, Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit, Rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris, non erit.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET inde exurgens, venit in fines Iudeæ vltra Iordanẽ: c.10.
& cõueniũt iterũ turbæ ad eũ; & ſicut cõſueuerat, iterũ docebat illos. Et accedẽtes Phariſæi, interrogabãt eum. Si licet viro vxorẽ dimittere? tentãtes eum. At ille reſpõdẽs, dixit eis, Quid vobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt, Moyſes permiſit libellũ repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondẽs Ieſus, ait, Ad duritiã cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud: ab initio aũt creaturæ maſculũ & fœminã fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ: & adhærebit ad vxorem ſuã, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo De⁹ cõiunxit, homo non ſeparet. Et in domo iterũ diſcipuli eius de eodẽ interrogauerunt eum. Et ait illis, Quicũq; dimiſerit vxorẽ ſuã, & aliã duxerit: adulteriũ cõmittit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virũ ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Et offerebãt illi paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli aũt cõminabantur offerẽtib⁹. Quos cũ videret Ieſus, indigne tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis

ritis

ritis eos:talium enim eſt regnũ Dei. Amen dico vobis:quiſquis nõ receperit regnum Dei velut paruulus,non intrabit in illud. Et cõplexans eos, & imponens manus ſuper illos,benedicebat eos. Et cũ egreſſus eſſet in viã, procurrens quidam genu flexo ante eum,rogabat eum dicens, Magiſter bone,q̃d faciã vt vitã æternam percipiam? Ieſus autẽ dicit ei,Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi vnus Deus. Præcepta noſti? Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum teſtimonium dixeris, Ne fraudẽ feceris, Honora patrem tuũ & matrẽ, At ille reſpondẽs, ait illi, Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea. Ieſus aũt intuitus eũ,dilexit eũ, & dixit ei, Vnũ tibi deeſt, vade, quęcunq; habes vẽde,& da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni, ſequere me. Qui cõtriſtatus in verbo, abiit mœrens:erat enim habẽs multas poſſeſſiones. Et circunſpiciẽs Ieſus,ait diſcipulis ſuis, Quàm difficile qui pecunias habẽt, in regnũ Dei introibũt. Diſcipuli aũt obſtupeſcebãt in verbis ei⁹. At Ieſus rurſus reſpondens, ait illis, Filioli, quam difficile eſt cõfidentes in pecunijs,in regnũ Dei introire. Facili⁹ eſt camelũ per foramen acus tranſire, quã diuitem intrare in regnũ Dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos, Et q̃s poteſt ſaluus fieri? Et intuens illos Ieſus, ait, Apud homines impoſſibile eſt: ſed nõ apud Deũ. oĩa enim poſſibilia ſunt apud Deũ. Et poſt hęc cœpit ei Petr⁹ dicere,Ecce nos dimiſimus omnia,& ſecuti ſum⁹ te. Reſpõdẽs Ieſus ait, Amen dico vobis,nemo eſt qui reliquerit domum, aut frẽs, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ,aut filios, aut agros propter me,& ꝓpter Euãgeliũ: qui nõ accipiat centies tantum nũc in tempore hoc domos, & fratres, & ſorores, & matres,& filios & agros cũ perſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam æternã. multi aũt primi erunt nouiſſimi: & nouiſſimi primi.

¶ Feria.iiij.ex.iiij.Reg.Lec.ij.

CVmq; pergerẽt, & incedentes ſermocinarentur, ecce ca.2.
currus igneus, & equi ignei diuiſerũt vtrunq;: & aſcẽdit Elias per turbinem in cœlũ, Eliſeus aũt videbat,& clamabat, Pater mi,pater mi,currus Iſrael & auriga eius. Et nõ vidit eum amplius:apprehenditq; veſtimẽta ſua,& ſcidit illa in duas partes.

Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reuerſusq; ſtetit ſuper ripam Iordanis, & pallio Eliȩ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diuiſæ: & dixit, Vbi eſt Deus Eliæ etiam nunc? Percuſſitq; aquas, & diuiſȩ ſunt huc atq; illuc: & tranſijt Eliſeus. Videntes autē filij prophetarum, qui erant in Iericho econtra, dixerūt, Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni in terram, dixeruntq; illi, Ecce, cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quȩrere dñm tuū, ne forte tulerit eum ſpiritus dñi, & proiecerit eum in vnum montiū, aut in vnam valliū. Qui ait, Nolite mittere. Coegeruntq; eum, donec acquieſceret & diceret, Mittite. Et miſerunt quinquaginta viros: qui cum quȩſiſſent tribus diebus, nō inuenerūt. Et reuerſi ſunt ad eū: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Nunquid nō dixi vobis, Nolite mittere? Dixerūt quoq; viri ciuitatis ad Eliſeum, Ecce habitatio ciuitatis huius óptima eſt, ſicut tu ipſe domine proſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. At ille ait, Afferte vas nouum, & mittite in illud ſal. Quod cū attuliſſent, egreſſus ad fontem aquarum, miſit in illum ſal, & ait, Hȩc dicit dñs, Sanaui aquas has, & nō erit vltra in eis mors, neq; ſterilitas. Sanatæ ſunt ergo aquæ vſq; in diē hanc iuxta verbū Eliſei quod locutus eſt. Aſcendit autem inde Eliſeus in Bethel: cunq; aſcēderet per viā, pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate: & illudebant ei, dicentes, Aſcende calue, aſcende calue. Qui cum reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine dñi: egreſſiq; ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt autem inde in montē Carmeli, & inde reuerſus eſt in Samariam.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ERant aūt in viā aſcendentes Ieroſolymā: & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant: & ſequentes timebāt. Et aſſumēs iterū duodecim cœpit illis dicere quæ eſſent ei ventura. Quia ecce aſcendimus Ieroſolymā, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotū & Scribis & ſenioribus, & damnabunt eum morte, & tradēt eum gentibus, & illudent ei, & cōſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eū, & tertia die reſurget. c.10.

Et

Et accedunt ad eũm Iacobus &
Ioannes filij Zebedæi,dicentes,
Magiſter,volum⁹ vt quodcũq;
petierimus,facias nobis. At ille
dixit eis,Quid vultis vt faciã vo
bis? Et dixerũt,Da nobis vt vn⁹
ad dexterã tuã, & alius ad ſini-
ſtrã tuã ſedeam⁹ in gloria tua.
Ieſus autẽ ait eis, Neſcitis quid
petatis. Poteſtis bibere calicem
quem ego bibo, aut baptiſmo,
quo ego baptizor, baptizari?
At illi dixerunt ei, Poſſumus.
Ieſus aũt ait eis,Calicem quidẽ
quem ego bibo bibetis, & ba-
ptiſmo quo ego baptizor, ba-
ptizabimini:ſedere aũt ad dex-
terã meã vel ad ſiniſtrã,non eſt
meũ dare vobis,ſed q̃bus para-
tum eſt. Et audiẽtes decẽ, indi-
gnati ſunt de Iacobo & Ioãne.
Ieſus aũt vocans eos,ait illis, Sci
tis q̃a hi qui videntᷣ principari
Gentib⁹,dominãtur eis:& prin
cipes eorũ poteſtatẽ habent ip-
ſorũ. Non ita eſt aũt in vobis:
ſed quicunq; voluerit fieri ma-
ior, erit veſter miniſter: & qui-
cunq; voluerit in vobis primus
eſſe,erit omniũ ſeruus. Nam &
filius hoĩs nõ venit vt miniſtra
retur ei, ſed vt miniſtraret, &
daret animã ſuã in redẽptionẽ
pro multis. Et veniunt Iericho:
& proficiſcẽte eo de Iericho, &
diſcipulis ei⁹ & plurima multi-
tudine,filius Timæi Bartimæus
cæcus, ſedebat iuxta viã mendi
cans. Qui cũ audiſſet q̃a Ieſus
Nazarenus eſt: cœpit clamare
& dicere, Ieſu fili Dauid miſe-
rere mei. Et cõminabantur ei
multi, vt taceret. At ille multo
magis clamabat,Fili Dauid,mi
ſerere mei. Et ſtans Ieſus,præce
pit illũ vocari. Et vocãt cæcũ di
centes ei, Animæquior eſto,ſur
ge,vocat te. Qui proiecto veſti-
mento ſuo exiliẽs, venit ad eũ.
Et reſpondens Ieſus, dixit illi,
Quid tibi vis faciã? Cæcus aũt
dixit ei, Rhabboni vt videam.
Ieſus aũt ait illi, Vade, fides tua
te ſaluum fecit. Et cõfeſtim vi-
dit, & ſequebatur eum in via.

¶ Feria.v.ex.iiij. Regũ. Lcõ.j.

IOram vero filius Achab re- ca.j.
gnauit ſup Iſrael in Samaria
anno decimo octauo Ioſaphat
regis Iudæ. Regnauitq; duode-
cim annis. Et fecit malũ coram
dño, ſed nõ ſicut pater ſuus, &
mater: tulit enim ſtatuas Baal,
quas fecerat pater eius. Verun-
tamẽ in peccatis Ieroboam filij
Nabat, qui peccare fecit Iſrael,
adhæſit, nec receſſit ab eis. Por-
ro Meſa rex Moab nutriebat
pecora multa, & ſoluebat regi
Iſrael centum millia agnorũ, &
centũ

centũ millia arietũ cum velleribus ſuis. Cunq; mortuus fuiſſet Achab, præuaricatus eſt fœdus, quod habebat cum rege Iſrael. Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recenſuit vniuerſum Iſrael. Miſitq; ad Ioſaphat regem Iuda, dicens: Rex Moab receſſit à me, veni mecũ cõtra eum ad prælium. Qui reſpondit, Aſcendã: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui. Dixitq;, Per quã viã aſcẽdem⁹? At ille reſpondit, Per deſertum Idumææ. Perrexerũt igitur rex Iſrael, & rex Iuda, & rex Edom, & circumierunt per viã ſeptem dierũ, nec erat aqua exercitui & iumentis quę ſequebantur eos. Dixitq; rex Iſrael, heu heu heu, congregauit nos dñs tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Ioſaphat, eſtne hic ꝓpheta dñi, vt deprecemur dñm p eũ? Et reſpondit vnus de ſeruis regis Iſrael. Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquã ſuper man⁹ Eliæ. Et ait Ioſaphat, Eſt apud eũ ſermo dñi. Deſcenditq; ad eum rex Iſrael, & Ioſaphat & rex Edom. Dixit autem Eliſeus ad regẽ Iſrael, qd mihi & tibi eſt? vade ad ꝓphetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael; Quare congregauit dñs tres reges hos, vt traderet eos in man⁹ Moab? Dixitq; ad eũ Eliſeus, Viuit dñs exercituũ, in cuius conſpectu ſto, ꝙ ſi non vultũ Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem, nõ attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. Nunc autem adducite mihi pſaltem.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

ET cũ appropinquarent Ieroſolymæ & Bethaniæ ad c.11. montẽ Oliuarũ, mittit duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis, Ite in caſtellũ quod contra vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullũ ligatũ, ſuper quem nemo adhuc hominũ ſedit. ſoluite illũ, & adducite. Et ſi quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite quia dño neceſſarius eſt: & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes, inuenerũt pullum ligatũ ante ianuã foris ĩ biuio: & ſoluunt eũ. Et quidã de illic ſtantibus, dicebãt illis, Quid facitis, ſoluentes pullũ? Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eos. Et duxerunt pullũ ad Ieſum: & imponunt illi veſtimẽta ſua: & ſedit ſuper eũ. Multi aũt veſtimenta ſua ſtrauerunt in via. Alij autẽ frondes cædebãt de arborib⁹, & ſternebãt in via. Et qui pręibãt,

& qui ſequebantur clamabant dicentes, Hoſanna, benedictus qui venit in noīe dñi. Benedictũ quod venit regnũ patris noſtri Dauid, Hoſanna in excelſis. Et introiuit Ieroſolymã in templũ: & circunſpectis oībus cũ iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniã cum duodecim. Et alia die cum exirẽt à Bethania, eſuriit. Cunq; vidiſſet à longe ficũ habentẽ folia, venit, ſi qd forte inueniret in ea. Et cũ veniſſet ad eã, nihil inuenit ꝑter folia, nõ enim erat tẽpus ficorũ. Et reſpõdens, dixit ei, Iam non amplius in æternũ ex te fructũ quiſquã mãducet. Et audiebãt diſcipuli eius. Et veniũt Ieroſolymã. Et cum introiſſet in templum, cœpit eiicere vẽdẽtes & ementes in templo, & menſas numulariorũ & cathedras vendentiũ columbas euertit: & nõ ſinebat vt quiſquã transferret vas per templum, & docebat, dicens eis, Nõne ſcriptũ eſt, Quia domus mea, domus orationis vocabitur oībus gentibus? vos aũt feciſtis eam ſpeluncã latronum. Quo audito, principes ſacerdotũ & ſcribę quęrebãt quomodo eum perderẽt: timebant enim eum, qm̃ vniuerſa turba admirabatur ſup doctrina ei⁹. Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cũ mane tranſirent, viderunt ficum aridã factã à radicibus. Et recordatus Petr⁹ dixit ei, Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. Et reſpondẽs Ieſus, ait illis, Habete fidem Dei. Amen dico vobis quia quicũq; dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & nõ hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quęcunq, orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cum ſtabitis ad orandũ, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis pctã veſtra. Quòd ſi vos nõ dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt dimittet vobis peccata veſtra.

¶ Feria. vj. ex. iiij. Regũ. Lcõ. j.

CVnq; caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus dñi, & ait, Hæc dicit dñs, Facite alueum torrẽtis huius foſſas & foſſas. Hæc enim dicit dñs, Nõ videbitis ventũ, neq; pluuiam: & alueus iſte replebitur aquis: & bibetis vos, & familiæ veſtrę, & iumenta veſtra. Parumq; eſt hoc in conſpectu dñi? inſuper tradet etiam Moab in manus ca. 3.

ve-

veſtras. Et percutietis omnem ciuitatẽ munitã, & oẽm vrbem electã, & vniuerſum lignũ fructiferum ſuccidetis, cunctoſq; fontes aquarum obturabitis, & omnẽ agrum egregiũ operietis lapidibus. Factũ eſt igitur mane, quando ſacrificiũ offerri ſolet, & ecce, aquæ veniebant per viam Edom: & repleta eſt terra aquis, vniuerſi aũt Moabitæ audientes ꝙ aſcendiſſent reges vt pugnarẽt aduerſum eos, conuocauerunt oẽs qui accincti erant baltheo de ſuper, & ſteterunt in terminis. Primoq; mane ſurgẽtes: & orto iam ſole ex aduerſo aquarũ, viderũt Moabitæ ecõtra aquas rubras quaſi ſanguinem, dixerũtq;, Sanguis gladij eſt: pugnauerũt reges cõtra ſe, & cæſi ſunt mutuo: nunc perge ad prædã Moab. Perrexeruntq; in caſtra Iſrael: porro cõſurgẽs Iſrael percuſſit Moab: at illi fugerunt coram eis. Venerũt igitur qui vicerant, & percuſſerũt Moab, & ciuitates deſtruxerũt: & omnem agrum optimũ, mittentes ſinguli lapides, & repleuerunt: & vniuerſos fontes aquarum obturauerũt: & omnia ligna fructifera ſucciderunt, ita vt muri tantũ fictiles remanerent: & circundata eſt ciuitas à fundibularijs, & magna ex parte percuſſa. Quod cum vidiſſet rex Moab, præualuiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros educentes gladios vt irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt. Arripienſq; filium ſuum, primogenitũ, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum: & facta eſt indignatio magna in Iſrael: ſtatimq; receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terrã ſuã.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET veniunt rurſus Ieroſolymam. Et cũ ambularet in templo, accedunt ad eũ ſummi ſacerdotes, & Scribę, & ſeniores, & dicũt ei, In qua poteſtate hęc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatẽ vt iſta facias? Ieſus autẽ reſpondens, ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & reſpondete mihi: & dicã vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioãnis, de cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabant ſecum, dicentes, Si dixerimus de cœlo, dicet nobis, Quare ergo nõ credidiſtis ei? Si dixerimus ex hominibus, timemus populum. Oẽs enim habebãt Ioannẽ q̃ vere propheta eſſet. Et reſpondentes dicunt Ieſu, Neſcimus. c. 11.

Et reſpōdēs Ieſus, ait illis, Neq; ego dico vobis in qua poteſtate
C.12. hæc faciā. Et cœpit illis in parabolis loqui, Vineam paſtinauit homo, & circundedit ſepem, & fodit lacū, & ædificauit turrim, & locauit eā agricolis. & peregre profect⁹ eſt. Et miſit ad agricolas in tēpore ſeruū, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehenſum eum ceciderunt: & dimiſerūt vacuū. Et iterum miſit ad illos aliū ſeruū: & illū in capite vulnerauerunt, & cōtumelijs affecerūt. Et rurſum aliū miſit, & illū occiderunt: & plures alios, quoſdā cædentes: alios vero occidentes. Adhuc ergo vnū habēs filiū chariſſimū: & illū miſit ad eos nouiſſimū, dicēs. Quia reuerebuntur filiū meū: Coloni aūt dixerūt adinuicē, Hic eſt hæres: venite, occidamus eum: & noſtra erit hæreditas. Et apprehendentes eum occiderunt: & eiecerūt extra vineam. Quid ergo faciet dn̄s vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam alijs. Nec ſcripturā hanc legiſtis, Lapidē quē reprobauerūt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli: A dn̄o factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? Et quærebant eum tenere: & timuerūt turbā: cognouerunt enim qm̄ ad eos parabolā hāc dixerit. Et relicto eo, abierūt. Et mittunt ad eum quoſdā ex Phariſæis & Herodianis: vt eū caperent in verbo. Qui venientes, dicunt ei, Magiſter ſcimus quia verax es, & nō curas quenquā: nec enim vides in faciem hominū, ſed in veritate viam Dei doces. Licet dare tributum Cæſari: an non dabimus? Qui ſciens verſutiā illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denariū vt videā. At illi obtulerunt ei. Et ait illis, Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Reſpondens autē Ieſus, dixit illis, Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo.

¶ Sabbato, ex .iiij. Regū. Lcō. j.

M† Vlier autem quædā de vxoribus prophetarū clamabat ad Eliſeū, dicēs. Seruus tuus vir me⁹ mortuus eſt, & tu noſti qa ſeruus tuus fuit, timēs dn̄m: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendū ſibi. Cui dixit Eliſeus. Quid vis vt faciā tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpōdit, Non habeo ancilla tua quicquā ī domo mea, niſi parum olei quo vngar. C.4.a

Cui

Cui ait, Vade pete mutuo ab omnib⁹ vicinis tuis vaſa vacua nõ pauca. Et ingredere,& claude oſtium tuũ,cum intrinſecus fueris tu & filij tui,& mitte inde in omnia vaſa hæc:& cũ plena fuerint,tolles. Iuit itaq; mulier, & clauſit oſtiũ ſuper ſe,& ſuper filios ſuos:illi offerebãt vaſa, & illa infundebat. Cunq; plena fuiſſent vaſa, dixit ad filiũ ſuũ, Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit. Non habeo. Stetitq; oleũ. Venit aũt illa,& indicauit homini Dei. Et ille, Vade,inqt vende oleum,& redde creditori tuo:tu autẽ, & filij tui viuite de

B reliquo.] Facta eſt aũt quędam dies, & trãſibat Eliſeus ꝑ Sunã: erat aũt ibi mulier magna,quę tenuit eum vt comederet panẽ: Cunq; frequenter inde trãſiret, diuertebat ad eã vt comederet panẽ. Quæ dixit ad virũ ſuum, Animaduerto ꝙ vir Dei ſanct⁹ eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. Faciam⁹ ergo ei cœnaculum paruũ. & ponamus ei in eo lectulũ,& menſam, & ſellã, & candelabrũ, vt cũ venerit ad nos,maneat ibi. Facta eſt ergo dies quædã, & veniens diuertit in cœnaculũ, & requieuit ibi. Dixitq; ad Giezi puerũ ſuum, Voca Sunamitidẽ iſtã. Qui cũ vocaſſet eam,& illa ſtetiſſet coram eo,dixit ad puerum ſuum, Loquere ad eã. Ecce, ſedule in oĩb⁹ miniſtraſti nobis, quidvis vt faciam tibi? nunquid habes negocium,& vis vt loquar regi, ſiue principi militiæ? Quæ reſpondit. In medio populi mei habito. Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq; Giezi, Ne quęras: filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET venerũt ad eum Sadducæi, qui dicũt reſurrectionem non eſſe, & interrogabant eum dicẽtes, Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater mortu⁹ fuerit,& dimiſerit vxorem,& filios nõ reliquerit: accipiat frater eius vxorẽ ipſius, & reſuſcitet ſemẽ fratri ſuo. Septẽ ergo fratres erãt:& prim⁹ accepit vxorẽ,& mortuus eſt nõ relicto ſemine. Et ſecundus accepit eam,& mortuus eſt: & nec iſte reliquit ſemen. Et tertius ſimiliter. Et acceperũt eam ſimiliter ſeptẽ:& nõ reliquerunt ſemen. Nouiſſime omniũ defuncta eſt & mulier. In reſurrectione ergo cum reſurrexerint, cuius de his erit vxor? ſeptẽ enim habuerũt eam vxorẽ. Et reſpõdens Ieſus ait illis, Nõne ideo erratis, non ſcie-

c. 12.

ſcientes ſcripturas neq; virtutẽ Dei? Cum enim à mortuis reſurrexerint, neq; nubent, neq; nubentur ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlis. De mortuis aũt ꝙ reſurgant, non legiſtis in libro Moyſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & De⁹ Iacob? Nõ eſt Deus mortuorũ, ſed viuorũ. Vos ergo multum erratis. Et acceſſit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes: & videns q̃m bene illis reſpõderit, interrogauit eum quod eſſet primũ omniũ mandatũ. Ieſus aũt reſpondit ei, quia primũ omniũ mandatũ eſt, Audi Iſrael, dñs Deus tuus vnus eſt. Et, diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primũ mandatũ. Secundũ aũt ſimile eſt illi: Diliges proximum tuũ tanq̃ teipſum. Maius horum aliud mandatũ nõ eſt. Et ait illi Scriba, Bene magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & nõ eſt alius præter eũ. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximũ tanquã ſeipſum maius eſt oĩbus holocauſtomatibus, & ſacrificijs. Ieſus aũt videns ꝙ ſapienter reſpõdiſſet, dixit illi, Nõ es lõge à regno Dei. Et nemo iam audebat eũ interrogare. Et reſpondẽs Ieſus dicebat, docẽs in tẽplo, Quomodo dicũt Scribæ Chriſtũ filiũ eſſe Dauid? Ipſe enim Dauid dicit in ſpiritu ſancto, Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Ipſe ergo Dauid dicit eum dominum: & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.

¶ Dñica.xxj. poſt Pentecoſtẽ, ex quarto Regũ. Lectio prima.

PRæcepit itaq; vt c.4.
vocaret eã: quæ cũ vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtiũ, dixit ad eam. In tẽpore iſto, in hac eadẽ hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filiũ. At illa reſpondit, Noli quæſo dñe mi vir Dei, noli mentiri ancillę tuę. Et cõcepit mulier, & peperit filiũ in tẽpore, & in hora eadẽ qua dixerat ei Eliſeus. Creuit aũt puer. Et cum eſſet quædam dies, & egreſſus iſſet ad patrẽ ſuum, ad meſſores, ait patri ſuo, Caput meum, caput meũ. At ille dixit puero, Tolle, duc eum ad matrẽ ſuã.

ſuã. Qui cũ tuliſſet, & duxiſſet eũ ad matrẽ ſuã, poſuit eũ illa ſup genua ſua vſq; ad meridiẽ, & mortuus eſt. Aſcendit aũt, & collocauit eum ſup lectulũ hominis Dei, & clauſit oſtium, & egreſſa vocauit virũ ſuũ, & ait, Mitte mecũ obſecro vnum de pueris, & aſinã, vt excurrã vſq; ad hominem Dei, & reuertar. Qui ait illi, Quã ob cauſam vadis ad eũ? hodie nõ ſunt calẽdę, neq; Sabbatum. Quæ reſpõdit, Vadã, Strauitq; aſinam, & præcepit puero. Mina, & propera, ne mihi morã facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi.

D † Profecta eſt igitur, & venit ad virum Dei in montẽ Carmeli: Cunq; vidiſſet eã vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum ſuum, Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius, & dic ei, Rectene agitur circa te, & circa virum tuũ, & circa filiũ tuũ? Quę reſpõdit, Recte. Cunq; veniſſet ad virũ Dei in montẽ, apprehẽdit pedes eius, & acceſſit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo Dei. Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine eſt, & dñs celauit à me, & nõ indicauit mihi. Quę dixit illi, Nunqd petiui filiũ à dño meo? nunqd nõ dixi tibi, Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi, Accinge lũbos tuos, & tolle baculũ meũ in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, nõ ſalutes eũ, & ſi ſalutauerit te quiſpiã, nõ reſpõdeas illi, & pones baculũ meũ ſup faciẽ pueri. Porro mater pueri ait, Viuit dñs, & viuit anima tua, nõ dimittã te. Surrexit ergo, & ſequutus eſt eam. Giezi autem pręceſſerat ante eos, & poſuerat baculũ ſuper faciẽ pueri: & non erat vox, neq; ſenſus: reuerſusq; eſt in occurſum eius, & nuntiauit ei, dicẽs, Non ſurrexit puer.

Secundum Marcum. Lectio. ij.

ET dicebat eis in doctrina ſua, Cauete à ſcribis qui volunt in ſtolis ambulare & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarũ ſub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudiciũ. Et ſedẽs Ieſus cõtra gazophylaciũ, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylaciũ, & multi diuites iactabãt multa. Cum veniſſet aũt vidua vna pauper, miſit duo minuta, qđ eſt quadrans. Et conuocans diſcipulos ſuos, ait illis, Amen dico vobis, quoniã vidua hæc pauper plus omnibus miſit qui miſerũt in

c. 12.

gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt: hæc vero de penuria ſua omnia quæ habuit miſit, totũ
c.13. victũ ſuũ. Et cũ egrederetur de tẽplo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis, Magiſter, aſpice quales lapides & quales ſtructurę? Et reſpondẽs Ieſus, ait illi, Vides has oẽs magnas ædificationes? Nõ relinquet lapis ſup lapidẽ qui nõ deſtruatur. Et cũ ſederet in mõte oliuarũ cõtra tẽplũ, interrogabãt eũ ſeparatim Petrus & Iacobus, & Ioãnes & Andreas, Dic nobis, quando iſta fient? & quod ſignũ erit quãdo hæc omnia incipient cõſummari? Et reſpondẽs Ieſus, cœpit dicere illis, Videte ne qs vos ſeducat. multi enim veniẽt in nomine meo dicentes, qa ego ſum: & multos ſeducẽt. Cũ audieritis aũt bella & opiniones bellorũ, ne timueritis: oportet enim hęc fieri: ſed nõdũ finis. Exurget enim gens cõtra gentẽ, & regnũ ſuper regnum: & erunt terræmotus per loca & fames. Initium dolorũ, hęc: videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in cõcilijs, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis. Et in oẽs gentes primũ oportet prædicari euãgeliũ. Et cũm dũxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datũ vobis fuerit ĩ illa hora, id loquamini. nõ enim vos eſtis loquẽtes ſed ſpũs ſanctus. Tradet aũt frater fratrẽ in mortem, & pater filiũ: & cõſurgent filij in parẽtes, & morte afficiẽt eos. Et eritis odio omnib⁹, propter nomen meũ. Qui autẽ ſuſtinuerit in finẽ, hic ſaluus erit.

Secundum Matthęum. Lcõ. iij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus c.18.
diſcipulis ſuis parabolã hãc, Simile eſt regnum cœlorũ homini regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et reſ.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Narrauit dñs ſimilitudinẽ valde terribilem quia ſimile eſt regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui poſuit rationẽ cum ſeruis ſuis, in quib⁹ inuenit debitorẽ decem milliũ talentorũ. Et cũ iuſſiſſet vt omnia quę habebat & omnis eius familia & ipſe venderentur, & debitũ ſolueretur, aduolutus genibus dñi ſui, rogabat eũ dilationẽ, & meruit remiſſionem. Miſertus eſt enim dñs eius ſicut audiuim⁹: & omne debitum dimiſit illi. At ille debito liber, ſed iniquitatis ſeruus, poſtquã egreſſus eſt à fa-

ã facie dñi ſui inuenit etiã ipſe debitorẽ ſuum, qui debebat nõ decẽ millia talentorũ, quantũ ipſius debitũ fuit, ſed centũ denarios? cœpit ſuffocare eũ, trahere, & dicere, redde qđ debes. At ille rogabat cõſeruum ſicut ipſe rogauerat dñm. Sed non talem ipſe inuenit conſeruum, qualẽ ille dñm. Non ſolũ illi remittere debitũ noluit, ſed nec dilationẽ dedit. Contortum rapiebat ad ſolutionẽ, iam debito dñico liber. Diſplicuit cõſeruis: & renũtiauerũt dño ſuo quod actum eſſet. Te deum. Oro.

FAmiliã tuã quęſumus dñe cõtinua pietate cuſtodi: vt à cunctis aduerſitatib⁹ te protegente, ſit libera, & in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per.

¶ Feria. ij. ex li. iiij. Reg. Lcõ. j.

c. 4. c INgreſſus eſt ergo Eliſeus domũ, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo ei⁹: Ingreſſusq́; clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum, & orauit ad dñm. Et aſcendit, & incubuit ſup puerũ, poſuitq́; os ſuũ ſuper os eius, & oculos ſuos ſup oculos eius, & manus ſuas ſuper man⁹ eius: & incuruauit ſe ſup eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulauit ĩ domo ſemel huc atq; illuc: & aſcẽdit, & incubuit ſup eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuitq́, oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidẽ hãc. Quæ vocata, ingreſſa eſt ad eũ. Qui ait, Tolle filiũ tuũ. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram: tulitq́; filium ſuum, & egreſſa eſt, & Eliſeus reuerſus eſt in Galgala.] Erat aũt fames in terra, & filij prophetarũ habitabant corã eo, dixitq́; vni de pueris: Pone ollam grandem, & coque pulmentũ filijs prophetarũ. Et egreſſus eſt vn⁹ in agrũ vt colligeret herbas agreſtes: inuenitq́; quaſi vitem ſylueſtrẽ, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit palliũ ſuum, & reuerſus concidit in ollam pulmenti: neſciebat enim qđ eſſet. Infuderũt ergo ſocijs, vt comederent: cunq́; guſtaſſent decoctionẽ, exclamauerunt dicẽtes: Mors in olla vir Dei. Et nõ potuerũt comedere. At ille, Affertе, inquit, farinã. Cũq́; tuliſſent, miſit in ollam, & ait: Infunde turbæ, vt comedant. Et nõ fuit amplius quicquã amaritudinis in olla. Vir autẽ quidã venit de Baalſaliſa deferens viro Dei panes primitiarũ, & viginti panes hordeaceos & frumentũ nouũ in pera ſua. At ille dixit: Da populo,

pulo, vt comedat. Reſponditq; ei miniſter eius: Quantum eſt hoc, vt aponã coram centũ viris? rurſum ille ait, Da populo, vt comedat: hęc enĩ dicit dñs: Comedent, & ſupererit. Poſuit itaq; corã eis: qui comederunt, & ſuperfuit iuxta verbum dñi.

Secundum Marcum. Lectio.ij.

c. 13. CVm autẽ videritis abominationẽ deſolationis, ſtantem vbi nõ debet (qui legit intelligat) tũc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes, & qui ſuper tectũ, ne deſcẽdat in domũ, nec introeat vt tollat qd de domo ſua, & qui in agro erit, nõ reuertatur retro tollere veſtimentũ ſuũ. Væ aũt prægnãtibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme nõ fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales nõ fuerunt ab initio creaturę quã cõdidit Deus vſq; nũc, neq; fiẽt. Et niſi breuiaſſet dñs dies, nõ fuiſſet ſalua omnis caro. Sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Et tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: ne crediderítis. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetę: & dabũt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiã electos. Vos ergo videte; ecce prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus poſt tribulationẽ illã Sol contenebrabitur: & luna non dabit ſplẽdorẽ ſuũ, & ſtellæ cœli erũt decidẽtes, & virtutes quæ in cœlis ſunt mouebuntur. Et tũc videbunt filiũ hominis venientẽ in nubibus cum virtute multa & gloria. Et tũc mittet angelos ſuos, & cõgregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ vſq; ad ſummũ cœli. A ficu aũt diſcite parabolã. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis qa in proximo ſit æſtas. Sic & vos cũ videritis hæc fieri, ſcitote q in proximo ſit in oſtijs. Amẽ dico vobis, qm̃ nõ tranſibit generatio hæc, donec omnia illa fiãt. Cœlũ & terra tranſibunt, verba aũt mea nõ tranſibunt. De die autem illo vel hora, nemo ſcit neq; angeli in cœlo, neq; filius, niſi pater. Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quãdo tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ ſuã: & dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiusq; operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo (neſcitis enim quando dñs domus veniat: ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cum venerit repente, inueniat vos dor-

dormientes. Quod autẽ vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

¶ Feria.iij.ex.iiij. Regũ. Lcõ.j.

c.5.a NAaman aũt princeps militiæ regis Syriç, erat vir magnus apud dñm ſuũ, & honoratus: per illũ enim dedit dñs ſalutem Syriæ: erat aũt vir fortis & diues, ſed leproſus. Porro de Syria egreſſi fuerant latrunculi, & captiuã duxerãt de terra Iſrael puellam paruulam, quæ erat in obſequio vxoris Naaman, quæ ait ad dominã ſuam, Vtinam fuiſſet dñs meus ad prophetã, qui eſt in Samaria: profecto curaſſet eum à lepra, quã habet. Ingreſſus eſt itaq; Naaman ad dñm ſuum, & nuntiauit ei, dicens: Sic & ſic loquuta eſt puella de terra Iſrael. Dixitq; ei rex Syriç, vade, & mittam literas ad regem Iſrael. Qui cũ profectus eſſet, & tuliſſet ſecum decem talenta argenti, & ſex millia aureos, & decem mutatoria veſtimentorum: detulit literas ad regem Iſrael, in hæc verba: Cum acceperis epiſtolã hanc: ſcito ꝙ miſerim ad te Naaman ſeruũ meũ, vt cures eum à lepra ſua. Cumq; legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Nunquid Deꝰ ego ſum, vt occidere poſſim, & viuificare: quia iſte miſit ad me, vt curẽ hominem à lepra ſua? animaduertite, & videte ꝙ occaſiones quçrat aduerſum me Quod cũ audiſſet Eliſeꝰ vir Dei, ſcidiſſe videlicet regẽ Iſrael veſtimẽta ſua, miſit ad eũ dicens: Quare ſcidiſti veſtimẽta tua? veniat ad me, & ſciat eſſe prophetã in Iſrael.

Eplã beati Pau. ad Col. Lcõ.ij.

PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater: iis qui ſunt Coloſſis ſanctis, & fidelibus fratribꝰ in Chriſto Ieſu, gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro. ca.1. Gratias agimꝰ Deo & patri dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro vobis orantes, audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu, & dilectionẽ quã habetis in ſanctos oẽs, propter ſpem quæ repoſita eſt vobis in cœlis, quã audiſtis in verbo veritatis euangelij, qđ peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mũdo eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut & ĩ vobis ex ea die qua audiſtis, & cognouiſtis gratiã Dei in veritate, ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo cõſeruo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Ieſu, qui etiam manifeſtauit nobis dilectionem veſtrã in ſpiritu. Ideo & nos ex qua die audiuimus, non

B † non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulãtes, vt impleamini agnitione volũtatis eius in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne Deo, per oĩa placẽtes, in omni opere bono fructificãtes, & creſcentes in ſcientia Dei, in omni virtute cõfortati ſecundũ potentiã claritatis eius, in omni patientia & longanimitate: cũ gaudio gratias agẽtes Deo patri, q dignos nos fecit in partẽ ſortis ſctõrũ in lumine, q eripuit nos de poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionẽ, &
C remiſſionẽ peccatorũ,] qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenit⁹ omnis creaturæ, qm̃ in ipſo cõdita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dñationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, oĩa per ipſum & ĩ ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante oẽs, & omnia in ipſo cõſtãt: & ipſe eſt caput corporis eccleſię, qui eſt principiũ, primogenitus ex mortuis: vt ſit in oĩbus ipſe primatũ tenẽs: qa in ipſo cõplacuit oẽm plenitudinẽ inhabitare: & per eũ recõciliare oĩa in ipſum, pacificans per ſanguinẽ Crucis ei⁹ ſiue quę in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.

¶ Feria.iiij. ex.iiij. Regũ. Lcõ. j.

VEnit ergo Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium dom⁹ Eliſei: miſitq; ad eum Eliſeus nuntiũ, dicens: Vade & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatẽ caro tua atq; mũdaberis. Irat⁹ Naaman recedebat, dicens: Putabam ꝙ egrederetur ad me, & ſtãs inuocaret nomẽ dñi Dei ſui, & tangeret manu ſua locũ leprę, & curaret me. Nunqd nõ meliores ſunt Abana & Pharphar fluuij Damaſci oĩbus aquis Iſrael, vt lauer in eis, & munder? Cum ergo vertiſſet ſe, & abiret indignans, acceſſerũt ad eum ſerui ſui & locuti ſunt ei: Pater, ſi rem grandẽ dixiſſet tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis, qa nũc dixit tibi: Lauare, & mundaberis? Deſcendit, & lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei: & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mũdatus eſt. Reuerſusq; ad virũ Dei cum vniuerſo comitatu ſuo venit, & ſtetit coram eo, & ait, Vere ſcio ꝙ nõ ſit Deus in vniuerſa terra, niſi tantũ in Iſrael.] Obſecro itaq; vt accipias bñdictionẽ à ſeruo tuo. At ille reſpondit, Viuit dñs ante quẽ ſto, quia non accipiã.

c.5.b

Cunq;

Cunq; vim faceret, penitus, nõ acquieuit. Dixitq; Naaman, Vt vis: ſed obſecro concede mihi ſeruo tuo, vt tollã onus duorum burdonum de terra: non enim faciet vltra ſeru⁹ tuus holocauſtum aut victimã dijs alienis, niſi dño. Hoc aũt ſolum eſt de quo depreceris dñm pro ſeruo tuo, Quando ingredietur dñs meus templũ Remmon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meã, ſi adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi dñs ſeruo tuo pro hac re. Qui dixit ei, Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

Ex epſa beati Pau. ad Col. I. ij.

ca. I. ET vos cũ eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu, in operibus malis: nunc aũt reconciliauit ĩ corpore carnis ſuæ per mortẽ, vt exhiberet vos ſanctos & immaculatos & irreprehenſibiles corã ipſo: ſi tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe euangelij quod audiſtis, quod prædicatũ eſt ĩ vniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt, cuius factus ſum ego Paulus miniſter: qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quę deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius quod eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſecundũ diſpẽſationẽ Dei quæ data eſt mihi ĩ vobis vt impleã verbum Dei, myſterium quod abſconditũ fuit à ſeculis & generationibus, nunc aũt manifeſtatũ eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramẽti huius in gentib⁹, quod eſt Chriſt⁹, in vobis ſpes gloriæ, quẽ nos annuntiamus, corripiẽtes oẽm hominẽ, & docentes oẽm hominem in omni ſapientia vt exhibeamus oẽm hominẽ perfectũ in Chriſto Ieſu, in quo & laboro, certando ſecundũ operationẽ eius quã operatur in me in virtute.

Volo enim vos ſcire qualẽ ſolicitudinẽ habeam pro vobis & pro iis qui ſunt Laodiceæ, & quicunq, nõ viderũt faciẽ meã in carne: vt conſolentᷣ corda ipſorũ, inſtructi in charitate, & in oẽs diuitias plenitudinis intellectus in agnitionẽ myſterij Dei, & patris & Chriſti Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtię & ſciẽtiæ abſcõditi. Hoc aũt dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonũ Nam etſi corpore abſens ſum: ſed ſpiritu vobiſcũ ſum, gaudẽs, & vidẽs ordinem veſtrũ, & firmamẽtũ eius ca. 2.

quæ

quæ in Chriſto eſt, fidei veſtræ. Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum dñm, in ipſo ambulate, radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati in fide ſicut & didiciſtis, abundantes in illo in gratiarum actione.

¶ Feria. v. ex. iiij. Regũ. Lcõ. j.

ca. 5. DIxitq; Giezi puer viri Dei, Pepercit dñs me⁹ Naamã Siro iſti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit dñs, q̃a currã poſt eũ, & accipiã ab eo aliq̃d. Et ſecutus eſt Giezi poſt tergũ Naaman: quẽ cum vidiſſet ille currentẽ ad ſe, deſiliit de curru in occurſum ei⁹, & ait, Rectene ſunt omnia? Et ille ait, Recte: dñs meus miſit me ad te, dicẽs: Modo venerũt ad me duo adoleſcẽtes de monte Ephraim ex filijs prophetarũ: da eis talentũ argẽti, & veſtes mutatorias duplices. Dixitq; Naamã, Melius eſt vt accipias duo talenta. Et coegit eum, ligauitq; duo talenta argenti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimẽta, & impoſuit duobus pueris ſuis, qui & portauerunt corã eo. Cunq; veniſſet iã veſperi, tulit de manu eorũ, & repoſuit in domo, dimiſitq; viros, & abierunt: ipſe autẽ ingreſſus, ſtetit corã dño ſuo. Et dixit Eliſeus, Vnde venis Giezi? Qui reſpondit, Non iuit ſeruus tuus quoquã. At ille ait, Nonne cor meũ in pręſenti erat, q̃n reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur accepiſti argẽtũ, & accepiſti veſtes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & ſeruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo vſq; in ſempiternũ. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

Ex ep̃la beati Pau. ad Col. L. ij.

VIdete ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciã: ſecundũ traditionem hominũ, ſecundum elementa mundi, & nõ ſecundum Chriſtũ, quia in ipſo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis: in quo & circunciſi eſtis circunciſione nõ manufactã ĩ expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione Chriſti, cõſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidẽ operationis Dei, qui ſuſcitauit illũ à mortuis. Et vos cum mortui eſſetis in delictis & p̃putio carnis veſtrę, cõuiuificauit cũ illo: donãs vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat, chirographũ decreti: quod erat con- ca. 2.

contrariũ nobis: & ipſum tulit de medio, affigẽs illud cruci: & expoliãs principatus & poteſtates traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum: quæ ſunt vmbra futurorum, corpus aũt Chriſti. Nemo vos ſeducat volens: in humilitate & religione angelorũ, q̃ non vidit ambulãs, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratũ & conſtructum creſcit in augmentũ Dei. Si ergo mortui eſtis cũ Chriſto ab elemẽtis huius mundi: quid adhuc tanq̃ viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, neque guſtaueris, neq; contrectaueris? quæ ſunt omnia in interitu ipſo vſu, ſecundũ ꝓcepta & doctrinas hominũ, quæ ſunt rationẽ quidẽ habentia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendũ corpori, nõ in honore aliquo ad ſaturitatẽ carnis.

¶ Feria. vj. ex. iiij. Regũ. Lcõ. j.

ca. 6. DIxerunt autẽ filij prophetarum ad Eliſeum, Ecce, locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis. Eamus vſq; ad Iordanẽ, & tollãt ſinguli de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandũ. Qui dixit, Ite. Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cũ ſeruis tuis. Reſpondit, Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumq; veniſſent ad Iordanẽ, cædebant ligna. Accidit aũt, vt cum vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrũ ſecuris in aquã: exclamauitq; ille, & ait, Heu heu heu dñe mi, & hoc ipſum mutuo acceperã. Dixit aũt homo Dei, Vbi cecidit? At ille monſtrauit ei locum: præcidit ergo lignũ, & miſit illuc: natauitq; ferrum, & ait, Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud. Rex autem Syriæ pugnabat contra Iſrael, cõſiliumq; iniit cũ ſeruis ſuis, dicens: In loco illo & illo ponamꝰ inſidias. Miſit itaq; vir Dei ad regẽ Iſrael, dicens: Caue ne tranſeas in locũ illum: quia ibi Syri in inſidiis ſunt. Miſit itaq; rex Iſrael ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel neq; bis. Cõturbatumq; eſt cor regis Syriæ pro hac re, & cõuocatis ſeruis ſuis ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei ſit apud regẽ Iſrael? Dixitq; vnus ſeruorum eius,

Nequa-

Nequaquã dñe mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia verba quęcunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis, Ite & videte vbi ſit, vt mittã & capiam eũ. Annuntiaueruntq; ei dicentes, Ecce in Dothan. Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cum veniſſent nocte, circundederunt ciuitatem.

Ex ep̃la Pauli ad Coloſſ. Lcõ.ij.

ca. 3. IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs, quę ſurſum ſunt ſapite: nõ quę ſup terrã. Mortui enim eſtis: & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cum aũt Chriſtus apparuerit, vita veſtra: tũc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria. Mortificate ergo mẽbra veſtra quæ ſunt ſup terrã, fornicationẽ, immunditiã, libidinem, cõcupiſcentiã malã, & auaritiã, quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis: in quibus ambulaſtis aliquãdo, cum viueretis in illis. Nunc aũt deponite & vos omnia: irã, indignationẽ, malitiã, blaſphemiã, turpẽ ſermonẽ de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterẽ hominem cum actibus ſuis, & induentes nouũ eum qui renouatur in agnitionẽ, ſecundũ imaginem eius qui creauit illũ: vbi non eſt Gentilis & Iudæus, circunciſio & præputiũ, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber: ſed oĩa & in oĩbus Chriſtus. † Induite B
vos ergo ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatẽ humilitatẽ, modeſtiã, patientiã, ſupportantes inuicẽ, & donantes vobiſmetipſis ſiquis aduerſus aliquem habet querelã, ſicut & dñs donauit vobis, ita & vos. Super omnia aũt hæc, charitatem habete, quod eſt vinculũ perfectionis: & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in quã & vocati eſtis ĩ vno corpore: & grati eſtote. Verbũ Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapiẽtia docentes & cõmonẽtes voſmetipſos, in pſalmis, hymnis, & canticis, ſpiritualib⁹, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omnia in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti, gratias agẽtes Deo & patri per ipſum.] Mulie C
res, ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet, ĩ dño. Viri, diligite vxores: & nolite amari eſſe ad illas. Filij, obedite parentib⁹ per oĩa,

hoc

hoc enim placitum eſt in dño. Patres, nolite ad indignationẽ prouocare filios veſtros: vt non puſillo animo fiant. Serui, obedite per omnia dñis carnalib⁹, nõ ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placẽtes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Deũ. Quodcunq; facitis, ex animo operamini ſicut dño & nõ hominibus: ſcientes ꝙ à dño accipietis retributionẽ hæreditatis. Dño Chriſto ſeruite. qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit, & non eſt perſonarum acceptio apud Deum.

¶ Sabbato, ex. iiij. Regũ. Lcõ. j.

ca. 6. CONſurgens autẽ diluculo miniſter vir Dei, egreſſus eſt: viditq; exercitũ ĩ circumitu ciuitatis, & equos & currus, nuntiauitq; ei, dicens, Heu heu heu dñe mi, quid faciemus? At ille reſpondit, Noli timere: plures enim nobiſcũ ſunt, quã cũ illis. Cunq; oraſſet Eliſeus, ait, dñe, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit dñs oculos pueri, & vidit: & ecce mons plen⁹ equorum & curruũ igneorũ in circumitu Eliſei. Hoſtes vero deſcenderunt ad eũ: porro Eliſeus orauit ad dñm, dicens: Percute obſecro gentem hanc cæcitate. Percuſſitq; eos dñs, ne viderent, iuxta verbũ Eliſei. Dixit aũt ad eos Eliſeus, Non eſt hæc via, neq; iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtendã vobis virũ quẽ quęritis. Duxit ergo eos in Samariã: cunq; ingreſſi fuiſſent in Samariam, dixit Eliſeus, dñe aperi oculos iſtorũ, vt videant. Aperuitq; dñs oculos eorũ, & viderũt ſe eſſe in medio Samarię. Dixitq; rex Iſrael ad Eliſeum cũ vidiſſet eos, Nunquid percutiã eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neq; enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: ſed pone panẽ & aquã corã eis, vt comedãt, & bibãt, & vadant ad dñm ſuum. Appoſitaq; eſt eis ciborũ magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimiſit eos, abieruntq; ad dñm ſuum. Et vltra non venerunt latrones Syriæ in terram Iſrael.

Ex ep̃la Pauli ad Coloſ. Lcõ. ij.

DOmini, quod iuſtũ eſt & æquum, ſeruis præſtate: ca. 4. ſciẽtes ꝙ & vos dñm habetis in cœlo. Orationi inſtate: vigilantes in ea in gratiarum actione. orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquẽdũ myſterium Chriſti (propter quod etiã vinctus ſum) vt manifeſtẽ illud ita vt oportet me loqui. In ſapiẽtia am-

ambulate ad eos qui foris ſunt, tēpus redimentes. Sermo veſter ſemp in grā ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpōdere. Quæ circa me ſunt, oīa vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, & conſeruus in dn̄o: quem miſi ad vos ad hoc ipſum vt cognoſcat quæ circa vos ſunt, & cōſoletur corda veſtra cum Oneſimo, chariſſimo & fideli fratre qui ex vobis eſt: qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis. Salutat vos Ariſtarchus cōcaptiuus me⁹, & Marcus conſobrinus Barnabæ (de quo accepiſtis mandata, Si venerit ad vos, ſuſcipite illū) & Ieſus qui dicitur iuſtus: qui ſunt ex circūciſione, hi ſoli ſunt adiutores mei ī regno Dei: qui mihi fuerūt ſolatio. Salutat vos Epaphras, q ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemp ſolicitus pro vobis in orationib⁹, vt ſtetis perfecti & pleni in omni volūtate Dei. Teſtimoniū enim illi perhibeo ꝙ habet multū laborem pro vobis, & pro iis q ſunt Laodiceæ, & qui Hieropoli. Salutat vos Lucas medicus chariſſim⁹, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiceę, & Nympham, & quæ in domo eius eſt, eccleſiā. Et cū lecta fuerit apud vos epiſtola hęc, facite vt & in Laodicēſiū eccleſia legat: & ea q̄ Laodicēſiū eſt, vt vobis legat. Et dicite Archippo, Vide miniſteriū quod accepiſti in dn̄o, vt illud impleas. Salutatio: mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorū. Gratia dn̄i noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum, Amen.

¶ Dn̄ica.xxij.poſt Pentecoſtē, ex quarto Regū. Lectio prima.

FActū eſt aūt poſt hæc congregauit Benadad rex Syrię vniuerſum exercitū ſuū, & aſcendit, & obſidebat Samariā. Factaq; eſt fames magna in Samaria: & tandiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarū, quinq; argēteis. Cūq; rex Iſrael tranſiret p murū, mulier quędā exclamauit ad eū, dicens: Salua me dn̄e mi rex. Qui ait, Nō te ſaluet dn̄s. vnde te poſſum ſaluare? de area, vel de torculari? Dixitq; ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ reſpondit, Mulier iſta dixit mihi, Da filiū tuū, vt comedamus eum hodie, & filiū meū comedem⁹ cras. Coximus ergo filiū meū & comedimus. ca.6.

Dixitq;

Dixiq́; ei die altera; Da filium
tuũ vt comedam⁹ eũ. Quæ ab-
ſcõdit filiũ ſuum. Quod cũ au-
diſſet rex, ſcidit veſtimenta ſua,
& trãſibat p̃ murũ. Viditq; om-
nis popul⁹ ciliciũ, quo veſtitus
erat rex ad carnẽ intrinſecus. Et
ait rex, Hæc mihi faciat De⁹, &
hęc addat, ſi ſteterit caput Eliſei
filij Saphat ſuper ipſum hodie.
Eliſeus aũt ſedebat ĩ domo ſua,
& ſenes ſedebãt cũ eo. Pręmiſit
itaq; virũ: & anteq̃ veniret nun
tius ille, dixit ad ſenes. Nunq̃d
ſcitis q̃ miſerit filius homicidæ
huc, vt præcidatur caput meũ?
videte ergo cũ venerit nuntius,
claudite oſtiũ, & non ſinatis eũ
introire: ecce enim ſonit⁹ pedũ
dñi eius poſt eum eſt. Adhuc
illo loquente eis, apparuit nun-
tius, qui veniebat ad eũ, & ait,
Ecce tantum malum à dño eſt:
quid ampli⁹ expectabo à dño?

Ep̃la Pauli ad Timo. ij. Lcõ. ij.

ca.1. PAulus apoſtol⁹ Ieſu Chriſti
per voluntatẽ Dei, ſecundũ
promiſſionem vitæ quæ eſt in
Chriſto Ieſu: Timotheo cha-
riſſimo filio, gratia & miſericor
dia, & pax à Deo patre noſtro,
& Chriſto Ieſu dño noſtro. Gra
tias ago Deo meo, cui ſeruio à
progenitoribus meis in cõſciẽ-
tia pura, q̃ ſine intermiſſione
habeam tui memoriã in oratiõ
nibus meis, nocte ac die deſide-
rans te videre, memor lachry-
marũ tuarũ, vt gaudio implear,
recordationẽ accipiẽs eius fidei
quæ eſt in te nõ ficta, q̃ & habi-
tauit primũ in auia tua Loide,
& matre tua Eunice, cert⁹ ſum
autẽ q̃ & in te. Propter quam
cauſam admoneo te, vt reſuſci-
tes gratiã Dei, quæ eſt in te per
impoſitionẽ manuum mearũ.
Nõ enim dedit nobis Deus ſpi-
ritum timoris: ſed virtutis, &
dilectionis, & ſobrietatis. Noli
itaq; erubeſcere teſtimonium
dñi noſtri, neq; me vinctũ ei⁹:
ſed collabora euãgelio ſecũdũ
virtutẽ Dei, qui nos liberauit & .1.9
vocauit vocatione ſancta, non
ſecundũ opera noſtra, ſed ſecun
dum propoſitũ ſuum & gratiã
quæ data eſt nobis in Chriſto
Ieſu ante tempora ſecularia.
Manifeſtata eſt aũt nũc per illu
minationem Saluatoris noſtri
Ieſu Chriſti, qui deſtruxit qui-
dem mortẽ, illuminauit autem
vitã & incorruptionẽ per euan-
gelium, in quo poſitus ſum ego
prædicator & apoſtolus, & ma-
giſter gentiũ. Ob quã cauſam
etiã hæc patior: ſed nõ confun-
dor. Scio enim cui credidi, &
certus ſum quia potẽs eſt depo-

ſitum meũ ſeruare in illũ diem. Formã habe ſanorũ verborũ, quę à me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu. Bonũ depoſitũ cuſtodi ꝑ ſpm̃ ſanctũ, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, ꝙ auerſi ſunt à me oẽs qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phygelus & Hermogenes. Det miſericordiã dñs Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigerauit & catenã meã non erubuit: ſed cum Romã veniſſet, ſolicite me quęſiuit, & inuenit. Det illi dñs inuenire miſericordiã à Deo in illa die. Et quanta Epheſi miniſtrauit mihi, tu melius noſti.

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

C. 22. IN illo tẽpore: Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone.

Et reliq. hom. ſancti Ioannis epi.

Omnis malitia cõfunditur aliquoties ratione veritatis: corrigitur aũt nunquã, maxime eorum qui propoſito malo & nõ ignorãtia peccãt. Ecce enim ſacerdotes poſtquã terrere dñm nõ potuerũt dicẽtes: in qua poteſtate hæc facis: poſtquã parabolarum ratione cõſtricti, ſuo iudicio ipſi ſe reos fecerũt dicẽtes, Malos male perdet: nemine cõtra eos dicẽte teſtimoniũ niſi conſcientia ſola. Nunquid non compunxit eos timor peccati? nunquid non cõpeſcuit eos vel libertatis cõſideratio? Sed qd? Abierunt, & cõſiliũ acceperunt vt eum caperent in ſermone. Queadmodũ ſi aliquis claudere voluerit currẽtis aquæ meatum: ſi vna ex parte clauſa fuerit aquæ violentia, aliunde ſibi ſemitã rumpit. Sic & eorũ malignitas ex vna parte cõfuſa aliũ ſibi aditũ adinuenit, Sicut enĩ nõ poteſt fieri, vt ligna mittendo extinguas ignẽ: ſic fieri non poteſt, vt rationẽ reddendo places hominẽ malũ. Et ſicut ignis quanto magis ligna ſuſceperit, in maiorẽ flammã erigitur: ſic animus malus, quãto magis veritatẽ audierit, tãto amplius in malitiam excitatur. Abierunt ergo & conſilium acceperunt. Quo abierũt? Ad Herodianos. Nam ex eo ꝙ nõ dicit cõſiliati ſunt, ſed cõſiliũ acceperunt: ex eo ꝙ pariter cũ Herodianis venerũt, apparet ꝙ cũ illis huiuſmodi circumuentionis conſiliũ tractauerunt. Te deum. Oro.

DEus refugium noſtrum, & virtus, adeſto piis eccleſiæ tuę precibus author ipſe pietatis: & præſta, vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum no.

Feria

¶ Feria.ij.ex.iiij. Règũ. Lcõ.j.

ca.7. DIxit autẽ Eliſeus, Audite verbũ dñi. Hæc dicit dñs, In tẽpore hoc cras modi⁹ ſimilę vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno in porta Samariæ. Reſpõdens vnus de ducibus, ſuper cuius manũ rex incumbebat, homini Dei ait, Si dñs fecerit etiam cataractas in cœlo, nũquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erãt leproſi iuxta introitũ portæ: q dixerũt adinuicẽ, Quid hic eſſe volum⁹ donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatẽ, fame moriemur: ſiue manſerim⁹ hic, moriendũ nobis eſt: venite ergo, & transfugiam⁹ ad caſtra Syriæ: ſi pepercerint nobis, viuemus: ſi aũt occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo veſperi vt venirent ad caſtra Syriæ. Cunq; veniſſent ad principiũ caſtrorũ Syriæ, nullũ ibidẽ repererunt. Siquidẽ dñs ſonitũ audiri fecerat in caſtris Syriæ, curruũ, & equorũ, & exercitus plurimi: dixerũtq; adinuicem, Ecce mercede cõduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Hethæorũ, & Ægyptiorũ, & venerunt ſup nos. Surrexerunt ergo, & fugerũt in tenebris, & dereliquerũt tentoria ſua, & equos, & aſinos in caſtris, fugerũtq;, animas tñ ſuas ſaluare cupientes. Igit cũ veniſſent leproſi illi ad principiũ caſtrorũ ingreſſi ſunt vnum tabernaculũ, & comederunt & biberũt: tulerũtq; inde argẽtũ, & aurũ, & veſtes, & abierunt, & abſconderũt, & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculũ, & inde ſimiliter auferẽtes abſcõderũt. Dixerũtq; adinuicem, Nõ recte facim⁹: hęc enim dies boni nuntij eſt. Si tacuerim⁹, & noluerim⁹ nuntiare vſq; mane, ſceleris arguemur: venite, eam⁹ & nũtiem⁹ ĩ aula regis.

Ex ep̃la ſecunda ad Timo. L.ij.

TV ergo fili mi, confortare in gratia, quę eſt in Chriſto Ieſu: & quę audiſti à me per multos teſtes, hęc cõmẽda fidelib⁹ hominib⁹, qui idonei erũt & alios docere. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſecularib⁹: vt ei placeat cui ſe probauit. Nã & qui certat in agone: non coronabitur niſi legitime certauerit. Laborantem agricolã oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi dñs ĩ omnibus intellectum. Memor eſto ca.2.

dñm Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecundũ euangelium meũ, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans: ſed verbũ Dei nõ eſt alligatũ. Ideo oĩa ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutẽ conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cũ gloria cœleſti. Fidelis ſermo. Nã ſi cõmortui ſumus: & cõuiuemus. ſi ſuſtinebimus: & cõregnabimus. ſi negauerimus: & ille negabit nos ſi nõ credimus: ille fidelis pmanet, negare ſeipſum nõ poteſt. Hæc cõmone: teſtificãs coram dño. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt: niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ. Solicite aũt cura teipſum probabilẽ exhibere Deo operariũ inconfuſibilẽ recte tractantẽ verbũ veritatis. Prophana aũt & vaniloquia diuita: multũ enim proficiunt ad impietatẽ: & ſermo eorũ vt cancer ſerpit: ex qb⁹ eſt Hymenęus & Philetus: q à veritate exciderunt: dicẽtes reſurrectionẽ eſſe iam factã, & ſubuerterunt quorundã fidem. Sed firmũ fundamentũ Dei ſtat, habẽs ſignaculum hoc. Cognouit dñs q ſunt ſui, & diſcedat ab iniquitate oĩs qui inuocat nomen dñi. In magna autẽ domo, non ſolũ ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & quædã quidẽ in honorẽ, quædã aũt in cõtumeliã. Si quis ergo emũdauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatũ & vtile dño, ad omne opus bonũ paratũ. Iuuenilia aũt deſideria fuge: ſectare vero iuſtitiã, fidẽ, ſpem, & charitatẽ, & pacẽ cũ iis qui inuocãt dñm de corde puro. Stultas autem & ſine diſciplina quęſtiones deuita: ſciens q̃a generãt lites. Seruũ aũt dñi nõ oportet litigare: ſed manſuetũ eſſe ad oẽs, docibilẽ, patiẽtẽ, cũ modeſtia corripientẽ eos q reſiſtũt veritati: nequãdo Deus det illis pœnitentiã ad cognoſcendã veritatẽ, & reſipiſcãt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

¶ Feria.iij.ex.iiij.Regũ.Lcõ.j.

CVnq; veniſſent ad portã ciuitatis, narrauerunt eis, ca.7. dicẽtes, Iuimus ad caſtra Syriæ, & nullũ ibidem reperimus hominẽ niſi equos, & aſinos alligatos, & fixa tentoria. Ierũt ergo portarij, & nuntiauerũt in palatio regis intrinſecus. Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt q̃a fame laboram⁹, & idcirco egreſſi ſunt de caſtris, & latitant in agris, dicẽtes Cum egreſſi

egreſſi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatẽ ingredi poterimꝰ. Reſpõdit aũt vnus ſeruorum eius, Tollamus quinq; equos, q̃ remanſerũt in vrbe (quia ipſi tantum ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael, alij enim cõſumpti ſunt) & mittentes, explorare poterimꝰ. Adduxerunt ergo duos equos: miſitq; rex in caſtra Syrorum, dicens, Ite, & videte. Qui abierunt poſt eos vſq; ad Iordanẽ: ecce autem omnis via plena erat veſtibꝰ, & vaſis, quę proiecerant Syri cum turbarentur: reuerſiq; nuntij indicauerũt regi: Et egreſſus populus diripuit caſtra Syriæ: factusq; eſt modius ſimilę ſtatere vno, & duo mod j hordei ſtatere vno iuxta verbũ dñi. Porro rex ducẽ illũ, in cuius manu incumbebat, conſtituit ad portã: quẽ cõculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt, iuxta quod locutꝰ fuerat vir Dei, quã do deſcenderat rex ad eum. Factũq; eſt ſecundũ ſermonẽ viri Dei, quem dixerat regi, quãdo ait, Duo modij hordei ſtatere vno erũt: & modiꝰ ſimilę ſtatere vno, hoc eodẽ tẽpore cras in porta Samariæ: quãdo reſponderat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiã ſi dñs fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde nõ comedes. Euenit ergo ei ſicut prædictum erat, & cõculcauit eũ populus in porta, & mortuus eſt.

Ex epĺa Pauli ij. ad Timo. L.ij.

HOc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa: & erũt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habẽtes ſpeciẽ quidem pietatis, virtutem aũt eius abnegãtes. Et hos deuita, ex his enim ſunt q̃ penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs: ſemper diſcentes, & nunquã ad ſciẽtiã veritatis peruenientes: Quemadmodũ aũt Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ: ſed vltra nõ proficiẽt, inſipientia enim eorũ manifeſta erit omnibus, ſicut & illorũ fuit. Tu autẽ aſſecutus es meam doctrinam, in- ca. 3.

inſtitutionē, propoſitū, fidem, longenimitatē, dilectionem, patiētiā, perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij, Lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui, & ex oībus eripuit me dñs. Et oēs qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionē patiētur. Mali aūt homines & ſeductores proficiēt in peius: errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane in ijs quæ didiciſti, & credita ſunt tibi: ſciens à quo didiceris, & ꝙ ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutē, per fidē quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis enim ſcriptura diuinit⁹ inſpirata, vtilis eſt ad docendū, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū in iuſtitia, vt pfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.

¶ Feria.iiij.ex Daniele. Lcō.j.

Da.2. IN anno ſecūdo regni Nabuchodonoſor vidit Nabuchodonoſor ſomniū: & conterritus eſt ſpūs eius, & ſomniū ei⁹ fugit ab eo. Præcepit aūt rex vt cōuocarent arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarēt regi ſomnia ſua. Qui cū veniſſent ſteterunt corā rege: & dixit ad eos rex, Vidi ſomniū: & mente cōfuſus ignoro quid viderim. Reſponderuntq; Chaldæi regi, Syriace, rex in ſempiternū viue: dic ſomniū ſeruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et reſpondēs Rex ait Chaldęis, Sermo receſſit à me: niſi indicaueritis mihi ſomniū & cōiecturam ei⁹, peribitis vos, & domus veſtrę publicabuntur. Si autem ſomniū & coniecturā ei⁹ narraueritis, præmia & dona, & honorem multū accipietis à me. Somniū igitur, & interpretationē eius indicate mihi. Reſpōderūt ſecundo atq; dixerūt, Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationē illius indicabimus. Reſpōditq; rex, & ait, Certe noui ꝙ tempus redimitis, ſcientes ꝙ receſſerit à me ſermo. Si ergo ſomniū nō indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, ꝙ interpretationē quoque fallacē & deceptione plenā cōpoſueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranſeat. Somniū itaq; dicite mihi, vt ſciam ꝙ interpretationē quoq; eius verā loquamini. Reſpōdētes ergo Chaldęi corā rege, dixerunt, Non eſt homo ſup terrā, qui ſermonē tuū, rex, poſſit implere: ſed neq; regum quiſquā magn⁹ & potens, verbum huiuſmodi ſciſcitatur ab omni ariolo, & mago, &

Chal-

Chaldæo. Sermo enim quẽ tu quęris, rex, grauis eſt: nec reperietur quiſquã qui indicet illũ in cõſpectu regis, exceptis diis, quorũ nõ eſt cũ hoĩbus cõuerſatio. Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirent oẽs ſapientes Babylonis.

Ex epl'a Pauli. ij. ad Timo. L. ij.

c. 4. a T† Eſtificor coram Deo & Ieſu Chriſto qui iudicaturus eſt viuos & mortuos per aduentum ipſius, & regnum eius: ꝑdica verbũ, inſta, opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni potẽtia & doctrina. Erit enim tẽpus cum ſanam doctrinã nõ ſuſtinebũt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, pruriẽtes auribus, & à veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas aũt cõuertẽtur. Tu vero vigila, in oĩbus labora, opus fac Euãgeliſtę, miniſteriũ tuum imple, ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: & tẽpus reſolutionis meæ inſtat. Bonũ certamen certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dñs in illa die, iuſtus iudex: nõ ſolum autẽ mihi, ſed & iis q diligũt aduen

B tum ei⁹.] Feſtina ad me venire cito. Demas enim me reliquit, diligens hoc ſeculum, & abiit Theſſalonicã, Creſcẽs in Galatiam, Titus in Dalmatiã. Lucas eſt mecũ ſolus. Marcũ aſſume, & adduc tecum: eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tychicum aũt miſi Epheſum. Penulã quã reliqui Troade apud Carpum, veniẽs affer tecũ, & libros, maxime autẽ mẽbranas. Alexander ærarius multa mala mihi oſtẽdit: reddet illi dñs ſecundũ opera eius: quẽ & tu deuita, valde enim reſtitit verbis nr̃is. In prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed oẽs me dereliquerunt: nõ illis imputet᷑. Dñs autẽ mihi aſtitit, & cõfortauit me, vt per me ꝑdicatio impleat᷑, & audiant oẽs gẽtes: & liberat⁹ ſum de ore leonis. Liberauit me dñs ab oĩ ope malo: & ſaluũ faciet in regnũ ſuũ cœleſte: cui gloria in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Saluta Priſcillã & Aquilã, & Oneſiphori domũ. Eraſt⁹ remãſit Corinthi. Trophimũ aũt reliqui infirmũ Mileti. Feſtina ante hyemẽ venire. Salutãt te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & frẽs oẽs. Dñs Ieſus Chriſtus cũ ſpũ tuo. Gratia vobiſcum. Amen.

¶ Feria. v. ex Daniele. Lectio. i.

E T egreſſa ſententia, ſapientes interficiebãtur: quęrebaturq; ca. 1.

batirēq; Daniel & ſocij eius, vt perirent. Tūc Daniel requiſiuit de lege atq; ſentētia ab Arioch principe militiæ regis, q̄ egreſſus fuerat ad interficiendos ſapientes Babylonis. Et interrogauit eū qui à rege poteſtatē acceperat, quā ob cauſam tam crudelis ſentētia à facie regis eſſet egreſſa. Cū ergo rem indicaſſet Arioch Danieli, Daniel ingreſſus rogauit regem vt tēpus daret ſibi ad ſolutionē indicandā regi. Et ingreſſus eſt domum ſuam: Ananiæq; & Miſaeli, & Azariæ ſociis ſuis indicauit negociū, vt quęrerēt miſericordiā à facie Dei cœli ſup̄ ſacramento iſto, & nō perirent Daniel & ſocij eius, cū cæteris ſapientibus Babylonis. Tūc Danieli myſteriū per viſionē nocte reuelatū eſt: & benedixit Daniel Deum cœli, & loquutus ait, Sit nomen dñi benedictū à ſeculo & vſq; in ſeculū: quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. Et ipſe mutat tempora & ætates: transfert regna atq; cōſtituit: dat ſapientiā ſapientibus, & ſcientiā intelligentib⁹ diſciplinā. Ipſe reuelat profunda & abſcōdita: & nouit in tenebris cōſtituta: & lux cū eo eſt. Tibi Deus patrū meorū cōfiteor, teq; laudo: qui ſapientiam & fortitudinē dediſti mihi: & nunc oſtendiſti mihi quę rogauimus te, quia ſermonem regis aperuiſti nobis. Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch quē cōſtituerat rex vt perderet ſapiētes Babylonis, ſic ei loquutus eſt: Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conſpectu regis, & ſolutionē regi narrabo. Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielē ad regem, & dixit ei: Inueni hominem de filiis transmigrationis Iudæ, qui ſolutionē regi annunciet.

Ep̄la beati Pauli ad Titū. I. ij.

ca. I. PAulus ſeruus Dei, Apoſtolus aūt Ieſu Chriſti ſecundum fidē electorū Dei & agnitionē veritatis, quæ ſecundum pietatē eſt in ſpem vitæ ęternę, quā promiſit, qui nō mentitur Deus ante tēpora ſecularia: manifeſtauit aūt temporibus ſuis verbū ſuū in prædicatione quę credita eſt mihi ſecundū præceptū Saluatoris noſtri Dei: Tito dilecto filio ſecundū cōmunē fidē, gratia & pax à Deo patre & Chriſto Ieſu Saluatore nr̄o. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, vnius

vxoris

vxoris vir, filios habens fideles, nõ in accuſatione luxuriæ, aut nõ ſubditos. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorẽ: nõ ſuperbũ, nõ iracundũ, nõ vinolentũ, nõ percuſſorẽ, nõ turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalẽ, benignum, ſobriũ, iuſtũ, ſanctũ, cõtinentẽ: amplectentẽ eum qui ſecundũ doctrinã eſt, fidelẽ ſermonẽ, vt potẽs ſit exhortari in doctrina ſana, & eos q cõtradicũt arguere. Sunt enim multi etiã inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maxime q de circunciſione ſunt: quos oportet redargui: qui vniuerſas domos ſubuertũt, docentes quę nõ oportet, turpis lucri gr͞a. Dixit quidã ex illis proprius ipſorũ ꝓpheta, Cretenſes ſemper mendaces, malę beſtiæ, ventres pigri. Teſtimoniũ hoc verũ eſt. Quã ob cauſam increpa illos dure, vt ſani ſint in fide, nõ attendẽtes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auerſantiũ ſe à veritate. Omnia mũda mundis: coinquinatis aũt & infidelib⁹ nihil eſt mundũ, ſed inquinatę ſunt eorum & mens & cõſcientia. Confitentur ſe noſſe Deum: factis autẽ negant, cum ſint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.

¶ Feria.vj. ex Daniele. Lcõ.j.

Reſpondit rex: & dixit Danieli cuius nomen erat Baltaſſar, Putaſnę vere, potes mihi indicare ſomnium quod vidi, & interpretationẽ eius? Et reſpõdẽs Daniel corã rege, ait, Myſteriũ quod rex interrogat ſapientes, magi, & arioli, & aruſpices nequeunt indicare regi: ſed eſt Deus in cœlo reuelans myſteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor; quæ vẽtura ſunt in nouiſſimis temporibus. Somniũ tuũ, & viſiones capitis tui in cubili tuo, huiuſcemodi ſunt: Tu rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo qd eſſet futurũ poſt hæc: & q reuelat myſteria, oſtẽdit tibi quę ventura ſunt. Mihi quoq; nõ in ſapiẽtia quæ eſt in me plus quã in cunctis viuentibus ſacramentũ hoc reuelatũ eſt: ſed vt interpretatio regi manifeſta fieret, & cogitatiões mẽtis tuæ ſcires. Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis: ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat cõtra te, & intuitus ei⁹ erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pect⁹ aũt & brachia, de argẽto: porro venter & femora ex ære: tibiæ aũt, ferreæ. Pedũ quædã pars erat ferrea, quædã autem fictilis.

fictilis. Videbas ita, donec ab-
ſciſſus eſt lapis de monte ſine
manibus: & percuſſit ſtatuã in
pedib⁹ eius ferreis & fictilib⁹, &
cõminuit eos. Tũc cõtrita ſunt
pariter ferrũ, teſta, æs, argentũ
& aurum, & redacta quaſi in fa
uillã æſtiuæ areæ, q̃ rapta ſunt
vento: nullusq; locus inuentus
eſt eis: lapis aũt qui percuſſerat
ſtatuã, fact⁹ eſt mons magn⁹: &
impleuit vniuerſam terrã: hoc
eſt ſomniũ. Interpretationem
quoq, ei⁹ dicemus corã te, rex.

Ex epiſtola ad Titum. Lcõ. ij.

ca. 2. TV aũt loquere quę decent
ſanam doctrinã. Senes, vt
ſobrij ſint, pudici, prudẽtes, ſani
in fide, in dilectione, in patien-
tia. Anus ſimiliter ĩ habitu ſan-
cto, nõ criminatrices, nõ multo
vino ſeruiẽtes: bene docẽtes, vt
prudẽtiã doceãt adoleſcẽtulas,
vt viros ſuos ament, filios ſuos
diligãt, prudẽtes, caſtas, ſobrias,
domus curã habẽtes, benignas,
ſubditas viris ſuis, vt non blaſ-
phemetur verbũ Dei. Iuuenes
ſimiliter hortare vt ſobrij ſint.
In oĩbus teipſum præbe exem-
plum bonorũ operũ, in doctri-
na, in integritate, in grauitate:
verbũ ſanũ, irreprehenſibile, vt
is qui ex aduerſo eſt, vereatur,
nihil habens malum dicere dę
nobis. Seruos dñis ſuis ſubditos
eſſę, in oĩbus placentes, nõ con-
tradicentes: nõ fraudãtes, ſed in
oĩbus fidem bonã oſtendentes:
doctrinã Saluatoris noſtri Dei
ornent in omnibus. † Apparuit B
enim gratia Dei Saluatoris no
ſtri oĩbus hominibus: erudiens
nos, vt abnegãtes impietatẽ &
ſecularia deſideria, ſobrie, & iu-
ſte, & pie viuamus in hoc ſecu-
lo, expectantes beatam ſpem &
aduentũ gloriæ magni Dei, &
Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,
qui dedit ſemetipſum pro no-
bis, vt nos redimeret ab omni
iniquitate, & mundaret ſibi po
pulũ acceptabilem, ſectatorem
bonorũ operũ. Hæc loquere &
exhortare:] & argue cũ omni C
imperio. Nemo te contemnat.

¶ Sabbato, ex Daniele. Lcõ. j.

TV rex regum es: & De⁹ cœ ca. 2.
li: regnũ & fortitudinẽ &
imperiũ & gloriã dedit tibi: &
omnia in q̃bus habitãt filij ho-
minum & beſtiæ agri. volucres
quoq; cœli dedit in manu tua,
& ſub ditione tua vniuerſa cõ-
ſtituit, tu es ergo caput aureũ.
Et poſt te cõſurget regnũ aliud
minus te: & regnũ tertiũ aliud
æreum, quod imperabit vniuer
ſæ terrę: & regnũ quartum erit
velut ferreũ. Quomodo ferrum

cõ-

cõminuit & domat omnia : ſic cõminuet & conteret oĩa hæc. Porro quia vidiſti pedũ & digitorũ partẽ teſteam figuli, & partem ferreã: regnũ diuiſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrũ miſtũ teſtæ ex luto. Et digitos pedũ ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnũ erit ſolidũ, & ex parte contritũ. Quod aũt vidiſti ferrũ miſtum teſtę ex luto, cõmiſcebunt quidem humano ſemine, ſed non adhærebũt ſibi, ſicuti ferrũ miſceri nõ poteſt teſtæ. In diebus aũt regnorũ illorum ſuſcitabit De⁹ cœli regnũ quod in æternũ nõ diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: cõminuet aũt & cõſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternũ. Secundũ quod vidiſti, ꝙ de monte abſciſſus eſt lapis ſine manib⁹, & cõminuit teſtã, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit regi, quæ ventura ſunt poſtea: & verũ eſt ſomniũ, & fidelis interpretatio eius. Tũc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuã, & Danielẽ adorauit: & hoſtias, & incenſum pręcepit vt ſacrificarẽt ei. Loquens ergo rex, ait Danieli: Vere Deus veſter, Deus deorũ eſt, & dñs regum, reuelans myſteria: qm̃ tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.

Ex epſa beati Pauli ad Tit. L. iij.

ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad oẽ opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, nõ litigioſos eſſe, ſed modeſtos: oẽm oſtendentes mãſuetudinẽ ad oẽs homines. Eramus enim aliquãdo & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatib⁹ variis, in malitia & inuidia agẽtes, odibiles, odiẽtes inuicẽ. Cum aũt† benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abũde per Ieſum Chriſtum Saluatorẽ noſtrũ : vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternę.] Fidelis ſermo eſt: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præeſſe, qui credũt Deo. Hęc ſunt bona & vtilia hominib⁹. Stultas aũt quęſtiones, & genealogias, & cõtẽtiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ.

c. 3. a

B

C

Hære-

Hæreticũ hominẽ poſt vnã &
ſecundã correptionem deuita:
ſciẽs qa ſubuerſus eſt q eiuſmo
di eſt,& delinquit cũ ſit proprio
iudicio cõdemnatus. Cum mi-
ſero ad te Arteman, aut Tychi-
cũ, feſtina ad me venire Nico-
polin: ibi enim ſtatui hyemare.
Zenam legiſperitum & Apollo
ſolicite præmitte, vt nihil illis
deſit. Diſcãt aũt & noſtri bonis
operib⁹ præeſſe ad vſus neceſſa-
rios: vt nõ ſint infructuoſi. Salu
tant te, qui mecũ ſunt omnes.
Saluta eos q nos amãt in fide.
Gratia Dei cũ oĩb⁹ vobis. Amẽ.

¶ Dñica.xxiiij.poſt Pẽtecoſtẽ,
Liber Tobiæ. Lectio prima.

ca.1. TObias ex tribu
& ciuitate Neph
thalim, q̃ eſt in
ſuperiorib⁹ Gali-
læa ſupra Naaſ-
ſon, poſt viã quæ ducit ad occi-
dentẽ in ſiniſtro habẽs ciuitatẽ
Sephet: cũ captus eſſet in dieb⁹
Salmanaſar regis Aſſyriorũ, in
captiuitate tamẽ poſitus, viã ve
ritatis nõ deſeruit, ita vt omnia
quæ habere poterat, quotidie
cõcaptiuis fratribus, qui erãt ex
eius genere, impartiret. Cunq;
eſſet iunior omnibus ex tribu
Nephthali, nihil tamen puerile
geſſit in opere. Deniq; cũ irent
omnes ad vitulos aureos, quos
Ieroboam fecerat rex Iſrael, hic
ſolus fugiebat cõſortia omniũ:
& pergebat in Ieruſalẽ ad tem-
plum dñi, & ibi adorabat dñm
Deũ Iſrael, oĩa primitiua ſua, &
decimas ſuas fideliter offerens,
ita vt in tertio anno proſelitis
& aduenis miniſtraret omnem
decimationẽ. Hæc & his ſimi-
lia ſecundũ legẽ Dei puerul⁹ ob
ſeruabat. Cũ vero factus fuiſſet
vir, accepit vxorẽ Annã de tri-
bu ſua, genuitq; ex ea filiũ, no-
men ſuũ imponẽs ei, quẽ ab in-
fantia timere Deũ docuit, & ab
ſtinere ab omni peccato. Igitur
dum per captiuitatẽ deueniſſet
cũ vxore ſua & filio in ciuitatẽ
Niniuem, cum omni tribu ſua.
Et cũ oẽs ederent ex cibis Gen-
tiliũ, iſte cuſtodiuit animã ſuã,
& nunquã contaminatus eſt in
eſcis eorum. Et qm̃ memor fuit
dñi in toto corde ſuo, dedit illi
Deus gratiã in cõſpectu Salma
naſar regis: & dedit illi poteſta-
tem quocunq; vellet ire, habẽs
libertatem quęcunq; facere vo
luiſſet. Pergebat ergo per oẽs
qui erãt in captiuitate, & moni
ta ſalutis dabat eis. Cum aũt ve
niſſet in Rages ciuitatẽ Medo-
rum, & ex his quib⁹ honoratus
fuerat à rege, habuiſſet decẽ ta-
lenta

lenta argenti, & cum in multa turba generis ſuis Gabelũ egentem videret, qui erat ex tribu eius ſub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

Epla prima Petri apoſt. Lcõ.ij.

c.1.a Petrus † apoſtol⁹ Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti, & Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, ſecundũ præſciẽtiã Dei patris, in ſanctificationẽ ſpirit⁹, in obedientiã & aſperſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, q ſecundum miſericordiã ſuã magnã regenerauit nos in ſpem viuã, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilẽ, & incontaminatã, & immarceſcibilem cõſeruatã in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidẽ, in ſalutẽ paratã reuelari in tempore novissimo. In quo exultabitis, modicũ nũc ſi oportet cõtriſtari in varijs tẽtationib⁹: vt probatio veſtrę fidei multo pretioſior ſit auro (quod per ignẽ probatꝛ) inueniatur in laudẽ & gloriã & honorem in reuelatione Ieſu B Chriſti.] quẽ cũ non videritis, diligitis, in quẽ nunc quoq, nõ videntes creditis: credentes aũt exultabitis lætitia ĩenarrabili & glorificata, reportãtes finẽ fidei veſtræ ſalutẽ animarũ veſtrarum, de qua ſalute exquiſierũt atq; ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia ꝓphetauerũt, ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpũs Chriſti: prænuntians eas quæ ĩ Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias: quib⁹ reuelatum eſt, ꝙ nõ ſibimetipſis, nobis aũt miniſtrabãt ea quę nũc nuntiata ſunt vobis per eos qui euangelizauerũt vobis. Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in quem deſiderant angeli proſpicere.

Secundum Matthęum. Lcõ.iij.

In illo tẽpore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps vn⁹ acceſſit & adorauit eum dicẽs: dñe filia mea mõ defuncta eſt. ca.9.

Et rel. Hom. ſcti Hiero. preſby.

Octauũ ſignũ eſt, in quo princeps ſuſcitari poſtulat filiã ſuã, nolens de myſterio verę Reſurrectionis excludi. Sed ſubintrauit mulier ſanguine fluens, & octauo ſanatur loco: vt principis filia de hoc excluſa numero veniat ad nonum: iuxta illud quod in pſalmo dicitur, Æthiopia pręueniet manus eius Deo. Et, Cum intrauerit plenitudo gentiũ, tũc omnis Iſrael ſaluus erit.

erit. Et ecce mulier, quæ ſangui
nis fluxũ patiebatur duodecim
annis acceſſit retro, & tetigit
fimbriã veſtimẽti eius. In euan
gelio ſecundum Lucam ſcribi-
tur ꝙ principis filia duodecim
annos haberet ætatis. Nota er
go ꝙ eo tempore hæc mulier,
id eſt, gentium populus cœperit
ægrotare, quo genus Iudæorũ
crediderit. Niſi enim ex cõpara
tione virtutũ, vitiũ nõ oſtendi-
tur. Hæc autẽ mulier ſangui-
ne fluens, non in domo, non in
vrbe accedit ad dñm: qa iuxta
legem, vrbibus excludebatur:
ſed in itinere ambulante dño.
Vt dum pergit ad aliã: alia cu-
raretur: vnde dicunt & apoſto-
li, Vobis quidem prius oporte-
bat prædicari verbum Dei: ſed
quoniam vos iudicaſtis indi-
gnos ſalute, tranſgredimur ad
gentes. Dicebat enim intra ſe:
Si tetigero tantum veſtimentũ
eius, ſalua ero. Te deum. Oro.

ABſolue quęſum⁹ dñe tuo-
rum delicta populorũ: &
à pctõrũ noſtrorũ nexibus, quę
pro ñra fragilitate cõtraximus,
tua benignitate liberemur. Per.

¶ Feria.ij. ex Tobia Lectio.j.

ca.1. POſt multũ vero temporis
mortuo Salmanaſar rege
cũ regnaret Sennacherib filius
ei⁹ pro eo, & filios Iſrael exoſos
haberet ĩ cõſpectu ſuo, Tobias
quotidie pergebat per omnẽ co
gnationẽ ſuam, & cõſolabatur
eos, diuidebatq; vnicuiq; prout
poterat de facultatib⁹ ſuis. Eſu-
rientes alebat, nudisq; veſtimẽ-
ta præbebat, & mortuis atque
occiſis ſepulturã ſolicitus exhi-
bebat. Deniq; cũ reuerſus eſſet
rex Sennacherib fugiẽs à Iudęa
plagã, quam circa eum fecerat
Deus propter blaſphemiã ſuã,
& iratus multos occideret ex
filijs Iſrael, Tobias ſepeliebat
corpora eorum. At vbi nuntia-
tum eſt regi, iuſſit eum occidi,
& tulit omnẽ ſubſtantiã eius.
Tobias vero cũ filio ſuo, & cum
vxore fugiẽs, nudus latuit, quia
multi diligebãt eum. Poſt dies
vero quadragintaquinq; occi-
derũt regem filij ipſius, & reuer
ſus eſt Tobias in domũ ſuã, om
nisq; facultas ei⁹ reſtituta eſt ei.
Poſt hæc vero cum eſſet dies fe ca.2.
ſtus dñi, & factũ eſſet prandiũ
bonum in domo Tobiæ, dixit
filio ſuo, Vade & adduc aliquos
de tribu noſtra timentes Deũ,
vt epulentur nobiſcum. Cunq;
abiiſſet, reuerſus nuntiauit vnũ
ex filijs Iſrael iugulatũ iacere
in platea. Statimq; exiliens de
accubitu ſuo, relinquens pran-
dium,

dium, ieiunus peruenit ad corpus: tollenſq; illud portauit ad domũ ſuam occulte, vt dum ſol occubuiſſet, caute ſepeliret eũ. Cunq; occultaſſet corpus, man
8 ducauit pañẽ cum luctu & tremore, memorans illum ſermonem, quem dixit dñs per Amos prophetam, Dies feſti veſtri cõuertentur in lamentationem, & luctum. Cum vero ſol occubuiſſet, abiit & ſepeliuit eum.

Ex epl̃a prima Petri apoſt. L.ij.

ca.1. PRopter quod; ſuccincti lũbos mentis veſtræ, ſobrij, perfecte ſperate in eã quę offertur vobis gratiã in reuelatione Ieſu Chriſti quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorãtię veſtræ deſideriis: ſed ſecundũ eum qui vocauit vos, ſanctũ, vt & ipſi in omni cõuerſatione ſancti ſitis: qm̃ ſcriptũ eſt, Sancti eritis, qm̃ ego ſanct⁹ ſum. Et ſi patrẽ inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarũ iudicat ſecundũ vniuſcuiuſq; opus: in timore, incolatus veſtri tẽpore cõuerſamini. Scientes q̃ nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti eſtis de vana veſtra cõuerſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incõtaminati, pręcogniti quidem ante mundi cõſtitutionẽ, manifeſtati aũt nouiſſimis temporib⁹ propter vos q per ipſum fideles eſtis in Deo q ſuſcitauit eũ à mortuis, & dedit ei gloriã: vt fides veſtra & ſpes eſſet in Deo. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde inuicẽ diligite attentius: renati nõ ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbũ Dei viui & p̃manẽtis in ęternũ: quia oĩs caro vt fœnum: & omnis gloria ei⁹ tanquã flos fœni: exaruit fœnũ: & flos ei⁹ decidit: Verbum aũt dñi manet in æternum: hoc eſt autẽ verbũ quod euangelizatum eſt in vobis.

❡Feria.iij.ex Tobia. Lectio.j.

ARguebant autẽ eum omnes proximi eius, dicẽtes, ca.2. Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperiũ, & iterum ſepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deũ quã regẽ rapiebat corpora occiſorũ, & occultabat ĩ domo ſua, & medijs noctib⁹ ſepeliebat ea. Contigit aũt, vt quadam die fatigatus à ſepultura, veniẽs in domũ ſuam, iactaſſet ſe iuxta parietem: & obdormiſſet: & ex nido hirundinũ dormienti illi, calida ſtercora inciderẽt ſuper ocu-

oculos eius, fieretq; cæcus. Hãc aũt tentationem ideo permiſit dñs euenire illi, vt poſteris daretur exemplũ patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Nam cum ab infantia ſua ſemper Deũ timuerit, & mandata eius cuſtodierit, nõ eſt contriſtatus cõtra Deũ, ꝙ plaga cæcitatis euenerit ei: ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitę ſuæ. Nã ſicut beato Iob inſultabãt reges: ita iſti, parẽtes, & cognati eius irridebãt vitã eius, dicẽtes, vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, qm̃ filij ſanctorũ ſumus, & vitã illã expectam⁹, quã Deus daturus eſt his, qui fidẽ ſuã nunquã mutãt ab eo. Anna vero vxor ei⁹ ibat ad opus textrinũ quotidie: & de labore manuũ ſuarum victũ, quem cõſequi potuiſſet deferebat. Vnde factum eſt, vt hœdũ caprarũ accipiens detuliſſet domũ. Cuius cum vocẽ balantis vir eius audiſſet, dixit, Videte ne forte furtiuus ſit: reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata, reſpondit: Manifeſte vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynę tuę modo apparuerunt. Atq, his & aliis huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.

Ex ep̄la prima Petri apoſt. c.ij.

DEponentes † igitur omnẽ malitiã, & omnẽ dolum, & ſimulationes, & inuidias, & oẽs detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles & ſine dolo lac cõcupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Si tamen guſtatis qm̃ dulcis eſt dñs. Ad quẽ accedẽtes, lapidẽ viuum, ab hominibus quidẽ reprobatum, à Deo autẽ electũ & honorificatum: & ipſi tanquã lapides viui ſuperædificamini domus ſpiritualis, ſacerdotiũ ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo ꝑ Ieſum Chriſtũ. Propter quod continet ſcriptura. Ecce pono in Sion lapidem ſummũ angularem, probatũ, electũ, pretioſum: & qui crediderit in eum, nõ confundetur. Vobis igitur honor credentib⁹: nõ credentibus aũt, lapis quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: & lapis offenſionis & petra ſcãdali, his qui offendũt verbo, nec credũt in quo & poſiti ſunt. Vos autẽ genus electũ, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, popul⁹ acquiſitionis:

nis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquãdo nõ populus Dei: nũc autẽ populus Dei, qui non conſequuti miſericordiã: nunc autem miſericordiam cõſequuti.

Feria.iiii. ex Tobia. Lcõ.j.

ca.3. TVnc Tobias ingemuit & cœpit orare cum lachrymis, dicẽs: Iuſtus es dñe, & omnia iudicia tua vera ſunt: & oẽs viæ tuę miſericordia, & veritas, & iudiciũ. Et nunc dñe memor eſto mei, & ne vindictã ſumas de peccatis meis, neq; reminiſcaris delicta mea, vel parentũ meorũ. Quoniã nõ obediuim⁹ pręceptis tuis, ideo traditi ſum⁹ in direptionẽ, & captiuitatẽ, & mortem, & in fabulã, & in improperium oĩbus nationib⁹ in quibus diſperſiſti nos. Et nunc dñe magna iudicia tua, q̃a nõ egimus ſecundũ præcepta tua: & nõ ambulauimus ſynceriter coram te. Et nunc dñe ſecundũ voluntatẽ tuã fac mecũ, & præcipe in pace recipi ſpiritũ meũ. Expedit enim mihi mori magis quam viuere. Eadẽ itaq; die cõtigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorũ, & ipſa audiret improperiũ ab vna ex ancillis patris ſui, qm̃ tradita fuerat ſeptẽ viris, & dæmoniũ noĩe Aſmodæus occiderat eos, mox vt ingreſſi fuiſſent ad eã. Ergo cũ pro culpa ſua increparet puellã, reſpõdit ei, dicẽs, Ampli⁹ ex te nõ videam⁹ filiũ, aut filiã ſup terrã, interfectrix virorum tuorũ. Nunqd & occidere me vis, ſicut etiã occidiſti ſeptẽ viros? Ad hãc vocẽ perrexit in ſuperius cubiculũ dom⁹ ſuæ: & tribus dieb⁹, & tribus noctibus nõ manducauit, neq; bibit: ſed in oratione perſiſtẽs cũ lachrymis deprecabatur Deum, vt ab iſto improperio liberaret eam.

Exeplũ prima Petri.poſt. L.ij.

CHariſſimi, † obſecro vos c.2.b tanquã aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animã, cõuerſationẽ veſtrã inter gentes habẽtes bonã: vt in eo quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturę propter dñm: ſiue regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquã ab eo miſſis, ad vindictã malefactorum, laudem vero bonorum; quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere

faciatis imprudẽtiũ hominum ignorantiã: quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes maliciæ libertatẽ, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate. Fraternitatẽ diligite. Deũ timete. Regẽ honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dñis, nõ tantũ bonis & modeſtis: ſed etiã dyſcolis. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei cõſcientiã ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſti-
C netis: hęc eſt grã apud Deum.] In hoc enim vocati eſtis: qa & † Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt ſequamini veſtigia eius, q peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore ei⁹: qui cũ malediceretur, nõ maledicebat: cũ pateretur, nõ cõminabatur, tradebat aũt iudicanti ſe iniuſte, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed cõuerſi eſtis nũc ad paſtorẽ & epiſcopum animarũ veſtrarum.]

Feria. v. ex Tobia. Lectio. j.

ca. 3 FActum eſt autem die tertia dum cõpleret orationẽ, benedicens dñm, dixit, Benedictũ eſt nomen tuũ Deus patrũ noſtrorũ: qui cũ iratus fueris miſericordiam facies, & in tẽpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocãt te. Ad te dñe faciem meã cõuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto dñe, vt de vinculo improperij hui⁹ abſoluas me aut certe deſup terrã eripias me. Tu ſcis, Dñe, quia nunquã cõcupiui virũ, & mundã ſeruaui animã meã ab omni concupiſcentia. Nunquã cum ludentibus miſcui me: neq; cum his qui in leuitate ambulãt, participem me prębui. Virũ aũt cum timore tuo, nõ cũ libidine mea cõſenſi ſuſcipere. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forſitan me nõ fuerunt digni: quia forſitan viro alij conſeruaſti me. Non eſt enim in hominis poteſtate conſiliũ tuũ. Hoc aũt pro certo habet omnis qui te colit, ꝙ vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi aũt in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiã tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionib⁹ noſtris: quia poſt tempeſtatem, tranquillũ facis, & poſt lachrymationẽ & fletũ, exultationẽ infundis. Sit nomen tuum Deus

Iſrael benedictũ in ſecula. In il
lo tpe exauditæ ſunt preces am
borũ in cõſpectu glorię ſummi
Dei; & miſſus eſt angel' dñi ſan
ctus Raphael, vt curaret eos am
bos, quorũ vno tẽpore ſunt ora
tiones in cõſpectu dñi recitatæ.

Ex epl'a .j. beati Petri apoſt. L.ij.

ca. 3. SImiliter & mulieres ſubditę
ſint viris ſuis: vt & ſi qui nõ
credunt verbo, per mulierũ cõ-
uerſationẽ ſine verbo lucrifiãt,
cõſiderantes in timore caſtam
conuerſationẽ veſtrã. Quarum
non ſit extrinſecus capillatura,
aut circundatio auri, aut indu-
menti veſtimentorũ cultus: ſed
qui abſcõdit' eſt, cordis homo
in incorruptibilitate, quieti &
modeſti ſpũs, qui eſt in conſpe-
ctu Dei locuples. Sic enim ali-
quando & ſanctę mulieres ſpe-
rantes in Deo ornabãt ſe, ſubie
ctę proprijs viris, ſicut Sara obe
diebat Abrahæ, dñm eum vo-
cans: cuius eſtis filiæ, benefaciẽ-
tes, & nõ pertimẽtes vllam per-
turbationẽ. Viri ſimiliter, coha-
bitantes ſecundũ ſcientiã, quaſi
infirmiori vaſculo muliebri im
partientes honorẽ, tanquã & co
hæredibus gratiæ vitæ: vt non
impediantur orationes veſtræ.
B In fine aũt † omnes vnanimes
cõpatientes, fraternitatis ama-
tores, miſericordes, modeſti, hũ
miles, non reddentes malũ pro
malo, nec maledictũ pro male-
dicto: ſed è cõtrario, benedicen
tes, quia in hoc vocati eſtis, vt
benedictionẽ hæreditate poſſi-
deatis. Qui enim vult vitã dili-
gere, & dies videre bonos, coer-
ceat linguã ſuã à malo, & labia
eius ne loquant' dolũ. Declinet
à malo, & faciat bonũ: inquirat
pacẽ, & ſequatur eã: quia oculi
dñi ſuper iuſtos, & aures eius in
preces eorũ. Vultus aũt dñi ſu-
per facientes mala. Et quis eſt,
qui vobis noceat, ſi boni æmu-
latores fueritis? Sed & ſi quid
patimini propter iuſtitiã, beati.
Timorẽ autẽ eorum ne timue-
ritis, & nõ conturbemini: dñm
aũt Chriſtũ ſanctificate in cor-
dibus veſtris,] parati ſemper ad C
ſatisfactionẽ omni poſcẽti vos
rationẽ de ea, quæ in vobis eſt,
ſpe, ſed cũ modeſtia & timore
cõſcientiã habentes bonã: vt in
eo quod detrahũt de vobis, cõ
fundantur qui calumniãtur ve
ſtrã bonã in Chriſto conuerſa-
tionẽ. Melius eſt enim vt bene-
facientes (ſi voluntas Dei velit)
pati, quã malefaciẽtes. Quia &
† Chriſt' ſemel pro peccatis no D
ſtris mortuus eſt, iuſt' pro iniu
ſtis: vt nos offerret Deo, morti-

ſictilis. Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus: & percuſſit ſtatuã in pedib⁹ eius ferreis & fictilib⁹, & cóminuit eos. Tũc cõtrita ſunt pariter ferrũ, teſta, æs, argentũ & aurum, & redacta quaſi in fauillã æſtiuæ areæ, q̃ rapta ſunt vento: nulluſq; locus inuentus eſt eis: lapis aũt qui percuſſerat ſtatuã, fact⁹ eſt mons magn⁹: & impleuit vniuerſam terrã: hoc eſt ſomniũ. Interpretationem quoq; ei⁹ dicemus corã te, rex.

Ex epiſtola ad Titum. Lcõ. ij.

ca. 2. TV aũt loquere quę decent ſanam doctrinã. Senes, vt ſobrij ſint, pudici, prudẽtes, ſani in fide, in dilectione, in patientia. Anus ſimiliter ĩ habitu ſancto, nõ criminatrices, nõ multo vino ſeruiẽtes: bene docẽtes, vt prudẽtiã doceãt adoleſcẽtulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligãt, prudẽtes, caſtas, ſobrias, domus curã habẽtes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbũ Dei. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. In oĩbus teipſum præbe exemplum bonorũ operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate: verbũ ſanũ, irreprehenſibile, vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere dę nobis. Seruos dñis ſuis ſubditos eſſe, in oĩbus placentes, nõ contradicentes: nõ fraudãtes, ſed in oĩbus fidem bonã oſtendentes: doctrinã Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus. † Apparuit B enim gratia Dei Saluatoris noſtri oĩbus hominibus: erudiens nos, vt abnegãtes impietatẽ & ſecularia deſideria, ſobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilem, ſectatorem bonorũ operũ. Hæc loquere & exhortare:] & argue cũ omni C imperio. Nemo te contemnat.

¶ Sabbato, ex Daniele. Lcõ. j.

TV rex regum es: & De⁹ cœli: regnũ & fortitudinẽ & imperiũ & gloriã dedit tibi: & ca. 2. omnia in q̃bus habitãt filij hominum & beſtiæ agri. volucres quoq; cœli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa cõſtituit, tu es ergo caput aureũ. Et poſt te cõſurget regnũ aliud minus te: & regnũ tertiũ aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terrę: & regnũ quartum erit velut ferreũ. Quomodo ferrum cõ-

cōminuit & domat omnia: ſic cōminuet & conteret oīa hæc. Porro quia vidiſti pedū & digitorū partē teſteam figuli, & partem ferreā: regnū diuiſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrū miſtū teſtæ ex luto. Et digitos pedū ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnū erit ſolidū, & ex parte contritū. Quod aūt vidiſti ferrū miſtum teſtę ex luto, cōmiſcebunt quidem humano ſemine, ſed non adhærebūt ſibi, ſicuti ferrū miſceri nō poteſt teſtæ. In diebus aūt regnorū illorum ſuſcitabit De⁹ cœli regnū quod in æternū nō diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: cōminuet aūt & cōſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternū. Secundū quod vidiſti, ꝙ de monte abſciſſus eſt lapis ſine manib⁹, & cōminuit teſtā, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit regi, quæ ventura ſunt poſtea: & verū eſt ſomniū, & fidelis interpretatio eius. Tūc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuā, & Danielē adorauit: & hoſtias, & incenſum pręcepit vt ſacrificarēt ei. Loquens ergo rex, ait Danieli: Vere Deus veſter, Deus deorū eſt, & dn̄s regum, reuelans myſteria: qm̄ tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.

Ex ep̄la beati Pauli ad Tit. c. iij.

ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad oē opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, nō litigioſos eſſe, ſed modeſtos: oēm oſtendentes māſuetudinē ad oēs homines. Eramus enim aliquādo & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatib⁹ variis, in malitia & inuidia agētes, odibiles, odiētes inuicē. C. 3. a
Cum aūt† benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: nō ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundū ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit, per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abūde per Ieſum Chriſtum Saluatorē noſtrū: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternę.] B
Fidelis ſermo eſt: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præeſſe, qui credūt Deo. Hęc ſunt bona & vtilia hominib⁹. Stultas aūt quęſtiones, & genealogias, & cōtētiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. C

Hære-

Hæreticũ hominẽ poſt vnã & ſecundã correptionem deuita: ſciẽs qa ſubuerſus eſt q eiuſmodi eſt, & delinquit cũ ſit proprio iudicio cõdemnatus. Cum miſero ad te Arteman, aut Tychicũ, feſtina ad me venire Nicopolin: ibi enim ſtatui hyemare. Zenam legiſperitum & Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit. Diſcãt aũt & noſtri bonis operib⁹ præeſſe ad vſus neceſſarios: vt nõ ſint infructuoſi. Salutant te, qui mecũ ſunt omnes. Saluta eos q nos amãt in fide. Gratia Dei cũ oĩb⁹ vobis. Amẽ.

¶ Dñica.xxiij.poſt Pẽtecoſtẽ, Liber Tobiæ. Lectio prima.

ca.1. TObias ex tribu & ciuitate Nephthalim, q̃ eſt in ſuperiorib⁹ Galilææ ſupra Naaſſon, poſt viã quæ ducit ad occidentẽ in ſiniſtro habẽs ciuitatẽ Sephet: cũ captus eſſet in dieb⁹ Salmanaſar regis Aſſyriorũ, in captiuitate tamẽ poſitus, viã veritatis nõ deſeruit, ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie cõcaptiuis fratribus, qui erãt ex eius genere, impartiret. Cunq; eſſet iunior omnibus ex tribu Nephthali, nihil tamen puerile geſſit in opere. Deniq; cũ irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Iſrael, hic ſolus fugiebat cõſortia omniũ: & pergebat in Ieruſalẽ ad templum dñi, & ibi adorabat dñm Deũ Iſrael, oĩa primitiua ſua, & decimas ſuas fideliter offerens; ita vt in tertio anno proſelitis & aduenis miniſtraret omnem decimationẽ. Hæc & his ſimilia ſecundũ legẽ Dei puerul⁹ obſeruabat. Cũ vero factus fuiſſet vir, accepit vxorẽ Annã de tribu ſua, genuitq; ex ea filiũ, nomen ſuũ imponẽs ei, quẽ ab infantia timere Deũ docuit, & abſtinere ab omni peccato. Igitur dum per captiuitatẽ deueniſſet cũ vxore ſua & filio in ciuitatẽ Niniuem, cum omni tribu ſua. Et cũ oẽs ederent ex cibis Gentiliũ, iſte cuſtodiuit animã ſuã; & nunquã contaminatus eſt in eſcis eorum. Et qm̃ memor fuit dñi in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiã in cõſpectu Salmanaſar regis: & dedit illi poteſtatem quocunq; vellet ire, habẽs libertatem quęcunq; facere voluiſſet. Pergebat ergo per oẽs qui erãt in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis. Cum aũt veniſſet in Rages ciuitatẽ Medorum, & ex his quib⁹ honoratus fuerat à rege, habuiſſet decẽ talenta

lenta argenti, & cum in multa turba generis ſuis Gabelũ egentem videret, qui erat ex tribu eius ſub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

Ep'la prima Petri apoſt. Lcõ.ij.

a.1.a PEtrus † apoſtol' Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti, & Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, ſecundũ præſciẽtiã Dei patris, in ſanctificationẽ ſpirit', in obedientiã & aſperſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, q ſecundum miſericordiã ſuã magnã regenerauit nos in ſpem viuã, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilẽ, & incontaminatã, & immarceſcibilem cõſeruatã in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidẽ, in ſalutẽ paratã reuelari in tempore nouiſſimo. In quo exultabitis, modicũ nũc ſi oportet cõtriſtari in varijs tẽtationib': vt probatio veſtrę fidei multo pretioſior ſit auro (quod per ignẽ probat) inueniatur in laudẽ & gloriã & honorem in reuelatione Ieſu

B Chriſti.] quẽ cũ non videritis, diligitis, in quẽ nunc quoq, nõ videntes creditis: credentes aũt exultabitis lætitia ĩenarrabili & glorificata, reportãtes finẽ fidei veſtræ ſalutẽ animarũ veſtrarum, de qua ſalute exquiſierũt atq; ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia ꝓphetauerũt, ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpũs Chriſti: prænuntians eas quæ ĩ Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias: quib' reuelatum eſt, ꝙ nõ ſibimetipſis, nobis aũt miniſtrabãt ea quę nũc nuntiata ſunt vobis per eos qui euangelizauerũt vobis. Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in quem deſiderant angeli proſpicere.

Secundum Matthęum. Lcõ.iij.

IN illo tẽpore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps vn' acceſſit & adorauit eum dicẽs: dñe filia mea mõ defuncta eſt. ca.9.

Et rel'. Hom. ſcti Hiero. presby.

OCtauũ ſignũ eſt, in quo princeps ſuſcitari poſtulat filiã ſuã, nolens de myſterio verę Reſurrectionis excludi. Sed ſubintrauit mulier ſanguine fluens, & octauo ſanatur loco: vt principis filia de hoc excluſa numero veniat ad nonum; iuxta illud quod in pſalmo dicitur, Æthiopia pręueniet manus eius Deo. Et, Cum intrauerit plenitudo gentiũ, tũc omnis Iſrael ſaluus erit.

erit. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis acceſſit retro, & tetigit fimbriã veſtimẽti eius. In euangelio ſecundum Lucam ſcribitur ꝙ principis filia duodecim annos haberet ætatis. Nota ergo ꝙ eo tempore hæc mulier, id eſt, gentium populus cœperit ægrotare, quo genus Iudæorũ crediderit. Niſi enim ex cõparatione virtutũ, vitiũ nõ oſtenditur. Hæc autẽ mulier ſanguine fluens, non in domo, non in vrbe accedit ad dñm: qa iuxta legem, vrbibus excludebatur: ſed in itinere ambulante dño. Vt dum pergit ad aliã: alia curaretur: vnde dicunt & apoſtoli, Vobis quidem prius oportebat prædicari verbum Dei: ſed quoniam vos iudicaſtis indignos ſalute, tranſgredimur ad gentes. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantum veſtimentũ eius, ſalua ero. T e deum. Oro.

ABſolue quęſum⁹ dñe tuorum delicta populorũ: & à pctõrũ noſtrorũ nexibus, quę pro nr̃a fragilitate cõtraximus, tua benignitate liberemur. Per.

¶ Feria.ij. ex Tobia. Lectio.j.

ca.1. POſt multũ vero temporis mortuo Salmanaſar rege cũ regnaret Sennacherib filius ei⁹ pro eo, & filios Iſrael exoſos haberet ĩ cõſpectu ſuo, Tobias quotidie pergebat per omnẽ cognationẽ ſuam, & cõſolabatur eos, diuidebatq; vnicuiq; prout poterat de facultatib⁹ ſuis. Eſurientes alebat, nudiſq; veſtimẽta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturã ſolicitus exhibebat. Deniq; cũ reuerſus eſſet rex Sennacherib fugiẽs à Iudęa plagã, quam circa eum fecerat Deus propter blaſphemiã ſuã, & iratus multos occideret ex filijs Iſrael, Tobias ſepeliebat corpora eorum. At vbi nuntiatum eſt regi, iuſſit eum occidi, & tulit omnẽ ſubſtantiã eius. Tobias vero cũ filio ſuo, & cum vxore fugiẽs, nudus latuit, quia multi diligebãt eum. Poſt dies vero quadragintaquinq; occiderũt regem filij ipſius, & reuerſus eſt Tobias in domũ ſuã, omniſq; facultas ei⁹ reſtituta eſt ei.
Poſt hæc vero cum eſſet dies feſtus dñi, & factũ eſſet prandiũ bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo, Vade & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deũ, vt epulentur nobiſcum. Cunq; abiiſſet, reuerſus nuntiauit vnũ ex filijs Iſrael iugulatũ iacere in platea. Statimq; exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandium, ca.2.

dum, ieiunus peruenit ad corpus: tollenſq; illud portauit ad domũ ſuam occulte, vt dum ſol occubuiſſet, caute ſepeliret eũ. Cunq; occultaſſet corpus, manducauit panẽ cum luctu & tremore, memorans illum ſermonem, quem dixit dñs per Amos prophetam, Dies feſti veſtri cõuertentur in lamentationem, & luctum. Cum vero ſol occubuiſſet, abiit & ſepeliuit eum.

Ex epl'a prima Petri apoſt. L.ij.

ca.1. PRopter quod, ſuccincti lũbos mentis veſtræ, ſobrij, perfecte ſperate in eã quę offertur vobis gratiã in reuelatione Ieſu Chriſti quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorãtię veſtræ deſideriis: ſed ſecundũ eum qui vocauit vos, ſanctũ, vt & ipſi in omni cõuerſatione ſancti ſitis: qm̃ ſcriptũ eſt, Sancti eritis, qm̃ ego ſanct⁹ ſum. Et ſi patrẽ inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarũ iudicat ſecundũ vniuſcuiuſq; opus: in timore, incolatus veſtri tẽpore cõuerſamini. Scientes ꝙ nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti eſtis de vana veſtra cõuerſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incõtaminati, pręcogniti quidem ante mundi cõſtitutionẽ, manifeſtati aũt nouiſſimis temporib⁹ propter vos q per ipſum fideles eſtis in Deo q ſuſcitauit eũ à mortuis, & dedit ei gloriã: vt fides veſtra & ſpes eſſet in Deo. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde inuicẽ diligite attentius: renati nõ ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbũ Dei viui & ꝑmanẽtis in ęternũ: quia oĩs caro vt fœnum: & omnis gloria ei⁹ tanquã flos fœni: exaruit fœnũ: & flos ei⁹ decidit: Verbum aũt dñi manet in æternum: hoc eſt autẽ verbũ quod euangelizatum eſt in vobis.

¶ Feria.iij.ex Tobia. Lectio.j.

ca.2. ARguebant autẽ eum omnes proximi eius, dicẽtes, Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperiũ, & iterum ſepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deũ quã regẽ rapiebat corpora occiſorũ, & occultabat ĩ domo ſua, & medijs noctib⁹ ſepeliebat ea. Contigit aũt, vt quadam die fatigatus à ſepultura, veniẽs in domũ ſuam, iactaſſet ſe iuxta parietem: & obdormiſſet: & ex nido hirundinũ dormienti illi, calida ſtercora inciderẽt ſuper ocu-

oculos eius, fieretq; cæcus. Hãc
aũt tentationem ideo permiſit
dñs euenire illi, vt poſteris da-
retur exemplũ patientiæ eius,
ſicut & ſancti Iob. Nam cum
ab infantia ſua ſemper Deũ ti-
muerit, & mandata eius cuſto-
dierit, nõ eſt contriſtatus cõtra
Deũ, ꝙ plaga cæcitatis euene-
rit ei: ſed immobilis in Dei ti-
more permanſit, agens gratias
Deo omnibus diebus vitę ſuæ.
Nã ſicut beato Iob inſultabãt
reges: ita iſti, parẽtes, & cognati
eius irridebãt vitã eius, dicẽtes,
vbi eſt ſpes tua pro qua eleemo
ſynas & ſepulturas faciebas?
Tobias vero increpabat eos. di-
cens, Nolite ita loqui, qm̃ filij
ſanctorũ ſumus, & vitã illã ex-
pectam⁹, quã Deus datũrus eſt
his, qui fidẽ ſuã nunquã mutãt
ab eo. Anna vero vxor ei⁹ ibat
ad opus textrinũ quotidie: & de
labore manuũ ſuarum victũ,
quem cõſequi potuiſſet defere-
bat. Vnde factum eſt, vt hœdũ
caprarũ accipiens detuliſſet do
mũ. Cuius cum vocẽ balantis
vir eius audiſſet, dixit, Videte ne
forte furtiuus ſit: reddite eum
dominis ſuis, quia non licet no
bis aut edere ex furto aliquid,
aut contingere. Ad hæc vxor
eius irata, reſpondit: Manife-
ſte vana facta eſt ſpes tua, &
eleemoſynę tuę modo apparue
runt. Atq; his & aliis huiuſce-
modi verbis exprobrabat ei.

Ex ep̃la prima Petri apoſt. L.ij.

DEponentes † igitur omnẽ c.2.a
malitiã, & omnẽ dolum,
& ſimulationes, & inuidias, &
oẽs detractiones, ſicut modo ge
niti infantes, rationabiles & ſi-
ne dolo lac cõcupiſcite: vt in eo
creſcatis in ſalutẽ. Si tamen gu-
ſtatis qm̃ dulcis eſt dñs. Ad quẽ
accedẽtes, lapidẽ viuum, ab ho-
minibus quidẽ reprobatum, à
Deo autẽ electũ & honorifica-
tum: & ipſi tanquã lapides viui
ſuperædificamini domus ſpiri-
tualis, ſacerdotiũ ſanctum, offe
rentes ſpirituales hoſtias, acce-
ptabiles Deo p Ieſum Chriſtũ.
Propter quod continet ſcriptu-
ra. Ecce pono in Sion lapidem
ſummũ angularem, probatũ,
electũ, pretioſum: & qui credi-
derit in eum, nõ confundetur.
Vobis igitur honor credentib⁹:
nõ credentibus aũt, lapis quẽ re
probauerũt ædificantes, hic fa-
ctus eſt in caput anguli: & lapis
offenſionis & petra ſcãdali, his
qui offendũt verbo, nec credũt
in quo & poſiti ſunt. Vos autẽ
genus electũ, regale ſacerdotiũ,
gens ſancta, popul⁹ acquiſitio-
nis:

nis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquãdo nõ populus Dei: nũc autẽ populus Dei, qui non conſequuti miſericordiã: nunc autem miſericordiam cõſequuti.

¶ Feria.iiii. ex Tobia. Lcõ.j.

ca.3. TVnc Tobias ingemuit & cœpit orare cum lachrymis, dicẽs: Iuſtus es dñe, & omnia iudicia tua vera ſunt: & oẽs viæ tuę miſericordia, & veritas, & iudiciũ. Et nunc dñe memor eſto mei, & ne vindictã ſumas de peccatis meis, neq; reminiſcaris delicta mea, vel parentũ meorũ. Quoniã nõ obediuim⁹ pręceptis tuis, ideo traditi ſum⁹ in direptionẽ, & captiuitatẽ, & mortem, & in fabulã, & in improperium oĩbus nationib⁹ in quibus diſperſiſti nos. Et nunc dñe magna iudicia tua, q̃a nõ egimus ſecundũ præcepta tua: & nõ ambulauimus ſynceriter coram te. Et nunc dñe ſecundũ voluntatẽ tuã fac mecũ, & præcipe in pace recipi ſpiritũ meũ. Expedit enim mihi mori magis quam viuere. Eadẽ itaq; die cõtigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorũ, & ipſa audiret improperiũ ab vna ex ancillis patris ſui, qm̃ tradita fuerat ſeptẽ viris, & dæmoniũ noĩe Aſmodæus occiderat eos, mox vt ingreſſi fuiſſent ad eã. Ergo cũ pro culpa ſua increparet puellã, reſpõdit ei, dicẽs, Amplius ex te nõ videam⁹ filiũ, aut filiã ſup terrã, interfectrix virorum tuorũ. Nunqd & occidere me vis, ſicut etiã occidiſti ſeptẽ viros? Ad hãc vocẽ perrexit in ſuperius cubiculũ dom⁹ ſuæ: & tribus dieb⁹, & tribus noctibus nõ manducauit, neq; bibit: ſed in oratione perſiſtẽs cũ lachrymis deprecabatur Deum, vt ab iſto improperio liberaret eam.

Ex epla prima Petri apoſt. L.ij.

CHariſſimi, † obſecro vos c.2.b tanquã aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animã, cõuerſationẽ veſtrã inter gentes habẽtes bonã: vt in eo quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturę propter dñm: ſiue regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquã ab eo miſſis, ad vindictã malefactorum, laudem vero bonorum; quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere

faciatis imprudẽtiũ hominum ignorantiã: quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes maliciæ libertatẽ, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate. Fraternitatẽ diligite. Deũ timete. Regẽ honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dñis, nõ tantũ bonis & modeſtis: ſed etiã dyſcolis. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei cõſcientiã ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſti
C netis: hęc eſt grã apud Deum.] In hoc enim vocati eſtis: qa & † Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt ſequamini veſtigia eius, q peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore ei⁹: qui cũ malediceretur, nõ maledicebat: cũ pateretur, nõ cõminabatur, tradebat aũt iudicanti ſe iniuſte, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed cõuerſi eſtis nũc ad paſtorẽ & epiſcopum animarũ veſtrarum.]

¶ Feria.v. ex Tobia. Lectio.j.

ca. 3 FActum eſt autem die tertia dum cõpleret orationẽ, benedicens dñm, dixit, Benedictũ eſt nomen tuũ Deus patrũ noſtrorũ: qui cũ iratus fueris miſericordiam facies, & in tẽpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocãt te. Ad te dñe faciem meã cõuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto dñe, vt de vinculo improperij hui⁹ abſoluas me aut certe deſup terrã eripias me. Tu ſcis, Dñe, quia nunquã cõcupiui virũ, & mundã ſeruaui animã meã ab omni concupiſcentia. Nunquã cum ludentibus miſcui me: neq; cum his qui in leuitate ambulãt, participem me prębui. Virũ aũt cum timore tuo, nõ cũ libidine mea cõſenſi ſuſcipere. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forſitan me nõ fuerunt digni: quia forſitan viro alij conſeruaſti me. Non eſt enim in hominis poteſtate conſiliũ tuũ. Hoc aũt pro certo habet omnis qui te colit, ꝙ vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi aũt in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiã tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionib⁹ noſtris: quia poſt tempeſtatem, tranquillũ facis, & poſt lachrymationẽ & fletũ, exultationẽ infundis. Sit nomen tuum Deus

Iſrael benedictũ in ſecula. In il
lo tp̃e exauditæ ſunt preces am
borũ in cõſpectu gloriç ſummi
Dei; & miſſus eſt angel⁹ dñi ſan
ctus Raphael, vt curaret eos am
bos, quorũ vno tẽpore ſunt ora
tiones in cõſpectu dñi recitatæ.

Ex ep̃la.j.beati Petri apoſt. L.ij.

ca.3. Similiter & mulieres ſubditę
ſint viris ſuis: vt & ſi qui nõ
credunt verbo, per mulierũ cõ-
uerſationẽ ſine verbo lucrifiãt,
cõſiderantes in timore caſtam
conuerſationẽ veſtrã. Quarum
non ſit extrinſecus capillatura,
aut circundatio auri, aut indu-
menti veſtimentorũ cultus: ſed
qui abſcõdit⁹ eſt, cordis homo
in incorruptibilitate, quieti &
modeſti ſpũs, qui eſt in conſpe-
ctu Dei locuples. Sic enim ali-
quando & ſanctę mulieres ſpe-
rantes in Deo ornabãt ſe, ſubie
ctę proprijs viris, ſicut Sara obe
diebat Abrahæ, dñm eum vo-
cans: cuius eſtis filiæ, benefaciẽ-
tes, & nõ pertimẽtes vllam per-
turbationẽ. Viri ſimiliter, coha-
bitantes ſecundũ ſcientiã, quaſi
infirmiori vaſculo muliebri im
partientes honorẽ, tanquã & co
hæredibus gratiæ vitæ: vt non
impediantur orationes veſtræ.
B In fine aũt † omnes vnanimes
cõpatientes, fraternitatis ama-
tores, miſericordes, modeſti, hu
miles, non reddentes malũ pro
malo, nec maledictũ pro male-
dicto: ſed è cõtrario, benedicen
tes, quia in hoc vocati eſtis, vt
benedictionẽ hæreditate poſſi-
deatis. Qui enim vult vitã dili-
gere, & dies videre bonos, coer-
ceat linguã ſuã à malo, & labia
eius ne loquant̃ dolũ. Declinet
à malo, & faciat bonũ: inquirat
pacẽ, & ſequatur eã: quia oculi
dñi ſuper iuſtos, & aures eius in
preces eorũ. Vultus aũt dñi ſu-
per facientes mala. Et quis eſt,
qui vobis noceat, ſi boni æmu-
latores fueritis? Sed & ſi quid
patimini propter iuſtitiã, beati.
Timorẽ autẽ eorum ne timue-
ritis, & nõ conturbemini: dñm
aũt Chriſtũ ſanctificate in cor-
dibus veſtris,] parati ſemper ad C
ſatisfactionẽ omni poſcẽti vos
rationẽ de ea, quæ in vobis eſt,
ſpe, ſed cũ modeſtia & timore
cõſcientiã habentes bonã: vt in
eo quod detrahũt de vobis, cõ
fundantur qui calumniãtur ve
ſtrã bonã in Chriſto conuerſa-
tionẽ. Melius eſt enim vt bene-
facientes (ſi voluntas Dei velit)
pati, quã malefaciẽtes. Quia &
† Chriſt⁹ ſemel pro peccatis no D
ſtris mortuus eſt, iuſt⁹ pro iniu
ſtis: vt nos offerret Deo, mortũ-

ficatos quidẽ carne, viuificatos aũt ſpiritu. In quo & his qui in carcere erant ſpiritibus, veniẽs prędicauit: qui increduli fuerãt aliquãdo, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed cõſcientiæ bonæ interrogatio in Deũ per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti,
E qui eſt in dextera Dei,] deglutiens mortẽ, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur profectus in cœlum, ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutibus.

¶ Feria vj. ex Tobia. Lectio j.

c.4. IGitur cũ Tobias putaret orationẽ ſuã exaudiri, vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe Tobiã filiũ ſuũ, dixitq; ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamẽtũ cõſtrue. Cũ acceperit Deus animã meã, corpus meũ ſepeli: & honorem habebis matri tuæ, oĩbus dieb⁹ vitæ eius; memor enim eſſe debes, quę & quãta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Cum
C aũt & ipſa compleuerit tempus vitæ ſuę, ſepelias eam circa me. Omnibus aũt diebus vitæ tuæ in mente habeto Deũ: & caue ne aliquãdo peccato cõſentias, & prætermittas pcepta dñi Dei noſtri. Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynã, & noli auertere faciẽ tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies dñi. Quomodo potueris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundãter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiã exiguũ libenter impertiri ſtude. Præmiũ enim bonũ tibi theſaurizas in die neceſſitatis, qm̃ eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & nõ patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corã ſummo Deo, eleemoſyna omnibus faciẽtibus eam. Attẽde tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorẽ tuã nunquã patiaris crimen ſcire. Superbiã nunquã in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dñari pmittas: in ipſa enim initiũ ſumpſit oĩs perditio. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te oĩno nõ remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliqñ alteri facias. Panẽ tuũ cũ eſurientib⁹, & egenis comede: & de veſtimẽtis tuis nudos tege. Panẽ tuũ, & vinum tuũ ſup ſepulturã iuſti cõ-

ſtitue,

ſtitue,& noli ex eo manducare, & bibere cũ pctõrib⁹. Conſiliũ ſemp à ſapiẽte perquire: Omni tẽpore benedic Deũ, & pete ab eo vt vias tuas dirigat,& omnia
ca.4. cõſilia tua in ipſo permaneant.

Ex epſa.j. beati Petri apoſt. I.iiij.

CHriſto igitur paſſo in carne, & vos eadẽ cogitatione armamini: qa qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis: vt iã nõ deſideriis hominum, ſed voluntate Dei quod reliquũ eſt in carne viuat temporis. Sufficit enim prӕteritũ tẽpus ad voluntatẽ gẽtiũ cõſummãdã, his qui ambulauerũt ĩ luxuriis, deſideriis, vinolẽtiis, comeſſationib⁹, potationib⁹, ebrietatib⁹,& illicitis idolorũ cultib⁹: In quo admirantur nõ cõcurrentibus vobis in eandẽ luxuriꝫ cõfuſionẽ, blaſphemãtes, q reddẽt rationẽ ei, qui parat⁹ eſt iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euãgelizatũ eſt: vt iudicentur quidẽ ſecũdũ homines in carne, viuant aũt ſecundum Deũ in ſpũ. Omnium aũt finis
B appropinquabit.† Eſtote itaq; prudẽtes,& vigilate in orationibus. Ante omnia aũt, mutuã in
C vobiſmetipſis charitatẽ continuã habẽtes: qa charitas operit multitudinẽ pctõrũ. Hoſpitales inuicẽ, ſine murmuratione. Vnuſqſq; ſicut accepit gratiã, in alterutrũ illã adminiſtrãtes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiꝫ Dei. Si quis loquitur: tanquã ſermones Dei. Si qs miniſtrat: tanq̃ ex virtute, quã adminiſtrat De⁹, vt in oĩbus honorificetur De⁹ per Ieſum Chriſtum:]cui eſt gloria & imperiũ C
in ſecula ſclorũ, amẽ. Chariſſimi, nolite peregrinari ĩ feruore qui ad tẽtationẽ vobis fit, quaſi noui aliqd vobis contingat: ſed cõmunicantes Chriſti paſſionibus, gaudete vt & ĩ reuelatione gloriӕ ei⁹ gaudeatis exultantes. Si exprobramini in noĩe Chriſti, beati eritis. qm̃ quod eſt honoris, gloriӕ, & virtutis Dei,& qui eſt eius ſpũs: ſup vos requieſcet. Nemo aũt veſtrũ patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si aũt vt Chriſtian⁹: nõ erubeſcat. Glorificet aũt Deũ in iſto noĩe: qm̃ tempus eſt vt incipiat judiciũ à domo Dei. Si aũt primũ à nobis: quis finis eorũ qui nõ credũt Dei euãgelio? Et ſi iuſtus quidẽ vix ſaluabit: impius & peccator vbi parebunt? Itaq; & hi q patiũtur ſecundũ voluntatẽ Dei: fideli creatori cõmendent animas ſuas in benefactis.

¶ Sabbato, ex Tobia. Lectio. j.

ca. 4. INdico etiam tibi fili mi, dediſſe me decē talenta argēti, dum adhuc infantulꝰ eſſes, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographū eius apud me habeo: & ideo ꝑquire quomodo ad eū peruenias, & recipias ab eo ſupra memoratum pondus argenti, & reſtituas ei chirographū ſuū. Noli timere fili mi, pauperē quidē vitā gerimus, ſed multa bona habebimus ſi timuerimus Deū, & receſſerimus ab omni peccato, &
ca. 5 fecerimus bene. Tunc reſpōdit Tobias patri ſuo, & dixit, Omnia quęcunq; præcepiſti mihi, faciā pater. Quomodo aūt pecuniā hanc requirā ignoro. Ille me neſcit: & ego eum ignoro: quod ſignū dabo ei? Sed neq; viam, per quam pergatur illuc, aliquādo cognoui. Tunc pater ſuus reſpōdit illi, & dixit, Chirographū quidem illius apud me habeo: quod dum illi oſtēderis, ſtatim reſtituet. Sed perge nūc, & inquire tibi aliquem fidelē virū, qui eat tecū ſalua mercede ſua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. Tūc egreſſus Tobias inuenit iuuenē ſplendidū, ſtantem, præcinctū, & quaſi paratū ad ambulandū. Et ignorans ꝙ angelus Dei eſſet, ſalutauit eū, & dixit: Vnde te habemꝰ bone iuuenis? At ille reſpōdit, Ex filijs Iſrael. Et Tobias dixit ei, Noſti viā quę ducit in regionē Medorū? Cui reſpōdit, Noui, & omnia itinera eiꝰ frequēter ambulaui, & manſi apud Gabelū fratrē noſtrū, qui moratᷣ in Rages ciuitate Medorum, quę poſita eſt in monte Ecbatanis, cui Tobias ait, Suſtine me obſecro, donec hęc ipſa nuntiē pr̄i meo.

Ex epl'a prima Petri apoſt. L. iij.

SEniores ergo, qui in vobis ſunt, obſecro, cōſenior & teſtis Chriſti paſſionū qui & eius quę in futuro reuelanda eſt, gloriæ cōmunicator: Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes nō coacte, ſed ſpōtanee ſecundū Deū: neq; turpis lucri gratia, ſed volūtarie, neq; vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cū apparuerit princeps paſtorū, percipietis immarceſcibilē glorię coronam. Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſeniōribꝰ. Omnes enim inuicem humilitatē inſinuate. Quia Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autē dat gratiā. † Humiliamini igitᷣ ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tēpore viſitationis: oēm ſolicitudinē ca. 5. B

tudinẽ veſtrã proiiciẽtes in eũ: qm̃ ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, & vigilate: qa aduerſari⁹ veſter diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit, quęrẽs quẽ deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandẽ paſſionẽ ei quę in mũdo eſt, veſtrę fraternitati fieri. De⁹ aũt oĩs gratiæ, qui vocauit nos in ęternã ſuã gloriã in Chriſto Ieſu, modicũ paſſos: ipſe pficiet, cõfirmabit ſolidabitq;. Ipſi gloria & imperiũ in ſecula ſclorũ.
C Amẽ.] Per Syluanũ fidelẽ fratrẽ vobis, vt arbitror, breuiter ſcripſi, obſecrãs & cõteſtãs hãc eſſe verã gratiã Dei in qua & ſtatis. Salutat vos eccleſia, quæ eſt in Babylone, collecta, & Marcus filius meus. Salutate inuicẽ in oſculo ſctõ. Gratia vobis oĩbus qui eſtis in Chriſto Ieſu. Amẽ.

¶ Dñica. xxiiij. poſt Penteco. Notandũ q hęc dñica eſt qnta vag. tñ ideo ponit̃ hic & nõ cũ aliis vagãtib⁹: qa fere ſemp legitur poſt Pẽtec. in hoc loco & rariſſime ante ſeptuageſimã, vt ſupra dictũ fuit. Liber Iudith. L. j.

ca. I. ARphaxad itaque rex Medorũ ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificauit ciuitatem potentiſſimã, quã appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & ſectis fecit muros eius, in altitudine cubitorũ ſeptuaginta, & in latitudine cubitorũ triginta: turres vero ei⁹ poſuit in altitudine cũbitorũ centum. Per quadrũ vero earũ latus vtrunq; vicenorũ pedũ ſpatio tendebat: poſuitq; portas eius in altitudine turriũ. Et gloriabatur quaſi potens in potẽtia exercit⁹ ſui & in gloria quadrigarũ ſuarũ. Anno igitur duodecimo regni ſui, Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ, qui regnabat ĩ Niniue ciuitate magna pugnauit cõtra Arphaxad: & obtinuit eũ in cãpo magno, qui appellat̃ Ragau, circa Euphratẽ, & Tigrin, & Iadaſon in campo Erioch regis Elicorum. Tũc exaltatũ eſt regnũ Nabuchodonoſor, & cor eius eleuatũ eſt: & miſit ad omnes, q habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano: & ad gẽtes quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitãtes Galilęam in campo magno Eſdrelon: & ad oẽs qui erant in Samaria, & trãs flumẽ Iordanẽ vſq; ad Ieruſalẽ, & omnẽ terrã Ieſſe, quouſq; perueniatur ad montes Æthiopiæ. Ad hos oẽs miſit nũtios Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ, qui omnes vno

mina: & in tēplo abominatio deſolationum erit vſq; ad conſummationē temporis: & conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem. De hoc & Apoſtolus loquitur, ꝙ homo iniquitatis & aduerſarius eleuādus ſit contra omne quod dicitur Deus & colitur: ita vt audeat ſtare in templo Dei, & oſtendere ꝙ ipſe ſit Deus: cuius aduentus ſecundū operationē Satanę deſtruet eos & ad ſolitudinē rediget q̄ ſe suſceperint. Poteſt aūt ſimpliciter aut de antichriſto accipi: aut de imagine Cæſaris, quā Pilat' poſuit in tēplo: aut de Adriani equeſtri ſtatua, quæ in ipſo ſancto ſctōrū loco vſq; in pręſentē diem ſtetit. Abominatio quoq; ſecundū veterem ſcripturā idolum nuncupatur. Et iccirco additur deſolationis: ꝙ in deſolato templo atq; deſtructo idolū poſitum ſit. T e deum. Oratio.

Excita quęſumus dñe tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructū propenſius exequentes, pietatis tuę remedia maiora percipiant. Per.

¶ Feria.ij.ex Iudith. Lectio.j.

ca.2. Anno tertiodecimo Nabuchodonoſor regis, viceſima & ſecunda die menſis primi, factū eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, vt defenderet ſe. Vocauitq; omnes maiores natu, omneſq; duces, & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilij ſui. Dixitq; cogitationem ſuā in eo eſſe, vt omnē terram ſuo ſubiugaret imperio. Quod dictū cū placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernē principem militiæ ſuæ, & dixit ei: Egredere aduerſum omne regnū occidentis: & contra eos præcipue qui cōtempſerunt imperiū meum. Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitā ſubiugabis mihi. Tūc Holofernes vocauit duces, & magiſtratus virtutis Aſſyriorum: & dinumerauit viros in expeditione, ſicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites ſagittarios duodecim millia. Omnemq; expeditionem ſuam fecit præire in multitudine innumerabiliū camelorū, cum his quæ exercitibus ſufficerent copioſe: boum quoq; armenta, gregeſq; ouiū, quorū non erat numerus. Frumentum ex omni Syria in trāſitu ſuo parari conſtituit. Aurū vero & argentum, de domo regis aſſumpſit multum nimis.

Ex epl'a prima Petri apoſt.L.ij.

ca.1. DAbo aũt operã & frequenter habere vos poſt obitũ meũ, vt horũ memoriã faciatis.
D † Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis dñi noſtri Ieſu Chriſti virtutem & pręſentiã, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriã, voce delapſa ad eũ huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt fili' me' dilectus in quo mihi complacui, ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatã, cum eſſemus cũ ipſo in monte ſctõ. Et habem' firmiorẽ propheticũ ſermonẽ, cui benefacitis attendẽtes quaſi lucernæ lucenti in loco caliginoſo, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordib' veſtris, hoc primũ intelligentes, ꝙ omnis prophetia ſcripturę, propria interpretatione non fit. Non enim volũtate humana allata eſt aliquãdo ꝓphetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt
c.2.a ſancti Dei homines.] Fuerũt vero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas ꝑditionis, & eũ qui emit eos Deũ negant: ſuperducentes ſibi celerẽ perditionẽ. Et multi ſequentur eorũ luxurias. Per quos via veritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. Quib' iudiciũ iam olim nõ ceſſat: & perditio eorũ non dormitat. Si enim Deus angelis peccãtibus nõ pepercit, ſed rudentib' inferni detractos in tartarũ tradidit cruciandos in iudiciũ reſeruari: & originali mundo non pepercit, ſed octauũ Noe iuſtitię præconem cuſtodiuit diluuiũ mũdo impiorũ inducens, & ciuitates Sodomorũ & Gomorrhęorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exẽplũ eorũ qui impie acturi ſunt ponens; & iuſtũ Lot oppreſſum, à nefandorũ iniuria ac luxurioſa cõuerſatione eripuit. Aſpectu enim & auditu iuſtus erat: habitans apud eos qui de die in diem animã iuſtã iniquis operibus cruciabant.

¶ Feria.iij. Lib. Eſther. Lcõ.j.

IN diebus Aſſueri qui regnauit ab India vſq; Æthiopiã ca.1.
ſup centũ vigintiſeptẽ prouincias: qñ ſedit in ſolio regni ſui, Suſan ciuitas regni ei' exordiũ fuit. Tertio igitur anno imperij ſui fecerat grãde cõuiuiũ cunctis principib'; & pueris ſuis fortiſſimis Perſarũ, & Medorũ inclytis, & præfectis prouinciarũ

coram ſe, vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem atq; iactantiã potẽtiæ ſuæ multo tẽpore, centũ videlicet & octoginta diebus. Cũq; implerentur dies conuiuij, inuitauit oẽm populũ qui inuẽtus eſt in Suſan à maximo vſq; ad minimũ: & iuſſit ſeptẽ dieb⁹ cõuiuiũ præparari in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu cõſitũ erat. Et pendebãt ex omni parte tentoria aerei coloris, & charbaſini, ac hyacinthini, ſuſtẽtata funib⁹ byſſinis, atq; purpureis, q eburneis circulis inſerti erãt, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoq; aurei & argẽtei ſup pauimentum, ſmaragdino, & pario ſtratũ lapide diſpoſiti erant: qđ mira varietate pictura decorabat. Bibebant aũt qui inuitati erãt, aureis poculis, & aliis atq; aliis vaſis cibi inferebant. Vinũ, quoq;, vt magnificẽtia regia dignũ erat abundãs, & præcipuũ ponebat, nec erat q nolentes cogeret ad bibendũ: ſed ſicut rex ſtatuerat, ꝓponẽs menſis ſingulos de principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſq; qđ vellet. Vaſthi quoq; regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Aſſuerus manere conſueuerat,

Ex epſa ſecũda Petri apoſt. L.ij.

Nouit dñs pios de tentatione eripere, iniquos vero in diẽ iudicij reſeruare cruciandos: magis aũt eos qui poſt carnẽ in cõcupiſcẽtia immunditię ambulãt, dñationemq; cõtemnunt, audaces, ſibi placentes: ſectas nõ metuunt introducere, blaſphemãtes: vbi angeli fortitudine & virtute cũ ſint maiores, nõ portãt aduerſum ſe execrabile iudicium. Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionẽ, & in perniciem, in his q̃ ignorãt blaſphemãtes in corruptione ſua peribũt, percipientes mercedẽ iniuſtitię, voluptatẽ exiſtimantes, diei delitias, coinquinationes & maculæ: delitiis affluẽtes, in cõuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcũ, oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti, pelliciẽtes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habẽtes, maledictionis filij: derelinquentes rectã viam errauerũt, ſecuti viã Balaam ex Boſor, qui mercedẽ iniquitatis amauit, correptionem vero habuit ſuę veſaniæ, ſubiugale mutum animal, in hominis voce loquẽs, prohibuit prophetæ inſipientiam. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulę turbinib⁹ exagitatæ: ca.2.

tatæ: quibus caligo tenebrarũ reſeruatur. Superba enim vanitatis loquẽtes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ, eos q pauluium effugiunt, qui in errore cõuerſantur: libertaté illis promittẽtes, cũ ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugiẽtes coinquinationes mũdi in cognitione dñi nr̃i & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperant: facta ſunt eis poſteriora deteriora priorib⁹. Melius enim erat illis nõ cognoſcere viá iuſtitiæ, quá poſt agnitionẽ retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuerſus ad ſuũ vomitũ, &, Sus lota in volutabro luti.

¶ Feria. iiij. ex Eſther: Lectio j.

ca. 1. ITaq; die ſeptimo, cum rex eſſet hilarior, & poſt nimiá potationẽ, incaluiſſet mero, pręcepit Maumam & Bazatha, & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Carchas ſeptẽ eunuchis, qui in conſpectu eius miniſtrabant, vt introducerent reginá Vaſthi corá rege, poſito ſuper caput eius diademate, vt oſtẽderet cũctis populis, & principib⁹ pulchritudinẽ illius: erat enim pulchra valde. Quæ renuit, & ad regis imperiũ: q per eunuchos mandauerat, venire contempſit. Vnde iratus rex, & nimio furore ſuccenſus, interrogauit ſapientes: qui ex more regio ſemper ei aderãt, & illorum faciebat cuncta cõſilio, ſcientiũ leges, ac iura maiorũ (erãt autẽ primi, & proximi, Charſena, & Sethar, & Admatha, & Tharſis, & Mares, & Marſana, & Mamucham, ſeptẽ duces Perſarũ atq; Medorũ, q videbãt faciẽ regis, & primi poſt eũ reſidere ſoliti erãt) cui ſentẽtiæ Vaſthi regina ſubiaceret, quæ Aſſueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluiſſet. Reſpõditq; Mamuchã audiente rege, atq; principibus, Non ſolũ regem læſit regina Vaſthi, ſed & omnes populos, & principes, qui ſunt in cunctis prouinciis regis Aſſueri. Egredietur enim ſermo reginæ ad oẽs mulieres, vt cõtemnant viros ſuos, & dicant, Rex Aſſuerus iuſſit vt regina Vaſthi intraret ad eum, & illa noluit. Atq; hoc exemplo omnes principum cõiuges Perſarũ atq; Medorũ paruipendent imperia maritorum, vnde regis iuſta eſt indignatio. Si ergo tibi placet egrediatur edictũ

à facie tua, & ſcribatur iuxta legem Perſarum atq; Medorum, quam præteriri illicitum eſt, vt nequaquã regina Vaſthi ingrediatur ad regẽ, ſed regnũ illius, altera, quæ melior eſt illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latiſſimũ eſt) prouinciarũ tuarũ diuulgetur imperiũ, vt cunctæ vxores tam maiorũ q̃ minorũ deferãt maritis ſuis honorem.

Ex ep̃la ſecũda Petri apo: L.ij.

ca.3. HAnc ecce vobis chariſſimi, ſecundã ſcribo epiſtolam, in quibus veſtrã excito in cõmonitione, ſyncerã mentẽ: vt memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborũ à ſanctis prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum præceptorum dñi & ſaluatoris: hoc primum ſcientes, ꝙ venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias cõcupiſcentias ambulantes, dicentes, Vbi eſt promiſſio aut aduẽtus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, ꝙ cœli erãt prius, & terra, de aqua & per aquam cõſiſtens Dei verbo: per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. Cœli autem qui nũc ſunt, & terra, eodẽ verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij perditionis impiorũ hominum. Vnũ vero hoc nõ lateat vos chariſſimi, ꝙ vnus dies apud dñm ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus. Nõ tardat dñs promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant, ſed patiẽter agit propter vos: nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiã reuerti. Adueniet aũt dies dñi vt fur: in quo cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur: terra aũt, & quę in ipſa ſunt opera exurentur. Cum igitur hęc omnia diſſoluenda ſint quales oportet vos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentũ diei dñi, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent? Nouos vero cœlos & nouã terram, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter quod, chariſſimi, hæc expectãtes ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & dñi noſtri longanimitatem, ſalutẽ arbitramini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quędã diffi-

difficilia intellectu, quę indocti
& inſtabiles deprauant, ſicut &
cæteras ſcripturas, ad ſuam ip-
ſorũ perditionẽ. Vos igitur fra-
tres præſciẽtes, cuſtodite ne inſi
pientium errore traducti exci-
datis à propria firmitate: creſci
te vero in gratia & in cognitio-
ne dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu
Christi. Ipſi gloria & nunc &
in diem æternitatis. Amen. A

¶ Feria.v.ex lib.Iob. Lectio.j.

ca.1. VIr erat in terra Hus, noĩe
Iob: & erat vir ille ſim-
plex & rectus, ac timens Deũ, &
recedens à malo. Natiq; ſunt ei
ſeptem filij & tres filiæ. Et fuit
poſſeſſio ei⁹ ſeptẽ millia ouiũ, &
tria millia camelorũ, quingẽta
quoq; iuga boum, & quingẽtæ
aſinæ, ac familia multa nimis:
eratq; vir ille magnus inter oẽs
orientales. Et ibant filij eius, &
faciebant conuiuia per domos,
vnuſquiſq; in die ſuo. Et mit-
tentes vocabãt tres ſorores ſuas,
vt comederẽt, & biberẽt cũ eis.
Cunq; in orbem trãſiſſent dies
cõuiuij, mittebat ad eos Iob, &
ſanctificabat illos: cõſurgensq;
diluculo offerebat holocauſta
per ſingulos. Dicebat enim: Ne
forte peccauerint filij mei, & be
nedixerint Deo in cordib⁹ ſuis.
Sic faciebat Iob cunctis diebus.
Quadã aũt die, cum veniſſent
filij Dei & aſſiſterent corã dño;
affuit inter eos etiã Satan. Cui
dixit dñs, Vnde venis? Qui re-
ſpondens ait, Circumiui terrã,
& perambulaui eã. Dixitq; dñs
ad eum, Nunquid conſideraſti
ſeruũ meũ Iob, ꝙ nõ ſit ei ſimi-
lis in terra, homo ſimplex & re-
ctus, ac timens Deũ, & recedẽs à
malo? Cui reſpõdens Satan, ait,
Nunqd Iob fruſtra timet Deũ?
Nonne tu vallaſti eũ, ac domũ
ei⁹, vniuerſamq; ſubſtãtiã eius
per circumitũ? operib⁹ manuũ
eius benedixiſti, & poſſeſſio ei⁹
creuit in terra? Sed extẽde pau-
lulũ manum tuã & tange cun-
cta quæ poſſidet, niſi in faciẽ be
nedixerit tibi. Dixit ergo dñs
ad Satan, Ecce vniuerſa quę ha
bet in manu tua ſunt, tantũ in
eum ne extendas manũ tuam.
Egreſſusq; eſt Satã à facie dñi.

Apoc.beati Ioan.apoſt.Lcõ.ij.

APocalypſis Ieſu Chriſti, ca.1.
quã dedit illi De⁹, palam
facere ſeruis ſuis † quæ oportet A
fieri cito: & ſignificauit, mittẽs
per angelũ ſuũ ſeruo ſuo Ioan
ni, q teſtimoniũ perhibuit ver-
bo Dei, & teſtimoniũ Ieſu Chri
ſti, quęcunq; vidit. Beatus qui
legit & audit verba prophetiæ
huius: & ſeruat ea quæ in ea
ſcripta

ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt. Ioannes ſeptem eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis, & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritib⁹, qui in cõſpectu throni eius ſunt, & à Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorũ & princeps regũ terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à

B peccatis nřis in ſanguine ſuo,] & fecit nos regnũ & ſacerdotes Deo & pri ſuo, ipſi gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ etiam. Amen. Ego ſum α, & ω, principium, & finis, dicit dñs Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.

¶ Feria ſexta, ex Iob. Lectio.j.

ca.1. CVm aũt quadam die filij & filiæ eius comederẽt, & biberẽt vinum in domo fratris ſui primogeniti, nuntius venit ad Iob, q diceret, Boues arabãt, & aſinæ paſcebantur iuxta eos, & irruerũt Sabæi, tulerũtq; omnia, & pueros percuſſerunt gladio: & euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. Cunq; adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oues puerosq; conſumpſit: & effugi ego ſol⁹ vt nuntiarem tibi. Sed & illo adhuc loquente venit alius, & dixit. Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaſerũt camelos, & tulerũt eos, necnon & pueros percuſſerũt gladio, & fugi ego ſolus, vt nuntiarẽ tibi. Adhuc loquebatur ille: & ecce alius intrauit, & dixit, Filijs tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinũ in domo fratris ſui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deſerti, & cõcuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos & mortui ſunt: & effugi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua. & tonſo capite corruens in terram, adorauit, & dixit, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. dñs dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictũ. In omnibus his non peccauit Iob, neq; ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

Ex Apocalypſi. Lectio ſecũda.

EGo Ioãnes frater veſter & particeps in tribulatione, & regno, & patiẽtia in Chriſto Ieſu, fui in inſula quæ appellatur Pathmos, propter verbum ca.1.

Dei, & teſtimoniũ Ieſu. Fui in ſpiritu in dñica die, & audiui poſt me vocem magnã tanquã tubæ dicẽtis, Quod vides ſcribe in libro: & mitte ſeptẽ eccleſiis quę ſunt ĩ Aſia, Epheſo, & Smirnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Et conuerſus ſum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecũ. Et cõuerſus vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorũ aureorũ ſimilẽ filio hominis veſtitũ podere, & præcinctũ ad mamillas zona aurea. Caput autẽ eius & capilli erãt candidi, tanquã lana alba, & tanquã nix, & oculi eius tanquã flãma ignis: & pedes ei⁹ ſimiles aurichalco velut in camino ardẽti. Et vox illius tanquã vox aquarũ multarũ: & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptẽ. Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. Et cũ vidiſſem eũ, cecidi ad pedes eius tanquã mortuus. Et poſuit dexterã ſuã ſuper me: dicens, Noli timere: Ego ſum primus & nouiſſim⁹, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorũ, & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo q̃ vidiſti, & quę ſunt, & quæ oportet fieri poſt hęc. Sacramẽtũ ſeptẽ ſtellarũ, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptẽ candelabra aurea: ſeptem ſtellę, angeli ſunt ſeptẽ eccleſiarũ, & candelabra ſeptẽ, ſeptẽ eccleſiæ ſunt.

¶ Sabbato, ex Iob. Lectio j.

FActum eſt aũt, cum quadã ca. 2.
die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram dño, veniſſet quoq; Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dñs ad Satan, Vnde venis? Qui reſpondens ait, Circumiui terrã, & perambulaui eam. Et dixit dñs ad Satã, Nunqd cõſideraſti ſeruũ meũ Iob, ꝙ non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deũ, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiã? Tu aũt cõmouiſti me aduerſus eum, vt affligerẽ eum fruſtra. Cui reſpõdẽs Satan, ait, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua: alioquin mitte manũ tuam, & tange os eius & carnẽ, & tũc videbis ꝙ in faciẽ benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad Satan, Ecce in manu tua eſt, veruntamen animã illius ſerua. Egreſſus igitur Satan à facie dñi, percuſſit Iob vlcere peſſimo, à planta pedis vſq; ad verticẽ eius, qui teſta saniẽ radebat, ſedẽs in ſter-

quilinio. Dixit autem illi vxor ſua, Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere. Qui ait ad illã, Quaſi vna de ſtultis locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare nõ ſuſtineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis. Igitur audientes tres amici Iob oẽ malũ quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo. Eliphaz themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Cõdixerãt enim vt pariter venientes viſitarẽt eum & conſolarentur. Cunq; eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerũt eum: & exclamantes plorauerunt, ſciſſiſq; veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuũ in cœlũ. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem eſſe vehementẽ.

Ex Apocalypſi beati Ioannis Apoſtoli. Lectio ſecunda.

ca. 2. ET angelo Epheſi eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui tenet ſeptẽ ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptẽ candelabrorũ aureorum. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam: & ꝙ non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, & nõ ſunt, & inueniſti eos mendaces: & patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo aduerſum te pauca, ꝙ charitatẽ tuam primam reliquiſti. memor eſto itaq; vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autẽ veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiã egeris. Sed hoc habes, q̃a odiſti facta Nicolaitarum: quæ & ego odi. Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat eccleſiis. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. Et angelo Smyrnæ eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit primꝰ & nouiſſimus, qui fuit mortuus & viuit. Scio tribulationẽ tuam & paupertatem tuam, ſed diues es: & blaſphemaris ab his qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ. Nihil horũ timeas quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſq; ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.


QVI SEQVITVR ME NON AMBVLAT
IN TENEBRIS.

SANCTORVM HISTORIÆ,

Ex probatis authoribus ſummatim decerptæ.

IANVARIVS.

¶Circunciſio Chriſti duplex maius ad veſperas. Hymnus. Chriſte redemptor. &c. vt in die natiuitatis. Añ. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, Haleluiah, Haleluiah. Oratio.



Deus, q ſalutis æternæ beatæ Mariç virginitate fœcunda, humano generi p̄mia præſtitiſti, tribue queſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus authorem vitæ ſuſcipere dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum. &c.

Die. 1. AEt nō fit cōmemoratio de aliis octa. Ad matu. inui. Chriſt' natus eſt nobis, Venite adoremus. Hym. A ſolis ortus cardine. &c. vt in die Natiuitatis. Aña. O admirabile cōmercium, creator generis humani animatum corpus ſumens, de virgine naſci dignatus eſt, & procedēs homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem. Lectio tertia, ex cap. ij. Lucæ.

ET poſtq̄ conſummati ſunt dies octo, vt circunciderentur puer: vocatū eſt nomen ei', Ieſus: qđ vocatū eſt ab angelo, prius quā in vtero cōciperetur. ca.2.

Ex ſermone ſancti Bernardi.

MAgnū & mirabile ſacramentum. Circunciditur puer, & vocatur Ieſus. Quid ſibi vult iſta connexio? Circunciſio nempe magis ſaluandi, q̄ ſaluatoris eſſe videtur: & ſaluatorem circuncidere decet, magis, quā circuncidi. Sed agnoſce mediatorē Dei, & hominū, q ab ipſo natiuitatis ſuæ exordio diuinis

humana ſociat, ima ſummis. Naſcitur ex muliere: ſed cui fœcunditatis fructus ſic accedat, vt non decidat flos virginitatis. Pannis inuoluitur, ſed panni ipſi angelicis laudibus honorantur. Abſconditur in præſepio, ſed proditur radiante ſtella de cœlo. Sic & circuncisio veritatem ſuſceptę probat humanitatis, & nomen quod eſt ſuper omne nomen gloriam indicat maieſtatis. Circunciditur tanquã verus Abrahæ filius, Ieſus vocatur tanquã filius Dei. Ad laudes añ. Mirabile myſteriũ declaratur, hodie innouantur naturæ, De⁹ homo fact⁹ eſt, id quod fuit permãſit, & quod non erat aſſumpſit, non cõmiſtionem paſſus nec diuiſionẽ. Oratio. Deus qui ſalutis. &c. vt ſupra. Ad veſperas hymnus. Chriſte redemptor. vt ſup. Añ. Magnum hæreditatis myſterium, templum Dei factus eſt vterus neſciens virum, non eſt pollutus ex eo carnẽ aſſumens, omnes gentes venient dicentes. Gloria tibi dñe. Orõ. De⁹ qui. vt ſupra. Deinde pro cõmemoratio. octauę ſctĩ Stephani aña. Stephanus aũt plenus gratia & fortitudine faciebat ꝓdigia, & ſigna magna in populo. Orõ.

Omps ſempiterne De⁹, qui primitias martyrũ in beati Leuitę Stephani ſanguine dedicaſti: tribue quęſumus, vt pro nobis interceſſor exiſtat, q pro ſuis etiã perſecutorib⁹ exorauit dñm noſtrum Ieſum Chri. &c. Et nõ fit cõme. de aliis octauis. Die. 2. ❡ In octa. ſancti Stephani dup. mi. Inuitato. hymni, añ. & tertia lectio dicuntur ſicut in die ſancti Stephani. Oratio. Omnipotens. vt ſup. Et eſt notandũ ꝙ in laudib⁹ poſt prædictã orationẽ dñr etiã orationes ſctĩ Ioannis. Eccleſiã tuã Deus. & Innocẽtiũ. De⁹ cuius hodier. Veſperæ dñr de ſctõ Stephano, & poſt eius orationẽ pro cõme. octauę ſctĩ Ioannis dicitur añ. Iſte eſt Ioãnes qui ſupra pectus dñi in cœna recubuit, beat⁹ apoſtolus cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia. Orõ. Eccleſiã tuam. vt ſupra in eius feſto, & non fit cõmemoratio de Innocẽtibus. Die. 3. ❡ In octa. ſancti Ioãnis, du. mi. Inuit. Hym. Añæ, tertia lectio, & oratio dñr ſicut in ei⁹ feſto, & in laudib⁹ poſt orationem ſctĩ Ioannis dicit etiã orõ Innocẽtiũ. Deus cuius hodier. Veſperę dicuntur de ſctõ Ioan. & poſt eius orationẽ pro cõme. octauæ Innocentiũ dicitur añ.

Hi

Hi ſunt qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enĩ ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit. Orõ. Deus cuius hodierna. &c. vt in eorũ feſto.

Die. 4. D In octaua Innocentium duplex minus Inuitato. Hymni, Añæ, tertia lectio, & oratio dñi ſicut in eorũ feſto.

Die. 5. E In vigilia Epiphaniæ, Inuitatorium, Hymni, Añæ, & Oratio, dicuntur ſicut in die circunciſionis, ſiue incidat in dñica, ſiue, in alio quocunq; die. Secundum Matthæum. Lcõ. iij.

ca. 2. IN illo tẽpore, Defuncto Herode, ecce Angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto dicẽs: Surge, & accipe puerũ & matrem eius, & vade in terram Iſrael, defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. Et reſ. Hom. ſctĩ Hiero. preſby.

EX hoc loco intelligim⁹ nõ ſolum Herodẽ, ſed & ſacerdotes & Scribas eodem tẽpore necẽ dñi fuiſſe meditatos. Qui ſurgens accepit puerũ, & matrẽ eius. Non dixit, accepit filium ſuũ & vxorẽ ſuam: ſed puerũ & matrem eius: quaſi nutritius, nõ maritus. Audiens autem ꝙ Archelaus regnaret in Iudæa, pro Herode patre ſuo, timuit illo ire. Multi propter ignorãtiã hiſtorię labuntur errore, putantes eundẽ eſſe Herodẽ à quo in paſſione ſua dñs irridetur, & qui nũc mortuus eſſe refertur. Ergo Herodes ille qui cũ Pilato poſtea amicitias fecit, huius Herodis filius eſt, frater Archelai. Quem & ipſum Tyberius Cæſar Lugdunum, quę Galliarum eſt ciuitas, relegauit: fratremq; eius Herodẽ ſucceſſorẽ regni fecit. Lege Ioſephi hiſtoriã. Et veniẽs habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per ꝓphetas, Quoniã Nazaræ⁹ vocabitur. Si fixũ de ſcripturis poſuiſſet exemplũ, nunquã diceret quod dictũ eſt per prophetas: ſed ſimpliciter, quod dictũ eſt per prophetã. Nunc aũt, pluraliter prophetas vocans oſtendit ſe non verba de ſcripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Nazaræus enim ſctũs interpretatur. Sanctum autem dñm futurum omnis ſcriptura cõmemorat.

Epiphania domini, duplex maius. Ad veſperas. Hymnus.

HOſtis Herodes impie,
Chr̄m venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœleſtia.

I bant Magi, quam viderant,
Stellam ſequentes præuiam:
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
L auacra puri gurgitis,
Cœleſtis agnus attigit:
Peccata, quæ non detulit,
Nos abluendo ſuſtulit.
N ouum genus potentiæ,
Aquæ rubeſcunt hydriæ:
Vinumq; iuſſa fundere,
Mutauit vnda originem.
G loria tibi dñe, Qui apparuiſti hodie, Cũ pr̃e, & ſancto ſpiritu In ſempiterna ſecula. Amẽ.
Et ſic terminãtur hymni in omnib⁹ horis per totã octauã. Añ.
Magi videntes ſtellam dixerũt adinuicem, Hoc ſignum magni regis eſt, eamus, & inquiramus eum, & offeramus ei munera, aurum, thus, & myrrham, Haleluiah, haleluiah. Oratio.

D Eus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus, vſq; ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eund. &c.

Die. 6. F Ad matu. inui. Chriſt⁹ apparuit nobis, venite adorem⁹ ps. Venite. & Gloria patri. &c.
Fo. j. inui. Chriſt⁹ apparuit. &c.
Hym. Hoſtis hero. vt ſup. Añ. Reges Tharſis, & inſulę munera offerẽt, reges Arabũ, & Saba dona adducent, haľah, haľah.
Notandũ ꝙ hodie omittũtur. j. &. ij. lectio occurrentes in dñicali. & loco earum leguntur infraſcriptæ ex Iſaia. Lectio. j.

O Mnes ſitientes venite ad aquas: & qui nõ habetis argentũ, properate, emite, & comedite. Venite, emite abſq; argento, & abſq; vlla cõmutatione vinũ & lac. Quare appenditis argentũ nõ in panibus, & laborem veſtrũ nõ in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtrã, & venite ad me, audite, & viuet anima veſtra, & feriã vobiſcũ pactũ ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. Ecce teſtẽ populis dedi eũ, ducẽ ac præceptorẽ gentib⁹. Ecce, gentẽ quam neſciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerũt, ad te currẽt propter dñm Deũ tuũ, & ſanctũ Iſrael: quia glorificauit te. Quęrite dñm dũ inueniri põt, inuocate eũ dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dñm, & miſerebitur eius, & ad Deũ noſtrũ, quoniã multus c. 55.
eſt

c.60. eſt ad ignoſcendũ. † Surge, illu
a minare Ieruſalem: quia venit lumen tuũ, & gloria dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebræ operient terrã, & caligo populos: ſup te autem orietur dñs, & gloria ei⁹ in te videbitur. Et ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: oẽs iſti cõgregati ſunt, venerũt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues: & mirabitur & dilatabit̃ cor tuũ, quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madiã, & Epha, omnes de Saba venient, aurũ, & thus deferẽtes, & laudem dño annuntiantes.]

Secundum Matthæum. Lcõ. ij.

ca.2. CVm natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ in dieb⁹ Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerũt Ieroſolymam, dicentes, vbi eſt q natus eſt rex Iudæorũ? vidimus enim ſtellã eius in oriente, & venimus adorare eũ. Audiens autẽ Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Et cõgregans omnes principes ſacerdotũ, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſt⁹ naſceretur. At illi dixerũt ei, In Bethlehẽ Iudæ. Sic enim ſcriptũ eſt per prophetam, Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaq̃ minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populũ meum Iſrael. Tũc Herodes clam vocatis Magis, diligẽter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cũ inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniẽs adorem eum. Qui cũ audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella quã viderãt in oriente, antecedebat eos, vſq; dum veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer. Vidẽtes aũt ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ, inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius, & procidentes adorauerũt eũ: & apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera, aurũ, thus & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.

Hom. ſcti Grego. papę. Lcõ. iij.

SIcut ex lectione euangelica fratres audiſtis, cœli rege nato rex terræ turbatus eſt, quia nimirum terrena altitudo cõfunditur, cũ celſitudo cœleſtis ape-

aperitur. Sed quęrendũ nobis eſt: quidnã ſit ꝙ redẽptore nato paſtoribus in Iudæa angelus apparuit:atq, ad adorãdũ hũc ab oriẽte Magos nõ angel⁹, ſed ſtella perduxit? Quia videlicet Iudæis tanq̃ ratione vtentibus rationale animal,id eſt, Angel⁹ pręd icare debuit. Gentiles vero quia vti ratione neſciebant, ad cognoſcendũ dñm, nõ per vocem, ſed per ſigna perducũtur. Vnde & per Paulũ dicitur, Linguæ in ſignũ ſunt nõ fidelibus, ſed infidelibus: prophetiæ autẽ non infidelibus, ſed fidelibus. Quia & illis prophetię tanquã fidelibus nõ infidelibus: & iſtis ſigna tanquã infidelib⁹ nõ fidelibus data ſunt. Et notandũ ꝙ redẽptorẽ noſtrũ cũ iam pfectę eſſet ætatis,eiſdẽ gentib⁹ apoſtoli prędicãt:eumq; paruulum,& necdum per humani corporis officiũ loquentẽ, ſtella gẽtibus denũtiat:& quia nimirũ rationis ordo poſcebat, vt loquentẽ dñm loquẽtes nobis p̃dicatores innoteſcerẽt,& necdũ loquentẽ elemẽta muta prędicarent. Sed in oĩbus ſignis quæ vel naſcẽte dño vel moriẽte mõſtrata ſunt, cõſiderãdũ nobis eſt,quãta fuerit in quoiũdã Iudæorũ corde duritia, qui hũc nec per ꝓphetiæ donũ,nec p miracula agnouerũt. Omnia quippe elemẽta authorem ſuum veniſſe teſtata ſunt. Vt enim de his quodã vſu humano loquar, Deũ hũc cœli eſſe cognouerũt quia protinus ſtellã miſerũt. Mare cognouit, quia ſub plantis ei⁹ ſe calcabile prębuit. Terra cognouit,qa eo moriente cõtremuit. Sol cognouit qa lucis ſuę radios abſcõdit. Saxa & parietes agnouerũt, qa tempore mortis ſuæ ſciſſa ſunt. Infernus agnouit, qa hos,quos tenebat,mortuos reddidit,& tñ hũc quẽ Deũ omnia inſenſibilia elemẽta ſenſerũt,adhuc infideliũ Iudæorũ corda Deũ eſſe minime cognoſcũt, & duriora ſaxis ſcindi ad pœnitẽtiã nolũt: eumq; cõfiteri abnegãt, quem elemẽta (vt diximus) aut ſignis aut ſciſſionibus Deũ clamant. Ad laudes añ. Ante luciferũ genit⁹, & ante ſecula dñs ſaluator noſter hodie mundo apparuit, Halľah, halľah. Ad veſpe. hym. Hoſtis Herodes. vt ſupra. Añ. Tribus miraculis ornatũ diem ſanctum colimus: Hodie ſtella Magos duxit ad præſepiũ: hodie vinum ex aqua factum eſt ad nuptias: hodie à Ioanne in Iordane Chriſtus baptizari voluit, vt ſaluaret nos, Halleluiah.

Hæc

Hæc añ. dicit ad veſ. infra oct. Notandũ ꝙ cuilibet diei per totam octa. aſſignatur ꝓpria tertia lectio: tñ cũ inciderit dñica infra octa. Epiph. omittitur tertia lectio de octa. & legitur de dñica infra oct. vt ibi inuenies.

Die. 7. G De octa. Epiphaniæ. Ex Hom. ſcti Greg. papæ. L. iij.

QVi etiam ad damnationis ſuę cumulũ eum quẽ natum deſpiciunt, naſciturum longe ante præſcierunt. Et nõ ſolũ qa naſceretur nouerant, ſed etiam vbi naſceretur. Nam ab Herode requiſiti, locũ natiuitatis ei⁹ exprimũt, quem ſcripturę authoritate didicerũt. Et teſtimonium proferunt ꝙ Bethlehem honorari natiuitate noui ducis oſtenditur: vt ipſa eorũ ſcientia & illis fieret ad teſtimonium damnationis, & nobis ad adiutorium credulitatis. Quos profecto bene Iſaac cum Iacob filium ſuum benediceret deſignauit. Qui & caligãtibus oculis & prophetãs, in pręſenti filiũ ſuum nõ vidit, cui tamen multa in poſterum præuidit. Quia nimirũ Iudaicus popul⁹ prophetię ſpũ plenus & cæcus: eũ, de quo multa in futuro prędixit, in pſenti poſitũ nõ agnouit. Sed natiuitate regis noſtri cognita, Herodes ad callida argumenta cõuertitur, ne terreno regno priuaretur. Renuntiari ſibi vbi puer inueniretur poſtulat: adorare ſe velle ſimulat: vt quaſi hũc ſi inuenire poſſit extinguat. Sed quãta eſt humana malitia contra cõſiliũ diuinitatis? Scriptũ quippe eſt, Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium cõtra dñm.

Die. 8. A De octa. Epiphaniæ. Sermo ſcti Auguſt. epi. Lcõ. iij.

AD partũ virginis adorandum magi ab oriente venerunt. Hunc diem hodie celebramus: huic debitum ſolennitati ſermonẽ perſoluimus. Illis dies iſte primus illuxit: anniuerſaria nobis feſtiuitas redit. Illi erant primitiæ gentiũ: nos populi gentium. Nobis hoc lingua nũtiauit Apoſtolorũ: ſtella illis tanquã lingua cœlorũ. Et nobis ijdẽ Apoſtoli tanquã alij cœli enarrauerunt gloriã Dei. Cur enim nõ agnoſcamus eos cœlos, qui facti ſunt ſedes Dei? Sicut ſcriptum eſt. Anima iuſti ſedes eſt ſapientię. Per hos enim cœlos, ille cœlorũ fabricator & habitator intonuit: quo tonitruo mundus tremuit, & ecce iam credit. Magnũ ſacramentũ. In præſepe tũc iacebat & ma-

& magos ab oriēte adducebat. Abſcondebatur in ſtabulo, & agnoſcebatᷣ in cœlo: vt agnitus in cœlo manifeſtaretᷣ in ſtabulo. Et appellatᷣ Epiphania dies iſte, quod Latine manifeſtatio dici poteſt, ſimul ei⁹ celſitudinē humilitatemq̨, cōmendans: vt qui in aperto cœlo ſydereis ſignis monſtrabatur, in anguſto diuerſorio quęſit⁹ inueniretur. Inualidusq̨, ĩ infantilib⁹ membris, inuolut⁹ in pannis, adoraretur à Magis, timeretur à malis.

Die. 9. B De octa. Epiphaniæ. Sermo ſctĩ Auguſt. epi. Lcō. iij.

NVper celebrauimus diem quo ex Iudæis dn̄s natus eſt: hodie celebram⁹ quo à gentibus adoratus eſt. Quoniam ſalus ex Iudæis eſt. ſed hæc ſal⁹ vſq; ad fines terræ. Nam in illo die paſtores adorauerūt: hodie magi. Illis angeli: iſtis aūt ſtella nuntiauit. Vtriq̨, de cœlo didicerunt, cū regē cœli in terra viderūt: vt eſſet gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominib⁹ bonæ voluntatis. Ipſe eſt enim pax noſtra, q̨ fecit vtraq; vnū. Iam hic infans nat⁹ atq̨, annuntiatus oſtēditur lapis ille angularis. Iam in ipſo primordio natiuitatis apparuit, duos ex diuerſo parietes in ſe copulare iam cœpit: paſtores à Iudæa, Magos ab oriente perducens, vt duos conderet in ſe in vnū nouū hominē, faciens pacem. Pacē his qui longe, & pacē his q̨ prope. Ideoq; illi ipſo die de proximo venientes, de longinquo iſti hodie peruenientes, duos dies celebrandos poſteris ſignauerunt: vnā tn̄ lucem mūdi vtriq; viderunt. Sed hodie de iſtis loquendum eſt, quos de remotis terræ partib⁹ fides duxit ad Chriſtū.

Die. 10. C De octa. Epiphaniæ. Sermo ſctĩ Leonis papæ: L. iij.

CElebrato ꝓximo die quo intemerata virginitas humani generis edidit ſaluatorē: Epiphaniæ nobis dilectiſſimi veneranda feſtiuitas dat perſeuerantiā gaudiorū: vt inter cognatarū ſolennitatū vicina ſacramenta, exultationis vigor, & feruor fidei nō tepeſcat. Ad omnium enim hominum ſpectat ſalutē, ꝙ infantia Saluatoris, ac mediatoris Dei & hominū iā vniuerſo declarabatur mūdo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo. Quāuis enim Iſraeliticam gentē & ipſius gentis vnā familiam delegiſſet, de qua naturam humanitatis aſſumeret: noluit tamē intra maternæ habitationis anguſtias ortus ſui latere

latere primordia, ſed mox ab omnibus voluit agnoſci, qui dignatus eſt pro omnibus naſci. Tribus igitur Magis in regione orientis: ſtella nouæ claritatis apparuit, quæ illuſtrior cæteris, pulchriorq; ſyderibus, facile in ſe intuentium oculos animosq; cõuerteret: vt confeſtim aduerteretur non eſſe otioſum, quod tam inſolitũ videbatur.

Die. 11. D De octa. Epiphaniæ. Ex ſerm. ſctĩ Leonis papæ. L. iij.

DEdit ergo aſpiciẽtibus intellectũ, q̃ præſtitit ſignũ: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & ſe inueniendũ obtulit requiſitus. Sequuntur tres viri superni luminis ductũ: & præuij fulgoris indiciũ intenta cõtemplatione comitantes, ad agnitionẽ veritatis, gratiæ ſplendore ducuntur, qui humano ſenſu ſignatũ ſibi regis ortũ æſtimauerunt in ciuitate regia eſſe quærendũ. Sed qui ſerui ſuſceperat formã, & nõ iudicare venerat, ſed iudicari: Bethlehem præelegit natiuitati, Ieroſolymã paſſioni. Herodes vero audiens Iudæorũ principẽ natũ, ſucceſſorem ſuſpicatus expauit. Et molitus necẽ ſalutis authori, falſum ſpopondit obſequium. Quàm felix foret, ſi Magorũ imitaretur fidẽ: & cõuerteret ad religionẽ, quod diſponebat ad fraudẽ? O cæca ſtultæ æmulationis impietas, quæ perturbandũ putas diuinũ tuo furore cõſiliũ? Dñs mundi temporale nõ quærit regnũ, qui præſtat æternũ. Quid incõmutabilẽ diſpoſitarum rerum ordinẽ vertere, & alienum facinus præoccupare conaris? mors Chriſti non eſt temporis tui. Ante cõdendũ eſt Euangelium: ante prædicandũ eſt Dei regnũ: ante ſanitates donandæ: ante ſunt facienda miracula.

Aduertendũ q̃ qñ Epipha. dñi inciderit in dñica, tũc in ſabbato ſequẽti omittenda eſt ſequẽs tertia lectio, & loco ei⁹ legendũ Euãgeliũ Cũ factus eſſet Ieſus. cum homilia vt inuenies in dominica tertia poſt Aduentum.

Die. 12. E De octa. Epiphaniæ. Sermo ſctĩ Leonis papæ. L. iij.

IVſtum & rationabile, dilectiſſimi, & veræ pietatis obſequium eſt in diebus, qui diuinæ opera miſericordiæ proteſtantur, toto corde gaudere, & honorifice ea q̃ ad ſalutem noſtrã geſta ſunt, celebrare. Vocante nos ad hanc deuotionẽ ipſa recurrentiũ temporũ lege, quæ nobis poſt diem in quo coæternus patri fili⁹ Dei natus ex virgine

eſt,

eſt, breui interuallo Epiphaniæ intulit feſtum, ex apparitione dñi conſecratū. In quo magnū fidei noſtrę prę ſidiū prouidētia diuina conſtituit: vt dū ſolenni veneratione recolitur, adorata in exordiis ſuis Saluatoris infantia, per ipſa originalia documenta probaretur, veri hominis in Chriſto orta natura. Hoc eſt enī quod iuſtificat impios: hoc eſt quod ex peccatoribus facit ſanctos, ſi in vno eodemq́; dño Ieſu Chriſto, & vera deitas, & vera credatur humanitas. Deitas, qua ante omnia ſecula in forma Dei æqualis eſt patri: humanitas, qua in nouiſſimis dieb⁹ in forma ſerui vnitus eſt homini. Ad roborandam ergo hanc fidem, qua contra omnes pręmuniebamur errores, ex magno factum eſt diuinæ pietatis conſilio, vt gens in longinqua orientalis plagæ regione conſiſtens, quæ ſpectandorum ſyderum arte pollebat, ſignum nati pueri, qui ſuper omnem Iſrael eſſet regnaturus, acciperet.

Hodie ĩ veſ. dicit᷑ añ. aſſignata ad primas veſpe. Magi vidētes.

Die. 13. F Octa. Epipha. du. mi.

Secundum Ioãnem. Lectio. iij.

ca. 1. IN illo tempore: Vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

NEmo ſibi arroget & dicat quia ipſe auferat peccata mūdi. Iam intēdite cōtra quos ſuperbos intēdebat Ioãnes digitum. Nondū erāt nati hæretici, & demōſtrabātur: iam intendebat cōtra illos. Contra illos clamabat tūc à fluuio, cōtra quos modo clamat ex Euangelio. Venit Ieſus. Et quid dicit ille? Ecce agnus Dei. Si agnus, innocens, & Ioãnes agnus, an nō & ipſe innocēs? Sed quis innocēs, aut quantū innocēs? omnes ex illa radice veniūt, & ex illa propagine, de qua cantat gemens Dauid, Ego in iniquitatib⁹ concept⁹ ſum: & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Solus ergo ille agnus qui non ſic venit. Non enim in iniquitate conceptus eſt, qui non de mortalitate cōcept⁹ eſt, nec eum in peccatis mater eius in vtero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit: quia fide cōcepit, fide ſuſcepit. Ergo ecce agn⁹ Dei: Nō habet iſte traducē de Adam. Carnem tantū aſſumpſit de Adam, peccatum nō aſſumpſit. Qui non aſſumpſit de maſſa noſtra peccatū, ipſe eſt qui tollit peccatū no-

noſtrum: ecce agnus Dei, ecce qui tollit pctã mũdi. Noſtis qa quidã homines dicũt aliquando, Nos tollimus peccata hominib⁹ quia ſancti ſum⁹. Si enim nõ fuerit ſanctus qui baptizat: quomodo tollit peccatum alterius, cũ ſit ille homo plenus peccato? Contra iſtas diſputationes verba noſtra non dicamus: hũc legamus, Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.

Die. 14. G Baſili⁹ epiſ. ꝯfeſ. L. iij.

BAſilius Cappadox genere, Cæſareæ primũ in ſua regione, deinde Athenis eruditus, in eã magnitudinẽ omnis generis doctrinarũ euaſit, cum egregia ſanctitate: vt inde magni cognomẽ inuenerit. Reuerſus igitur in patriã cũ magna oĩum expectatione Cæſaream vocatur: vt morum, ac pietatis inſtitutor, moderatorq; eſſet: præſuliſq; Euſebij adiutor: cui morięti in epiſcopatu ſucceſſit. In quo ſic Valẽtis Imperatoris Arriani ſibi infeſti tractauit animũ ſanctitate, & cõſequentibus ſignis, vt cum ſe vellet in exiliũ mittere, ſentẽtiã mutare coegerit: Sella enim qua geſtandus erat Valens, ſubito cõfracta & diſſoluta eſt. Cunq; de more exilij multam ſcripturus eſſet, perficere nõ valuit, calamo nihil atramenti reddente. Cunq; ſecũdus, & tertius calamus hoc pertuliſſet, & adhuc legẽ impiã firmare cõtenderet, cõmota eſt eius dextera, eamq; ſubitus tremor inuaſit. Tunc eius animo terrore impleto, ambabus manibus chartã rupit. Et quæ nox data eſt Baſilio ad deliberãdũ, eadem vxor imperatoris, velut tortoribus tradita, cruciatur. Filius vero, qui eis erat vnicus, extinct⁹: paternæ impietatis creditur exoluiſſe ſupplicia. Erat autem Baſilius in victu, & cultu abſtinentiſſimus: vna tantũ tunica ſe amiciebat, humi cubitabat, totis ſæpe noctibus vigilabat, omnis expers libidinis tota vita perſeuerauit. Primus omnium cœnobia excogitauit: & ritũ illũ monachorũ antiquũ atq; agreſtem, ad formulã religioni propiorem reduxit. Scripſit multa ſanctiſſime, & eloquentiſſime: nemo enim ſacra volumina (vt teſtatur Gregorius Nazianzenus, qui vitam eius conſcripſit) nec eloquentius eo, nec verius, nec vberius enarrauit. Obiit autẽ corpore iam per abſtinentiam conſumpto: cum oſſibus ac pelle tantũ ſuperſtes eſſet, Calẽd. Ianuarij.

Die. 15 A Martina vir. m̃. L. iij.

MArtina virgo Romana ex nobili & patritia familia Chriſtianę pietatis egregia cultrix, & ab ineunte ætate ſacris literis dedita, & erudita, dum ſequitur Euangelicã doctrinã, ſuarũ facultatũ magnã partem pauperibus diſtribuit. Quam ob rem facta rea, ꝙ relicto deorũ cultu ſeruiret nouæ religioni, ab Alexandro Imperatore, Apollini, ſacrificare iubetur, niſi mallet ſupplicia mortemq; ſubire. Cũ igitur in fide Chriſti pſtaret, equuleo ſuſpẽſa ferreis vngulis exarat̃, & ſic cruciata in carcerẽ coniicit̃, ſi forte ſentẽtiã mutaret. Sed poſtridie rurſus diis immolare iuſſa, & perinde cõtempto principis impio iuſſu, ſęuiſſime torquet̃, mamillis ferro laniatis, rurſusq; in carcerẽ retruditur. Paucis vero dieb⁹ interiectis, deſperata mutatiõe ſentẽtię, ĩ publicis ſpectaculis obiecta eſt immanib⁹ beſtiis, quarũ nulla virginẽ inuaſit, aut quoquo modo lęſit. Tũc vero iuſſu Imperatoris extra vrbẽ educta, & in Chriſtiana cõfeſſione & pietate cõſtãtiſſime pſeuerãs, capite plectitur Calendis Ianuarij. Cui⁹ corp⁹ ſepulturæ datũ eſt à ſctõ Caliſto papa.

Die. 16. B Marcell⁹ pp m̃. L. iij.

MArcellus patria Romanus à Cõſtantino & Galerio vſq; ad Maxentium geſſit pontificatum. Huius hortatu Priſcilla, & Lucina matronæ Romanæ adductæ ſunt: altera vt cœmeteriũ ſuis ſumptib⁹ via Salaria cõſtrueret, altera vt eccleſiam Dei hæredem ſuorum bonorum inſtitueret. Titulos quinq; & viginti ĩ vrbe Roma idẽ diſpoſuit, quaſi dioceſes ad cõmoditatẽ baptiſmi, & eorum qui ad fidẽ Chriſti ex gentibus quotidie veniebãt, & ad martyrum ſepulturas. Quibus rebus iratus Maxentius, Lucina relegata, ipſum minis impellere conatur, vt ſe pontificatu abdicaret, atq; nomẽ Chriſtianũ deponeret. In quo cũ ſe ab eo negligi animaduerteret, ipſum in viuaria ad curam publicarũ beſtiarũ damnauit. Ex quo loco nec orationes ille, nec ieiunia prętermittens, parochias etiam epiſtolis, quãdo aliter non licebat, multos annos gubernauit. Demum ex fœda illa, atq; incõmoda habitatione, pædore & ſitu cõfectus, obiit, eiusq; ſanctiſſimum corpus in cęmeterio Priſcillæ in via Salaria ſepelitur. xvij. Calen. Febr. Sedit autẽ

annos quinq;, menſes ſex, dies vnum & viginti. Te deũ. Orõ.

PReces populi tui quęſum⁹ dñe clemẽter exaudi, vt beati Marcelli martyris tui, atque pontificis meritis adiuuemur, cuius paſſione lętamur. Per do.

Die. 17. C Antonius abbas duplex minus. Lectio tertia.

ANtonius in Ægypto nobili genere natus, Cõſtantini magni tempore cũ intrans eccleſiã vt ſolebat audiſſet illud Euangelij, Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: velut ea ſibi tunc peculiariter dicta interpretat⁹, oĩbus ſuis poſſeſſionibus diſtractis, pretium diſtribuit pauperibus: ipſeq; in vaſtam Ægypti ſolitudinẽ receſſit. Vbi quãplurimos annos incredibili parſimonia & ſanctitate vitã geſſit, vix humanã, ſæpe à dæmonib⁹ ipſi ſanctimoniã inuidentibus, variis imaginibus infeſtatus: quos ipſe ope diuina fret⁹; tam cõſtanter ſpernebat, vt cõuitiis etiã & maledictis pſequeretur, exprobrans illis imbecillitatem in eos, quos diuina gratia non deſtituiſſet. Itaq; tanto iam terrori dæmonibus erat ſæpe à ſe deuictis, vt multi per Ægyptũ ab illis agitati, noĩe Antonij ſuper ipſos inuocato liberarẽtur. Huic Cõſtantin⁹ Imperator ſe, & filios per literas cõmendauit, vt pro eis dño ſupplicaret. Ita miraculis clarus, annũ agens vltra centeſimũ, à vita migrauit decimoſexto Calendas Februa.

Die. 18. D Fit de Cathedra Romana. ſ. Pet. du. ma. Ad veſ. hy⁹.

QVodcũq; vinclis ſuper terrã ſtrinxerit, Erit ĩ aſtris religatum fortiter. Et qđ reſoluit in terris arbitrio, erit ſolutum ſuper cœli radium: In fine mundi iudex erit ſeculi.

Gloria patri per immenſa ſecula, Sit tibi nate dec⁹, & imperiũ, Honor, poteſtas, ſanctoq; ſpiritui, Sit trinitati ſal⁹ indiuidua, Per infinita ſclorũ ſcla. Amen.

Añ. Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorum, tibi traditæ ſunt claues regni cœlorũ. Orõ.

DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo collatis clauibus regni cœleſtis animas ligandi, atq; ſoluẽdi pontificiũ munus tradidiſti: cõcede, vt interceſſionis eius auxilio, à pctõrũ nrorũ nexibus liberemur: Qui viuis.

Ad matutinum inuitatorium.

Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorũ, tibi tradidit Deus

claues regni cœlorum. Hym. IAm bone paſtor Petre clemens accipe Vota precantũ. & peccati vincula Reſolue tibi poteſtate tradita, Qua cunctis cœlum verbo claudis, aperis. Sit Trinitati ſempiterna gloria, Honor, poteſtas, atq; iubilatio, In vnitate cui manet imperium, Ex tũc & modo per æterna ſecula. Amen. Añ. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã, ædificabo eccleſiam meam. Lcõ.iij.

CAthedra ſummi pontificatus, cuius hodie feſtum celebramus, promiſſa eſt Petro, cũ Chriſtus ei dixit, vt habetur Matthæi ſextodecimo capite: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferi nõ pręualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cœlis. His igitur verbis Chriſtus cathedrã ſummi ſacerdotij Petro pollicitus anteq̃ pateretur, eandẽ tradidit poſt reſurrectionem: cum ter ipſi ſuum gregem paſcendũ cõmendaret. De quo ſic ſcripſit Ioannes, Dixit Simoni Petro Ieſus, Simon Iona diligis me plus his? Dicit ei, Etiã dñe, tu ſcis q̃a amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Iona diligis me? Ait illi, Etiam dñe, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Iona amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me. Et dixit ei, Paſce oues meas. Petrus igitur poſt aſcenſionẽ Chriſti ad patrem, cum Pontũ, Galatiam, Bithyniam, & Cappadociam peragraſſet fidẽ Chriſti prædicando, & ſermonẽ miraculis cõfirmãdo, Antiochiam reuerſus eſt: ibiq; Cathedrã, hoc eſt ſedẽ apoſtolicã, fixit, tenuitq; ſeptẽ annos, donec iuſſu Dei (vt verbis vtar Marcelli papæ, & martyris) eam tranſtulit Romã, immobileq; locauit: vt ad cõmoditatẽ Chriſtianorũ & religionis augmentũ, ſed etiã ſummi ſacerdotij, & eccleſiæ caput eſſet, in ea potiſſimum vrbe, quæ principatum orbis obtinebat. Ad laudes aña. Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, dicit dominus Simoni Petro. Ad veſpe.hym. Quodcunq; vinclis. &c. Aña. Dum eſſet ſummus pontifex,

terrena non metuit, ſed ad cœleſtia regna glorioſus migrauit.

Die. 19. E Teleſphor. pp m. ſ. iij.

TEleſphorus natione Græcus Antonino imperatore pontifex factus, conſtituit vt proxime ante Paſcha ieiuniũ Quadrageſimæ obſeruaretur: vtq; in natali Chriſti tres miſſę celebrarentur. Prima media nocte, cum Chriſtus eſt natus in Bethlehem. Secũda in aurora, quãdo à paſtorib⁹ eſt cognitus. Poſtremo circa eam horã qua redẽptionis humanæ myſteriũ agebatur. Itẽ, vt ante ſacrificiũ caneret, Gloria in excelſis Deo. Ordinationibus quater menſe Decẽbri habitis, p̃ſbyteros. xv. diaconos. xvij. ep̃os. xiij. creauit. Cum aũt ſediſſet annos vndecim, mẽſes tres, dies. xxij. martyrio coronatus eſt, ac in Vaticano ſepultus Nonis Ianuarij.

Die. 20. F Fabianus papa, & Sebaſtianus marty. dup. mi. Oro.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus, & quia põdus proprię actionis grauat, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebaſtiani interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum no. Lectio. iij.

FAbianus patria Romanus à Gordiano & Philippo ad Decium imperatorẽ pontifex eccleſiæ præfuit. Hic ſeptẽ diaconis regiones diuiſit, qui à notariis res martyrũ geſtas ſcribẽtibus, colligerent. Statuitq;, vt ſingulis annis in die cœnæ dñi chriſma renouaretur, ac vetus cõbureretur in eccleſia. Huius tẽpore orta eſt hæreſis Nouatij Romanæ eccleſiæ preſbyteri, negantis apoſtatas etiam pœnitentes ab eccleſia recipi debere. Sed congregato Romæ cõcilio ſexaginta epiſcoporũ totidẽq; preſbyterorũ cũ diaconis cõpluribus, hæc hæreſis Nouatiana damnata fuit, & cum aliis error quoq; Helcheſaitarũ aſſerentiũ nõ eſſe criminoſum ĩ tormẽtis Chriſtũ vocetenus ab eo negari, qui corde ipſum cõfiteretur. Fabian⁹ deniq;. xiij. Calẽd. Feb. martyrio coronat⁹ ĩ cęmeterio Caliſti via Appia ſepelitur. cũ ſediſſet annos. xiiij. menſes. xj. dies. xj. Sebaſtian⁹ ciuis Mediolanenſis, ſed Narbonæ ortus, vel vt alij tradunt, oriundus, vir nobilis, & Imperatori Diocletiano charus, primæq; cohortis ductor, multos Chriſtianorũ in tormẽtis deficientes tam fortiter, & ſancte in fide cõfirma-

uit, vt martyriũ cõſtanter ſubierint. Quorum fuere Marcus, & Marcellianus fratres, q Romæ in domo Nicoſtrati vincti aſſeruabantur, cuius Nicoſtrati vxor Zoe, exorante Deũ Sebaſtiano, vocẽ ante ſex annos per morbũ amiſſam recepit. Quibus rebus cognitis Diocletian' Sebaſtianum ad ſe vocat, & grauiſſime increpatũ, omni ratione à fide conatur auertere. Sed hoc fruſtra tẽtato, iubet eũ ſtipite alligatũ à ſagittariis configi. Frequentibus igitur ſagittis cõfixus, cum ab oĩbus aut per necatus, aut protin' moriturus crederetur, tamen conſequenti nocte, ab Hyrene ſancta matrona ſepeliendi gratia ſublatus, viuus reperitur, & ope diuina breui eſt in domo illius in priſtinam valetudinẽ reſtitutus. Itaq; paulo poſt factus obuiam Diocletiano ad rei miraculũ attonito, libere cœpit impietatẽ, & ſæuitiã in Chriſtianos imperare. Tunc vero iuſſu eiuſdẽ imperatoris tandiu virgis cæſus eſt, donec animã exhalauit. Eius vero corpus in cloacã deiectum Lucinæ opera, cui Sebaſtianus per ſomnium viſus, & vbi ſuum corpus eſſet, & vbi condi vellet, demonſtrauit, ad Cathacũbas ſepultũ eſt: vbi templum extat eiuſdem nomine dicatum. Paſſus eſt autem Romæ. xiij. Calend. Februarij.

Die. 21 G Agnes virgi. marty. duplex minus. Oratio.

OMps ſempiterne De', qui infirma mundi eligis, vt fortis quæq; cõfundas: cõcede propitius, vt qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ ſolennia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. Lectio. iij.

AGnes virgo Romana claris parentibus orta, cum ab vrbis pręfecti filio amore flagrante in coniugẽ magnis pollicitis, & contentione peteretur, oĩbus ſpretis, in ea reſponſione perſtitit, ſe ab amatore Chriſto fuiſſe occupatam, ipſiq; ſoli ſe datã fidem præſtare oportere. Ita cũ neq; blanditiis, neq; minis cõmoueret' à Symphronio præpoſito, nec iuſſa Deæ Veſtæ ſacrificare paruiſſet, veſtib' ſpoliata, pręeunte præcone in lupanar ducta eſt, vbi cœleſte lumẽ ſic eam circunfulſit, vt à nemine videri poſſet. Cunq; pręfecti filius virgini inſultaturus intraſſet, confeſtim exanimis iacuit: qui mox oratione virginis ſuſcitat', egreſſuſq; in publicũ clamare cœpit, Templa Deorũ

eſſe

eſſe dæmonũ domicilia, & ſolũ Christianorũ verum eſſe Deũ. Quo miraculo templorũ pontificibus cõmotis, ac virginẽ magam eſſe clamitantibus. Symphronius licet iam Agnetem libenter abſolueret, timẽs tamen pontificũ calumniam, cauſam virginis cognoſcendã Aſpaſio vicario cõmiſit. Hic aũt in conſpectu omniũ rogũ accendit, & in eum virginẽ protrudi iuſſit. Quo facto flammis diuiſis ipſa in medio illæſa permanſit, & ignis circunſtãtes exurebat, qui tamen ad orationẽ virginis ſtatim extinctus eſt. Tũc Aſpaſius ira cõcitatus iuſſit eã decollari. Et ſic martyrio coronata ad ſponſum Chriſtum emigrauit duodecimo Calend. Februarij. Parentes aũt eius corpus abſtulerũt, & via Numẽtana in prædiolo ſuo non longe ab vrbe ſepelierunt. Quibus in ſepulchro cũ fletu & lamẽtatione aſſidentibus, frequẽti virginũ cœtu circunſepta, candida, & refulgens, Agnes apparuit, hortataq; eſt illos, vt pijs lachrymis finẽ imponerent, quandoquidẽ ipſa in cœlũ ſublata, vberrimũ ferret ſui martyrij præmium. Igitur fama ſanctitatis eius vbiq; diſperſa, quotquot credẽtes ad ſepulchrum eius veniſſent, à quacunq; infirmitate ſanabantur.

Die. 22. A Vincentius, & Anaſtaſius martyres. Lectio tertia.

Vincentius Oſchæ natus quod oppidũ eſt Hiſpaniæ citerioris, ab ineunte ætate ſtudio literarũ deditus, & ſacris literis eruditus, à Valerio Cæſaraugustano epiſcopo cui blæſa lingua erat, munus iniunctum prędicandi Euangeliũ pro ipſo ſanctiſſime, & cõſtãter obibat. Quo cognito Decianus prouinciæ pręſes, in pſecutione Diocletiani, & Maximiani capi eum iubet Cæſarauguſtę cum Valeriano, & vinctũ ad ſe Valentiã deduci, vbi propter fidei cõſtantiam verberibus primũ vſq; ad tortorum laſſitudinẽ cæſus eſt: deinde in equuleo ferreis vnguibus exaratus, poſtremo in craticula prunis ſubiectis impoſitus, & ferreis pectinib' alte impreſſis excarnificat': quæ cũ inuicto animo ptuliſſet, in carcerẽ retruditur, vbi paulo poſt ſpiritũ ad martyrij coronã accipiendã emiſit. xj. Calẽd Febru. Quo die martyriũ quoq; celebratur Anaſtaſij natione Perſæ qui Heraclio imperatore cum Ieroſolymam, & loca ſancta viſiſſet, extra caſtellũ Bethſalem

cum ſexaginta Chriſtianis, q̃ à Cæſarea Palæſthinę ipſum fuerant ſecuti, iuſſu regis Coſdroæ fuit ſtrangulatus. Oratio.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris, vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beatorum martyrũ tuorũ Vincentij & Anaſtaſij intercessione liberemur. Per do.

Die. 23. B Alfonſus archiepiſcopus confeſſor. Lectio tertia.

ALfonſus, qui & Ileſonſus ab aliis dicitur, nobili genere Toleti natus, liberalium diſciplinarum, ſacrarumq; literarum ſtudio deditus, Eugenij Toletani, Iſidoriq; Hiſpalenſis præſulũ, ſanctorũ doctiſſimorumq; virorũ monitis, atq; pręceptis morũ ſanctitatẽ egregiã, & ſingularẽ cum pietate doctrinam eſt adeptus. Itaq; primũ factus monachus in Agalienſi monaſterio, breui, propter virtutũ pręſtantiã abbas eſt à monachis delect⁹. Deinde mortuo Eugenio cleri populiq; Toletani magno cõſenſu ſufficitur in epiſcopatu, quod munus mira prudẽtia, & ſanctitate adminiſtrauit. Hæreticos quoſdã q in Hiſpania hæreſim Heluidianã tollentem perpetuã Mariæ Dei genitricis virginitatẽ diſſeminabant, doctiſſimè confutauit, ab Hiſpaniaq; depulit. Quam diſputationem explicauit libro quẽ inſcripſit de Mariæ virginitate, rem miraculo cõfirmante: Cum enim Alfonſus ad preces matutinas in eccleſiã nocte deſcenderet, comites ei⁹ in eccleſię limine fulgore quodã repẽtino deterriti, retroceſſerũt. Ille vero intrepidus ad aram progreſſus, virginẽ ipſam vidit & adorauit, ab eadẽq; veſtẽ, qua in ſacrificiis vteretur, accepit. Obiit aũt anno ſui epiſcopatus ſanctiſſime geſti circiter decimo, & ſepult⁹ fuit in baſilica Leocadiæ.

Die. 24. C Timo. epiſ. m. L. iij.

TImotheus Lyſtris oppido Lycaoniæ natus ex Iudęa matre, & patre Gentili, Chriſtianæ religionis cultor erat, cum Paul⁹ in ea loca peruenit. Qui motus Timothei ſanctitate, & optima fama qua ideni inter Chriſtianos illius tractus celebrabatur, aſciuit ipſum ſociũ & comitem ſuæ peregrinationis. Ac ne offenderentur qui ex Iudaiſmo conuerſi fuerant ad Chriſtũ, Timotheumq; nouerant filiũ patris eſſe Gentilis, ipſum circuncidit, quod licebat: adhuc nondum ſatis Euãgelio promulgato. Cum autẽ peruenissent

miſſent Epheſum, ibidẽ Timothæus à Paulo relictus eſt, vt eccleſiã doctrina, exẽploq; iuuaret. Ad hunc Paulus vt doctrina, qua præſentem inſtituerat, abſentem quoq; confirmaret, duas epiſtolas ſcripſit, alteram à Laodicea, alterã ab vrbe Roma. Poſtremo Timotheus cũ in feſto celeberrimo Dianæ, populũ ab impio ſacrificio conaretur auertere, lapidibus obrutus eſt à furente populo, vnde pene mortuus ſublatus à Chriſtianis, & ad montem vrbi vicinum eductus, ſpiritum emiſit nono Calendas Februarij.

Cõuerſio Pauli duplex maius.

Ad veſperas. Hymnus.

DOctor egregie Paule mores inſtrue, Et mẽte polum nos trãsferre ſatage: Donec perfectũ largiatur plenius, Euacuato quod ex parte gerimus.

Sit trinitati ſempiterna gloria, Honor, poteſtas, atq; iubilatio: In vnitate, cui manet imperiũ, Ex tunc, & modo, per æterna ſecula. Amen. Antipho. Vade Anania, & quere Saulum, ecce enim orat; quia vas electionis eſt mihi, vt portet nomen meũ coram gentibus & regibus, & filiis Iſrael. Oratio.

DEus qui vniuerſum mundum beati Pauli Apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis quęſumus, vt qui eius hodie cõuerſionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per do.

Die. 25. D Ad matutinũ inuit. Laudemus Deũ noſtrũ in conuerſione doctoris gẽtiũ. Hym. Doctor egregie. vt ſupra. Añ. Mihi viuere Chriſt⁹ eſt, & mori lucrũ, gloriari me oportet ĩ cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. L. iij.

PAulus, qui antea Saulus, Giſcalis oppido Iudææ ortus Beniamina tribu, patria à Romanis bello capta, cũ parentibus Tarſum q̃ Ciliciæ eſt, migrauit. Mox Ieroſolymis operã dedit Gamalieli Moſaicæ legis peritiſſimo, Stephani martyrio interfuit, acceptiſq; à Iudęorum põtifice literis, vt eos velut impios inſectaretur, qui Chriſtũ Nazarenũ Dei filiũ aſſererent: quum Damaſcũ pergeret, ſubita lux ob iter in ſpeciẽ fulguris eũ occupauit, ad terrãq; pauore deiectus, vocem audiuit velut increpantis, Saule, Saule, quid me pſequeris? ille torpore, & metu preſſus, Quis (inq̃t) es? Vbi vero Ieſum eſſe Nazarenum audiuit, cuius ipſe nomen

inſectaretur, ſubita religione ta ctus venerabundus petiit, quid iuberet ſe facere. Pergeret porro ire reſpõſum eſt: fore, vt quũ Damaſcũ, veniſſet, ibi audiret, quid facto opus eſſet. Stabant eius comites miraculo rei attoniti, cæterũ Saulũ ſe ægre attollentẽ per manus in vrbem deducunt. Fuit ille triduũ Damaſci nihil videns. Occurrit illuc Ananias cœleſti oraculo iuſſus ad eũ ire, (erat is vn⁹ ex Chriſti diſcipulis) ad cuius acceſſum cõ feſtim lux Saulo reſtituta eſt. Doctusq; ab illo, ꝙ à Deo optimo maximo electus eſſet ad Chriſtianũ dogma propagandum, paucis dieb⁹, q̃bus Damaſci fuit cũ diſcipulis humiliter verſatus, Chriſtũq; Nazarenũ Dei filiũ aſſerere exorſus, cõfeſtim in ſe omniũ oculos vertit. Mirari ſubitã in homine mutationẽ Iudæi, mirari vim dicẽdi, extemporalemq; facultatẽ, nec erat in ſynagoga, qui diſputãti illi reſiſteret: acceperat enim ſpiritũ ſanctũ. Mox Damaſco profect⁹, Chriſti nomen longe lateq́, ꝓdicatione propagauit. Ad laudes añ. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Ad veſp. hym. Doctor egregie. vt ſupra. Añ. Sancte Paule apoſtole, prædicator veritatis, & doctor gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Die. 26. E Polycarpus epiſcopus martyr. Lectio tertia.

Polycarpus Ioãnis apoſtoli diſcipul⁹, & ab eo Smyrnæ epiſcopus præfectus: probatiſſimis fuit moribus & ingenti doctrina, cuius magiſtros habuerat nõnullos apoſtolorũ. Hinc propter quaſdã de die Paſchæ contentiones, Romã venit tempore Anacleti papæ, vbi multos à Valẽtini & Marcionis hæreſi ad rectam fidem reuocauit, rebusq; cum Anacleto cõpoſitis Smyrnã rediit, ibiq; per aliquot annos eccleſia ſanctiſſime adminiſtrata, Marci Aurelij perſecutione in Chriſtianos per totã Aſiam ſæuiente, accuſatus, & cõprehenſus, cum ad tribunal Proconſulis ſe Chriſtianũ eſſe cõſtãti animo profiteretur, nec poſſet minis deterreri, vniuerſa multitudine Gentiliũ. & Iudęorum id clamoribus efflagitãte, à procõſule damnatur, vt viuus igne cõbureretur. Sed in rogũ, vinctis poſt tergum manibus iniectus, permanebat illæſus. Flamma enim in modũ cameræ curuata, quaſi velum nauis

vento

vento ſinuante corpus martyris tegebat, potius q̃ adureret. Quo animaduerſo ſceleris miniſtri, corp⁹, cui flammæ pepercerant: iubēt gladio à carnifice transfodi. Quo facto beatiſſimi martyris ſpūs vinculis corporis ſolut⁹ ad Deū euolauit. Paſſus eſt autē annum agens. lxxxvj. ſeptimo Calendas Februarij.

Die. 27. F Ioannes Chryſoſtomus epiſcop⁹ confeſſor. Lcō. iij.

IOannes Chryſoſtom⁹ Antiochiæ natus, cum eſſet liberalibus artibus erudit⁹, relictis forenſibus, & ſecularibus ſtudijs, quibus ab ineunte ætate vacauerat, totum ſe ſacrarū literarū ſtudio tradidit. Ergo à Meletio Antiochiæ epiſcopo lector & diaconus, & ab Euagrio illius ſucceſſore ſacerdos ordinatus, tum doctrinæ, tum ſanctitatis nomine omniū voce celebrabatur. Qua fama motus Arcadius Imperator ipſum ex Antiochia accerſiri iubet, vt Nectario Cōſtātinopolitano epiſcopo mortuo ſuccedat. Suſcepto aūt epiſcopatu, cum vitia clericorū partim exēplo, partim etiā verbis, & legitimis pœnis inſectaretur, magnā ipſorū in ſe inuidiā cōcitauit. Eudoxiæ quoq; Auguſtæ ob Seuerianū Gabalienſem epiſcopū, à ſe tanquā hæreticū vrbe pulſum, magnum odium incurrit, erat enim Seuerianus Eudoxiæ intimus & familiaris, quā ob rem eadē cōtra Ioannē quorundā epiſcoporū conciliū cogendū curauit, ad quod velut hoſtile cū Ioannes vocatus ire recuſaſſet, damnatus eſt, & in exilium miſſus: ſed paulo poſt coorta in vrbe ob id magna ſeditione, ab exilio reuocatus eſt. Cui redeunti populus cum magna gratulatione frequentiſſimus occurrit. Deinde cum in diuę Sophię foro ante Auguſtę argenteam imaginē ludos agi vetuiſſet, rurſus irata Eudoxia, quaſi factum id fuiſſet in ſuam contumeliā, dat operā, vt Ioannes ab inimicis epiſcopis vrbe pellat᷑. Ad quod ſynodo coacta, hoc modo prætenta cauſa, ꝙ poſt priorē depoſitionē ſine cōcilij decreto in ſede reſediſſet, dānat⁹ iterū mittitur in exiliū. A quo dum iubente papa Innocentio ex concilij, quod Romæ coegerat, decreto reuerteretur, mortuus eſt multis calamitatibus, propter eccleſiā, & morum corruptionem exhauſtis: multiſq; libris mira doctrina, & eloquentia ſanctitateq; cōſcriptis. Obiit aūt. xviij. Calend. Octob.

Quo

Quo die vehemens grãdo Con ſtantinopolis, ſuburbanis magnũ detrimentũ inuexit. Quod creditum eſt eueniſſe propter iniuſtam Ioannis damnationẽ. & eam opinionem confirmauit mors Auguſtæ poſt.xix.diẽ ſecuta. Itaq; poſtea corpus eius Theodoſius Archadij filius Cõſtantinopolim transferendum, ac religioſe ſepeliendum curauit. vj. Calendas Februarij.

Die.28. G Lucian⁹ pſb.m̃.l.iij.

MAximini imperatoris pſecutione in Chriſtianos per vniuerſam propemodum Aſiam, pręſertim Antiochiæ ſæuiente, Lucianus presbyter Antiochenſis cõtinentia, & erudi tione ſingulari, vita, & ſtudiis ſemp martyr cõprehenſus eſt. Cunq; ad tribunal fuiſſet cõſtitutus, increpatus à iudice, ꝙ vir prudens ſequeretur ſectã, cuius nõ poſſet reddere rationẽ: data ſibi facultate dicendi, tam eloquenter, ſapiẽterq; de fide diſſeruit, vt iam inciperet aſtãtibus ſuã diſciplinã perſuadere. Quo iudex animaduerſo, iubet eũ in carcerẽ retrudi, & ibi abſq; populi tumultu necari. Sepultus eſt autẽ Helenopoli Bithyniæ: quã vrbem, cũ prius Drepana vocaretur, in honorem præfati martyris Cõſtantin⁹ Imperator inſtaurauit, & ex nomine Helenæ matris nuncupauit: Paſſus eſt autẽ ſeptimo Idus Ianuarij.

Die.29. A Paul⁹ prim⁹ ere.l.iij.

PAulus, à quo primum eremus habitari cœpta eſt, ex Thebaide Ægypti vrbe oriundus, literis Græcis, & Ægyptiis apprime eruditus, parentibus amiſſis cum eſſet annorũ.xvj. Decio Imperatore in Chriſtianos ſæuiente, in ſolitudinẽ ſeceſſit. Vbi authore Hieronymo, qui vitã eius conſcripſit, ad ſaxei montis radices, ſpeluncã, quã vetus palma, & fons limpidiſſimus exornabat, ad vitam peragendã elegit, palma eidem obſoniũ, & indumentũ ſuggerente. Cum aũt centũ tredecim annorũ eſſet, à beato Antonio nonagenario in illa ſolitudine inuiſitur. Quib⁹ inter ſe iucundiſſime colloquentibus, coruus panem integrum ante ipſos depoſuit. Tunc Paulus, Sexaginta (inquit) anni ſunt, quibus dimidiatũ ſemp panẽ accipio, nunc ad aduentũ tuũ militibus ſuis Chriſtus duplicauit annonam. Tũc ad marginem nitidiſſimi fontis conſidentes, facta oratione, pane & aqua refecti, noctẽ peruigiles traduxerũt. Poſtridie

Antonius cum Pauli mortem inſtare ipſo prædicente cognouiſſet, lachrymans ad monaſterium ſuũ reuertitur, relaturus palliũ, quod ipſi dederat Athanaſius ad Pauli corpꝰ inuoluendum, vt ab ipſo fuerat rogatus. Rediens aũt vidit inter angelorum cateruas eiꝰ animã niueo candore refulgentẽ in ſublime cõſcẽdere, & ſtatim cũ gemitu & lachrymis exclamat, Cur me Paule deſeris? cur inſalutatus abis? & accurrens in ſpeluncã cadauer inuenit genibus complicatis, erecta ceruice, extenſis in altũ manibus oranti ſimile. Quod cũ mœſtiſſimus obuoluiſſet pallio, nec quo terrã foderet haberet, ecce duo leones ex interiori parte ſolitudinis venientes, vnius hominis capacẽ locũ effodere. Vbi humato corpore, ac tumulo cõpoſito, tunicam Pauli ex palmarũ folijs cõtextã ſecũ deferẽs, Antonius ad monaſteriũ ſuum reuerſus eſt.

Die. 30. B Iginiꝰ papa m̃. L. iij.

IGinius papa natione Græcus, patria Athenienſis Antonino Pio imperatore pontifex factꝰ, clericorum ordinem prudenter per gradus diſtribuit, inſtituitq́;, ne templa ſine celebratione dedicarentur, neve augerentur numero, aut diminuerentur inconſulto metropolitano, vel epiſcopo. Item, ne tigna, reliquaq́; templorũ materia in prophanos vſus cõuerterentur. Præterea, vt vnus ſaltem patrimus, vnaq́; matrima infantibus adſint in baptiſmo. Poſtremo de eccleſia Dei optime meritus: cũ menſe Decẽbri ordinationes ter habuiſſet, creaſſetq́; preſbyteros. xv. diaconos. v. epiſcopos ſex, martyrio coronatus in Vaticano mõte ſepelitur. iij. Idus Ianuarij, cum ſediſſet annos. iiij. menſes tres dies. iiij.

Die. 31. C Hilariꝰ eps ꝯfeſſ. L. iij.

HIlariꝰ natione Gallus propter ingentem eius doctrinæ ac ſanctitatis opinionẽ magno totius populi conſenſu Pictauorum, in regione Aquitaniç epiſcopꝰ creatur, quo munere ſanctiſſime fungens Arrianam hæreſim tum temporis vigentẽ inſectatus eſt. Factione Saturnini Arelatenſis epiſcopi de ſynodo Biteienſi in Phrygiã relegatus, multos libros contra hæreticos confecit. Duodecim, aduerſus Arrianos. Et itẽ librũ aduerſus Valentem, & Vrſatium, hiſtoriam Ariminenſis, & Seleucienſis ſynodi continentẽ, & aliũ contra Dioſcorũ, præter

alia multa opera. Qui diu vexatus hæreticorum perſecutione cum apud Conſtantinopolim librũ pro ſe Cõſtantio Imperatori porrexiſſet, ipſius volũtate in Galliã rediit, quæ prouincia Hilario authore dolũ Arrianæ perfidię damnauit. Claruit etiã multis miraculis: quorum illud in primis refertur, infantẽ ſine baptiſmate mortuum vitæ ac matri ab ipſo fuiſſe reſtitutum. Poſt varia igitur certamina ob fidem ſuſcepta, ſanctitate ac doctrina clarus, Idibus Ianuarij migrauit ad dominũ.

FEBRVARIVS.

Die. 1. D Ignatius eps m̃. L iij.

IGnatius Antiochiæ poſt Petrum tertius epiſcopatũ ſortitus Traiani tempore accuſatus ꝙ Chriſtianus eſſet, ad beſtias damnatur, Romã mittendus. Quo cũ à Syria vinctus deportaretur, omnes Aſiæ ciuitates, ad quas appuliſſet, euangelicis cohortationib⁹ edocebat: remotiores etiam epiſtolis erudiens. In quarũ vna, quam Smyrnæ, dum apud Polycarpũ diuerſaretur, ad Romanos ſcripſit: inter cætera hæc de ſua damnatione refert, O ſalutares beſtias, quę pręparantur mihi. Quãdo venient? quando emittentur? quãdo eis frui licebit carnibus meis? quas & ego opto acriores parari, ne forte (vt in nonnullis fecerũt) timeant cõtingere corpus meũ. Nunc incipio diſcipulus eſſe Chriſti. Ignes, cruces, beſtiæ, diſcerptiones membrorũ, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me vnum ſupplicia diaboli arte quæſita cumulentur, dummodo Ieſum Chriſtũ merear adipiſci. Romã igitur perductus, & beſtiis expoſitus, cum iam à leonib⁹ diſcerperetur, ardore martyrij moriẽs, ĩ hęc verba prorupit: Frumẽtũ ego ſum Dei. Beſtiarũ dentib⁹ molor, & ſubigor, vt panis mund⁹ efficiar Chriſto. Paſſus eſt aũt Calend. Februarij. anno. xj. Traiani.

Purificatio Mariæ virginis duplex maius. Ad veſperas hym. Aue maris ſtella. &c. Añ. Senex puerũ portabat, puer autẽ ſenẽ regebat, quem virgo peperit, & poſt partũ virgo permanſit, ipſum quẽ genuit adorauit. Orõ.

OMnipotẽs ſempiterne De⁹ maieſtatẽ tuã ſupplices exoramus: vt ſicut vnigenitus tuus hodierna die cũ noſtrę carnis ſubſtãtia in tẽplo eſt pręſentat⁹, ita nos facias purificatis tibi

bi mentib' prȩſentari. Per eun.
Die. 2. E Ad matutinũ inuita.
Ecce venit ad templũ ſanctum ſuũ dominator dñs: gaude, & lætare Sion occurrens Deo tuo.
Hym. O glorioſa domina. Añ.
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.
Secundum Lucam. Lectio.iij.

ca. 2. IN illo tpe: Poſtquã impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundũ legẽ Moyſi, tulerũt illũ in Ieruſalẽ vt ſiſterent eũ dño, ſicut ſcriptum eſt in lege dñi.
Et reſ. Hom. ſcti Ambroſij epi.
Et ecce homo erat in Ieruſalẽ, cui nomen Simeon: & homo iſte iuſtus, & timoratus, expectans redemptionẽ Iſrael. Non ſolum ab angelis & prophetis, à parentibus & paſtoribus, ſed etiã à ſenioribus & iuſtis, generatio dñi accepit teſtimonium. Omnis ætas & vterq; ſexus, venturorum miraculorum fidem aſtruunt. Virgo generat, ſterilis parit, mut⁹ loquitur, Eliſabeth prophetat: magus adorat: vtero clauſus Ioannes exultat: vidua confitetur: iuſtus expectat. Et bene iuſtus, quia nõ ſuã, ſed populi gratiam requirebat: cupiens ipſe corporeȩ vinculis fragilitatis abſolui: ſed expectans videre ꝓmiſſum. Sciebat enim quia beati oculi q viderẽt Chriſtum dñi. Et accepit eũ in manibus ſuis: & benedixit Deũ, & dixit, Nunc, domine dimitte ſeruũ tuũ in pace. Videte iuſtũ velut corporea mole incluſum velle abſolui: vt ſic poſſit eſſe cum Chriſto. Diſſolui enim & eſſe cum Chriſto multo melius eſt. Qui vult ergo dimitti, veniat in templũ, veniat in Ieruſalem, expectet Chriſtũ dñm, accipiat in manibus verbũ dñi, cõplectatur velut quibuſdam fidei ſuȩ brachiis: tunc dimittetur, vt nõ videat mortem qui viderit vitam. Ad laudes aña.
Cum induceret puerum Ieſum parentes eius, accepit eum Simeon in vlnas ſuas, & benedixit Deũ dicens, Nunc dimittis ſeruũ tuũ in pace. Ad veſ. hym.
Aue maris ſtella. Aña. Hodie beata virgo Maria puerum Ieſum præſentauit in templo, & Simeon repletus ſpiritu ſancto accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum in æternum.
Die. 3. F Blaſius eps mar. L. iij.

BLaſius cum Sebaſtæ, quæ ciuitas eſt Cappadociæ, ſanctimonia polleret, elect⁹ eſt à Chriſtianis eiuſdem ciuitatis epiſcopus, Diocletiano imperatore. Sed perſecutione in Chriſtianos

ſtianos inualeſcente, in ſpeluncam Argei vicini montis cõfugit, ibiq; tãdiu latuit, donec ab Agricolai præſidis militibus in eo monte venantibus eſt repertus. Cuius præſidis iuſſu captus & in vincula coniectus eſt, atq; inde multos ægrotantes, qui ad ipſum afferebantur, ſanauit. Et in his puerũ iam conclamatũ, ſpina ſtrangulãte, quę tranſuerſa in gutture ipſius inhæſerat. Productus aũt Blaſius ad præſidem ſemel & iterũ, cũ diis ſacrificare renuiſſet, primum virgis cæſus eſt, deinde ferreis pectinibus in eculeo laniatus, poſtremõ capite plexus martyrio coronať tertio nonas Februarij.

Die.4. G Phileas epiſcopus, & Philoromus martyres. Lcõ.iij.

PHileas nobili loco natus Thmuis vrbe Ægypti egregie liberalibus diſciplinis erudi tus, & magnis honorib⁹ in republica Romana functus, cum ſe totum ad verã Chriſti philoſophiã traduxiſſet, propter multa documenta, & ingentẽ ſanctitatis eius opinionẽ, magno ſuorũ ciuiũ conſenſu epiſcopus efficitur. Quo munere per annos aliquot ſanctiſſime functus, demum ſub Diocletiano imperatore in vincula cõiectus eſt: vbi egregiũ librũ de laudibus martyrũ conſcripſit. Qui flentibus propinquis ac miſerabiliter deprecantib⁹ ne ſe liberoſq; ſuos, & familiã perditum iret, nullos ſe propinquos habere reſpondit, niſi Apoſtolos & martyres Dei. Ita cum neq; horum, neq; prę ſidis monitis à pio inſtituto reuocari potuiſſet, capitali ſententia damnatur cum Philoromo centurione. Qui conantib⁹ & iudice, & propinquis à vera pietate Phileam ſummouere, exclamauerat, Quid fruſtra cõſtantiã fortiſſimi viri tentatis? Cur eũ cogitis negare Deũ, vt hominib⁹ obſequatur? Quomodo poteſt terrenis lachrymis flecti, cuius oculi cœleſtẽ iã gloriã cõtuentur? Itaq; à turba furente comprehenſus, iuſſu præſidis martyrio, vna cum Philea coronatur, pridie Nonas Februarij.

Die.5. A Agatha virg. m. L.iij.

DEcio imperatore, Quintianus Siliciæ præſes captus amore nobilis atque egregia forma virginis Agathæ in vrbe Catana cum ipſam Chriſtianã eſſe, & ſanctæ pudicitiæ cognouiſſet, capi eam iubet prętenta ſupeſtitionis cauſa. Ipſamq; Aphrodiſiæ cuidã ſeptẽ filiarũ meretricũ matri & lenæ turpi

turpi cõſuetũdinẽ deprauandã tradit. Sed poſt diem trigeſimũ, cum Agatha meretriciã turpitudinẽ multo magis exoſa ſanctior ac in virtute conſtantior perſiſtere nuntiaretur, produci eãdẽ ad ſe Quintian⁹, optareq; iubet, diiſne ſacrificare mallet, an ſupplicia ingentia ſubire? Quæ cũ nullis ſuppliciis à fide Chriſti ſe poſſe ſummoueri reſpõdiſſet, alapis vehemẽter cæſa ĩ carcerẽ trudit᷑. Ac poſtridie cũ eodẽ animo perſeueraret, in eculeo cruciat᷑, torta primũ, ac deinde abſciſſa mamilla. Quo patientiſſime tolerato, poſt diẽ quartũ acutis teſtulis, & ſubſtratis carbonib⁹ imponitur, & volutatur. Hoc dũ fieret, magnus terræmotus vrbem concuſſit, quo paries corruens Siluinũ & Falconium pręſidis domeſticos oppreſſit. Itaq; ciues timore perculſi magno clamore in Quintianũ, damnata eius in virginẽ ſæuitia, concitantur. Tunc vero Agatha in carcerẽ retrudi iubetur, quo cum eſſet ſemimortua reducta, Deũ vt ſuam animã reciperet precata, ex hac vita migrauit Nonis Februarij. Orõ.

DEus, qui inter cætera potentię tuę miracula etiã in ſexu fragili victoriã martyrij cõtuliſti: cõcede ꝓpitius: vt cuius natalitia colim⁹, per ei⁹ ad te exempla gradiamur. Per do.

Die. 6. B Dorotheę virg. & mar.

Die. 7. C Adauct⁹ & ſoc. m̃. l. iij.

TEmpore Diocletiani, & Maximiani Imperatorũ ſæuiẽte in Chriſtianos ꝑſequutione, ciuitas quędam Phrygię, quę publice & magno ciuium oĩum cõſenſu Chriſti fidẽ profitebat᷑, cũ nulla ratione adduci poſſet, vt Deos alienos adoraret, obſeſſa ab impiorũ exercitu, vniuerſa ſine vllo ſexus, aut ętatis diſcrimine incẽditur, tãta impiorũ crudelitate, vt nullus oĩno ciuis huic vrbis calamitãti ſuperfuerit. Cui⁹ beati numeroſiq; martyrij ſimul ab vniuerſa ciuitate ſuſcepti, author & dux extitit vir pietate, & religione, magnitudineq; animi clar⁹ Adauctus Italus natione. Qui multis honorib⁹ reipublicę functus, tũ quoq; publicũ mun⁹ in illa vrbe adminiſtrabat. Huius enim in cõfeſſione Chriſti conſtantiã oĩs popul⁹ ſequutus eſt, eoq; duce clariſſimi martyrij palmã adept⁹. vij. Idus Februa.

Die. 8. D Cointha vir. m̃. l. iij.

ALexandrię Decio Imperatore tanta in Chriſtianos perſequutio exorta eſt, vt nullũ

nullũ fidelibus iter nec die: nec nocte pateret. Nam quicunq; à furente populo comprehenſus eſſet, indicta cauſa vel pedibus trahebatur ad mortẽ, vel igni ſuccendebatur. Cum igitur dæmonum ſtimulis exagitatum vulgus nihil aliud, q̃ piorũ ſanguinẽ ſitiret, Cointham virginem nobilẽ correptã, & Deos adorare recuſantẽ, imo potius execrantẽ, vinctis pedibus per omnes vrbis plateas trahũt, fœdoq́, & horrido ſupplicij genere diſcerpũt. vj. Idus Februarij.

Die. 9. E Apollo. virgo m̃. L. iij.

APollonia virgo ĩ vrbe Alexandrina ſæuiẽte in Chriſtianos tempore Decij imperatoris perſecutione, cum iam in ſenili ætate à furẽte populo correpta, & ad idola ꝑducta adorare recuſaſſet, dentes ei primum effoſſi ſunt oẽs, deinde cõgeſtis lignis, incenſoq́; rogo cõbuſturos ſe minãtur carnifices viuã, niſi Chriſtum deteſtata, Deos alienos adoraret. At illa in fide Chriſti conſtantiſſime perſeuerans, crudeliſſimã mortẽ ſubire maluit, quã à vera pietate diſcedere. Itaq; corpore ſæuiſſimis flãmis abſumpto, inuictus ſpiritus in cœlũ ad martyrij coronam euolauit. v. Idus Februa.

Die. 10. F Scholaſtica virgo.

Die. 11. G Priſca virgo marty. quę fuit. 18. dię Ianua. Lcõ. iij.

PRiſca nobilis Romana decimotertio ętatis ſuę anno, ꝗ Chriſtianæ fidei eſſet accuſata, iuſſu Claudij imperatoris ad templum Apollinis ducitur, vt dijs immolaret: quod cũ facere recuſaret, alapis cæſa, in carcere truditur. Educta poſtridie cũ in Chriſti confeſſione nihilominus perſiſteret, flagellis verberata, feruenti adipe toto corpore perungitur, ac rurſus in carcerem retrudit̃. Die tertia in amphitheatrũ ꝑducta, exponitur immaniſſimo leoni, q ad pedes eius manſuetus ſe proiecit. Tũc in ergaſtulo virgo recluſa, triduo inedia maceratur. Deinde eculeo ſuſpẽſa, & vngulis ferreis exarata, in rogũ mittitur: à quo tamen diuina ope incolumis euaſit. Tandẽ extra vrbem educta capitis abſciſione martyrio coronatur. Cuius corpꝰ, à Chriſtianis ſublatum, via Oſtienſi, miliario ab vrbe. x. ſepelitur. xv. Calendas Februarij.

Die. 12. A Eulalia virg. marty.

Die. 13. B Propter quod. 433.

Die. 14. C Valentinus marty.

Die. 15. D Fauſtinꝰ & Iouita m̃.

Die. 16. E Iuliana virgo mart.

Die.

Die.17 F Deponentes.433.
Die.18 G Chariſſimi obſe.434
Die.19. A Gabinus marty.
Die.20. B Similiter & mul.435
Die.21. C Chriſto igitur.436.
Die.22. D Fit de Cathedra Antiochena Petri apoſtoli, du.ma. vt ſupra in mēſe Ianua. fo.449.
Die.23. E Seniores ergo.436.
Mathias apoſtolus dup. maius. Notandū ꝙ in anno biſſextili hoc feſtū celebrať die viceſima quinta Febr. vt ſup. dictū eſt in regulis generalibꝰ qđ fit quarto quoq; anno, & fuit. 1564. Orō.

DEus, qui beatum Mathiā apoſtolorum tuorū collegio ſociaſti, tribue quęſumus, vt eius interuentione tuæ circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per. Lectio tertia.

MAthias de numero ſeptuaginta diſcipulorum aſcitus eſt in Apoſtolatum in locū Iudæ proditoris. Nā poſt Chriſti ad patrē aſcenſum Petrus apoſtolus in medio diſcipulorū Chriſti circiter. cxx. cōſiſtens, Oportet (inquit) viri fratres impleri ſcripturam, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui cōprehēderūt Ieſum: qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortē miniſterij huius. Et hic quidē poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eiꝰ. Et notum factū eſt oībus habitantibus Ieruſalē: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldema, hoc eſt ager ſanguinis. Scriptū eſt enim ī libro pſalmorū, Fiat cōmoratio eorum deſerta, & nō ſit qui inhabitet in ea. Et epiſcopatū eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcū ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dñs Ieſus, incipiens à baptiſmate Ioannis vſq; in diē, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcū fieri vnū ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph q̧ vocabať Barſabas, & cognominatus eſt Iuſtus: & Mathiam. Atq; orantes dixerunt, Tu dñe qui corda noſti oīum, oſtende quē elegeris ex his duobus vnū, accipere locum miniſterij huius, & Apoſtolatus de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locū ſuū. Et dederunt ſortes eis: & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumeratus eſt cū vndecim apoſtolis. Mathias

igitur (vt quidam tradũt) cum in Macedonia primum, deinde in Iudæa verbũ Dei latiſſime diſſeminaſſet, multosq́; prædicatione, & conſequentib⁹ ſignis ad Chriſti fidem cõuertiſſet, à Iudæis id ægre ferentibus, comprehenſus, lapidibus pene obrutus eſt, ac poſtremo ſecuri percuſſus ſexto Calendas Martij.

Die. 25. G Paul⁹ & Thim. 395.

Die. 26. A Mihi enim. 396.

Die. 27. B Iulianus & Eunus martyres. Lectio tertia.

INeunte principatum Decio Imperatore tam vehemẽter in Chriſtianos ſæuitum eſt, vt iuxta verbũ dñi ſcandalizarentur propemodũ etiã iuſti. Cum igitur Alexandriæ ſuppliciorũ immanitate quidam perterriti fidem negaſſent, plerięq; tamen ſpũ dñi confirmati, admiranda martyrij ſui ſpectacula præbuerunt. In primisq; Iulianus venerabilis ſenex podagra laborãs, vt neq; incedere poſſet, neq; ſtare, qui cum duobus miniſtris Chriſtianis, à quibus ſella portabatur ad iudicem cõſtitutus, nullis minis potuit nec ipſe nec alter miniſtrorum Eunus nomine à vera pietate & Chriſti confeſſione deterreri. Perſeuerantes ergo, iubentur camelis impoſiti per totam vrbem circunduci, & flagris hincinde populo ſpectante vſq; ad mortem laniari. Et ſic martyrio coronati ſunt tertio calendas Martij.

Die. 28. C Itaque chariſſi. 397.

MARTIVS.

Die. 1. D De cętero fratres. 398.

Die. 2. E Itaq; fratres mei. 399.

Die. 3. F Emetherius, Celedonius & Aſterius marty. Lcõ. iij.

EMetherius & Celedonius apud regionem Hiſpaniæ ciuitatẽ exurgente perſequutionis procella, ob Chriſti fidem plurimis tormentis afflicti, Calagurium inde perducti ſunt, atq; ibi capitis abſciſſione martyrij palmam ſunt conſecuti. Aſteri⁹ patria Roman⁹ ordinis ſenatorij, illuſtris familia gloriaq; rerũ geſtarũ fuit: ſed Chriſtiana pietate & magnis in virtute Chriſti miraculis editis clarior. Quorũ illud in primis memoratur. Apud Cæſaream Philippi in radice mõtis Panij vbi oritur Iordanis fluuius veteri gẽtis illius inſtituto immolabatur ſolenni quodã die victima, quę dæmonis pręſtigiis repente ſublata, in cœlũ efferri credebatur. cui ſpectaculo cum forte Aſterius intereſſet, & oẽs videret attonitos ſpecie miraculi, publi-

publicũ errorẽ miſeratus, Deũ fuſis lachrymis exorauit, vt præſtigias diabolicas detegeret. Itaq; protinus victima flumine deferri cunctis aſtantibus conſpecta eſt, ac mẽtes ipſorũ errore pernicioſo liberatę. Hic cum in vrbe Cęſarea Palæſtinę martyrio interfuiſſet beati militis Martini, corpusq; illius humeris ad ſepulturã efferret, abſtractus ab infideli populo, in fide cõſtãs, glorioſo martyrio coronatur. v. Nõ. Martij, Valeriano & Galieno imperatoribus.

Die. 4. G Luci⁹ papa mar. L. iij.

LVcius patria Roman⁹ Gallo, Voluſiano, Galieno, & Valeriano Imperatorib⁹ pontificatũ geſſit. Quorũ temporibus tãta in Chriſtianos ſæuitia exorta eſt, vt paucæ ipſorũ domus, nedum ciuitates aut prouinciæ fuerint eius calamitatis expertes. Hic igitur Romam mortuo Voluſiano, à quo relegatus fuerat, reuerſus, cõſtituit vt bini preſbyteri ac terni diaconi epiſcopũ vbiq; comitarẽtur, teſtes videlicet eius vitæ, actionumq; futuri. Ordinationibus ſacris ter menſe Decẽbri habitis, p̃ſbyteros. iiij. diaconos. iiij. e̾pos ſeptẽ creauit. demũ iubente Valeriano acerrimo Chriſtiani nominis hoſte, martyriũ paſſus, in cœmeterio Caliſti ſepultus eſt quarto Nõ. Martij, cum ſediſſet annos tres, menſes tres. Qui Valerian⁹ meritas ſuę impietatis pœnas mox dedit: nam paulo poſt Chriſtianum nomen ab ipſo vexari cœptũ, in bello Perſico victus eſt, viuusq; venit in hoſtium poteſtatem. Apud quos tam miſerabiliter in turpiſſima ſeruitute vixit, vt quoties Pacorus Perſarum rex equum aſcenderet, velut ſcabello dorſo eius vteretur.

Die. 5 A Paulus apoſtol⁹. 422.

Die. 6 B Et vos cum. 423.

Die. 7 C Thomas confeſ. L. iij.

THomas vir doctrina & ſanctitate clarus, Aquini natus loco illuſtri ex comitum familia, patria vaſtata à Conrado imperatore, relictus eſt à profugis parentibus in cœnobio Caſinenſi monachis cõmendatus. Vbi aliquandiu literis ſtuduit, ac religioni. Deinde monachus prædicatorum ordinis factus Alberto Magno præceptori operam dedit in cõuentu Colonienſi. Eoq; proceſſit eruditionis indefeſſa cura, & ingenij magnitudine, vt facile principatũ obtinuerit in Gymnaſio Pariſienſi, vbi philoſophiam,

mmm ij theo-

theologiá quá docuit cũ maxima ſua laude. tot libros de philoſophia ac theologia doctiſſime conſcripſit, vt longũ ſit enumerare. Quorũ ſummá theologicá quatuor libris, adhibita etiá quadá lima ſenex complexus eſt. Romam vero acceſſitus ab vrbano Papa ſpretis dignitatibus, quę vltro ipſi à pontifice offerebátur, nulli rei pręterquá lectioni, & ſcriptioni vacabat. Qui etiá viuens miraculis claruit. Sed iuſſus à pontifice Gregorio. x. Lugdunũ ad conciliũ, quod ibi cogebatur, cõtendere, dum profectioné pararet febri corrept' ad monaſteriũ Foſſam nouam appellatum, emigrauit ad dominũ anno Chriſti nati M.cclxxiiij. Nõ. Martij, ſuę vero ætatis quinquageſimo. Qué poſtmodũ Ioannes Papa vigeſimuſſecundus ſanctorum confeſſorum numero aggregauit.

Die. 8. D Videte ne quis. 423.

Die. 9. E Quadraginta milites martyres. Lectio tertia.

APud Sebaſtem Armeniæ minoris vrbem tempore Licinij Imperatoris p̃ſide Agricolao quadraginta milites chriſtiani cõprehenſi poſt vincula & cruciatus cuſtodibus impoſitis, in ſtagnũ miſſi ſunt, inſtáte bruma, vt aqua nocturno frigore cõcreſcente, conſtricta ipſorum corpora dirumperẽtur, appoſito tamen balneo, quo pateret effugium, ſi quis eorum à confeſſione Chriſti diſceſſiſſet. Itaq; vnus frigoris vehementiá non ferens, negato Chriſto ad balneum cõfugit. Sed cum primum attigit caloré, expirauit. Quo perſpecto, cęteri gr̃a Chriſti recreati, in Dei laudes erupe runt. Circa horá vero tertiá noctis reſplenduit velut ſol lumen ſup eos, & glacies diſſoluta eſt. Cuſtodibus aũt ſomno grauatis, ſolus cuſtodię pręfectus vigilabat, qui audiens orantes, miratusq; lucé, ac glacié reſolutá: vidit ſuper eos coronas deſcendentes numero trigintanoué. Tunc vero miraculo cõmotus expergefactis ſociis, proiecit veſtimenta in facies eorũ, & exiliuit in ſtagnũ, clamore ſe Chriſtianũ eſſe profeſſus. Cum autem illuxiſſet, & extracti fere oẽs eſſent exanimes, igne combuſti ſunt, ac cineres in fluuiũ proiecti, vt per omnem creaturam eorum tráſiret certamen, vt vere poſſint vocem illá vſurpare, Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Paſſi ſunt autem

ſeptimo Idus Martij. Oratio.

PRæſta quęſumus oīpotens Deus, vt qui glorioſos martyres fortes in tua cōfeſſione cognouimus, pios apud te in nr̄a interceſſione ſentiam⁹. Per do.

Die.10. F Die.11. G De feria.

Die.12. A Gregori⁹ papa cōfeſſor du.mi.añ. O doctor. Oro.

DEus, qui animæ famuli tui Gregorij æternę beatitudinis pręmia contuliſti: concede propitius, vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per. Lectio tertia.

GRegorius patria Roman⁹ ex ordine ſenatorio, magno omnium conſenſu inuitus etiā cum monachus eſſet atq; leuita, pontifex creatur anno Dn̄i Dc.xix. Qui ſic vixit, vt clariſſimum exemplum reliquerit ſucceſſoribus ſuis, vel morum ſanctitatis, vel diligentię in rebus agēdis, vel doctrinæ, quam variis ſcriptis oſtēdit, quæ multa & p̄clara poſteritati reliquit. Hic inſtituit vt Kyrie eleiſon nouies in eccleſia caneretur. Itē vt cantaretur Hallah, pręterquā à Septuageſima vſque ad Paſcha. Idem in canone redegit illud, Dieſq; noſtros in tua pace diſponas. Necnon ſupplicationes maiores, quas Græci litanias vocāt: & Stationū magnā partem inſtituit. Ab hoc probis doctiſq; viris ad prędicandum euangeliū miſſis, Angli fidem Chriſti integre publico conſenſu, acceperunt. Eiuſdem potiſſimū opera Gotthi ad catholicā fidem ex Arriana ſecta rediere. Hic paternā domum in monaſterium conuertit, vbi pauperes pereginos alebat. Obiit anno ſui pontificatus.xiij.menſe.vj. quarto Idus Martias, ſepultusq; eſt in baſilica beati Petri.

Die.13.14.15.16.17.18.de fer.

Die.19.Ioſeph ꝯfeſ.du.mi.oro.

COncede quæſumus omnipotēs Deus, vt beati Ioſeph vnigeniti filij tui matris ſpōſi interceſſione, ab omnib⁹ aduerſitatib⁹ liberemur. Per eun.

Ex homilia ſctī Bernardi ſuper Miſſus eſt. Lectio tertia.

MIſſus eſt angel⁹ Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ cui nomē Nazareth, ad virginem deſponſatā viro, cui nomen erat Ioſeph: Virum nominat, non quia maritus, ſed quia homo virtutis erat, vel potius

quia iuxta aliũ euangeliſtã nõ vir ſimpliciter, ſed vir ei⁹ dictus eſt. Merito enim appellatur, quod neceſſario putat̃. Debuit igitur vir eius appellari, qa neceſſe fuit & putari, ſicut & pater ſaluatoris non quidẽ eſſe, ſed dici meruit vt putaret̃ eſſe, dicente hoc ipſo Euangeliſta. Et ipſe Ieſus erat incipiens q̃ſi annorũ triginta vt putabatur filius Ioſeph. Nec vir ergo matris, nec filij pater extitit, quãuis certa (vt dictum eſt) & neceſſaria diſpenſatione vtrũq; ad tempus & appellat⁹ ſit & putatus: cõiice tamẽ ex hac appellatione, qua licet diſpenſatorie meruit honorari à Deo vt pater Dei & dictus & credit⁹ ſit. Coniice & ex proprio vocabulo, qđ augmẽtũ nõ dubitas interpretari, quis & qualis fuerit homo iſte Ioſeph: ſimul & memẽto magni illius quondã patriarchæ venditi in Ægypto, & ſcito ipſius iſtũ non ſolum vocabulũ fuiſſe ſortitũ, ſed & caſtimoniã adeptũ, innocentiam aſſecutũ & gratiam. Siquidẽ ille Ioſeph fraterna ex inuidia venditus & ductus in Ægyptũ, Chriſti venditionem præfigurauit. Iſte Ioſeph Herodianã inuidiã fugiens, Chriſtũ in Ægyptum portauit. Ille dño ſuo fidẽ ſeruans, dnę noluit cõmiſceri. Iſte dnam ſuã dñi ſui matrẽ virginẽ agnoſcẽs, & ipſe continens fideliter cuſtodiuit.

Die. 20. B De feria.

Die. 21. C Benedicti abba. duplex minus. Lectio tertia.

BEnedictus ex Nurſia ciuitate claris parẽtibus ortus, & Romę liberalibus diſciplinis eruditus, ab ipſa infantia Chriſtum egregia pietate coluit, & miraculis claruit. Quod vt faceret expeditius, in ſolitudinẽ & ſpecum quandã profundã, ad locum qui dicitur Sublacus, ſeceſſit. Vbi triennio latuit cunctis hominib⁹ incognit⁹ pręter Romanũ monachũ, qui ei neceſſaria ſubminiſtrabat. In quã ſolitudine cũ die quodã diabolica tentatione ardore libidinis vreretur, ſe in ſpinis & veprib⁹ nudũ volutauit, donec cruẽtus & lacerat⁹ tentationẽ ſuperaret. Deinde vocatus à quibuſdam monachis, vt ipſorum monaſterio præeſſet, quidã ipſorũ diſſoluti cũ paulo ſeuerius ab eo tractarẽtur, ipſum venenato vino necare cõſtituerũt. Quod cũ ei in poculo vitreo porrigerẽt, ille rem diuinitus agnoſcens, ſolo ſigno crucis manufacto, vas intactum mirabiliter confregit.

Et dimiſſo monaſterio ad ſolitudinē remeauit. Quo cū multi diſcipuli conueniſſent, duodecim monaſteria cōſtruxit, quæ optimis inſtitutis, exemplo ſanctitatis, multis etiā ſequentibus ſignis & miraculis fundauit, monachorūq; regulā prudentiſsime ac luculenter ſcripſit. Obiit aūt diē ſuū, quē multo antea pcognouit. 12. Calēd. Aprił.

Die. 22. 23. 24. De feria.

Die. 25. G Annuntiatio Mariæ virginis dup. ma. Ad veſ. hym. Aue maris ſtella. Antiphona.

Miſſus eſt Gabriel angelꝰ ad Mariā virginē deſpōſatā Ioſeph. Orō. Deus q de beatę Marię virginis vtero. vt in ſabbatis aduentus. Ad matu. inui. Aue maria gratia plena, Dñs tecum. Hymnus. Quem terra. Aña. Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Lectio. iij. Miſſus eſt Angelus Gabriel. Ad laudes aña. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiā apud dñm: ecce concipies, & paries filium, Halłah. Ad veſpe. hym. Aue maris ſtella. Antiphona. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Supradicta inuenies in officio eiuſdem virginis pro ſabbatis Aduentus aſſignato.

Die. 26. 27. 28. 29. de feria.

Die. 30. E Igitur ſi cōſur. 424.

Die. 31. F Domini quod. 425.

APRILIS.

Die. 1. G Paulus & Silua. 130.

Die. 2. A Ideo & vos. 131.

Die. 3. B Pancratius martyr.

Die. 4. C Iſidorꝰ eps cōfeſ. L. iij.

Iſidorus natione Hiſpanꝰ ex noua Carthagine, cui pater ipſius Seuerianꝰ dominabatur, à ſanctis viris Leādro archiepiſcopo Hiſpalenſi, & Fulgentio epiſcopo Aſtigitano fratribus ſuis ſancte & liberaliter in ſtudio literarū educatus eſt, & ingentē doctrinā Latine, Græce, atq; Hebraice cum magna nominis claritate conſequutus. Hic adoleſcens adhuc hęreſim Arrianam, quæ gentē Gotthorum Hiſpaniæ latiſsime dominantē penitus iampridē inuaſerat, tam conſtanter palam arguebat, vt prope fuerit vt ab Arrianis necaretur. Sed cohibitus à Leandro hūc ſibi ſucceſſorem fore præſagiente, & vt ſe cōmodiori tempori reſeruaret admonitus, indignationē temperauit. Igitur Leandro vita functo, Iſidorus magno regis &

populi conſenſu in Hiſpalenſi archiepiſcopatu ſufficit. Quã electionem ſanctus Gregorius Papa confirmauit, eiq; pallium miſit in Hiſpaniam. Fuit autẽ Iſidori tãta doctrinæ ac ſanctitatis opinio, vt coacto concilio generali, vltro fuerit à pontifice maximo vocatus, vbi mirũ eſt, quantũ ponderis & authoritatis habuerit in ſingulis rebus Iſidori ſentẽtia apud pontificẽ, & oẽs prælatos. Reuerſus aũt in Hiſpaniam, cum ſuã mortẽ & Hiſpaniæ vaſtationẽ à Saracenis publice prædixiſſet, migrauit è vita pridie nonas Aprilis, anno Chriſti nato ſexcẽteſimo vigeſimoſecũdo, ſepultusq; fuit Hiſpali. Vnde poſtea trãſlatus eſt in vrbem Legionẽ à Fernando rege Legionẽ. qui hoc ab Eneto Saraceno Hiſpali regnãte magnis precibus & præmiis impetrauit. Cuius nomine templũ ædificatũ eſt Legione, vbi ſepultus, miraculis clarus, colitur magna populi religione.

Die. 5. D Vincentius confeſ.

Die. 6. E Xyſtus papa m. L. iij.

XYſtus papa, q patria Romanus fuit, eccleſię præfuit ab Adriani Imperatoris tẽpore vſq; ad Verũ & Anniculũ cõſules. Qui curam præcipuam (vt par erat) rei diuinæ gerens, conſtituit ne quis præter miniſtros ſacrorũ, myſteria & vaſa ſacra cõtingeret, præſertim fœmina. Itẽ vetuit lege, Ne, quod ſacerdotes corporale vocant, ex alio, quã ex lineo panno, eoq; puriſſimo fieret. Huius fuit inſtitutũ, ne epiſcopus, q ad ſedẽ apoſtolicã fuiſſet ob aliquam cauſam, ſiue cõtrouerſiã vocatus, ad eccleſiã ſuã prius reuerteretur, q̃ literis apoſtolicis, vel formatis plene fuiſſet inſtructus, atq; purgatus, vt poſtquã fuiſſet domi reuerſus, cognoſcerent vicini, quẽadmodũ Romę ipſius, aliorumq; cauſa diſcuſſa fuiſſet. Vtq; in miſſa cantaretur, Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus ſabaoth. Xyſtus deniq; vbi ordinationes ter mẽſe Decembri habuiſſet, martyrio coronatꝰ in Vaticano. viij. Idus Aprilis ſepelitur, cum ſediſſet annos. x. menſes tres, dies. xxj.

Die. 7 F De cętero ergo fr. 132.

Die. 8. G Dionyſius eps cõfeſ.

Die. 9. A De temporibus. 137.

Die. 10 B Paulus & Silua. 134.

Die. 11. C Leo primus papa cõfeſſor. Lectio tertia.

LEo papa natione Thuſcus patre Quintiano, eo tempore pontificatum geſſit, quo

Attila

Attila rex Hunnorum flagellũ Dei appellatus, Aquileiam primo in Italiæ limite poſitã, poſt longam triennij obſeſſionẽ captã diripuit, atq; incẽdit. Vnde Romam infeſtis ſignis progredienti, & copias, qua Mincius Padũ influit, traiicere paranti, Leo pontifex vir ſanctiſſimus occurrit, & ne vltra progrederet ope diuina mirabiliter perſuaſit. Attila enim nõ tam Leonis oratione ſe ab inſtituto reuocatũ eſſe incuſantibus amicis teſtatus eſt, q̃ duorum virorum authoritate, qui loquente Leone, ſibi viſi eſſent, ſtrictis gladiis necem, niſi paruiſſet, intentantes. Hi autem Petrus & Paulus apoſtoli fuiſſe crediti ſunt: Ita factum eſt, vt Attila in Pannoniam exercitum reduceret, Leo Romam cum magno triumpho rediret. Vbi totus ad confirmandam, tuendamq; catholicã fidem conuertitur: quę tum potiſſimum à multis hæreticis impugnabatur, pręcipue à Neſtorianis, & Eutychianis, qui in concilio Chalcedonenſi tunc celebrato damnati ſunt. Vbi & Manichæorum libri fuerunt incenſi. Interim vero cum Vandali Romam diripuiſſent, ac templa ſpoliaſſent: vrbis ac templorum reparationi mirum in modum intentus, multis præclariſſimisq; rebus geſtis moritur, & in Petri Baſilica: ſepelitur.iij. Idus Aprilis, cum ſediſſet annos vnum & viginti, menſem vnum, dies.xiij.

Die.12. D Rogamus aũt.134.

Die.13. E Iuſtin' Philoſophus martyr. Lectio tertia.

IVſtinus Neapolitan' in Palæſthina philoſoph' fuit Platonicus. Qui fact' Chriſtianus plurima ſtudiorũ ſuorũ monumenta pro fide Chriſtiana poſteriati reliquit. Et in his apologeticũ librũ pro Chriſtianis ad Antoninũ Pium, & alterum ad ſucceſſorem hui' Antoninum Verum. Item duos libros contra paganos. Hic cum in vrbe Roma frequẽter pro fide Chriſti diſputaſſet, & Creſcentem quendã Cynicũ (morib' & profeſſione vere canem) multa in Chriſtianos conuitia iactantẽ ſæpe redarguiſſet, ab eodẽ accuſat', ꝙ Chriſtian' eſſet, capiteq; damnat' martyrio coronatur. Quod ita futurum martyr ipſe prædixerat in defenſione ſecunda, quã pro Chriſtianis ediderat. Paſſus eſt aũt imperãtibus Marco Aurelio Vero & Antonino eius filio Idibus Aprilis.

Vale-

Die. 14 F Valerianus, Tyburtius, & cæteri marty. Lectio. iij.

VAlerianus genere Romanus, & idem nobiliſſim⁹ tẽpore Marci Aurelij Antonini imperatoris Ceciliã ſibi æque nobiliſſimã accepit vxorẽ, cui⁹ impulſu atq; precib⁹ (erat enim ab ineunte ętate fidem edocta) ad Chriſtianã religionẽ reiectis idolis conuerſus eſt, & à ſancto Vrbano Papa baptizatus. Quẽ Tyburti⁹ eius german⁹ imitat⁹, ab eodẽ Pontifice baptizatur. Almachius igitur præfectus, & Chriſtianorũ ſæuiſſim⁹ hoſtis, cum hos eſſe Chriſtianos, & patrimoniũ iã omne pauperibus erogaſſe cognouiſſet, eoſdẽ ad ſe vocat & acriter increpat: Et poſt longã de fide Chriſti, deq; cultu idolorũ diſputationẽ inter ipſos vltro citroq; habitam, ad Iouis ſimulachrũ eoſdẽ deduci iubet aut ſacrificaturos, aut aliquo mortis genere quã immaniſſime interituros. Illi vero ĩ cõfeſſione Chriſti perſtãtes, & paratã ſibi & fidelib⁹ gloriã prædicãtes, mortẽ impietati prætulerunt. Itaq; extra vrbem educti ad quartũ lapidẽ. xviij. Calẽd. Maij cũ ſumma fidei cõſtantia trucidantur. Quã demiratus Maximus vir nobilis, qui horũ decollationi præfuit, cum nõnullis ſatellitũ cõuerſus eſt, & propter Chriſti cõfeſſionem oẽs vſq; ad necẽ plũbatis cæſi, eoq; ſupplicij genere martyrio coronati ſunt, & ad dñm inuictiſſimi cõmigrarunt. Oratio.

PRæſta quęſum⁹ oṗs Deus, vt qui ſanctorũ martyrum tuorum Tyburtij, Valeriani & Maximi ſolennia colim⁹, eorũ etiã virtutes imitemur. Per do.

Die. 15. G De cætero. 135.

Die. 16. A Paul⁹ apoſtol⁹. 125.

Die 17. B Anicetus papa mart.

Die. 18. C Apollonius Senator martyr. Lectio tertia.

APollonius Romanę vrbis Senator nõ ſolũ opibus, ſed liberalibus etiã diſciplinis, ac morũ integritate clarus, ad Chriſtũ cõuerſus Lucio Aurelio Cõmodo Imperatore, Chriſtianæ pietatis egregius cultor fuit, cũ iam ꝑſequutio ſublata eſſe videret, lege promulgata, Ne Chriſtiani quęrerentur ad pœnã, ſed oblati duntaxat punirentur, pœna etiã mortis delatoribus propoſita. In ea igitur Chriſtianorum tranquillitate, Apollonius à ſeruo proditus, & apud Perennium iudicẽ accuſatus, fidei ſuæ rationem reddere iubetur, ſumpta pœna legitima

de

de ſeruo delatore. Cum ergo inſigne volumen in defenſionem Chriſtianæ fidei à ſe compoſitum in ſenatu publice legiſſet, ſenatuſconſulto damnatus eſt: & pro Chriſti conſtanti confeſsione capite truncatus. xiiij. Calẽd. Maij. Lex enim erat, Ne Chriſtiani facti rei abſq; Chriſti abnegatione dimitterentur.

Die. 19. D Et vos cũ eſſet. 124.

Die. 20. E Huiꝰ rei gratia. 125.

Die. 21. F Obſecro itaq;. 126.

Die. 22. G Caius papa m̃. L. iij.

CAius papa natione Dalmata ordines diſtinxit, q̃bus gradatim ad epiſcopatum aſcenderetur. Quorum primũ tenet Oſtiarius, alterũ Lector, túm Exorciſta, ſequitur Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, preſbyter, Epiſcopus. Idem conſtituit, ne cui prophano ſacris initiatũ, nec pagano vel hæretico liceret Chriſtianum hominem in iudiciũ vocare. Item vt nemo epiſcopum, aut clericum apud ſeculares iudices accuſaret. Poſtremo orta in Chriſtianos tempore Diocletiani perſequutione maxima, cũ in ſubterraneis locis diu vitãs impiorum furorem latuiſſet, captus à perſequutoribus vna cũ Gabinio fratre, eiusq; filia Suſanna martyrio coronatur. x. Calend. Maij, & in cœmeterio Caliſti via Appia ſepelitur, cũ ſediſſet annos. xj. menſes. iiij. dies. xij.

Die. 23. A Georgius martyr.

Die. 24. B Renouamini. 177.

Die. 25. C Marcus euangeliſta dup. ma. Ad Veſperas & Matu. Hymni, Añ, & Inuit. dicuntur de cõmuni Apoſtolorum. Orõ.

DEus, qui beatum Marcũ Euangeliſtam tuũ euãgelicæ ꝓdicationis gratia ſublimaſti, tribue quęſumus, eiꝰ nos ſemper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per. Lcõ. iij.

MArcus diſcipulus & interpres Petri, quemadmodum Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breue ſcripſit euangeliũ. Quod cum Petrus audiſſet probauit: & eccleſiæ legendũ ſua authoritate tradidit, vt teſtat᷑ Clemẽs preſbyter eccleſiæ Alexandrinæ. Marcus igitur aſſumpto, quod ſcripſerat, euãgelio, perrexit in Ægyptũ, & primꝰ Alexandriæ Chriſtũ annuntians, cõſtituit eccleſiã tanta doctrina, & vitæ cõtinentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Tandẽ cum eccleſiã à

ſe

ſe optime cōſtitutā octo annos ſanctiſſime rexiſſet, ibidē mortuus eſt, & ſepultus. vij. Calend. Maij, octauo Neronis anno. Corpus autē eius poſt aliquot ætates, Venetias tranſlatū eſt.

Die. 26. D Cletus & Marcellinus papæ martyres. Lectio. iij.

CLet⁹ patria Roman⁹ tempore Veſpaſiani adhortāte Clemente pontificatū ſuſcepit inuitus. Qui cū nihil, quod ad eccleſiam Dei augendam pertinere arbitraretur prætermiſiſſet, creatis (vt præceperat Petrus.) xxv. preſbyteris ab eccleſia optime conſtituta, Domitiano Imperatore martyrio coronatur, & in Vaticano ſepelitur. vj. Calend. Maij. cū ſediſſet annos. xij. mēſem. j. dies. xj. Marcellinus pōtifex patria Romanus in perſecutione Diocletiani & Maximiani ſæuiſſima, minis pterrit⁹ ſimulachra deorū adorauit. Sed nō multo poſt magna pœnitētia ductus, Sinueſſam (vbi concilium. clxxx. epiſcoporū coactū erat) ſqualidus & cilicio indutus peruenit: ſeq; ab eis petit pro inconſtantia & ſcelere cōmiſſo pœnis meritis puniri. Cæterū à nemine damnat⁹ eſt, cunctis acclamantibus, eadem animi infirmitate Petrum deliquiſſe, qui veniā à Deo ſimilib⁹ lachrymis fuiſſet aſſecutus. Tūc Romā reuerſus Diocletianū adit, & q̄ ſe ſceleſtiſſime ad tantum nefas impuliſſet increpat, eius damnās impietatē. Quib⁹ ille iratus, iubet ipſum cū aliis Chriſti fidelibus abſtrahi ad ſuppliciū. vj. Calēd. Maij. Quorum occiſorum corpora. xxxvj. dies iuſſu eiuſdem iacuerūt inſepulta, donec Marcellus admonitus in ſomnis à beato Petro, eadem condidit in cœmeterio Priſcillæ. Sedit autem Marcellin⁹ annos nouem menſes duos, dies ſexdecim.

Die. 27. E Anaſtaſi⁹ papa ꝯfeſſ.

Die. 28. F Vitalis martyr.

Die. 29. G Petrus martyr ordinis Prædicatorum. Lectio. iij.

PEtrus martyr patria Veronenſis ordinis Prędicatorū, doctor eximi⁹ & catholicę fidei acerrimus defenſor, tanquā roſa de ſpinis ortus eſt, parētibus hæreticis, hæreticorū mirabilis inſectator. Itaq; & in adoleſcētia ſua mundum, parenteſq; relinquens, ordinem prędicatorū ingreſſus eſt, in quo triginta annis laudabilē vitā perduxit. Cum igitur à Cumis profectus Mediolanū cōtenderet, miſſus à pontifice contra Manichæos

anno Chriſti M.cclij.tertio Calend.Maij ab hæreticis interceptus, & occiſus martyrij coronam adeptus eſt. Quo multa poſt mortem edente miracula plurimi hæreticorũ ad gremiũ eccleſiæ rediere. Quam ob rem ab Innocentio Papa quarto catalogo ſanctorum martyrum conſecuto anno adſcriptus eſt.

Die.30. A Videte itaque.128.

MAIVS.

Feſtum ſctõrũ apl'orũ Philippi & Iacobi du.ma. Ad veſper.añ. Dñe oſtende nobis patrem: & ſufficit nobis, Haleluiah. Orõ.

DEus, qui nos annua apoſtolorũ tuorum Philippi & Iacobi ſolennitate lætificas, præſta quęſumus, vt quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum.

Die.1. B Ad matutinum añæ. Tãto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me, Philippe, qui videt me: videt & patrẽ meum, Haleluiah. Lectio.iij.

IAcobus apoſtolꝰ cognomento Iuſtus, frater dñi vocatus, Mariæ Cleophæ filius, ſanctus fuit ab ineunte ætate, victu & cultu frugaliſſimꝰ. Qui ſtatim poſt Chriſti Aſcenſionẽ Ieroſolymorũ epiſcopus ab apoſtolis conſtitutus, eam eccleſiã annis triginta ſumma cũ laude rexit. Rogatus aũt à Iudæis vt in die Paſchæ: quum plurima turba cõuenire ſolebat, ex loco ſublimi ad populũ concionaretur, & à cultu Ieſu, quẽ per errorẽ multi ſequerentur, oratione & authoritate ſua populares auerteret, pinnã tẽpli conſcendit. Vbi magna Iudæorũ Gentiliumq; aſtante multitudine, à Scribis & Phariſæis q̃d ipſi de Chriſto videretur alta voce rogatus, reſpondit, Quid me interrogatis de filio hoĩs? Ecce ipſe ſedet in cœlo à dextris ſummæ virtutis. Et ipſe venturus eſt in nubibus cœli. Quo ſermone audito, Scribæ & Phariſæi cõclamant, Proh, iuſtus etiã errauit. Aſcenderuntq;, & præcipitauerũt eũ, & lapidibus obruere cœperũt. Ille vero conuerſus, & ſuper genua procumbens, quæ illi ob aſſiduũ orandi vſum in camelorum ſpeciem occalluerãt, pro ipſis orabat: donec vecte fullonis capite cõminuto, ſpiritum emiſit Calendis Maij. Quo in loco prope templũ eſt ſepultus. Philippus apoſtolꝰ quũ annos circiter viginti euangelium in Scythia prædicaſſet, omnemq;,

 fere

fere gentē illam ad veræ pietatis cultū traduxiſſet, ab infidelibus tractus ad Martis ſtatuā, vt ſacrificaret: draco inde repente exijt, qui pontificis filiū certo impetu adortus, letaliter percuſſit, & mox duos tribunos, ac multi præterea ab eo afflati, cōfeſtim in peſtiferum languorē inciderūt. Philippus autē perculſam multitudinem affatus, Si quæ vobis dixero (inquit) ſedulo curabitis, polliceor futurū, vt male affecti ad priſtinā valetudinē, & q mortui ſunt diuina virtute ad vitā reuocentur: peſtiferq; ſerpēs ſtatim abigatur. Et rogātibus qd opus eſſet facto, Ite (inquit) & dæmonis huius, quē colitis ſimulachrum deiicite, locumq; vnde illud demoliti fueritis, ſigno crucis inſignite: idq; in Chriſti Nazareni memoriā mecū ſupplices adorate. Faceſſunt Scythæ pium opus, quo rite procurato, & qui defuncti fuerāt reuixere, & perniciosa peſtis illa procul diſcuſſa eſt, neq; vnquā poſtea viſus draco. His Philippus, multiſq; aliis rebus diuinit⁹ geſtis, quum Hieropolim Phrygiæ ciuitatē veniſſet, ab Hebionitis cruci affixus & lapidibus obrutus eſt Calendis Maij. Ad laudes aña. Ego ſum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem niſi per me, Haleluiah. Ad veſper. aña. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcunq; petieritis, fiet vobis. Haleluiah, haleluiah, haleluiah.

Die. 2 C Athanaſi⁹ eps ɔf. L. iii.

Athanaſius epiſcopus vir omni virtutum genere & doctrina clariſſim⁹, veræq; religionis propugnator egregius, fuit natione Ægyptius, Alexandriæ ortus. Qui ab Alexandro epiſcopo Alexādrino presbyter factus, ipſum ſecut⁹ eſt ad cōcilium Nicenum. Vbi cū Arrium vehementer repreſſiſſet, maximum in ſe odium Arrianorum concitauit. A quibus poſtquā eidem Alexādro in epiſcopatu ſucceſſit, difficile dictu eſt, quot inſidias, quotq; incōmoda paſſus fuerit. Quorū nonnulla recenſebim⁹. Coacto apud Tyrū concilio epiſcoporū magna ex parte Arrianorum, muliercula quędā ab eis ſubornata eſt, quę Athanaſiū accuſaret, ꝙ à ſe hoſpitio ſuſceptus, illata vi, pudicitiam eius violaſſet. Introduci ad hæc iubetur Athanaſius, cū quo ingreſſus eſt Timotheus presbyter ſuus. Cūq; mulier ea quæ edocta fuerat peroraſſet,

Timothe' Athanaſium ſe eſſe ſimulans: Egone (inqt) mulier apud te aliquãdo ſum diuerſatus, aut vim tibi, vt aſſeris, intuli? Tunc illa procaciter Timotheum obiurgans, Tu, inquit, mihi vim feciſti. Tu cõmaculaſti caſtitatẽ meam, & ad iudices conuerſa q̃ diceret vera eſſe iurare cœpit, ignorãs videlicet, eum à quo vim ſe perpeſſam mentitura ſubiiciebatur. Et ſic cum riſu ſimul & indignatione muliercula reiecta eſt à iudicibus, & Athanaſius liberatus.

Aliud deinde intẽtatũ eſt crimen. Arſenius Athanaſij lector timens eiuſdẽ Athanaſij, quem offenderat, caſtigationẽ, apud Arrianum quendam latitabat. Qua occaſione vtentes aduerſarij, humanũ brachium loculo delatum oſtentabant, quod ex Arſenij corpore ab Athanaſio abſciſſum eſt in magicæ artis vſum criminabantur. Arſenius aũt dolis cognitis, ſiue eum humanitatis cõtẽplatio, ſiue diuina perpulit prouidentia, clam per noctis ſilẽtia euadẽs, Tyrũ ad Athanaſium ſe cõtulit. Quo in conciliũ præter ſpem omniũ producto, & vtrunq; brachium illæſum oſtendente, inimicorũ ſcelus perſpicue detectum eſt. At nõ ꝓpterea Arriani quieuere, ſed multo maiore odio Athanaſiũ proſequebant̃, cuncta ab eo magicis artibus facta eſſe calumniãtes. Itaq; horũ inſidias fugiens, & Cõſtantij imperatoris, qui fauebat Arrianis, irã pertimeſcens, magna parte orbis peragrata, ſex continuos annos in ſicca ciſterna ſine Solis aſpectu latuit, amico ei quodam neceſſaria clam ſuppeditante. Poſtremo inde egreſſus, ad Cõſtãtis partes profugus acceſſit, quo adnitente ſedẽ ſuã recepit. Cæterũ poſtea Conſtante mortuo, rurſus in Galliã aufugiens exulauit apud Treuiros. Vnde Alexandriam reuerſus, cum poſtea imperatoris Iuliani apoſtatæ iuſſu ad necem quæreretur, per fluuiũ nauicula fugiens, ex induſtria in occurſum ſe inſequentiũ recurrit. A quib' interrogati qui cum eo erãt, quid de Athanaſio accepiſſent? non longe ipſum euntem ſe vidiſſe reſponderunt. Atq; ita illis in diuerſum feſtinantibus Athanaſius euaſit. Qui nõ multo poſt Alexandriã rediens, alia ſuborta tempeſtate, quatuor menſibus in paterno ſepulchro delituit. Tãdẽ his permultiſq; aliis periculis diuina ope liberatus,

Ale-

Alexandriæ mortuus eſt mira-culis clarus, cum eã ſedem ſex & quadraginta annos per varia certamina rexiſſet, multaq; opera doctiſſime cõpoſuiſſet.

Die.3 D Inuentio ſanctæ crucis, duplex ma. Ad veſpe. hym.

LVſtris ſex, q̃ iam peractis, Temp⁹ implẽs corporis: Se volente natus ad hoc paſſioni deditus, Agnus in cruce leuatur, Immolandus ſtipite.

Hic acetum, fel, arundo, Sputa, claui, lancea: Mite corpus perforatur: Sanguis, vnda profluit. Terra, pontus, aſtra, mundus, Quo lauantur flumine.

Crux fidelis inter omnes Arbor vna nobilis: Nulla ſylua tale profert Fronde, flore, germine: Dulce lignum, dulces clauos, Dulce pondus ſuſtinet.

Flecte ramos arbor alta, Tenſa laxa viſcera: Et rigor lenteſcat ille, Quem dedit natiuitas: Vt ſuperni membra regis, Miti tendas ſtipite.

Sola digna tu fuiſti, Ferre ſecli pretium: Atq; portum præparare, Nauta mundo naufrago. Quem ſacer cruor perunxit Fuſus agni corpore.

Gloria & honor Deo, Vſq; quo altiſſimo: Vna patri, Filioq;, Inclyto paracleto: Cui laus eſt, & poteſtas, Per immenſa ſecula. Amen. Añ. O crux ſplendidior cunctis aſtris, quę ſola fuiſti digna portare talentũ mũdi, dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera, ſalua pręſentẽ cateruã, in tuis hodie laudibus congregatam, Haleluiah, haleluiah, haleluiah, hal̃ah. Oro.

DEus, qui in pręclara ſalutiferæ crucis inuentione paſſionis tuę miracula ſuſcitaſti: concede, vt vitalis ligni pretio, ęternę vitę ſuffragia conſequamur. Qui viuis & regnas.

Die.2. Ad matutinũ inuita. Chriſtũ regem crucifixũ, venite adoremus. Hal̃ah. Hymn⁹. Luſtris ſex. vt ſup. Añ. Inuentę Crucis feſta recolim⁹, cuius pręconiũ ꝑ vniuerſum orbẽ micanti lumine fulget, Hal̃ah. L.iij.

HElena Cõſtantini mater mulier religione & pietate inſigni, diuinarũ rerum ſtudio, nocturnoq; viſu impulſa Ieroſolymã petiit, vt Dñicã quęreret crucẽ, vnde humana ſalus pepẽdiſſet. Vbi aũt hęc defoſſa erat, ibi ex induſtria fuerat Veneris ſimulachrũ cõſtitutũ ab impiis fidei perſecutoribus, vt omne dñicę paſſionis monumentũ

mentum aboleretur. Et ſi quis Chriſtianus eo loco Chriſtum adoraret, Venerē videretur adorare. Cæterū ſimulachro inde deiecto, locoq; ruderib⁹ purgato. Crux reperta eſt: & cum ea duæ aliȩ q bus affixi fuerāt duo latrones. Sed obturbabat reperti muneris lætitiā vniuſcuiuſq; crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidē & titulus ille, qui Hebraice, Græce & latine à Pilato fuerat conſcriptus, ſed nec ipſe ſatis euidēter dn̄ici prodebat ſigna patibuli. Diuino aūt miraculo mox cōſecuto, omnis prorſus ambiguitas ſublata eſt. Cum enim Macarius Ieroſolymitanus epiſcop⁹ fuſis ad Deū precibus vt id reuelaret, fruſtra duas nobili cuidā fœminæ longa ægritudine confectæ & iam prope defunctæ admouiſſet: admota tertia, repente adapertis oculis mulier cōſurrexit, & ſtabilitate virium recepta, alacrior multo, quam cum ſana fuerat, tota domo diſcurrere, & magnificare Dei potentiam cœpit. Helena igitur euidenti indicio voti compos facta, templū, vbi crucē repererat, magnifice conſtruxit. Ibiq, partē Crucis reliquit thecis argēteis cōcluſam: partem filio detulit. Cuius pars poſtea repoſita fuit Romæ in æde ſeſſoriana, quȩ ſanctæ Crucis in Ieruſalem nuncupata eſt. Attulit etiā clauos tres, quibus Chriſti corpus fuerat affixum: Quorum vno Cōſtantinus pro amuleto in cono galeȩ vſus eſt. Alterum deiecit in mare ad fœdam tempeſtatem cōpeſcendā. Reliquum inſeruit bellatoris equi fræno, veterem prophetiā adimplēs, Olim enī ſic Zacharias propheta clamauerat, Erit quod ſup frænū equi eſt ſanctū dn̄o. Qui Conſtantinus legem tulit, ne quis deinceps ſupplicio Crucis afficeretur. Ita res quæ antea mortalibus probro fuerat, venerationi eſſe cœpit.

Ad laudes an̄a. Hæc eſt arbor digniſsima, in qua ſalutis author propria morte mortē omnium ſuperauit, Haleluiah.

Ad veſper. Hymni, An̄æ, & oratio vt ſupra in primis Veſperis.

Die. 4. E Monica vidua.

Die. 5. F Alexāder pp m̄. L. iij.

Alexander patria Romanus, qui Adriani imperatoris tēpore pontificatū geſsit, in memoriā paſsionis Chriſti in ſacrificio addidit: Qui pridie quam pateretur, vſq; ad illum locum: Hoc eſt corpus meum. Idē inſtituit, vt aqua benedicta,

admiſto ſale in templis & cubiculis ad fugandos dæmones retineretur, Vtq; in cõſecratione ſanguinis & corporis Chriſti vinũ aqua miſceretur, ad ſignificandã Chriſti & eccleſię coniunctionẽ. Panisq; azymus nõ fermẽtatus cõſecraretur. Cum autẽ ordinationibus ter menſe Decẽbri habitis, presbyteros. v. diaconos. iij. epiſcopos quinq; per diuerſa loca creaſſet, martyrio coronatus cum Euentio & Theodoro diaconis via Nomentana vbi interfect⁹ fuit. vij. ab vrbe milliario ſepelitur. v. Nonis Maij. Sedit autem annos. x. menſes. vij. dies duos.

Die. 6. G Ioannes ante portam Latinam dup. mi. Ad veſper. & matuti. hym. añæ, & inuita. de cõmuni apoſtolorum. Oratio.

DEus, qui conſpicis, q̃a nos vndiq, mala noſtra perturbant: præſta quęſumus, vt beati Ioãnis apoſtoli tui & euãgeliſtæ interceſſio glorioſa nos protegat. Per domi. Lectio iij.

IOannes apoſtolus dilectiſſimus Chriſto, poſt ipſi⁹ aſcenſionem maximo ſtudio, magnisq; miraculis Chriſtianam pietatẽ propagauit. Hui⁹ enim & Petri prędicatione poſt claudum ſanatũ ad portam templi ſpecioſam appellatam, quinq; millia hominum vno die conuerſa ſunt ad fidem. Iidemq; duo poſt Stephani martyrium in Samariã, quę Philippo prędicante baptiſmũ acceperat, peruenerũt, eandemq; in fide cõfirmarũt, & per ipſorũ manus impoſitionẽ Spiritus ſctũs in baptizatorũ corda deſcẽdit. In diuiſione aũt orbis terræ Ioanni obtigit Aſia prouincia. Cuius eccleſias cum ſapientiſsime à ſe fundatas ſanctiſsime moderaretur, captus fuit in pſecutione Domitiani in vrbe Epheſo. Vnde Romã adductus, cũ à Chriſti fide auerti nõ poſſet, in eadẽ vrbe Roma (vt Tertullian⁹ eſt author) in doliũ feruentis olei demerſus eſt. Sed cũ incolumis inde euaſiſſet, relegatus eſt in Patmum inſulam, vbi Apocalypſim cõſcripſit. Poſt mortẽ vero Domitiani, cui⁹ acta omnia fuerunt à ſenatu reſciſſa, Epheſum reuerſus, Druſianã magnę in Chriſtum pietatis fœminã paulo ante defunctã, ſpectante populo ad vitam diuina ope reuocauit. Quo miraculo multi ſunt ad Chriſti fidem conuerſi.

Die. 7. A Filij obedite. 129.

Die. 8. B Apparitio ſancti Michaęlis duplex mi. In hoc feſto Hym.

Hym. Añę, Inuita. tertia lectio, & oratio dicuntur ſicut in alio feſto eius in menſe Septembri.

Die. 9. C Gregorius Nazianzenus epiſcopus cōfeſſor. Lcō. iii.

GRegorius qui ex ſingulari rerum diuinarū doctrina Theologi cognomen inuenit, natus eſt in Cappadocia, ſed Athenis educatus, ac eruditus omni philoſophia, vnde in patriam reuerſus factus eſt epiſcopus primū Saſimorum: deinde Nazianzenus, vt refert Hieronymus, qui hoc præceptore ſe profitetur ſacras ſcripturas explanāte didiciſſe. Tum Cōſtantinopolim tranſlatus, vbi populum erudiendo infectum hæreticorū veneno, tantū profecit, vt tunc primum ſibi populares Chriſtiani eſſe viderentur authore Gregorio, qui multo etiā magis exemplo quam ſermone mores hominū inſtituebat. Sed cum cœptū eſſet à nonnullis virtuti eius inuideri ſeditioſe molientibus, vt eiecto Gregorio epiſcopus alter ſufficeretur, ille re cognita, abſit (inqt) vt ſim ego cauſa ſeditionis: ſi propter me exorta eſt tempeſtas, tollite me, & proiicite in mare, vt vos iactari deſinatis. Reuertitur igitur in Nazianzenam eccleſiam: quam cum diu ſanctiſsime gubernaſſet, iā affecta ætate, ipſe ſibi ſucceſſorem elegit, & ſe virtutum, diuinarumq; rerum contemplationi, ſacrarumq; literarū ſtudio dedit. Quo in genere Græce multa ſcitu digniſsima partim carmine, partim proſa oratione ſancte & elegantiſsime cōſcripſit, ruri vitā monachi agens. In quib⁹ ſtudiis ab hac vita migrauit Theodoſio imperatore.

Die. 10. D Gordia. & Epim. m̄.

Die. 11. E Iacobus Dei &c. 189.

Die. 12. F Nere⁹ Arch. & Pãc. m̄.

Die. 13. G Eſtote aūt fact. 190.

Die. 14. A Victor & Corona martyres. Lectio tertia.

VIctor miles Antonino imperatore in Syria paſſus eſt. Product⁹ enim ad tribunal iudicis Sebaſtiani, cum diis immolare contēneret, immaniter cruciatur. Nam primū digitis malleo cōfractis in fornacē ardentē miſſus eſt, nec tñ à flamma læſus. Deinde veneno ſumpto, nihilo magis ab eo lęditur. Quo miraculo victus artifex, qui venenū porrexerat, relictis idolis ad Chriſtū cōuerſus eſt. Tum Victor ferunti oleo perfunditur, atq; oculis priuatur. Poſtremo capitis obtruncatio-

ne martyrium conſummauit. Cuius exemplo mota fœmina quędam Corona nomine, cum ingenti voce Chriſtum conclamaret, & ſe Chriſtianā eſſe fateretur, ab eodem iudice comprehenſa, duabus proximis palmis vi magna hincinde curuatis, manus & pedes diſtringitur, laxatisq; & in diuerſum reductis diſcerpitur: & ſic palmis diſſecta, martyrij palmam eſt conſecuta pridie Idus Maij.

Die. 15. B Quicunq; aūt. 192.

Die. 16. C Nolite plures. 193.

Die. 17. D Vnde bella. 194.

Die. 18. E Agite nunc. 195.

Die. 19. F Potētiana virg. L. iij.

POtentiana virgo, Pudentis Romani ciuis filia, cū miro amore coleret Chriſtianam religionē, orbata parentibus, cū ſorore ſua Praxede aſſidue ieiuniis, & orationib⁹ vacans, omne patrimoniū ſibi ex hæreditate relictū vendidit, & pauperibus diſtribuit. Huius opera à Pio Romano pontifice tota ipſius familia ad Chriſtū cōuerſa eſt: baptizatiq; ſunt vtriuſq; ſexus numero. xcvj. Et cū Antoninus Pius imperator edicto publico ſanxiſſet, vt Chriſtiani priuatis ſacrificiis cōtenti à publicis abſtinerent: Pius pontifex vna cū Chriſtianis in domo Potētianę ſacra faciebat. Quos oēs virgo mira religione & comitate recipiebat, & neceſſaria eis ſubminiſtrabat. His igitur virgo, ac talibus, virtutis, & pietatis operibus diu functa, migrauit ad dn̄m, & iuxta patrem ſuū ſepulta eſt via ſalaria in cœmeterio Priſcillæ. xiiij. Calendas Iunij.

Die. 20. G Bernardin⁹ cōf. L. iij.

BErnardinus natione Italus Senis in Hetruria nobilib⁹ parentibus, & diuitibus ortus, tam venerabilis erat, à puero innata quadā honeſtate & vitiorū odio, vt adoleſcentib⁹ eius æqualib⁹ ſi forte in eos laſciuū aliquē ſermonē cōferentes incidiſſet, ſola pręſentia ſilentiū imponeret, his verbis inter ſe commonentibus, Bernardin⁹ adeſt. Tanta erat huius in pauperes Chriſti benignitas, vt ſæpe illis prandiū ſibi paratū diſtribuerit. Cum aūt magna peſte, quæ totam Italiā inuaſit, Senis vehementiſſime ſæuiret, & relicto xenodochio illo celebri à cunctis miniſtris, ægrotātes miſerabiliter conflictarentur, Bernardinus ægrotorū curam in flore iuuentutis cum omniū admiratione ſimul & miſeratione propter ingens periculū, ſuſcepit.

Dein-

Deinde omni ſubſtantia pauperibus diſtributa, beati Franciſci religionē ſuſcepit, & totā ferme Italiam prædicās Euangelium Chriſti luſtrauit, multaq́; in nomine Ieſu ſigna, & miracula fecit. Tres epiſcopatus ſibi oblatos recuſauit. Tandem vita per omnem ætatem ſanctiſſime geſta, migrauit ad dñm in vrbe Aquila, vbi ſepultus eſt honorifice. Poſtea vero à Nicolao quinto catalogo ſanctorū aſcriptus eſt. xiij. Calendas Iunij.

Die. 21. A Iuo confeſſor.

Die. 22. B Paulus & Tim. 395.

Die. 23. C Mihi enim. 396.

Die. 24. D Itaque chariſſi. 397.

Die. 25. E Vrban⁹ papa m̄. L. iij.

Vrbanus patria Roman⁹ Aurelio Antonino imperatore pōtificatū adeptus, multos ſanctitatis exēplo, & doctrina ſingulari ad fidem traduxit. Et in his Valerianū beatæ Ceciliæ ſpōſum, & Tyburtiū eiuſdē Valeriani fratrē, q̄ poſtea martyriū cōſtāti animo pertulerūt. Hic probato cōſilio ſuperioris temporis epiſcoporū, & fideliū quibus cōmodius viſum erat, vt poſſeſſiones attribuerentur eccleſiis, q̄ vt venderētur, quemadmodū fiebat initio naſcentis eccleſiæ, ſic ſcripſit: de bonis ipſis eccleſiaſticis, quorum decet diſpenſatores eſſe epiſcopos, & clericos. Nō ergo debēt, inquit, in aliis vſibus quàm eccleſiaſticis, & prędictorū Chriſtianorū fratrū, id eſt, clericorū, vel indigentiū conuerti, quia vota ſunt fideliū, & pretia pctōrū, ac patrimonia pauperū, atq; ad prędictū opus explendū dño tradita. Demū cū ſediſſet annos. iiij. menſes. x. dies. xij. martyrio coronatus eſt, & in cœmeterio Prætextati, via Tyburtina ſepultus. viij. Calend. Iunij. Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt qui beati Vrbani martyris tui atq; pontificis ſolennia colim⁹, ei⁹ apud te interceſſionibus adiuuemur. Per do.

Die. 26. F Eleuteri⁹ papa mar.

Die. 27. G Ioannes papa mar.

Die. 28. A Germani epi cōfeſ.

Die. 29. B De cętero frēs. 398.

Die. 30. C Felix papa mar. L. iij.

Felix patria Roman⁹ Aureliano imperatore pōtificatum adeptus eſt. Hic inſtituit vt martyrū memoria ſingulis annis ſacrificiis celebraret. Nec niſi in loco ſacro Miſſa perageretur, præterquā cogēte neceſſitate. Templumq́; iuſſit, ſi de cōſecratione ipſius dubitaretur, denuo conſecrari. Neq; enim ite-

iteratum videri debere dictabat quod factū eſſe neſciretur. Poſtremo cū menſe Decembri preſbyteros nouē, diaconos.v. epiſcopos quinq; creaſſet, martyrio coronat' via Aurelia ſepelitur.iij. Calēd.Iunij in baſilica quā ipſe cōdiderat, atq; dicauerat. Sedit autē annos quatuor, menſes tres, dies quindecim.

Die.31. D Petronilla vir.mar.

IVNIVS.

Die.1. Pāphil' preſby.m̄.L.iij.

PAmphilus preſbyter Cæſarienſis tanto diuinorū voluminū amore flagrauit, vt celeberrimā bibliothecā vndiq; ſummo ſtudio cōquiſitis libris Cæſareæ cōſtruxerit, magnāq; partē Origenis operum ſua manu deſcripſerit. Quæ Hieronymus ſe vidiſſe, ac habuiſſe, ingētiq; cupiditate quaſi theſaurū aliquē ſeruaſſe, teſtatur. Scripſit nonnulla, quibus inſignem doctrinam & magnā vitæ ſanctimoniam poſteris manifeſtam, ac teſtatā reliquit. Demū poſt beata ſtudia, & multos pro eccleſia Dei, ac gloria nominis Chriſtiani exhauſtos labores, apud Cæſaream Palæſtinæ pro fide Chriſti in pſecutione Maximini Imperatoris. Calendas Iunij martyrio coronatus eſt.

Die.2. Marcellinus & Petrus martyres. Lectio tertia.

TEmporib' Diocletiani Imperatoris Romæ Petrus exorciſta iuſſu Sereni iudicis pro Chriſti nomine in carcerē coniectus, Paulinā Artemij carceris cuſtodis filiā ab immūdo ſpiritu liberauit, ipſumq; Artemium cum coniuge & filia ac tota domo & pleriſq; vicinis, qui ad miraculū conuenerant, ad Chriſtū cōuertit, & hos omnes Marcellinus preſbyter baptizauit. Quo nūtiato Serenus Marcellinū & Petrū ad ſe productos, multis minis ab incœpto deterrere tentauit. Cui cum Marcellinus Chriſtiana libertate ad omnia reſpōderet: pugnis eum cōtuſum ſeparat à Petro, nudumq; in carcerem teſtis vitreis perſtratū trudi iubet ſine cibo, & ſine lumine. Petr' itidē alio in loco arctiſſimis vinculis conſtringitur. Sed diu cruciati cum fortiores in dies, atq; in Chriſti cōfeſſione conſtantiores inuenirentur, extra vrbem educti, quarto Non. Iunij capite plexi martyrio coronantur. Lucilla vero matrona Chriſtiana ipſorū corpora vehiculo delata noctu in via Labicana tertio ab vrbe miliario ſepeliuit.

Die.3.G Itaque frēs mei.398.
Die.4.A Quod fuit ab ini.180.
Die.5.B Filioli mei hæc.181.
Die.6.C Filioli nouiſ.182.
Die.7.D Videte qualem.183.
Die.8.E Chariſſimi.184.
Die.9.F Prim⁹ & Felician⁹ m̄.
Die.10.G Omnis qui cre.186.
Die.11.A Barnabas apoſtolus duplex maius. Oratio.

DEus, qui nos beati Barnabæ apoſtoli tui meritis & interceſſione lætificas: concede propitius, vt qui eius beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ cōſequamur.p. Lectio tertia.

IOſephus, qui cognominat⁹ eſt Barnabas, natione Cyprius ad Chriſtianū dogma gētibus cum Paulo prædicandū in apoſtolatū extra duodecim aſſumptus eſt. Hic agrum quē habebat, vendidit, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorū: Qui cū miſſus à Ieroſolymitana eccleſia euāgelizandi gratia Antiochiā perueniſſet, vbi Græcorum aliquot credidegrant, vidiſſetq; gratiā Dei, gauiſus eſt, & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in dn̄o, quia erat vir bonus, & Spiritu ſc̄tō ac fide plenus: & appoſita eſt multa turba in domino. Profectus inde Tarſum, vt quęreret Saulū, perduxit ipſum Antiochiā, & annum totū conuerſati ſunt ibi in eccleſiā, & docuerunt turbā multā, ita vt cognominarentur primū Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani. Qui diſcipuli, prout quiſq; habebat, propoſuerunt in miniſterium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli. Qui expleto miniſterio reuerſi ſunt à Ieroſolymis aſſumpto Ioanne, q cognominatus eſt Marcus. Erant autē in eccleſia, quę erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quib⁹ Barnabas & Saulus. Miniſtrantibus aūt illis dn̄o & ieiunantibus dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Saulū & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orātes, imponentesq; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciā, & inde Cyprum: multasq; præterea vrbes ac regiones cum magno prædicationis profectu peragrarūt. Poſtremo Barnabas à Paulo diſcedens, ad Cyprum nauigauit aſſumpto Marco, vbi circa ſeptimū Neronis annum, martyrij coronam eſt adeptus, tertio Idus Iunij.

Die. 12. B Baſilides Ciri. & c. m.

Die. 13. C Antonius ꝯfeſ. L. iij.

ANtonius natione Hiſpanus Vlyſſiponæ natus, cũ adoleſcens adhuc eſſet, canonicus regularis, audito martyrio quorundã monachorũ ex ordine ſancti Frãciſci ad Marochiũ Mauritaniæ vrbem occiſorum, eundem ordinẽ ſancti Frãciſci profeſſus, & à prelatis obtẽta copia, martyrij cupidus, Saracenis predicatur⁹ nauim aſcendit, ſed Deo aliter ordinante, vi tẽpeſtatis prohibitus eſt. Cæterũ vt cõſanguineorũ & amicorũ impedimenta vitaret, in Italiã venit. Qui cũ aliquãdo iuſſu põtificis Romæ, peregrinis multarũ nationũ prædicaret, variis linguis locutus, & ab oĩbus intellectus eſſe tradit. Itaq, ſermonẽ ipſius dño ſignis cõfirmãte, quaſdam hæreſes in Italia confutauit, factiones diremit, & inimicos reconciliauit. Tandẽ plenus ſanctitate & miraculis clarus, Patauij moritur Idus Iunij: & in ecclesia noĩe ipſius fabricata, egregio tumulo ſepult⁹ eſt: & à Gregorio nono ſtatim in ſanctorũ confeſſorũ conſortium relatus.

Die. 14. D Senior electe. 187.

Die. 15. E Vit⁹ Modeſt⁹ Creſ. m.

Die. 16. F Senior Caio. 188.

Die. 17. G Paul⁹ apoſtol⁹. 423.

Die. 18. Marcus & Marcellianus martyres. Lectio tertia.

MArcus & Marcellian⁹ fratres Romæ Diocletiano imperatore pro Chriſti fide in vincula coniecti ſunt ab vrbis præfecto Chromantio, ad mortemq; damnati, niſi ante diem trigeſimũ ad cultum deorum rediiſſent. Ad quos cũ Trãquillinus pater, & mater Martia, & pleriq; cognatorũ ventitarẽt, vt ipſos ab incœpto ſeducerent, à beato Sebaſtiano cõfirmati in fide perſtiterunt. Qui Sebaſtianus, non ſolũ horum ſanctorũ parẽtes, ſed Chromãtiũ quoq; ad Chriſti fidẽ conuertit. Quã ob rem Chromãtius magiſtratu ab imperatore priuatus, in exiliũ miſſus eſt. Cui ſuccedens Fabianus, Marcũ & Marcellianum deorũ cultũ aſpernantes: poſt diutinã carceris afflictionem, ad ſtipitẽ alligari, pedesq; clauis configi iuſſit. Sed hunc cruciatũ cum die ac nocte magno animo Chriſtum laudantes pertuliſſent, latera transfixi lanceis, martyrij palmam ſunt adepti. Quorũ corpora à Chriſtianis ablata noctu, in via Ardeatina ad decimum quartum Calend. Iulij ſepeliuntur. Oro.

P ræſta

PRæſta quęſumus oīpotens Deus: vt qui ſanctorū martyrū tuorū Marci & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminētibus, eorū interceſſionibus liberemur. Per do.

Die. 19. B Geruaſius & Protaſius martyres. Lectio tertia.

GEruaſius & Protaſius fratres patrē habuerunt Vitalem, qui Rauennæ, & matrem Valeriam quæ Mediolani pro Chriſti fide martyriū tulerunt. Parentū igitur pietatē & fidem æmulantes, poſt ipſorū mortē, iuxta cōſilium euangelicū, oēs ſuas facultates pauperibꝰ diſtribuerūt, & ſeruos quos habebāt libertate donarunt. Quibus rebus, & ſingulari vitæ ſanctitate cōmoti, Gentilium ſacerdotes Chriſtianę religioni infeſti, magnū in ipſos odiū atq; inuidiā conceperunt. Cum ergo per id tempꝰ Aſtaſius comes in bellū proficiſceretur, hanc nefariā rationē pios frēs è medio tollendi ſacerdotes inierunt, vt Aſtaſio, velut diuinitus admoniti, perſuaderēt, negatam ipſi eſſe decreto deorum victoriam, niſi Geruaſiū & Protaſiū à Chriſti fide deſciſcere, ipſiſq; diis ſacrificare compelleret. Quod cum Aſtaſius ab ipſis, nec precibꝰ impetrare, nec minis extorquere potuiſſet, eodē iubente, Geruaſius plumbatis tandiu cęſus eſt, donec ſpiritū emiſit: Protaſius vero fuſtibus primū ſæuiſſime verberatꝰ, poſtremo capite trūcatus eſt. Quorū corpora Philippus quidam vir religioſus ac pius clam ſuſtulit, & in ſua domo ſepeliuit. Vbi cum diu latuiſſent, ab Ambroſio epiſcopo Mediolanenſi diuinitus admonito inuenta ſunt, & cum magna populi veneratione in honeſtiſſimo & ſacro loco repoſita. Paſſi ſunt autem Mediolani decimotertio Calend. Iunij.

Die. 20. C Siluerius papa mar.

Die. 21. D Et vos cum. 423.

Die. 22. E Paulinus eps confeſ.

Die. 23. F Videte ne quis. 423.

Aduertendū eſt ſingulis annis in indice ſuprapoſito. fol. 295. an in die ſancti Ioānis vel infra eius octauam interponenda ſit aliqua ex dominicis vagantibus. Natiuitas Ioānis Baptiſtæ duplex maius. Ad veſper. hym.

VT queant laxis
reſonare fibris,
Mira geſtorū famuli tuorum,
Solue polluti labij reatum,
Sancte Ioannes.

N un-

Nuntius celſo veniēs olympo, Te patri magnū fore naſciturū Nomen & vitę ſeriem gerendę, Ordine promit.

Ille promiſſi dubius ſuperni, Perdidit promptæ modulos loquelæ, Sed reformaſti genitus peremptæ, Organa vocis.

Ventris obſtruſo recubans cubili, Senſeras regem thalamo manentem, Hinc parens nati meritis vterq;, Abdita pandit.

Gloria patri, genitæq; proli, Et tibi cōpar vtriuſq; ſemper, Spiritus alme De⁹ vnus omni, Tempore ſecli. Amen. Aña. Ioānes eſt nomen eius, vinū & ſicerā nō bibet, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Orō.

DEus qui præſentem diem honorabilē nobis in beati Ioannis natiuitate feciſti, da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes, dirige in viā ſalutis æternæ. Per dominum.

Die. 24. G Ad matutinū inuita. Regem præcurſoris dominum venite adoremus. Hymnus.

ANtra deſerti teneris ſub annis, Ciuium turmas fugiens petiſti, Ne leui ſaltem maculare vitam, Famine poſſes.

Præbuit hirtū tegimen camelus, Artubus ſacris ſtrophium bidentes, Cui latex hauſtum, ſociata paſtum, Mella locuſtis.

Cæteri tantū cecinere vatum, Corde præſago iubar affuturū Tu quidem mundi ſcelus auferentem, Indice prodis.

Non fuit vaſti ſpatium per orbis, Sanctior quiſquā genitus Ioanne, Qui nefas ſecli meruit lauantem, Tingere lymphis.

Gloria. Añ. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: & anteq̄ ꝑgredereris, ſanctificaui te. Lcō. iij.

ZAcharias ſacerdos vir iuſtus, & egregia in Deum pietate, vxorē habuit Eliſabeth parem ſibi, & morib⁹, & ſanctitate, ſterilem tamen. Itaq; iam ambo ſenes in orbitate cū magno filiorū deſiderio degebāt. Sed cum Zacharias tempore Herodis Iudææ regis templum ingreſſus ad ſacrificandum incenſum apponeret, apparuit ei angelus ad dexterā altaris, turbatoq;, & timēti ait, Ne timeas Zacharia, quoniā exaudita eſt deprecatio tua: vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiū: & vocabis nomen eius Ioannē. Nec ſolū vos, ſed multi præterea ob ipſi⁹ ortū gaudebunt. Erit enim magnus coram dn̄o, vinū & ſicerā non bibet, & Spiritu ſctō replebitur in vtero ipſo matris ſuæ,

&

& multos filiorũ Iſrael ad dñm conuertet. & ipſe præcedet illũ. Reſpõdit Zacharias, Vnde hoc ſciam, qui ſenex ſum, & vxorẽ habeo ſenem? Et angelus, Ego (inquit) ſum Gabriel, miſſus, vt hæc tibi nuntiarę: & quia mihi nõ credidiſti, mutus eris, donec quæ nuntiaui, fiant. Egreſſus igitur Zacharias ad plebẽ extra templũ expectantẽ, & moram eius admirantẽ, loqui non poterat: quo cognitum fuit ipſum viſionem vidiſſe. Cum igitur peractis officij diebus in domũ ſuã rediiſſet, cõcepit Eliſabeth, quod ſexto poſt menſe idẽ angelus nuntiauit Mariæ dicens, Ecce Eliſabeth cognata tua cõcepit filium in ſenectute. Itaq; Eliſabeth videns Mariam ſalutandi ſe, viſendiq; gratia domũ ipſius ingreſſam, exclamauit, Benedictus fructus ventris tui. Et illud, Exultauit gaudio infans in vtero meo. Cum autem peperiſſet, & octauo die de noĩe nati cõſultaretur: Zacharias interrogatus, cũ loqui nõ poſſet, ſcripſit: Ioannes eſt nomẽ eius. Et poſt hęc vocem recepit, qua dño quotidie gratias agebat.

Ad laudes añ. Dñs ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.

Ad veſperas hymn⁹. Vt queant laxis. Aña. Puer qui natus eſt nobis pluſquam propheta eſt: Hic eſt enim de quo ſaluator ait, Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioãne Baptiſta.

Die. 25. A De octa. ſ. Ioan. L. iij.

Sermo ſancti Auguſt. epiſcopi.

POſt illum ſacroſanctũ domini natalis diem nullius hominis natiuitatem legimus celebrari niſi ſolam Ioannis Baptiſtæ. In aliis ſanctis & electis Dei nouimus illum diem coli: quo illos poſt conſummationẽ laborum, & deuictum triumphatumq; mundum, in perpetuas æternitates præſens hæc vita parturiit. In aliis conſummata vltimi diei merita celebrantur: in hoc etiã prima die ipſa Ioãnis initiata cõſecrãtur. Pro hac abſq; dubio cauſa, qa per hunc dñs aduentum ſuum ne ſubito inſperatum homines non agnoſcerent, voluit eſſe teſtatum. Ioannes autem figura fuit veteris teſtamenti, & in ſe pertulit formam legis, & ideo prænuntiat ſaluatorẽ venturũ: ſicut lex gratiam præcucurrit. Quod autẽ nondũ natus de ſecreto materni vteri prophetauit, & expers lucis iam teſtis eſt veritatis: hoc eſt intelligendũ qla-

ꝙ latens ſub velamine literæ & carne,& redemptoré mũdo ſpiritu prædicauit, & nobis dñm Deum noſtrum quaſi de quodam legis vtero proclamauit. Ergo quia Iudæi errauerunt à ventre,id eſt,à lege quę Chriſto grauida erat, errauerunt à ventré, & loquuti ſunt falſa, ideo hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine.

Die.26.B Ioánes & Paulus martyres duplex minus. Oratio.

QVęſumus oĩpotẽs Deus,vt nos geminata lætitia hodiernæ feſtiuitatis excipiat,quæ de beatorũ Ioannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadé fides,& paſſio vere fecit eſſe germanos.Per. Lcõ.iij.

IOannes & Paul⁹ fratres Chriſtianæ religionis colentiſſimi, domeſtici fuerũt Conſtantiæ filię Cõſtantini magni. Sed cum Iulian⁹ apoſtata imperiũ excepiſſet, factus certior hos ex magnis facultatibus, quas illis Conſtãtia reliquerat, pauperes alere, occaſioné captabat eoſdé ſpoliandi. Iubet igitur eos ſuis domeſticis adſcribi,nõ dubitãs illos conditioné religionis gratia recuſaturos.Negantibus igitur illis eius ſe fore domeſticos, aut comites, qui à Chriſtiana pietate defeciſſet, ſpatiũ decem dierũ præſcribit, quo vel imperata facerent, & Ioui ſacrificarent, vel ſe certę morti pararẽt. Ipſi vero accepta cõditione, bonam partẽ ſuarũ facultatũ pauperibus præſcripto tẽpore diſtribuerũt. Decima die, Terentianus pręfectus prętorię cohortis miſſus, eos inuenit orantes, à quo qd ſtatuiſſent rogati, cũ ſe pro vera religione morti paratos eſſe reſpondiſſent: ille poſt tertiã noctis horã in domo ipſorũ,ne fieret tumultus, capite truncauit, ac ſecreto ſepeliuit, rumorq́; per vrbẽ ab interfectorib⁹ ſparſus increbuit,Ioannẽ & Paulũ ĩ exiliũ fuiſſe miſſos:ſed res enuntiata eſt à dæmonibus, qui corpora quorundã obſidebant. A quib⁹ dæmonibus cum Terẽtiani fili⁹ vexaretur,ductus ad martyrũ ſepulchrũ liberat⁹ eſt: eoq́; miraculo,idẽ,& pater ad fidẽ Chriſti conuerſi ſunt,& res tota patefacta. Paſſi ſunt autem Romæ ſexto Calend. Iulij.

Die.27. C De octa. ſancti Ioannis Baptiſtæ. Lectio tertia. Ex ſermone ſancti Auguſt.epi.

QVod aũt Ioannes in carcere conſtitutus ad Chriſtũ diſcipulos ſuos deſtinauit: lex ad euãgelia tranſmiſit.

Quæ

Quæ lex iuxta typum Ioannis quaſi ignorátiæ clauſo carcere, in obſcuro & in occulto iacebat: Iudaicę cæcitatis ſenſus intra literam tenebatur incluſus. De hoc beatus euãgeliſta proſequitur, ille erat lucerna ardens & lucens, adeo ꝙ ſpiritus ſancti igne ſuccenſa, mundo ignorantiæ nocte poſſeſſo, lumen ſalutis oſtéderet: & quaſi inter denſiſsimas delictorum tenebras, ſplendidiſsimũ iuſtitiæ ſolem lucis ſuæ radio præmonſtraret, de ſeipſo dicens, Ego vox clamantis in deſerto. Videamꝰ in quo deſerto, id eſt, in gentiũ populo. Vacua enim timore Dei pectora, & ſpũ ſancto arentia, deſerto ſquallentis eremi cõparantur. Deſertus enim hic mũdus ab omni cultura fidei, & timoris Dei, & peccatorũ ſpinis obſitus ſqualebat, tanquã ager incultus, & penitus nullam bonorum operum fœcunditatem obtulerat, nullum imbrem gratiæ ſpiritualis exceperat.

Die. 28. D De octa. ſancti Ioannis Baptiſtæ. Lectio tertia. Ex ſermone ſancti Auguſtini.

Mittitur beatꝰ Ioannes qui cũ prophetica atq; apoſtolica prędicatione annũtiando pœnitentiam, quaſi rudem campũ proſcinderet, fœcundaret, & excoleret, diuiniq; verbi ſeminibꝰ impleret, & ad maturam frugem, id eſt, ad generationis gratiã prępararet. Nam illud quãtæ gloriæ eſt, ꝙ Zachariæ ſacerdoti ſeni, & Eliſabeth ſterili à Gabriele, id eſt, ab Angelo illo prenuntiatꝰ, à quo Mariæ dñi natiuitas nuntiatur, & quaſi ex aliquo ſimilis dño præmittitur filius ſterilis ante filiũ virginis, neſcio quod maius miraculũ ipſa nouitate declarans. Inſperata prole ſterilitas muneratur: quia nouo partu erat ditanda virginitas. Præmittitur ante Ieſum Chriſtum Ioannes quaſi teſtamentum vetus ante nouum, vt dies diei eructet verbum, & ſacramentorũ obſcura profunditas, euidétioribꝰ nouæ doctrinæ myſterijs reueletur.

Petrus & Paulus apoſtolus duplex maius. Ad veſperas. Hym.

Aurea luce, & decore roſeo, Lux lucis omne perfudiſti ſeculum, Decorans cœlos inclyto martyrio, Hac ſacra die, quæ dat reis veniam.

Ianitor cœli doctor orbis pariter, Iudices ſecli, vera mundi lumina, Per crucẽ alter, alter enſe trium-

triumphans, Vitæ ſenatum laureati poſſident.

Sit Trinitati ſempiterna gloria, Honor, poteſtas, atq; iubilatio, In vnitate cui manet imperium, Ex tunc & modo per ęterna ſecula. Amen. Antipho. Tu es paſtor ouium princeps apoſtolorum, tibi traditæ ſunt claues regni cœlorum. Oratio.

DEus qui hodiernã diem apoſtolorũ tuorũ Petri & Pauli martyrio conſecraſti : da eccleſię tuę eorũ in oĩbus ſequi præceptum, per quos religionis ſumpſit exordium. Per domi.

Et non fit commemoratio de ſancto Ioanne vſq; ad veſper. cõmemorationis ſancti Pauli.

Die. 29. E Ad matuti. inuita. & hym. de cõmuni apoſtoloꝝ añ. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Lectio. iij.

PEtrus princeps apoſtolorũ, cui Chriſtus aſcenſurus ad patrem, ſuum gregem paſcendum, id eſt, ſuam eccleſiam gubernandã ter cõmẽdauit: cum multa poſt Chriſti aſcenſum cum apoſtolis confeciſſet, quæ ad cõſtituendã & propagandã fidem pertinerent, cæteris per orbem diſperſis ad prædicãdũ, ipſe ſibi ſedem Antiochiam elegit. Sed poſt epiſcopatũ Antiochenſis eccleſię & prędicationẽ diſperſionis eorũ qui de circuncisione crediderant in Ponto, Galacia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia ſecũdo Claudij anno admonit⁹ à Spiritu ſctõ Romã migrauit ad cõuincendũ Simonem magum, & veram fidem enuntiandũ, in eaq; vrbe, quæ caput orbis erat, eccleſiã moderandum. Simonis ergo diſiectis tenebris, fraudibusq́, cõuictis à Petro, lumen verbi Dei Romã & Italiam eodem authore multum illuſtrauerat, cum Paulus vinctus Romam deportaretur ſecundo Neronis anno, poſtq̃ euangeliũ cum in Syria, Aſia, tum pręcipue in Græcia & finitimis regionibus vſq; ad illyriã prædicaſſet. Cuius aduentu, & opera, magna veræ pietatis & fidei acceſſio facta eſt in vrbe Roma, & Italia, occiduiſq; regionibus. Sed vltimo Neronis anno ſæuiente in Chriſtianos perſecutione, Petrus & Paulus capti, morti traduntur eodem die, id eſt, tertio Calend. Iulij. Petrus enim cruci affixus eſt capite ad terrã verſo: quod ſic fieri impetrauit, aſſerens ſe indignum eſſe, qui eodẽ modo, quo

ſuus

ſuus dñs, crucifigeretur: Paulus vero capite truncatus, cuius corpus in via Oſtienſi ſepultum eſt, Petri vero ĩ Vaticano. Ad laudes añ. Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Ad veſperas hym. Aurea luce. vt ſup. Aña. Hodie Simon Petrus aſcẽdit crucis patibulum: Hal'ah. Hodie clauicularius regni gaudens migrauit ad Chriſtũ. Hodie Paulus apoſtolus lumen orbis terrę, inclinato capite, pro Chriſti nomine, martyrio coronatus eſt. Et nõ fit cõmemoratio de feſto ſequenti, quia veſper. hodiernę ſunt cõmunes vtriq; apłorum. Cõmemoratio Pauli dup. mi. Die. 30. F Ad matuti. inuita. & Hym. de cõmuni apłorũ aña. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam, quæ data eſt mihi à Chriſto domino. Lectio tertia.

PAulus extra numerũ duodecim, apoſtolus nõ ab hominibus nec per hominem, ſed per Ieſum Chriſtũ & Deum patrẽ, quũ eſſet in eccleſia Antiochiæ, vbi aderant prophetæ & doctores, & in his Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis & Manahẽ, qui erat Herodis Tetrarchę collactaneus, miniſtrantibus illis dño, & ieiunantibus dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orãtes, imponenteſq; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprũ, & quum veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Iudæorum. Habebant autẽ & Ioannẽ in miniſterio. Et quum perambulaſſent vniuerſam inſulã vſq; ad Paphũ, inuenerũt quendã virum magum pſeudo prophetã Iudæum, cui nomen erat Barieu, cũ proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba & Paulo deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis Elymas magus, quęrens auertere proconſulem à fide. Saulus aũt qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto intuens in eum, dixit, O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias dñi rectas? Et nunc ecce manus dñi ſuper te, & eris cæcus,

non

non videns ſolem vſq; ad tempus. Et cõfeſtim cecidit in eũ caligo, & tenebræ, & circumiens quęrebat qui ſibi manũ daret. Quo viſo proconſul credidit, & conuerſus eſt. Profectus vero Paul⁹ à Papho, iuncto ſibi Barnaba, multiſq; vrbib⁹ peragratis, cum Ieroſolymam veniſſet, Petrus, Iacobuſq;, & Ioannes, videntes gratiã Dei, quæ data erat ei, dexteras ſocietatis dederunt ipſi & Barnabæ, vt hi gentibus, ipſi vero circuncifis prædicarent euangelium. Vnde digreſſus, poſtquã innumeros labores hauſiſſet, multaq; pericula euaſiſſet, per varias mundi plagas Chriſtianũ dogma longe lateq; propagando, anno à Chriſti paſsiõe. xxxvij. qui fuit imperij Neronis. xiiij. eodẽ die quo Petrus Romæ martyrio coronatus eſt: ſepultuſq; in via Oſtienſi, vbi poſtea fuit illi magnificũ templũ erectũ. Scripſit aũt nouem ad ſeptem eccleſias epiſtolas, præterea ad diſcipulos ſuos Timotheũ, Titum, & Philemonem iiij. ad Hebræos vnam. oẽs ſimul numero. xiiij. Ad laudes añ. Bonũ certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Oratio.

DEus, qui multitudinẽ gentium beati Pauli apoſtoli prędicatiõne docuiſti: da nobis quęſumus, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia ſentiam⁹. Per. Ad veſper. hym.

DOctor egregie Paule mores inſtrue: Et mẽte polũ nos trãsferre ſatage: Donec perfectum largiatur plenius, Euacuato quod ex parte gerimus. Sit trinitati ſempiterna gloria, Honor poteſtas, atq; iubilatio, In vnitate cui manet imperiũ, Ex tũc & modo p æterna ſecula. Amẽ. Añ. Glorioſi principes terrę, quomodo in vita ſua dilexerũt ſe, ita & in morte nõ ſunt ſeparati. Orõ. Deus qui hodiernam diẽ. &c. vt ſup. Deinde pro cõme. octa. ſancti Ioannis baptiſtæ añ. Eliſabeth Zachariæ magnũ virum genuit Ioannẽ Baptiſtã præcurſorem domini, Oratio. Deus, qui præſentem diem. fo. 469. vt ſup. in ei⁹ feſto.

IVLIVS.

Die. 1. G Oct. natiu. ſ. Ioã. bap. dup. mi. Ad matu. inui. & hym. vt in eius feſto añ. Ipſe præibit ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ parare dño plebẽ perfectã. Secundum Lucam. Lectio. iij.

ELiſabeth impletũ eſt tempus pariẽdi: & peperit filiũ. Et

Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa: & congratulabantur ei. Et reĺ. Hom. ſcti Ambroſij epi. Peperit ergo filium Eliſabeth, & congratulabantur ei vicini. Habet ſanctorũ editio lætitiã plurimorum, quia cõmune eſt bonum. Iuſtitia enim cõmunis eſt virtus. Et ideo in ortu iuſti futuræ vitæ inſigne præmittitur: & gratia ſequuturę virtutis exultatione vicinorũ præfiguratæ ſignatur. Pulchre aũt tempus quo fuit in vtero propheta memoratur, ne Mariæ præſentia taceatur. Sed tempus ſiletur infantię, eo ꝙ pręſentia dñi matris in vtero roboratur, qui infantiæ impedimenta neſciuit. Et ideo in euãgelio nihil ſuper eo legimus, niſi ortũ eius & oraculũ, exultationẽ in vtero, & vocem in deſerto. Neq; enim vllã infantię ſenſit ætatẽ. qui ſupra naturã, ſupra ætatem, in vtero ſitus matris, à mẽſura perfectę cœpit ætatis plenitudinis Chriſti. Et reſpõdit mater eius, & dixit: Non, ſed vocabitur Ioãnes. Et reſpõderũt ad illã: Nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc noĩe. Innuebant ergo patri eius quem vellet vocari eum, & accepit pugillarem & ſcripſit, dicens: Ioãnes eſt nomen eius. Et mirati ſunt oẽs. Cõtinuo autem ſoluta eſt lingua eius, & apertũ eſt os eius, & loquebatur benedicens Deũ. Mire ſanctus euangeliſta prætermittendum non putauit, ꝙ plurimi infantẽ patris nomine Zachariam appellandum putauere, vt aduertas matri nõ nomẽ alicuius diſplicuiſſe degeneris: ſed id ſancto infuſum ſpiritu, quod ab Angelo ante Zachariæ fuerat prænuntiatum. Ad laudes añ. Innuebãt patri eius quem vellet vocari eum: & ſcripſit dicens: Ioannes eſt nomen eius. Notandũ ꝙ hodie in laudibus poſt orõnẽ ſcti Ioan. dicit' Oro. Deus qui hodiernũ diem. &c. pro cõmemoratione apoſtolorum. & ſimiliter faciendũ eſt infra octa. viſitatio. virg. in laudibus & veſperis vſq; ad octa. ipſorum apłorũ, tamen hodie in veſperis & die craſtina per totũ diem nõ fit cõme. de apoſtolis. Viſitatio Mariæ virgi. ad Eliſabeth dup. ma. Ad veſper. hym. Aue maris ſtel. &c. Añ. Hodie Ioannes ſpiritu ſancto repletus dñm quem verbis laudare non potuit, corporis obſequio recognouit: beata Eliſabeth, quam

mater dñi viſitauit, vt Ioannes in vtero ſuo ſpiritum ſanctificationis accipiens, præcurſoris officium inchoaret. Oratio.

Omnipotens ſempiterne De⁹, qui ex abũdãtia charitatis beatã Mariã tuo filio fœcundatam ad ſalutationem Eliſabeth inſpiraſti: præſta quęſumus, vt per eius viſitationem donis cœleſtibus repleamur, & ab omnib⁹ aduerſitatibus eruamur. Per eundem Chriſtum.

Die. 2. A Ad matutinũ inuita. Viſitationem virginis Mariæ celebramus: Chriſtum eius filium adorem⁹ dñm. Hymnus. O glorioſa domina. Aña. Repletus Spiritu ſancto Ioannes nondũ ſeipſum ſentiens, virginis matris pręſenſit aduentum. Ex capi. j. Lucæ. Lectio tertia.

Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatẽ Iuda: & intrauit in domũ Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt vt audiuit ſalutationẽ Mariæ Eliſabeth: exultauit infans in vtero ei⁹: & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fruct⁹ ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in aurib⁹ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: & beata quæ credidiſti: quoniã perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à domino. Ad laudes aña. Adueniẽte quæ Chriſtũ geſtabat in vtero, Ioãnes exiliens in occurſum ei⁹ geſtiuit erũpere. Ad veſperas hymnus. Aue maris ſtella. Añ. Beata ſterilis quę præcurſorem dñi ſenio ingraueſcente concepit: beatior virgo, quæ Deum atq; hominem genuit. vtraq; miraculũ ſentit & myſterium recognoſcit. Sed Eliſabeth ſuum vertit in præconia viſitantis: Maria vtrunq; refert in gloriam conditoris.

Die. 3. B De octa. Viſitationis. Ex hom. ſctĩ Ambro. epi. L. iiij.

Contuendũ eſt enim quia ſuperior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur. Maria ad Eliſabeth, Chriſt⁹ ad Ioãnem. Deniq; etiã poſtea vt ſanctificaret baptiſmum Ioannis: Dñs venit ad baptiſmum. Cito quoq; in aduentu Mariæ, præſentię dñicę beneficia declarantur. Simul aũt vt audiuit ſalutationẽ Mariæ Eliſabeth, exultauit

uit infans in vtero eius:& replē ta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit ad Mariam, Benedicta tu inter mulieres:& benedict⁹ fructus ventris tui. Vide diſtinctionem, ſingulorumq; verborum proprietates: vocem prior audiuit Eliſabeth:ſed Ioannes prior gratiā ſenſit. Illa naturę ordine audiuit: iſte exultauit ratione myſterij. Illa Mariæ, iſte dñi ſenſit aduentum:fœmina mulieris, & pignus pignoris. Iſtæ gratiā loquuntur:illi intus operantur, pietatiſq; myſteriū maternis adoriuntur profectibus: dupliciq; miraculo prophetant matres ſpiritu paruulorum. Exultauit infans in vtero: mater repleta eſt. Non prius mater repleta quàm filius,ſed cum filius repletus eſſet Spiritu ſancto, repleuit & matrem. Exultauit Ioannes:exultauit & Mariæ ſpiritus: exultante Ioanne repletur Eliſabeth. Mariam tamen nō repleri ſpiritu, ſed ſpiritum ei⁹ exultare cognouimus.

Die.4. ¶De octa. Viſitationis. Ex eadem homilia. Lectio.iij.

INcomprehenſibilis enim incomprehenſibiliter operabatur in matre:& illa poſt conceptum repletur:iſta ante conceptum. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui:& vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Nouit ſermonē ſuum Spiritus ſanct⁹, nec vnquā obliuiſcitur: & prophetiæ non ſolum rerum cōplentur miraculis, ſed etiam proprietate verborū. Quis eſt iſte fructus ventris, niſi ille de quo dictum eſt:Ecce hæreditas dñi filij merces fructus ventris? Hęc hęreditas dñi filij ſunt,qui merces ſunt fruct⁹ illius, qui de Mariæ ventre proceſſit. Ipſe fructus ventris eſt flos radicis: de quo bene prophetauit Iſaias dicēs, Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Radix enim eſt familia Iudæorum: virga, Maria:flos Mariæ Chriſtus:qui veluti bonæ arboris fructus, noſtræ virtutis proceſſu nunc floret,nunc fructificat in nobis, nunc rediuiua corporis reſurrectione reparatur. Et vnde hoc mihi,vt veniat mater dñi mei ad me? Non quaſi ignorans dicit. Scit enim eſſe Spiritus ſancti gratiam & operationem,vt mater prophetæ,à matre dñi,ad profectum ſui pignoris ſalutetur, ſed quaſi hoc non humani meriti,ſed diuinæ gratiæ munus eſſe cognoſcat.

Die.5. D De octaua Viſitatio. ex eadem homilia. Lectio, iij.

NOn vſitata hæc officia fœminarum ſunt, vt veniat mater dñi mei ad me. Miraculum ſentio, cognoſco myſteriũ: mater dñi verbo fœta, Deo plena eſt. Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo: & beata quæ credidiſti. Vides nõ dubitaſſe Mariã, ſed credidiſſe: & ideo fructũ fidei conſecutã. Beata (inquit) quæ credidiſti. Sed & vos beati qui audiſtis & credidiſtis: quæcunq; enim crediderit anima, & concipit, & generat Dei verbum, & opera eius agnoſcit. Sit in ſingulis Mariæ anima, vt magnificet dñm. Sit in ſingulis Mariæ ſpũs, vt exultet in dño. Si ſecundũ carnẽ vna mater eſt Chriſti: ſecundũ fidẽ tamẽ omnium fruct⁹ eſt Chriſtus Ieſus. Omnis enim aĩa accepit Dei verbũ, ſi tñ immaculata & immunis à vitiis, & intemerato pudore ei⁹ caſtimoniã cuſtodiuit. Hodie veſ. dñr de octa. aplorũ. Et nõ fit cõmemo. de Viſitatio. in his veſperis, nec die craſtina. Hym. Exultet cœlũ laudibus. de communi apoſtolorum añ. Petrus apoſtolus, & Paulus doctor gentium, ipſi nos docuerunt legem tuam dñe. Oratio.

DEus cuius dextera beatũ Petrũ apoſtolũ ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapoſtolũ eius Paulũ tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius & concede, vt amborum meritis, æternitatis gloriã conſequamur. Qui viuis. &c.

Die.6. E. Octaua aplorũ Petri, & Pauli dup. Hodie omnia dñr de cõmuni apoſtolorũ præter tertiã lectionem, & orationem. Sermo ſcti Leonis papę. Lcõ. iij.

OMnium quidẽ ſanctorũ ſolennitatũ, dilectiſſimi, totus mundus eſt particeps; & vnius fidei pietas exigit: vt quicquid pro ſalute vniuerſorũ geſtum recolitur, cõmunib⁹ vtiq; gaudiis celebretur. Veruntamẽ hodierna feſtiuitas præter illã reuerentiã, quã toto terrarum orbe promeruit, ſpeciali & propria noſtrę vrbis exultatione veneranda eſt: vt vbi præcipuorũ apoſtolorũ glorificatus eſt exitus, ibi in die martyrij eorũ ſit lætitiæ principatus. Iſti enim ſunt viri, per quos tibi euãgeliũ Chriſti, Roma, reſplenduit: & quæ eras magiſtra erroris, diſcipula facta es veritatis. Iſti ſunt

ſancti patres tui veriq; paſtores, qui te regnis cœleſtib⁹ inſerendã, multo melius, multoq; felicius condiderunt, quam illi quorũ ſtudio prima mœnium tuorũ fundamẽta locata ſunt: è quibus is qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde fœdauit. Iſti ſunt enim qui te in hãc gloriam prouexerunt, vt ſis gens ſancta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis & regia: per ſacrã beati Petri ſedem caput totius orbis effecta, latius præſidens religione diuina, q̃ dominatione terrena. Quãuis enim multis aucta victoriis ius imperij tui terra mariq; diſtẽdatur, minus tamen eſt quod tibi bellicus labor ſubdidit, q̃ quod pax Chriſtiana ſubiecit. Oratio. Deus cuius dexte. &c. vt ſupra.

Die. 7. F De octa. Viſitationis. Ex ſermo. ſcti Ambro. Lcõ. iij.

BEatiſſima virgo Dei genitrix Maria à ſuis primordiis dño cõſecrata, propter beneficia eius inaudita, exhibita populo inuocãti, oẽs in neceſſitate cõſtituti ad eam cõfugiũt, tãquã ad ſingulare remedium, vbi humanũ ſubſidiũ nõ ſufficit requiſitum. Diſponit nanq; omnia inferiora ſua ſapientia, prouidẽtia & induſtria propulſata. Ipſa enim ex abundantia gratiæ ſibi datæ eſt cura curarum, cum ſit viſitatrix, nutrix, genitrixq; bonorũ. gaudet aũt De⁹ & lætatur per ſecula quando Reginæ cœli cuncta debite ſunt ſubiecta. Vbi enim eſt gubernatrix prouida cœlicæ & terrenæ poteſtatis? In Maria. Vbi mater miſericordię, & impetratrix venię? In Maria. Vbi mediatrix ad Deum pro crimine? In Maria. Vbi reparatrix ſperãdæ gratię? In Maria. Vbi mater militãtis eccleſię? In Maria. Vbi aduocata ſeculi? In Maria. Ipſa ſiquidẽ eſt aduocata mundi, patrona peculij, viſitatio periculi, ſpes ſalutis populi Chriſtiani. Ipſa miſerorũ miſeratio, afflictorũ releuatio, deſolatorũ cõſolatio, pctõrũ viſitatio, diſcordãtium redintegratio cũ triũpho.

Die. 8. G De octa. Viſitationis. Sermo venera. Bedę pſby. L. iij.

BEata Dei genitrix virgo ſemp Maria templũ dñi, ſacrarium ſpiritus ſancti: cum ab Angelo ſalutata fuiſſet, ſeq; prole grauidã cognoſceret, conſeſtim in mõtana perrexit, portans à quo portabatur. Et aperte poſt viſionem angeli, beata Dei genitrix in mõtana ſubiit: quę guſtata ſuauitate ſuperno-

rum ciuiũ, humilitatis ſe greſſibus ad alta virtutũ tranſtulit. Intrat ergo domum Zachariæ, atq; Eliſabeth, quam ſeruã ac precurſorem dñi parituram nouerat, ſalutat: non quaſi dubia de oraculo quod acceperat: ſed vt gratulatura de dono, quod conſeruam accepiſſe didicerat. Non vt verbum angeli mulieris atteſtatione probaret, ſed vt mulieri prouectæ ætatis virgo iuuencula miniſterium ſedula impenderet. Vt autem audiuit ſalutationẽ Mariæ, Eliſabeth, Exultauit infans in vtero eius: & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth. Aperiẽte os ſuũ ad ſalutandũ beata Maria, repleta eſt mox Spiritu ſancto Eliſabeth. repletus eſt & Ioãnes, atq; vno eodemq; ſpiritu ambo edocti. Illa ſalutantẽ quæ eſſet agnouit: & vt matrem dñi ſui debita cũ benedictione venerata eſt. iſte ipſum eſſe dñm, qui vtero virginis portaretur, intellexit.

Hodie in veſ. dicit̃ an. aſſignata ad primas veſ. Hodie Ioannes.

Die. 9. A Oct. Viſitatio. du. mi.

Ex eodem ſermone. Lectio. iij.

Repleta eſt ergo Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna. Recte voce magna exclamauit, quia magna Dei cognouit donã. Et recte voce magna, quia illum, quem vbiq; præſentẽ nouerat, etiam adeſſe ſentiebat. Magna etenim voce, nõ tam clamoſa, quam deuota intelligendũ eſt. Neq; enim modicæ vocis deuotionis Deum laudare volebat, quę Spiritu ſancto plena flagrabat: quæ & illũ in vtero geſtabat, quo in natis mulierum nemo maior eſt. Eum etenim aduenisſe gaudebat, qui cõceptus ex carne virginis filius altiſſimi vocaretur & eſſet. Exclamauit autem & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedict⁹ fructus ventris tui. Non ſolum benedicta inter mulieres: ſed inter mulieres benedictas maiori benedictione ſpecialiter inſignis. Benedictus fructus ventris tui. nec ipſe generali more benedictus ſanctorum: ſed ſicut apoſtolus ait, Quorum patres ex quibus Chriſtus ſecundum carnem: qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

Die. 10. B Septẽ frẽs mar. L. iij.

Creſcente rabie perſecutionis in Chriſtianos, ſeptẽ fratres Romæ ſub Antonino Pio martyrio coronati ſunt. Cum enim delatum fuiſſet ad Cæſarem ab his deos blaſphemari,

mari, Chriſti fidem palam cõfitentibus, datum eſt negociũ Publio pręfecto, vt eorum cauſam iudicaret. Qui primo blandis verbis, deinde terroribus ac minis inſtat, vt abnegato Chriſto diis ſacrificarent. Felicitas autem eorum mater conſtantia plusq̃ virili, ſi Chriſtum, inquit, ò iudex noſſes, eiusq; magnitudinem intelligeres, ac diuinitatem, deſiſteres haud dubie pios homines à religione ipſius oratione impia ſubducere. Qui enim Chriſtianis maledicit, Deo maledicit in cordibus eorum habitanti. Et ad filios conuerſa, ipſos vt neq; cruciatus perhorreſcant, neque mortem propter fidem in Chriſtũ recuſent adhortatur. Igitur iratus iudex, ad filiosq; conuerſus cum videret eos in fide immobiles permanere, nec promiſſis, nec minis à ſententia reuocari, in carcerẽ eos trudit, & Cæſari rei ordinem exponit. Ille vero iubet oẽs morti tradi. Primus igitur eorũ Ianuarius plumbatis cæſus expirauit. Felix deinde, & Philippus fuſtibus necantur. Siluanus pręcipitio. Alexander cũ alijs duobus capite truncatur. vj. Idus Iulij. Mater item quarto poſt menſe gladio percuſſa martyrij palmam adepta eſt. Quã Gregorius octies martyrem appellat. Paſſa eſt enim ſepties in ſeptem filijs, & demum in corpore proprio.

Die. 11. C Pius papa ɔfeſ. L. iij.

PIus natione Italus, patria Aquileienſis, Imperatore Marco Antonino Vero põtifex factus eſt. Hic pœnã ſtatuit iis, qui negligenter Chriſti corpus aut ſanguinẽ attrectarẽt: Pœnitentiã (inquiẽs) agãt. xl. diebus, quorũ negligentia in terrã aliquid deciderit, ſi ſup altare tribus diebus, ſi ſuper linteũ, quatuor, ſi in aliud linteũ, nouem diebus. Vbicunq; ceciderit, ſi recipi poteſt, lambatur: ſin aliter, aut lauetur, aut radatur: lotum & raſum aut comburatur, aut in ſacrariũ reponatur. Demum vbi ex ordinationibus quinque menſe Decẽbri habitis, presbyteros. xix. diaconos. xxj. ẽpos. x. creaſſet, moritur & ĩ Vaticano ſepelitur. v. Idus Iulij, cũ ſediſſet annos. xj. menſes. iiij. dies tres.

Die. 12. D Nabor & Felix mar.

Die. 13. E Anaclet⁹ pp m. L. iij.

ANacletus Papa natione Græcus patria Athenieñ. Traiani temporibus Clementi ſuffectus, vt honeſtis inſtitutis homines eccleſiaſticos for-

maret, lege vetuit, ne epiſcopus à paucioribus quã à tribus epiſcopis initiaretur. Ac vt clerici publice, non priuatim ad ſacros ordines adſciſcerentur. Omnibus quoq; fidelibus pręcepit, vt peracta conſecratione cõmunicarẽt, recuſantes autem ab eccleſiis eiicerentur. Hic etiã loca, vbi ſeorſum martyres ſepelirentur, deſignauit. Per id tempus mirum in modũ augeſcente re Chriſtiana, Traianus metuens, ne quid detrimenti imperium Romanum inde caperet, tertiam perſecutionem in Chriſtianos conceſſit. Qua cum per multi alij, tum in primis ipſe Anacletus martyrio coronatur tertio Id⁹ Iulij. Sedit aũt annos nouẽ, menſes duos, dies decem.

Die. 14. F Proceſſus, & Martinianus. Lectio tertia.

QVo tẽpore Romæ Petrus & Paulus in vinculis in Tarpeio mõte tenebantur, duo ex cuſtodib⁹ Proceſſus & Martinianus apoſtolorũ verbis & miraculis cum aliis quadragintanouem ad fidem Chriſti cõuerſi ſunt, & fonte diuinitus ex quodam ſaxo in ipſo carcere manante baptizati. A quibus apoſtoli relaxati, abire ſi vellẽt ex carcere permiſſi ſunt. Quod vbi nuntiatũ eſt Paulino militũ pręfecto. Proceſſum & Martinianũ ad ſe accerſitos verbis grauiſſimis ob acceptã religionẽ caſtigat, & ab ea cunctis rationibus reuocare conatur. Sed cum nihil proficeret, indignatus ſe ab iiſdem cõtemni, iubet ipſorũ ora ſaxo vehementer contundi, denteſq; cõminui. Deinde cũ Iouem adorare iuſſi cõſtanter renuiſſent, in equuleo ſuſpẽſi, fuſtibus ſæuiſſime cæduntur, & admotis flammis aduruntur, vnã vocẽ emittentes, Sit nomen dñi benedictum. Vehementer igitur cruciati, & in Chriſti fide perſiſtentes, in eundem carcerem detruduntur, & paucis poſt diebus extra vrbem educti, in via Aurelia capite truncantur. Quorum corpora Lucina in prædio ſuo ſexto Nonas Iulij ſepeliuit.

Die. 15. G Bonauentura Cardinalis confeſſor. Lectio tertia.

SAnctus Bonauentura natione Thuſcus, in oppido Balneo regio nobili genere natus, anno ſuæ ætatis circiter vigeſimoſecũdo, religionẽ beati Franciſci ſuſcepit. Et ſtudio literarum deditus, Alexãdro de Ales præceptore, tantumq; profecit, vt ſeptimo ſuſceptæ religionis

anno

anno in Gymnaſio Pariſienſi publice librũ ſententiarũ interpretaretur, vir ſummę manſuetudinis, ac ſanctitatis. Anno vero. xiij. quã ſuſceperat religionem, creatus eſt totius ordinis miniſter generalis. Quod munus ſapienter adminiſtrando, ſummã eſt laudẽ cõſecutus, nõ ſolũ doctrinæ, & ſanctimoniæ, ſed etiã ingenij & dexteritatis. Qua fama ductus Gregorius papa. xj. Cardinalem ipſum & epiſcopũ Albanenſem creauit. Multa hic opera doctiſſime cõſcripſit, quæ longũ eſſet recenſere, in primiſq; eruditiſſima cõmentaria in. iiij. lib. ſentẽtiarum. Obiit autem Lugd. tertio Idus Iulij, claruitq; miraculis. Quã ob rem à Xiſto papa quarto, anno dñi, milleſimo quadringenteſimo octogeſimoſecundo, inter ſanctos eſt relatus.

Die. 16. A Euſtachius ẽps cõf.

Die. 17. B Alexius confeſſor.

Die. 18. C Symphoroſa cum ſeptem filijs marty. Lectio tertia.

TYbure Symphoroſa matrona ſanctiſſima, vxor fuit Getulij martyris, ex quo ſeptem filios ad martyriũ videlicet procreauit, Creſcentium, Iulianũ, Nemeſiũ, Primitiuũ, Iuſtinũ, Stacteũ, Eugeniũ: cum quib' in perſecutione Adriani capta eſt, propter Chriſtianę fidei profeſſionẽ, omneſq; multis affecti ſuppliciis, vt à vera pietate diſcederẽt. In qua cum immobiles permãſiſſent, Symphoroſa in pręterfluentẽ fluuiũ ſaxo ad collũ appenſo, præcipitata eſt, & interempta: eiuſq; corpus ab Eugenio ipſius fratre ſepulturæ datũ. Poſtridie vero qui fuit. xv. Calend. Auguſti, ſeptem fratres ſingulis ſtipitibus alligati ſunt. Et Creſcentius per guttur ferro trãsfixus, Iulianus per pectus, Nemeſius per cor, Primitiuus per vmbilicũ, Iuſtinus membratim diſſectus eſt, Stacteus multis lanceis confixus, Eugenius à pectore in partes inferiores ſciſſus. Ipſorum autem corpora in foſſam quandam præaltam deiecta ſunt in via Tyburtina milliario nono.

Die. 19. D Iuſta & Ruſina vir.

Die. 20. E Margarita vir. mar.

Die. 21. F Praxedis virgo. L. iij.

PRaxedis virgo venerabilis Prudentis Romani filia, amiſſis parentibus, tãta cura & conſtãtia Chriſtianorũ cõmoditatib' inſeruiebat, vt multos ſctõrũ pauperũ ſuis opibus aleret, aliorũ neceſſitatibus quoad poterat prouideret. Exorta vero

Chri-

Chriſtianorũ ſub Marco Anto nino Imperatore perſecutione, exeſtuans virgo beata, nõ deſti tit fideles omni ratione fouere. Itaque alios domi occultabat, aliis neceſſaria ſubmittebat, alios ad fidei conſtantiã hortabatur. Martyrũ corpora mira ſollicitudine collecta, ſepeliebat. Tantã igit̃ Chriſtianorũ ſtragẽ, cũ ſine ſummo dolore ferre nõ poſſet, precata Deũ vt ſe tantis è malis eriperet, exaudita eſt. Et egregiæ ſuæ pietatis atq; laborum præmia perceptura, migrauit ad dominũ. xij. Calend. Auguſti. Cuius corpus Paſtor Preſbyter iuxta patrem & ſororem Potentianã, in cœmeterio Priſcillæ via Salaria ſepeliuit.

Maria Magdalena duplex minus. Ad veſperas hymnus.

NArdi Maria piſtici Sumpſit librã mox optimi, Vnxit beatos domini Pedes rigando lachrymis.

Honor, decus, imperium, ſit trinitati vnicæ, Patri, nato, paracleto, per infinita ſecula. Amẽ.

Antiphona. Maria vnxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis: & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Oratio.

BEatæ Mariæ Magdalenæ quęſumus dñe ſuffragiis adiuuemur: cuius precib⁹ exoratus, quatriduanũ fratrẽ viuum ab inferis reſuſcitaſti. Qui vi.

Die. 22. G Ad matutinũ inuit. Laudem⁹ Deũ noſtrũ in cõfeſſione beatę Marię Magdalenę. Hym. Nardi. vt ſup. An. Ornatum mũdi cõtẽpſi ꝑpter amorem dñi mei Ieſu Chriſti. L. iij.

EX mulierib⁹ quæ Chriſtũ egregia pietate coluiſſe in hiſtoria euãgelica referuntur, Maria Magdalena in primis celebratur, de qua tamen nõ parua eſt doctiſſimorũ & grauiſſimorum virorum controuerſia, quibuſdam res aliquas geſtas, de quibus eſt in euangelio, ad vnam mulierem referentibus, aliis ad plures. Vt cunq; ſit, traditum eſt à maioribus Mariã Magdalenã Lazari, Marthæq; ſororẽ cum ipſis, & Maximino aliiſq; ſanctis hominibus poſt Chriſti Aſcenſionem, naui in qua ſine velis & remis fuerãt à Iudæis, vt naufragio perirent, impoſiti, ope diuina Maſſiliam tandem applicuiſſe, eandẽmq; potiſſimum Maſſilienſibus, & vicinis populis euangeliũ prædicaſſe, & pleriſq; ad fidẽ Chriſti cõuerſis, in præaltum montem

tem ſeceſſiſſe, ibiq; ſolitariam vitam multos annos trãſegiſſe, in frequenti tamen angelorum cõſuetudine, à quibus iam moritura in eccleſiã vrbis Aquenſis, cuius erat epiſcopus ſanctus Maximinus, deportata fuerit, vbi accepta euchariſtia migrauit ad dñm vndecimo Calend. Auguſti, multis editis miraculis, quę longum eſſet recenſere. Ad laudes antiphona. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Ieruſalem. Ad veſperas hymnus. Nardi. vt ſup. Añ. Maria optimã partẽ elegit, quæ nõ auferetur ab ea.

Die. 23. A Apollinaris epi. mar.

Die. 24. B Chriſtina virg. mart.

Die. 25. C Iacobus Apoſtolus duplex maius. Oratio.

ESto domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos, vt apoſtoli tui Iacobi munita prę ſidiis, & conuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat. Per dominum noſtrũ. Lcõ. iij.

IAcobus apoſtolus Zebedæi filiꝰ, natione Galilæus, inter primos Apoſtolos à Chriſto vocatus fuit cum Ioanne fratre. Qui relictis retibus, quæ tunc forte reficiebant, & patre Zebedæo ipſum Ieſum ſecuti ſunt. Hic eſt vnꝰ ex tribꝰ apoſtolis dilectiſſimis, quos Chriſtus teſtes eſſe voluit ſuę trãſfigurationis. Et quos ſolos ſequi ſe permiſit domũ ingreſſurꝰ Iairi Archiſynagogi, ad filiã ipſius à morte reuocãdã. Hũc, & Ioãnẽ fratrẽ tam dilectos eſſe Chriſto eorũ mater intelligebat: vt nõ dubitauerit ab ipſo petere, vt cũ eſſet in ſuo regno, alterum à dextris collocaret, alterũ à ſiniſtris. Hic igit̃ Iacobꝰ poſt Chr̃i aſcẽſum quum fidẽ ipſius per Iudæã & Samariã mirabiliter p̄dicando propagaſſet, plurimoſq; in his Hermogenẽ hæreticũ ad verũ Dei cultũ cõuertiſſet, Hiſpaniã adiiſſe, & ibi euãgeliũ p̄dicaſſe author eſt Iſidorus. Vnde Ieroſolymã reuerſus, ab Herode gladio ꝑcuſſus, primus apłorũ martyrio coronatꝰ eſt. Qui dum ad ſuppliciũ duceretur, oblatũ paralyticũ in via ſanauit, eoq; miraculo Ioſiam, qui ſe vinctũ ad Herodem traxerat cõuertit, & martyrij participem effecit. Poſtea vero ipſius apoſtoli corpus Compoſtellam tranſlatum eſt.

Die. 26. D Anna mater virginis duplex minus. Oratio.

DEus, qui beatę Annæ tantam gratiã donare dignatus es, vt beatiſſimam matrem tuã

tuam in glorioſo vtero portare mereretur: da nobis quęſum⁹, per interceſſionē matris & filię, tuæ propitiationis abundātiā: vt quarū memoriā pio amore complectimur, earum precibus ad cœleſtē Ieruſalem peruenire valeamus: qui viuis & reg. &c.

Inuitato. Hym. & Añ. dicuntur de communi vnius ſanctę, nec virginis, nec martyris. Lcō. iij.

ANna virginis Dei genitricis mater, Gaziri filia, ex tribu Iuda, in Bethlehem oppido Iudææ nata, Ioachimi fuit vxor, qui & ipſe ex eadem tribu Galilæus erat ex Nazareth, ambo ex ſtirpe regia ſanctorumq́; patrum, ipſi ſancti atq; iuſti, vt decebat parentes futuros virginis, quæ Chriſtū erat progenitura. Sed quanquā in charitate maritali ſanctiſſime degerent, diu tamen optatiſſima prole caruerunt. Donec poſt annum vigeſimum, conceptu & ortu ſacratiſſimæ virginis Mariæ feliciſſimo, ſterilitatis macula deleta, cōpotes facti ſunt longiſſimi deſiderij. Migrauit autem ad dñm. vij. Calendas Auguſti, cuius corpus conditum eſt in Bethlehē in paterna ſepultura.

Die. 27. E Pantaleo martyr.

Die. 28. F Nazarius & Socij m̄.

Die. 29. G Martha virgo. L. iij.

MArtha Chriſti hoſpita, Mariæ & Lazari ſoror, poſt Chriſti aſcenſum ad patrē à Iudæis in perſecutione Chriſtianorū cum fratre & ſorore, & Marcilla pediſſequa, & item Maximino, à quo tota domus fuerat baptizata, cōprehēditur. Et hi oēs cum aliis cōpluribus Chriſtianis in naui quadā imponuntur. Quę nauis, velis, remis, clauoq́; ſpoliata, mari cōmittitur, vt oēs facto naufragio perirēt. Cæterū Deo gubernāte Maſſiliā incolumis applicuit. Quo miraculo & dictorū ſanctorum prędicatione Maſſilienſes primum, deinde vicini populi ad fidem Chriſti conuerſi ſunt. Martha igitur cum Maſſiliæ omnium in ſe animos propter eximiam ſanctitatem conuertiſſet, cum multis honeſtiſſimis mulieribus in monaſterio, quod ipſa curauit ædificandū ſanctiſſime vixit, mortemq́ue obiit multo ante à ſe præcognitam, & miraculis illuſtratā. iiij. Calendas Auguſti. Oratio.

OMnipotēs clementiſſime Deus, cuius filius in æde beatæ Marthæ hoſpitari dignatus eſt: da quęſumus, vt ei⁹ meritis, quæ illū placide ſuſcepit, in

in æde polorum miſericorditer hoſpitari valeamus. Per eundē.

Die. 30. A Abdō & Sennen m̄.

Die. 31. B Nemeſius & Lucilla martyres. Lectio tertia.

VAleriano, & Gallieno Imperatorib⁹ Nemeſius tribunus militum, & Lucilla eius filia Romæ à ſancto Stephano papa ad fidē Chriſti cōuerſi, & baptizati ſunt. Nemeſius vero paulo poſt ab eodē diaconus ordinatus, mira pietate Chriſtū eiuſq; fidem colebat. Is cū aliquādo Maxim⁹, & Valerianus cōſules via Appia, qua ipſe tranſibat in tēplo Martis ſacrificarent, ſacrificiū abominat⁹, Deū orare cœpit, vt vanitatē ſuperſtitionis illorū aliquo ſigno declararet, ſtatimq; Maximus à dæmone correptus exclamare cœpit, ſe vehementer à Nemeſio torqueri. Egreſſi vero miniſtri, cum eum orantē offendiſſent, variis contumeliis affectum in templū pertraxere, ad cuius prę ſentiā ſtatim Maximus expirauit. Tunc Valerianus, qui rem magicis artib⁹ patratā putabat, ira percitus, Nemeſiū innumeris ſuppliciis tortū cum Lucilla filia in carcerē trudit. Poſt tertium vero diem educti, Lucilla primū via Appia ante templū Martis vbi Maxim⁹ interierat, ſpectāte patre decollat̄. Deinde Nemeſius inter viam Appiā, & Latinā itidē capite plexus, martyrio coronatur. viij. Calēd. Auguſti. Quorū corpora idem ſanctus Stephanus papa via Latina non longe ab vrbe ſepeliuit.

AVGVSTVS.

Vincula ſancti Petri duplex minus. Ad veſperas hymnus.

PEtrus beat⁹ catenarum laqueos Chriſto iubente rupit mirabiliter: Cuſtos ouilis, & doctor eccleſię, Paſtorq; gregis, conſeruator ouiū Arcet luporum truculentam rabiem. Gloria Deo p̱ immenſa ſecula: Sit tibi nate decus & imperiū, Honor poteſtas, ſctōq; ſpiritui, Sit trinitati ſalus indiuidua, Per infinita ſeculorū ſecula. Amen.

Aña. Herodes rex appoſuit vt apprehenderet Petrū, quē miſit in carcerem, volēs poſt Paſcha producere eum populo. Oro.

DEus qui beatum Petrum apoſtolum à vinculis abſolutum illæſum abire feciſti, noſtrorum quęſumus abſolue vincula peccatorum, & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per dominum noſtrum.

Die.

Die. 1. C Ad matutinũ inuita. Regem apoſtolorũ. &c. Hym. Petrus beatus. vt ſup. in veſ. añ. Petrus quidem ſeruabatur in carcere: & oratio fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deum pro eo. Lectio tertia.

CVm Herodes occidiſſet Iacobum fratrem Ioannis, animaduertens id eſſe gratum Iudæis, apprehendit quoq; Petrum. Erant aũt, vt eſt in Actis apoſtolorũ, dies Azimorũ, tradiditq́, quatuor quaternionib⁹ militũ ad cuſtodiendũ, volens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidẽ ſeruabatur in carcere. Oratio aũt fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deũ pro eo. Cum aũt producturus eũ eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiẽs inter duos milites, vinct⁹ catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebãt carcerẽ. Et ecce, Angelus dñi aſtitit: & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoq́; latere Petri excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Et dixit angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic, & dicit illi, Circunda tibi veſtimentũ tuũ, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum. & neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per angelum, ſed exiſtimabat ſe viſum videre. Tranſeuntes autẽ primam & ſecundam cuſtodiã, venerunt ad portam Ferream quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerũt vicum vnum: & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit, Nunc ſcio vere ꝙ miſit dñs angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Conſideransq́;, venit ad domũ Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, vbi erant multi congregati, & orantes. Ad laudes an. Miſit dñs angelum ſuum, & liberauit me de manu Herodis, Haleluiah. Ad veſperas hym. Petrus beatus. vt ſup. Antipho. Solue iubente Deo terrarum Petre catenas, Qui facis vt pateant cœleſtia regna beatis.

Die. 2. D Stepha. papa m. L. iij.

STephanus patria Romanus Valeriani & Galieni Imperatorum tempore ſummo pontificatui præfectus, inſtituit vt ſacerdotes & Leuitæ nuſquàm ſacris veſtibus vterentur, niſi in eccleſia & ſacris peragendis. Quę (inquit) nec ab alio debent

contingi, aut ferri, niſi à ſacratis hominibus, ne vltio quæ Baldaſarem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientibus, & talia præſumentibus veniat diuina. Sed cum multos ſermone & exemplo ad fidem conuertiſſet, ad templum Martis vt ſacrificaret ab infidelibus abſtractus, conſtanti animo recuſauit. Quam ob rem capite truncatus eſt, ac ſepultus via Appia in cœmeterio Caliſti quarto Nonas Auguſti, cum ſediſſet annos ſeptẽ, menſes quinque, dies duos.

Die. 3. E Inuentio ſctĩ Stepha. ptomar. In hoc feſto oĩa dñr de cõi vni⁹ martyris, ꝑter tertiã lectionẽ, & orationem. Lcõ. iij.

STephani protomartyris, Gamalielis Pauli præceptoris Nicodemi, & Abibonis corpora quæ diu in obſcuro, ac deſpecto loco ſepulta iacuerant inuenta ſunt haud procul Ieroſolymis Honorio Imperatore per reuelationem factam preſbytero cuidam Luciano. Cui Gamaliel veneranda ſenis ſpecie in ſomnis apparuit, & locum vbi indecenter iacebant monſtrauit, præcepitq; vt Ioannẽ Ieroſolymitanũ antiſtitem adiret, daretq; operam, vt eorum corpora honeſtiore cõderentur loco. Quã viſione exterritus Lucianus, Ioanni antiſtiti reuelationem exponit. Adhibitis igitur aliis finitimarum vrbium epiſcopis, & preſbyteris ad locum monſtratũ pergunt. Tunc effoſſa humo, loculos diſtinctos inueniunt, ex quibus mira fragrantia, & ſuauiſſimus odor diffundebatur. Cum igitur ingens hominum multitudo vndiq; miraculo cõmota, eo concurriſſet, multi, qui variis languoribus conflictati venerant, ſani & incolumes diſceſſerunt. Tandẽ ſanctorũ corpora cum ſumma celebritate in ſanctam eccleſiã Sion illata, honeſto ibi loco condita fuerunt. Oratio.

DA nobis quæſumus domine imitari quod colimus, vt diſcam⁹ & inimicos diligere: quia eius inuẽtionẽ celebram⁹, qui nouit etiã pro perſecutorib⁹ exorare dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ filium tuũ. Qui tecũ.

Die. 4. F Dñicus cõfeſ. dup. mi.

DEus, qui eccleſiam tuam beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede, vt eius interceſſione, temporalibus non deſtituatur auxiliis, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per. Lcõ. iii.

Domi-

DOminicus natione Hiſpanus, vir ſanctitate & doctrina clarus, ordinis pdicatorũ author Calagura Oxomenſis diœceſis oppido natus eſt, patre Felice, matre vero Ioanna. Quę facta grauida, ĩ ſomnis viſa ſibi eſt vtero ſe geſtare catulũ cum facula ori inſerta, qua egreſſus ex vtero, totũ mundũ incenderet. Qua videlicet re portendebatur puerũ eſſe conceptũ, qui ſplendore ſuæ doctrinæ totum modũ illuſtraret, & prædicationibus ad recte viuendũ inflammaret, vt res ipſa declarauit. Hoc enim præſtitit tum per ſe, tum etiã per ordinẽ prædicatorum, quẽ ipſe condidit, cũ prius in eccleſia Oxomenſi fuiſſet canonicus regularis. Huius viri ſanctitas & doctrina plurimũ enituit in extirpãdis hæreſibus pernicioſis, q̃ ad Toloſam pullularãt ſeptennio cõſumpto in eo labore. Quib⁹ rebus ductus Innocẽtius tertius papa, inſtitutum ab eo ordinẽ authoritate apoſtolica approbauit, & paulo poſt itidẽ Honorius tertius cõfirmauit. Dñicus igitur cũ multa monaſteria per orbẽ erigendi author fuiſſet, miraculiſq; claruiſſet, & multas regiones docendo & prędicando luſtraſſet, anno Chriſti nati M. ccxxiij. Bononiæ (quæ vrbs eſt Italiæ celebris) nonis Auguſti à vita migrauit. Quem poſtea Gregorius nonus retulit in numerum ſanctorum ob edita miracula, & vitam ſanctiſſime geſtam.

Sanctæ Mariæ ad niues duplex minus. Ad veſperas hymnus. Aue maris ſtella. Aña. Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue debiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu, ſentiant omnes tuum iuuamen, quicũq; celebrãt tuã ſanctam feſtiuitatem. Oratio.

DEus, qui virginalẽ aulam beatæ Mariæ virginis, in qua habitares, eligere dignatus es, da q̃s, vt ſua nos defenſione munitos, iucundos ſuę facias intereſſe cõmemorationi. Qui vi.

Die. 5. G Ad matutinũ inuita. Sancta Maria Dei genitrix virgo intercede pro nobis. Hym. O glorioſa domina. &c. Aña. Beata es Maria, quæ credidiſti: perficiẽtur in te quæ dicta ſunt tibi à dño. Halleluiah. Lcõ. iij.

ROmæ Liberio pontifice antequã vllũ in vrbe templum virginis matris nomine dicatũ eſſet, Ioannes patritius Roman⁹ morum honeſtate & generis

generis nobilitate, atq; opibus prȩſtãs, cui vxor erat moribꝰ & conditione par, cum orbitatem filiorũ dolẽter ferret, nec diu cogitanti idoneus quiſquã occurreret, quem ſuarũ opum hæredem relinqueret, eademq; ſolicitudo vxorem fatigaret, ambo aſſiduis precibus à beata virgine Maria contendebant, vt vel ſe prolis compotes efficeret, vel quem potiſſimũ hæredem inſtituere cõmodiſſimũ & honeſtiſſimũ eſſet, indicaret. Exorata igitur piis precibꝰ mitiſſima virgine, nocte nonarũ Auguſti, quo tẽpore ſolent vrbem ȩſtiui calores infeſtare, pars eius montis vrbis, qui dicitur Eſquiliæ, plurima niue cõſperſa eſt, Deo volũtati matris annuente. Eademq; nocte Ioãni eiuſq; vxori ſeorſum virgo mater viſa eſt niuẽ demiſſam referre, ipſoſq; iubere vt in eo loco, quem nix occupaſſet, templũ ſuis ſumptibus ædificarent, quod nomine Mariæ virginis dicaretur, quæ ad hunc modũ vellet hæres ab ipſis relinqui. Hanc viſionem cum Ioãnes ad Liberiũ pontificem retuliſſet, idem ſibi viſum cõtigiſſe pontifex aſſeuerauit, eademq; nuntiata & imperata, proinde monita diuina nõ eſſe negligẽda. Cum magna igitur & ſolenni pompa ad locũ niuis pontifex cum frequẽti populo proceſſit, & locũ tẽplo deſignauit, qđ illorũ, quos diximus, impenſis magnifice cõſtructũ ſanctæ Mariæ maioris nũcupatur.

Ad laudes añ. Beatã me dicent omnes generationes, quia ancillam humilẽ reſpexit Deus.

Veſperæ dicuntur de transfiguratione, & fit cõmemoratio de virgine per orationẽ tantum.

Transfiguratio domini duplex maius. Ad veſperas hymnus.

GAude mater pietatis in valle gementiũ, Pro ducatu dignitatis Chriſti regis omnium: quo dilecta prædotaris in culmine montium.

Vbi patres præcellẽtes in mortali corpore Admirantur aſſiſtentes de tam grandi munere: Diuinum numen cernentes in creato lumine.

Genitori genitoq; laus, & iubilatio: Salus, honor, virtꝰ quoq; ſit, & benedictio: Procedenti ab vtroq; compar ſit laudatio. Amen. Aña. Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobũ, & Ioannem fratrẽ eius, & duxit eos in montem excelſum ſeorſum, & trãſfigu-

figuratus eſt ante eos. Oratio.

DEus qui fidei ſacramenta in vnigeniti tui glorioſa transfiguratione patrũ teſtimonio roboraſti: & adoptionem filiorũ perfectam, voce delapſa in nube lucida mirabiliter præſignaſti: concede propitius, vt ipſius regis gloriæ nos cohæredes efficias, & eiuſdẽ glorię tribuas eſſe conſortes. Per eundẽ.

Die. 6. A Ad matutinũ inuita.

Summum regem glorię Chriſtum adoremus. Hymnus.

EXultet laudibus ſacrata cõcio, Cœli agminibus iuncta tripudio Pro verbi gloria, qua ſplendent omnia, Terra, pontus, & æthera.

Promiſſum panditur fratrum de medio, Patris cum labitur vox de faſtigio: Dicens hunc filium doctorem cœlicum, Audituq; digniſſimum.

Te trina Deitas vnaq; poſcimus, Sic nos tu viſita, ſicut te colimus: Per tuas ſemitas duc nos quo tendimus, Ad lucem, quam inhabitas. Amen. Aña.

Et ecce apparuerũt eis Moyſes. & Elias loquentes cum Ieſu.

Ex cap. xvij. Matthæi. Lcõ. iij.

c. 17. ET poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ & Ioannẽ fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cũ eo loquentes. Reſpondens autẽ Petrus, dixit ad Ieſum: Dñe, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnũ, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs: Hic eſt filius me⁹ dilect⁹ in quo mihi bene cõplacui: ipſum audite. Et audiẽtes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuã, & timuerũt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminẽ viderũt, niſi ſolũ Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis Ieſus, dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec fili⁹ hominis à mortuis reſurgat. Ad laudes aña.

Et ecce vox de nube, dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite, Haleluiah. Ad veſp. hym.

Gaude mater. vt ſupra. Aña.

Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde, & acceſſit Ieſus, &

tetigit

tetigit eos, dixitq; eis : Surgite, & nolite timere, Haleluiah.

Die.7.B Iuſtinus p̄ſbyter mar.

Die.8.C Ciriac⁹ Larg⁹ &c. m̄.

Die.9. D Xyſtus ſecundus papa martyr. Lectio tertia.

XYſtus ſecundus papa, natione Græc⁹, patria Athenienſis, ex philoſopho Chriſti diſcipul⁹ factus, ſæuiente adhuc Deciana & Valeriana perſecutione, ſedit annos duos, menſes.x.dies.v.&.xx. Qui accuſatus ꝗ Chriſti fidem cōtra principū decreta p̄dicaret, captusq; ad Martis trahitur templum, propoſita, niſi Marti ſacrificaret, capitali pœna, quam tamen ipſe conſtanti animo impietati prætulit. Cū igitur ad ſuppliciū duceretur, interpellanti ſe Laurentio & dicenti : Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos optime ſine miniſtro properas? Reſpondit, Non ego te deſero fili. Maiora manent te pro Chr̄i fide certamina : poſt triduum me ſequeris, ſacerdotem leuita. Interim ſi quid in theſauris habes, pauperibus diſtribue. Eodem igitur die cum Xyſto, diaconi ſex interficiunt, Feliciſſimus, Agapytus, Ianuarius, Magnus, Innocentius, Stephanus. Sepultus eſt autē Xyſtus in cœmeterio Caliſti, via Appia octauo Idus Auguſti.

Inſpiciendū eſt nunc in indice ſupra fol.295. poſito, an in die ſancti Laurentij, vel infra eius octauam, ſit interponenda aliqua ex dominicis Vagantibus.

Laurentius martyr dup. maius.

Ad veſperas hym. Deus tuorū. vt in cōmuni aña. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cæcos illuminauit, & theſauros eccleſiæ dedit pauperibus. Orō.

DA nobis q̄s op̄s Deus vitiorū noſtrorū flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per.

Die.10.E Ad matutinū inuita. Beatus Laurentius Chriſti martyr triumphat coronatus in cœlis, venite adoremus Chriſtum dominum. Hym. Martyr Dei. vt in communi aña. Quo progrederis ſine filio pater: quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas? Non ego te deſero fili: maiora te manent pro Chriſti fide certamina. Lectio tertia.

SÆuiente adhuc Valeriana in Chriſtianos p̄ſecutione, quæ fuit poſt Neronē octaua;

cum Laurẽtius natione Hiſpanus Xyſtum papam.ij.martyrem,cuius erat pietatis chariſſimus diſcipulus, in vincula cõiectum viſitaret, iuſſus ab eo eſt, vt pauperib⁹ primo quoq; tempore diſtribueret theſauros eccleſiæ quos haberet. Quod Laurentius diligẽter exequutus, cũ Xyſtum videret ad martyrium abſtrahi, poſt eum clamabat: quo pater abis ſine filio? quo ſacerdos ſine leuita? Xyſtus aũt bono eũ animo eſſe iubet, nam fore vt ſe poſt triduum ſequeretur. Laurentius autẽ à Parthemio tribuno vocatus, iuſſusq; theſauros eccleſiæ demõſtrare, ſe poſtridie facturũ pollicetur. Et poſtero die(vt teſtatur ſctũs Ambroſius) pauperes adduxit. Interrogatusq; vbi eſſent theſauri quos promiſiſſet,oſtendit pauperes,dicẽs: Hi ſunt theſauri eccleſię. Tunc vero in carcerẽ coniectus, cuius præfectus erat Hippolytus, non ceſſabat prædicatione ac miraculis editis Chriſti fidẽ propagare. Nam Lucilio cuidã,qui plorando in carcere fuerat obcæcatus, credenti viſum promiſit, ac per baptiſmũ reſtituit, Hippolytũq; ipſum cũ.xix.eius familiæ hominibus ad Chriſtũ conuertit. Productus autem vt theſauros proderet, ipſorũq; redderet rationẽ:quod factũ erat expoſuit, ſeq; pauperibus,Xyſti mãdatũ, & Chriſti doctrinã ſequutum, diſtribuiſſe. Tunc vero ſimul propter diſtributos theſauros, ſimul propter Chriſti cõfeſſionem,ſcorpionib⁹ primũ,deinde virgis, tum plumbatis flagellis ſæuiſſime cæditur. Quibus patientiſſime toleratis,cum à fide Chriſti nõ poſſet auerti, ferreæ craticulæ alligatus, ardentibus prunis imponitur,& lento igne cõſtantiſſimus in fide torretur, donec ſpiritum emiſit.iiij. Idus Auguſti. Cuius corp⁹ circa vrbẽ in via Tyburtina Hippolytus curauit,ſepeliendum in prędio Cyriacæ viduæ, quam ille à diuturno morbo liberauerat.

Ad laudes aña. In craticula te Deum nõ negaui, & ad ignem applicatus te Chriſtũ confeſſus ſum:probaſti cor meũ, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & nõ eſt inuẽta in me iniqtas.

Ad veſperas hymn⁹. Deus tuorum. vt ſupra. Añ. Beatus Laurentius dum in craticula ſuper poſitus vreretur, ad impiiſſimũ tyrannum dixit, Aſſatum eſt iam, verſa & manduca: nam facultates eccleſiæ, quas requiris,

ris, in cœleſtes theſauros manus pauperum reportauerunt.

Die. 11. F De oct. ſctī Laurētij. Sermo ſctī Auguſtini epi. L. iij.

CVm omnes beatos martyres, quos nobis tradidit antiquitas, honorificentia digna veneremur: præcipue tamē beatum Laurentiū martyrē debemus tota deuotione ſuſcipere. Maiorē enim affectū ibi debeo, vbi credulitatē meā cogit contemplatio, quā vbi fidem meā hortatur opinio. Maiorē inquā affectum illic debeo, vbi per ea quæ vidi, compellor deuotione credere etiā illa quæ non vidi. Nam & cum audio aliquanta quæ mihi impoſſibilia vidētur, cœpi ea credere potuiſſe fieri, dum ſimilia facta eſſe cōſpexi. Et ideo temporib⁹ noſtris paſſi hanc nobis præſtiterunt gratiā, vt fidem præteritā cōfirmarēt. Supradictū igitur beatū virum tota debemus deuotione ſuſcipere. Primum, quia pretioſum ſanguinem ſuum propter dn̄m tradidit: deinde ꝙ prerogatiuā nobis apud dn̄m noſtrū nō minimā cōtulit, oſtendens qualis debeat eſſe Chriſtiani fides, de cuius conſortio exiſtere martyres merentur. Tertio ꝙ idē tam ſanctę conuerſationis fuerit, vt coronā martyrij tempore pacis inuenerit. Sed cū infideles tanta ſanctitate beatum Laurētiū pro Chriſti nomine vidiſſent certare, erroreſq; eorum manifeſtos rationabili caſtigatione conuincere: tunc illi inebriati furore rapuerunt eum, & cæde crudeliſſima ſauciauerunt: & beati viri corpus flāmis in craticula tradiderunt. Vere beatum corpus, quod non ad pœnam funeſtus ignis, vel tormenta mortis à fide Chriſti immutauerunt, ſed ad requiem æternam ſancta religio coronauit.

Die. 12. G Clara vir. du. mi. L. iij.

CLara virgo ſanctiſſima nobili loco nata Aſſiſij (qđ oppidum eſt in Vmbria) inſtituta, diſciplinamq; beati Franciſci ſui ciuis ſecuta, relictis mūdanis opibus, collegiū inſtituit pauperū & religioſarum fœminarū, cū quibus receſſit in eccleſiam beati Damiani. Vbi mirabili parſimonia & ſanctitate vitā quadraginta duorū annorum peregit, multis etiā editis miraculis. Quorū illud ſilentio non præteribimus. Quod cum tempore Federici Imperatoris, Saraceni, qui Italiā inuaſerant, Aſſiſiū obſiderent, & ipſum virginū monaſteriū oppugnarēt,

Clara licet ægrotās ad portam ſe iubet deportari in hoſtium conſpectum cum capſula qua ſacramentū euchariſtiæ continebatur, vbi hanc cum lachrymis orationem effudit. Ne tradas dn̄e beſtiis animas confitentes tibi, & cuſtodi famulas tuas, quas pretioſo ſanguine redemiſti. Cui vox de cœlo reddita eſt, Ego vos ſemp cuſtodiā. Itaque Saraceni ſubito terrore quodam perculſi, obſidionem ſoluunt: & qui muros aſcenderant, cæcitate pcuſſi, deciderūt. Paulo vero poſt morbo ingraueſcēte decē & ſeptē diebus ſine vllo cibo peractis migrauit ad dn̄m pridie Idus Auguſti, tempore Innocētij. iiij. Qui ęgrotātem inuiſit, & euchariſtiam eſt impartit⁹. Quā Alexander. iiij. anno Dn̄i M.cclv: retulit in numerum ſanctarum virginum.

Die. 13. A De oct. ſctī Laurētij. Ex ſermone ſctī Auguſti. L. iij.

HÆc ergo tota cauſa paſſionis eſt fratres propter quā morti addictus eſt ſanctus vir, vt ſui ſimiles eſſe cæteros hortaretur. Nā exhortatio illa intantū profecit, vt illo à ſeculo recedente, fides eius regionis ipſius loca vniuerſa peruaſerit. Ita Chriſtus vbi tunc in beato martyre ſuo Laurentio perſequutionē paſſus eſt, nunc illic plurimū Chriſtianorū exultet in populis. Sufficere nobis debent ad profectū ſalutis noſtræ martyrū exempla ſanctorum: qui propter adipiſcendā cœleſtem coronā omnibus ſe mandatis dominicis ſubdiderunt. Et ita cunctis ſe vinxerunt legib⁹ ſaluatoris, vt propter antē actam vitā mererentur ad hāc martyrij gloriam peruenire. Non enim illo tempore tantū perfecerūt præceptum dn̄i, quo confeſſionis ſupplicium pertulerūt: ſed neceſſe fuit illos prius ſecundum euangelium vixiſſe: vt Chriſti paſſionibus participarent. Neceſſe in quam erat vt initia bona fierent, quorum finis eſt optimus ſubſequutus: & martyres eos nō ſolum fuiſſe cum paſſi ſunt, ſed etiā martyres Chriſti fuiſſe cum viuerent. Martyr enim Græce, Latine teſtis dicitur. Igitur quotieſcunq; bonis actibus mādatum Chriſti facimus, toties Chriſto teſtimonium perhibemus.

Die. 14. B De oct. ſcti Laurētij. Ex alio ſerm. ſctī Auguſti. L. iij.

IGitur ſanctū martyrē Laurentiū grano ſinapis poſſumus cōparare, q diuerſis attritus

tus paſſionibus, per totum orbem gratia meruit ſui fragrare martyrij. Qui ante conſtitutus in corpore erat humilis, ignotus & vilis, poſtea q̃ vexatus, laceratus, exuſtus eſt, vniuerſis per totum mundum eccleſijs odorem ſuę nobilitatis infudit. Recte igitur huic comparatio copulatur. Siquidem granum ſinapis cum teritur, accenditur. Laurẽtius cum patitur, inflammatur. Illud feruor attritionis ſuæ mouet, hic ignem plurima vexatione ſuſpirat. Sinapis (inquã) in vaſculo calido decoquitur, Laurentius in craticula flammarũ igne torretur. Ardebat itaq; extrinſecus beat⁹ Laurentius martyr tyranni ſæuiẽtis incendiis, ſed maior illũ intrinſecus Chriſti amoris flãma torrebat. Et quãuis rex improbus ligna ſubiiceret, incẽdia maiora ſupponeret, tamen ſanctus Laurentius has flãmas fidei calore non ſenſit, & dum Chriſti præcepta cogitat, frigidum eſt illi omne quod patitur. Neque enim poteſt in viſcerib⁹ igniũ tormenta ſentire, qui ſenſibus paradiſi refrigeria poſſidebat.

Aduerte an ĩ die Aſſumptionis virg. vel infra ei⁹ oct. ſit interponenda aliqua ex vagãtib⁹. 295.

Aſſumptio Mariæ virginis duplex maius. Ad veſperas hym. Aue maris ſtel. Añ. Virgo prudentiſſima quo progrederis, q̃ſi aurora valde rutilãs filia Sion, tota formoſa, & ſuauis es, pulchra vt luna, electa vt ſol. Oro.

FAmulorum tuorum quæſumus domine delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui dñi noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundẽ.

Et nõ fit cõme. de ſctõ Laurentio in his veſp. nec die craſtina.

Die. 5. C Ad matutinũ inuita. Venite adoremus regem regũ, cuius virgo mater hodie aſſumpta eſt ad cœlum. Hym. O glorioſa dña. Añ. Exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna. Ex ſermo. beati Bernardi. L. iij.

VIrgo hodie glorioſa cœlos aſcendens, ſupernorum gaudia ciuiũ copioſis ſine dubio cumulauit augmentis. Hæc eſt enim cuius ſalutationis vox & ipſos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viſcera claudũt. Quòd ſi paruuli necdũ nati anima liquefacta eſt vt Maria locuta eſt, quid pu-

putamus quænā illa fuerit cœleſtium exultatio, cum vocē & audire, & videre faciē, & beata eius frui præſentia meruerunt? Nobis vero chariſsimi, quæ in eius aſſumptione ſolennitatis occaſio? quę cauſa lætitiæ? quæ materia gaudiorū? Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis, adeo vt ipſa iam cœleſtis patria clarius rutilet virgineæ lampadis irradiata fulgore. Merito proinde reſonat in excelſis gratiarum actio, & vox laudis. Sed plangendū nobis potius quàm plaudendū eſſe videtur. Quantum enim de ei⁹ pręſentia cœlū exultat, nunquid nō cōſequens eſt vt tantum lugeat hic noſter inferior mūdus, eius abſentiā? Ceſſet tamē quęrela noſtra: q̄a nec nobis hic eſt manens ciuitas: ſed eā inquirim⁹ ad quā hodie Maria benedicta peruenit. In quā ſi cōſcripti ciues ſumus, dignū ꝓfecto eſt etiā in exilio, vel etiā ſuper flumina Babylonis ei⁹ nos recordari, eius cōmunicare gaudiis, ei⁹ participare lætitiam: maximeq; eā quę tam copioſo impetu lętificat hodie ciuitatē Dei: vt ſentiamus & ipſi ſtillicidia ſtillantia ſuper terrā. Ad laudes aña. Aſſumpta eſt Maria in cœlū, gaudent angeli, laudantes benedicūt dominū. Ad veſperas hymnus. Aue maris ſtella. Añ. Maria virgo cœlos aſcendit, gaudete, quia cum Chriſto regnat in æternum.

Die. 16. D De oct. Aſſumptionis.
Ex eodē ſerm. ſ. Bernardi. L. iij.

PRęceſsit nos regina noſtra, præceſsit, & tam glorioſe ſuſcepta eſt, vt fiducialiter ſequātur dominā ſeruuli clamantes, Trahe nos poſt te: in odore vnguentorum tuorum curremus. Aduocatā præmiſit peregrinatio noſtra; quę tanquā iudicis mater, & mater miſericordiæ ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtrę negocia pertractabit. Pretioſum hodie munus terra nr̄a direxit in cœlū, vt dando, & accipiendo felici amicitiarum fœdere copulentur humana diuinis, terrena cœleſtibus, ima ſummis. Illo enim aſcēdit fructus terrę ſublimis, vnde data optima, & dona ꝑfecta deſcendunt. Aſcendēs ergo in altū virgo beata, dabit ipſa quoq; dona hoībus. Quidni daret? Siquidē nec facultas èi deeſſe poterit, nec volūtas. Regina cœlorū eſt, miſericors eſt. Deniq; mater eſt vnigeniti filij Dei. Nihil enim ſic pōt poteſtatis eius, ſeu pietatis magnitudinem cōmēdare.

Hodie

Hodie veſperæ dicuntur de ſancto Laurentio: & dicitur aña. Leuita Laurentius aſsignata ei ad primas veſpe. dies aũt craſtina oĩa ſicut in eius feſto pręter lectiones, & fit cõme. de octaua beatę virgi. per orationẽ tantũ.

Dic. 17. E de oct. ſ. Laurẽ. du. mi.

Sermo ſctĩ Auguſtini epi. L. iij.

Beatiſsimi Laurentij martyris, cuius natalem hodie celebramus, paſsionẽ noſſe vos credo, & quãta in perſecutione pertulerit, dilectionem veſtram ſcire poſſe non dubito. Tanta enim eius martyrij gloria extitit, vt paſsione ſua mundum illuminauerit vniuerſum. Illuminauit mundũ plane Laurentius eo lumine, quo ipſe accẽſus eſt, & flãmis, quas ipſe pertulit, omniũ Chriſtianorũ corda calefecit. Quis enim hoc exẽplo nolit pro Chriſto ardere cum Laurentio, vt poſsit à Chriſto cum Laurentio coronari? Quis nolit ad horã ſuſtinere Laurentij ignẽ, vt æternũ gehennę nõ patiatur incendiũ? Beati igitur Laurentij exẽplo prouocamur ad martyrium, accendimur ad fidẽ, incaleſcimus ad deuotionem: & ſi nobis perſequutoris flãma deeſt, fidei tamen flãma non deeſt. Non ardemus quidẽ corpore pro Chriſto, ſed ardemus affectu. Non ſubiicit mihi perſequutor ignẽ, ſed ſuggerit mihi ignẽ deſideriũ ſaluatoris.

Dic. 18. F De octa. Aſſumption.

Sermo ſctĩ Hierony. pſby. L. iij.

Cogitis me, ô Paula & Euſtochium, immo charitas Chriſti me compellit, qui vobis dudũ tractatibus loqui conſueuerã, vt nouo loquendi genere ſanctis quę vobiſcũ degunt virginibus, Latino vtens eloquio, exhortationis gratia, ſermonẽ faciã de aſſumptione beatæ & glorioſę ſemperq; virginis Mariæ, more eorũ qui declamatorie in eccleſijs ſolẽt loqui ad populũ: quod vtiq; genus docendi nondũ attigerã. Sed quia negare nequeo, quicquid iniungitis, nimia veſtra victus dilectione, experiar q̃ hortamini, affectu infantiũ, more balbutientium, qui quęcunq; audierint fari geſtiũt, cum necdũ poſsint ad plenũ verba formare. Maxime, quia propter ſimpliciores quaſq; id me depromere compellitis: vt habeat ſanctũ collegiũ veſtrũ ſermone Latino, quibus ſe occupent laudibꝰ ex eadẽ die, quibuſve diuinis vacent lectionibus. Pręſertim cũ & eadẽ in multis feſtiuitatibꝰ multorũ ſan-

ſanctorũ patrũ ſtudia miro cu-
derint eloquio: quę de hac qui-
dem vberius vbiq; in ſcriptu-
ris diuinis prædicata leguntur.
Die. 19. G De oct. Aſſumption.
Ex codẽ ſerm. beati Hiero. L. iij.

QVid enim aliud ſonãt euã
gelia, niſi naſcentem do-
minum ex Maria virgi
ne, & omnia eius incrementa,
quouſq; fuit in mundo, dunta-
xat diuinis efferunt præconijs?
Porro ab exordio ſancti euãge-
lij Gabrielẽ archangelũ collo-
quentẽ Mariæ audiſtis: & dein-
ceps reliqua omnia pleni⁹ legi-
ſtis. Ad præſepe quoq; ô Paula
te teſte, nato puero, multitudi-
nem angelorũ inter crepundia
noui partus, & querelas neſcij
plorat⁹, pro feſcenninis Gloria
in excelſis Deo, & in terra pax
hominib⁹ bonæ volũtatis can-
tantẽ audiſti, & radiantẽ ſtellã
vidiſti. Paſtoribus inſuper euã-
gelizantibus credidiſti: magos
præterea tria deferẽtes munera
in viſione beatis oculis conſpe-
xiſti. Ipſa eadem munera bene
intelligendo, votis omnib⁹ inde
Deo obtuliſti. Nam & cũ eiſdẽ
Magis Deum puerum in præſe
pio adoraſti. Sed forte conque-
ſta me delatorem, ꝙ te prodi-
derim clamabis. Ad quod ego.
Si celatũ eſſe volebas teſte con-
ſcientia, mihi narrare ante pręſepiũ, vbi plurimũ lachrymata
es, nõ debueras. Quod (vt verũ
fatear) Chriſti præconia, etiam
ſi voluero adiuratus, neq; tuas
laudes omnino tacere queo.
Die. 20. A De oct. Aſſumption.
Ex eodem ſermone. Lectio. iii.

IDcirco tuæ te interrogent fi-
liæ, quas lacte nutris: tu ea
melius reſerabis, quæ neſcio ſi
per ſpeciem aliquã certe, aut in
ſpiritu vidiſti. Vnde vos ô filiæ,
pulſate matrẽ precibus: pulſate
ad oſtiũ inuitantis amici, ſiquo
modo tandẽ vobis aperiantur
quę ſunt reſerata matri. Verum
tamen de his quid plura dicã?
Omnia ſaluatoris geſta & bea-
tæ Mariæ obſequia, necnon &
actus vitæ ex euangelio didici-
ſtis. Et nũc quid ſupereſt, vt ab
aliquo doctore requiratis? De
aſſumptione tamen ei⁹ qualiter
aſſumpta eſt, q̃a id veſtra depo
ſcit intentio, præſentia abſens
ſcribere vobis curaui, quæ ab-
ſentia præſens deuotus obtuli,
vt habeat ſanctũ collegium ve
ſtrũ in die tãtę ſolennitatis mu
nus Latini ſermonis, in quo di-
ſcat tenera infantia lactis expe
riri dulcedinẽ, & de exiguis exi-
mia cogitare, qualiter fauente
Deo

Deo p ſingulos annos tota hæc dies expendatur in laudē, & cū gaudio celebretur: ne forte ſi venerit veſtris in manibus illud apocryphū de trāſitu eiuſdē virginis, dubia pro certis recipiatis: quod multi Latinorū pietatis amore, ſtudio legēdi, charius amplectuntur, præſertim cū ex his nihil aliud experiri poteſt pro certo, niſi ꝙ hodierna die glorioſa migrauit à corpore.

Die. 21. B De oct. Aſſumption. Ex eodem ſermone. Lectio. iij.

MOnſtratur autem ſepulchrum eius cernentibus nobis vſq; ad præſens in vallis Ioſaphat medio: quæ vallis eſt inter montem Sion & montem Oliueti poſita, quā & tu ò Paula oculis aſpexiſti. Vbi in eius honorem fabricata eſt eccleſia miro lapideo tabulatu: in qua ſepulta fuiſſe, vt ſcire poteſtis, ab oībus ibidem habitantibus, prędicatur, ſed nunc vacuū eſſe mauſoleū cernentibus oſtenditur. Hæc idcirco dixerim: quia multi noſtrorū dubitāt, vtrum aſſumpta fuerit ſimul cum corpore, an abierit relicto corpore. Quomodo aūt vel quo tēpore, aut à q bus pſonis ſanctiſſimū corp⁹ ei⁹ inde ablatū fuerit, vel vbi trāſpoſitū, vtrumvè reſurrexerit, neſcitur: quāuis nonnulli aſtruere velint eā iam reſuſcitatam, & beata cum Chriſto immortalitate in cœleſtib⁹ veſtiri. Quod & de beato Ioāne euāgeliſta eius miniſtro cui virgini à Chriſto virgo cōmiſſa eſt, plurimi aſſeuerāt: quia in ſepulchro ei⁹ (vt fertur) nō niſi manna inuenitur, qđ & ſcaturire cernit. Verūtamen qđ horū verius cenſeat, ambigim⁹. Melius tñ Deo totū, cui nihil impoſſibile eſt, cōmittimus, quā aliquid temere diffinire velim⁹ authoritate noſtra, quod nō probamus. Sicut & de his quos cū dño (teſte euangelio) ſurrexiſſe credimus.

Hodie in veſperis dicitur āña. Virgo prudētiſſima quo progr. aſſignata ad primas veſperas.

Die. 22. C Oct. Aſſump. du. mi. Ex eodem ſermone. Lectio. iij.

SEd vtrum redierint in terræ puluerem, an nō, certum nō habemus: niſi ꝙ legim⁹ ꝙ multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, ac venērunt in ſanctā ciuitatē, ſcilicet Ieruſalē, & apparuerūt multis. De quibus profecto nonnulli doctorum ſenſerunt etiā, & in ſuis reliquerunt ſcriptis, ꝙ etiā in illis perpetua completa ſit reſurrectio. Fatentur enim ꝙ veri

teſtes

teſtes nõ eſſent, niſi & eorũ re-
ſurrectio vera eſſet. Vnde & bea
tus Petrus dixiſſe legitur, cũ de
Dauid loqueret̃ in teſtimoniũ,
Et ſepulchrũ (inquit) eius apud
nos eſt: quaſi nõ ſit auſus dice-
re, ꝙ ipſe aut corpus eius apud
nos eſt: ſed tantũ ſepulchrũ in
quo cõditus fuerat. Hinc aiunt
reſurrexiſſe & ipſum cũ cæteris
ſanctis, & ideo vacuũ remãſiſſe
mauſoleum, vti nũc hoc beatæ
Mariæ cernitur. Quod ſane fa-
ctũ & de aliis quibuſlibet locis
ſcripturarũ affirmare conãtur,
ꝙ hi iam cum Chriſto regnent
in æterna ſocietate reſuſcitati.
Quod quia Deo nihil eſt im-
poſsibile: nec nos de beata Ma-
ria factum abnuimus. quãquã
propter cautelam ſalua fide pio
magis deſiderio opinari opor-
teat, quam inconſulte diffini-
re, quod ſine periculo neſcitur.

Die.23. D Bernardus Abbas.

BErnardus, Fontanis (quod
caſtellũ eſt in Burgundia)
honeſtis parentib' natus tẽpore
Eugenij papę tertij, tam caſte &
ſancte pueritiã adoleſcentiãq;
traduxit, vt ſæpe à mulieribus
propter egregiã eius pulchritu
dinẽ ſolicitatus, nunquã pecca-
to & carni acquieuerit. Quin vt
has tentationes effugeret. xxij.
annos natus Ciſterſcienſis ordi-
nis monachus factus, vigiliis &
orationibus mirifice deditus, in
nimia paupertate vitã ſanctiſsi
me perduxit. Ab omni ambi-
tione tam alien', vt Ianuenſem
& Mediolanenſem epatus ſibi
oblatos cõſtãtiſsime recuſaue-
rit, tãto ſe munere indignũ eſſe
profeſſus. Hic multa opa egre-
gia cõpoſuit, doctrina prędit⁹
infuſa magis diuinitus, quã hu
manit' parta. Tandẽ anno ſuę
ętatis ſexageſimo.iij. graui mor
bo correpť, monachis aſsiſtẽti
bus, charitatẽ, humilitatẽ, ac pa
tiẽtiã iure teſtamẽti relinquẽs,
multis miraculis clarus à vita
migrauit.xiij. Calend. Septem.

Notandũ ꝙ feſtũ ſcti Bartholo
męi licet extra vrbẽ Romã cõi-
ter celebret̃ die.24. Romę tamẽ
celebratur die.25. ideo Romæ
die.24. niſi fuerit dñica, aut ſab
batũ fiat offm̃ de ſctõ Ludoui-
co, licet anteponat̃, & die.25. ce
lebrabit̃ feſtũ ſcti Bartholomęi.

Die.24. E Bartholomæus apo-
ſtolus duplex maius. Oratio.

OMnipotens ſem-
piterne De', qui
huius diei vene-
rãdã ſanctamq;
lętitiam in beati
apoſtoli tui Bartholomęi feſti-
uitate

uitate tribuiſti: da eccleſię tuę quęſumus: & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per dominum. Lectio.iij.

BArtholomæus Apoſtolus natione Galilæus, in ea diuiſione orbis terrarũ, qua apoſtoli totius Chriſtiani myſterij certiſsimi teſtes inter ſe prouincias, vt Chriſti doctrinã prędicarent, partiti ſunt, Lycaoniam ſortitus, in Indiam vſq; penetrauit, & euangeliũ iuxta Matthęi traditionẽ, in Iudęorũ ſermonẽ cõuertit, & latiſsime pdicauit. Quumq; prouinciã ſuam bene atq; vtiliter adminiſtraſſet, cõpluribus ad Chriſti fidẽ cõuerſis, multa pro Chriſto Ieſu ſupplicia interim paſſus, in Armeniam maiorẽ venit. Ibiq; Palemoniũ regẽ cum cõiuge &.xij. ciuitatibus ad Chriſti cultũ traduxit. Multisq; miraculis editis ad poſtremũ à Palemonis fratre, pontificũ, qui dęmonib⁹ ſeruiebant ſuaſu, interficitur, pelle prius detracta, vt atrocius expẽderet ſuppliciũ. Atq; hoc quidẽ martyrij genere ad cœlũ ſpũs eius euolauit.ix. Calẽd.Septẽb. Corpus autẽ in Albano Armenię vrbe conditum, multo poſt tempore ad Lyparam Sicilię adiacentem inſulã delatũ eſt. Inde Beneuentum circa annũ Chriſti. Dcccviij. tranſlatum. Hinc poſtea Romam, vbi egregia populi veneratione colitur.

Die.25.F Ludouicus rex.

Die.26.G Zepherin⁹ papa mar.

ZEpherinus patria Romanus, qui Seueri Imperatoris tẽpore pontifex creatus eſt, rebus diuinis magis quam humanis intẽtus, de iudicio ſecretorũ pctõrũ ſic ſcripſit, De occultis alieni cordis temere iudicare, peccatũ eſt. Et eum, cuius non videntur opera niſi bona, iniquũ eſt ex ſuſpitione reprehendere: cum eorũ, quę hoĩbus ſunt incognita ſolus De⁹ iudex ſit. Item de ordinationibus ſic inſtituit. Ordinationes (inquit) presbyterorũ & leuitarũ tẽpore cõgruo, & multis corã aſtãtib⁹ ſolẽniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus prouehite. Idem pręterea inſtituit, vt oẽs Chriſtiani cum ad pubertatis annos perueniſſent, ſingulis annis in ſolenni die Paſchæ publice cõmunicarent. Cum autẽ ſediſſet annos nouem, menſes ſeptẽ, dies decẽ, in perſequutione Antonini martyrio coronatus eſt, & ſepultus in via Appia non longe à cœmeterio Caliſti ſeptimo Calendas Septembris.

Die

Die.27.A Rufus martyr.
Die.28.B Augu.epiſ.confeſ.du. mi.añ. O doctor optime. Orõ.

ADeſto ſupplicationibus noſtris oĩpotẽs Deus:& quib⁹ fiduciã ſperandę pietatis indulges,intercedẽte beato Auguſtino cõfeſſore tuo atq; pontifice, cõſuetę miſericordię tribue benignus effectũ. Per. Lcõ.iij.

AVguſtin⁹ Tagaſtæ(quod eſt oppidũ in Africa honeſtis parentibus ortus, omniũ fere ſuorũ æqualiũ doctiſſim⁹, ſed in adoleſcẽtia à Chriſtiana religione alien⁹ Mediolanũ cõtendit.Vbi cũ ſanctũ Ambroſiũ ad populũ de religione concionantẽ frequẽter audiſſet,priuatis quoq; colloquiis ei⁹ erudit⁹, & cõuerſus,trigeſimo ſuę ętatis anno ab eodẽ fuit baptizatus. Vnde reuerſus in Africã Chriſtianiſſime ac ſanctiſſime viuẽs à Valerio viro ſctõ Hipponẽſi epõ pſbyter factus, monaſteriũ cõdidit religioſorũ hominum, quos pia doctrina & præceptis apoſtolicis inſtituebat. Et cum per id tẽpus Manichæorũ hæreſis in qua ipſe fuerat, multum inualuiſſet, acerrime in ea cum Fortunato hæreſiarcha cõplures dies diſputauit,eundẽq; conuicit. Quib⁹rebus ductus Valerius epiſcopus Auguſtinũ in ſocietatẽ ſui epatus aſciuit. Qua cura ſuſcepta Auguſtin⁹ tanto ſtudio cuiuſq; generis hæreticos inſectatus eſt,vt partim ſermone,partim libris editis, totã Africã à Manichæorũ, Donatiſtarũ, Pelagianorũq; erroribus expurgauerit. Scripſit libros innumerabiles,ad religionẽ & ſacrarũ ſcripturarũ expoſitionẽ pertinentes, tanta doctrina & pietate,vt nullus neq; Græcorũ neq; Latinorum Chriſtianam philoſophiã magis illuſtrauerit. In quo ſtudio cum annum ageret ætatis ſeptuageſimum ſextũ è vita migrauit.v.Calẽd. Septembris,anno Chriſti nati. cccc.xxx.idq; Hipponi,Vandalis eam vrbem obſidentibus.

Decol.ſcti. Ioãnis Baptiſtæ du. ma.Ad veſper.hym. Deus tuo. vt in cõi vni⁹ mar.añ. Ioannes Baptiſta arguebat Herodẽ propter Herodiadem, quã tulerat fratri ſuo viuẽti vxorem. Orõ.

SAncti Ioãnis Baptiſtæ, & martyris tui quęſum⁹ dñe venerãda feſtiuitas,ſalutaris auxilij nobis pſtet effectũ. Per.

Die

Die.29.C Ad matutinũ inuita. & hym. de cõi vnius marty. añ. Miſit Herodes Rex manus, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerẽ: quia metuebat eum propter Herodiadem. Lcõ.iij.

IOannes filius Zacharię cum factum eſſet verbũ dñi ſuper ipſum in deſerto, indutus veſtimento ex pilis Camelorum, & zona pellicea, venit in regionẽ, quã interluit Iordanis, vbi Chriſtus ab eo baptizatus eſt, prædicans baptiſmũ pœnitentiæ, & remiſſionem peccatorũ. Exiſtimante aũt populo, ꝙ ipſe eſſet Chriſtus, dixit Ioãnes, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autẽ fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽti: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne. Herodes aũt tetrarcha correptus ab illo, cum propter eius alia ſcelera, tum quia Herodiade vxore fratris ſui per adulteriũ abutebatur, coniecit ipſum in vincula. Vnde ſuos ipſe diſcipulos miſit ad Ieſum, qui interrogarent, eſſetne ille, qui venturus eſſet, an expectaretur alius? Chriſtus autẽ coram ipſis multis ægrotantibus curatis, iubet eos quæ vidiſſent, Ioanni renuntiare. Et his abeuntibus multa in laudẽ Ioannis præfatus, adiecit, dico vobis, Maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptiſta non eſt. Cum autẽ dies natalis Herodis ageretur, & Herodiadis filia tripudians placuiſſet Herodi, iuſſa eſt ab eo quicqd vellet, optare, dato iureiurando ſe nihil ei negaturũ. Illa vero à matre ſubornata, caput Ioannis in diſco ſibi dari popoſcit. Herodes igitur partim propter iuſiurandum, quanquã iuſtius erat temere datũ non pręſtare, partim ne his qui aderant leuiter negare videretur, quod ipſum fuit ſumma leuitas, puellæ annuit optatis, abſciſumq; Ioannis in carcere caput protinus eſt allatũ in diſco, & puellæ datum. Quod illa ſtatim tradidit Herodiadi matri. Corpus autẽ eius diſcipuli ſepelierunt.

Ad laudes antipho. Puellæ ſaltanti imperauit mater, nihil aliud petas niſi caput Ioannis.

Ad veſperas hym. Deus tuorũ, vt ſupra. Antipho. Miſſo Herodes ſpiculatore præcepit amputari caput Ioannis in carcere: quo audito diſcipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius, & poſuerũt illud in monumento.

Die.30.D Felix & Adauctus m.

Die.31.E Igitur, ſi cõſur.424.

Septẽ-

SEPTEMBER.

Die. 1. F Ægidius Abbas.
Die. 2. G Domini quod. 425.
Die. 3. A Seraphia vir. m. L. iij.

SEraphia virgo Antiochenſis, cum, Adriano Imperatore, Romã veniſſet: in domo beatę Sabinę diuerſata eſt, eandẽq; ad fidẽ Chriſti cõuertit. Quam ob rem à præſide Beryllo comprehenſa, ad deorumq; ſacrificium producta, negauit ſe alteri q̃ Chriſto ſacrificium oblatu ram, affirmans ſe ob perpetuã virginitatẽ, quã ei vouerat, templũ Dei viui factã. Tũc Pręſes, vt amiſſa pudicitia tẽplũ Dei eſſe deſineret, duob⁹ eã ſalacib⁹ iuuenib⁹ cõſtuprandã tradidit. Qui obſcuriore cubiculo inclũ ſam, cum circa primam noctis horã aggredi pararent, orante virgine, ſubito lumine circunfulſi, quaſi exanimes membris omnib⁹ reſolutis, in terrã proſtrati, tota nocte iacuerunt, donec pręſidis rogatu fuerũt à virgine, oratione fuſa, poſtera die ſuis virib⁹ reſtituti: & quæ ſibi contigerãt præſidi narrauerũt. Sed cum is cuncta magicis artibus tribueret, adductã ſibi virginẽ, & veſtibus ſpoliatã, incenſis facibus aduri iuſſit. Quod cũ alacri animo illa toleraſſet, fuſtibus diu cæſa, & trans arcũ Fauſtini ducta, ibidem decollata eſt. Eius autem corpus beata Sabina in eodem loco ſepeliuit tertio Noñ. Septembris.

Die. 4. B Paulus apl's Ieſu. 136.
Die. 5. C Obſecro igit' pri. 137.
Die. 6. D Fidelis ſermo, ſi. 138.
Die. 7. E Spiritus autẽ ma. 139.

Aduertendũ nũc in indice poſt Pente. poſito. 295. an in die Natiuit. virgi. vel infra eius octauã interponẽda ſit aliqua ex dñicis Vaganti. Natiuitas Mariæ virginis dup. ma. Ad veſper. hym. Aue maris ſtella. Añ. Glorioſę virginis Mariæ ortum digniſſimũ recolam⁹, quę & genitricis dignitatẽ obtinuit, & virginalẽ pudicitiam non amiſit. Oro.

FAmulis tuis quę ſumus dñe cœleſtis gratiæ mun⁹ impartire, vt quibus beatæ virginis part⁹ extitit ſalutis exordiũ, natiuitatis ei⁹ votiua ſolennitas pacis tribuat incrementũ. Per.

Die. 8. F Ad matutinum inuita. Natiuitatẽ virginis Mariæ celebremus, Chriſtũ eius filiũ adoremus dñm. Hym. O glorioſa. Añ. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mente, & ſpiritu deuo-

devotiſſime poſcimus. Lcō. iij.

MAria virgo Chriſti mater patrē habuit Ioachimū ciuem Nazareth vrbis Galilææ, & matrē Annam ex oppido Bethlehem, ambos ex tribu Iudæ ex more Iudæorū, quibus ex ſua cuiq; tribu vxorē ducere legitimū erat & conſuetum. Ioachimus igitur & Anna aſſidua & mirabili religione Deū colentes, tripartitā habebāt ſuorum bonorum rationē. Vnam enim partē pauperibus, alterā templo eiuſq; miniſtris dicauerant: tertia ſe ſuamq; familiam alebant. Sed in iuſtitia, pace, & gaudio perſeuerantes, vnus tantum dolor ſterilitatis angebat, nulla prole poſt annum matrimonij vigeſimū ꝓcreata, quod turpe & infamiæ loco inter Iudæos habebatur. Itaq; Ioachimus cum in feſto encæniorum Ieroſolymā adorandi gratia veniſſet, velletq; ſupplex ad altare Dei munus offerre, repulſus eſt ab Iſachare ſacerdote cum ignominia, quaſi indign⁹ eſſet ob longā ſterilitatē, qui more patrū & fœcundorū hominum ad eum locū accederet: qua repulſa mœſtiſſimus Ioachimus: nec ferens præ pudore ſuorū ciuiū cōſpectū, ad caulas ſeceſſit. Cui poſt aliquot dies cū paſtoribus cōmoranti, & precib⁹ aſſiduis à Deo cōtenderi, vt eā à ſe ignominiā depelleret, angelus ſe oſtendit, & bono animo ipſum eſſe iubens, preces eius auditas eſſe à Deo renuntiauit; filiamq; procreandā, quæ Saræ & Rachelis prolē myſterij magnitudine ſuperaret. Qua ſpe erectus lætuſq; Ioachimus domum repetens vxori obuiauit, quæ, cum ei quoq; apparuiſſet angel⁹, eademq; nuntiaſſet, plena ſpe & gaudio ad marito cōgratulandū properabat. Salutant igitur inter ſe cū maxima lætitia, & viſa, deiq; promiſſum cōferentes, domū reuertuntur. Concepit igitur Anna diuino munere, ſextoq; Idus Septemb. Mariā peperit, quæ vt Eua maritum ad peccatū alliciens, cauſa fuit mortiferæ ſeruitutis humani generis, ſic ipſa genito Chriſto redēptionis ſalutaris. Ad lau. añ. Natiuitatē hodiernā perpetuæ virginis genitricis Dei Mariæ ſolenniter celebremus, qua celſitudo throni proceſſit, Halah. Ad veſper. hym. Aue maris ſtel. Añ. Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudiū annuntiauit vniuerſo mundo; ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ

Chriſtus Deus noſter, q̄ ſolues maledictionē, dedit benedictionem: & cōfundēs mortē, donauit nobis vitam ſempiternam.

Die. 9. G De octaua Natiuitat.

Ex canti. cantico. Lectio tertia.

ca. 1. OSculetur me oſculo oris ſui: qa meliora ſunt vbera tua vino: fragrantia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerūt te. Trahe me poſt te: curremus in odorē vnguētorū tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua. Exultabimus & lętabimur in te, memores vberū tuorū ſup vinū. Recti diligunt te: Nigra ſum, ſed formoſa filia Ieruſalē, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim, qa decolorauit me ſol. Filij matris meæ pugnauerūt cōtra me: poſuerūt me cuſtodē in vineis: vineā meā non cuſtodiui. Indica mihi quē diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes ī meridie: ne vagari incipiā poſt greges ſodaliū tuorū. Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregū tuorū, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorū. Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilaui te amica mea. Pulchrę ſunt genæ tuę ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia. Murenulas aureas faciem⁹ tibi, vermiculatas argēto. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

Die. 10. A De octa. Natiuitatis.

Ex canti. cantico. Lectio tertia.

FAſciculus myrrhæ dilectus me⁹ mihi: inter vbera mea cōmorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cupreſſina.

Ego flos campi, & liliū conualliū. Sicut liliū inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus me⁹ inter filios. Sub vmbra illi⁹ quē deſiderauerā ſedi: & fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellā vinariā, ordinauit in me Charitatē. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, qa amore lāgueo. Lęua eius ſub capite meo, & dextera illi⁹ amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieruſalē p capreas, ceruoſq; camporum: ne ſuſciteris, neq; euigilare faciatis dilectā, ca. 2.

quo-

quoaduſq; ipſa velit. Vox dile-
cti mei. Ecce iſte venit ſaliẽs in
montib⁹, trãſiliẽs colles. Similis
eſt dilect⁹ meus capreę, hinnu-
loq́; ceruorũ. En ipſe ſtat poſt
parietẽ noſtrũ, reſpiciens p fene
ſtras, proſpiciens per cancellos.
Die. 11. B De octa. Natiuitatis.
Ex canti. cantico. Lectio tertia.
ca.2. EN dilectus meus loquitur
mihi: Surge, ꝓpera amica
mea, colũba mea, formoſa mea
& veni. Iam enim hyems tran-
ſijt, imber abiit & receſſit. Flo-
res apparuerũt in terra, tempus
putationis aduenit: vox turtu-
ris audita eſt in terra nr̃a, ficus
protulit groſſos ſuos, vineæ flo-
rentes dederũt odorẽ ſuũ. Surge
propera amica mea, ſpecioſa
mea, & veni: colũba mea ĩ fora
minib⁹ petrę, in cauernis mace-
riæ. Oſtende mihi faciẽ tuã: ſo-
net vox tua in aurib⁹ meis. Vox
enim tua dulcis, & facies tua de
cora. Capite nobis vulpes par-
uulas, quę demoliuntur vineas:
nã vinea nr̃a floruit. Dilectus
me⁹ mihi, & ego illi, q paſcitur
inter lilia, donec aſpiret dies, &
inclinentur vmbræ Reuertere:
ſimilis eſto dilecte mi capreæ,
hinnuloq́; ceruorũ ſup montes
ac.3. Bethel. In lectulo meo p noctes
quęſiui quem diligit aĩa mea:
quęſiui illũ, & nõ inueni. Sur-
gã, & circuibo ciuitatẽ: p vicos
& plateas quęrã quẽ diligit aĩa
mea: quęſiui illũ, & nõ inueni.
Die. 12. C De octa. Natiuitatis.
Ex canti. cantico. Lectio tertia.
INuenerũt me vigiles, qui cu- ca.3.
ſtodiunt ciuitatẽ: Num quẽ
diligit anima mea vidiſtis?
Paululum cum pertranſiſſem
eos, inueni quem diligit anima
mea, tenui eum, nec dimittam,
donec introducam illum in do
mũ matris meæ: & in cubiculũ
genitricis meæ. Adiuro vos filię
Ieruſalẽ per capreas, ceruoſq;
camporũ, ne ſuſcitetis, neq; eui
gilare faciatis dilectã, donec ip-
ſa velit. Quæ eſt iſta quę aſcen-
dit per deſertum, ſicut virgula
fumi ex aromatib⁹ myrrhæ, &
thuris, & vniuerſi pulueris pig
mentarij? En lectulũ Salomo-
nis ſexaginta fortes ambiũt ex
fortiſſimis Iſrael, omnes tenen-
tes gladios, & ad bella doctiſſi-
mi. Vniuſcuiuſq; enſis ſuper fe
mur ſuum propter timores no-
cturnos. Ferculum fecit ſibi rex
Salomon de lignis Libani.
Die. 13. D De octa. Natiuitatis.
Ex canti. cantico. Lectio tertia.
TOta pulchra es amica ca.4.
mea, & macula nõ eſt in
te. Veni de libano ſponſa mea,

veni de libano, veni: coronabe-
ris de capite Amana, de vertice
Sanir, & Hermon, de cubilibus
leonũ, de montibus pardorum.
Vulneraſti cor meũ ſoror mea
ſponſa, vulneraſti cor meũ in
vno oculorũ tuorum, & in vno
crine colli tui. Quàm pulchræ
ſunt mãmę tuę ſoror mea ſpon
ſa: pulchriora ſunt vbera tua
vino, & odor vnguẽtorũ tuorũ
ſuper oĩa aromata. Fauus diſtil
lans labia tua ſpõſa, mel & lac
ſub lingua tua: & odor veſtimẽ
torum tuorũ ſicut odor thuris.
Hortus cõcluſus ſoror mea ſpõ
ſa, hortus cõcluſus, fons ſigna-
tus. Emiſſiones tuæ paradiſus
malorũ punicorũ cũ pomorũ
fructibus. Cypri cũ nardo, nar-
dus & crocus, fiſtula, & cinna-
momũ cũ vniuerſis lignis Liba
ni, myrrha & aloe cũ omnibus
primis vnguentis. Fons horto-
rum, puteus aquarũ viuentiũ.
Exaltatio ſctẽ Crucis dup. ma.
Ad veſ. hym. Luſtris ſex. f. 464.
Añ. Nobile lignum exaltatur,
Chriſti fides rutilat, dum Crux
ab omnibus veneratur. Oro.

DEus, qui nos hodierna die
exaltationis ſanctæ Cru-
cis annua ſolennitate lætificas:
præſta quęſumus, vt cuius my-
ſterium in terra cognouimus,
eius redemptionis præmia in
cœlo mereamur. Per eundem.
Et nõ fit cõme. de Natiui. virg.
vſq; ad veſperas diei craſtinæ.
Die. 14. E Ad matutinũ inuita.
Chriſtum regem pro nobis in
cruce exaltatum, venite adore-
mus. Hym. Luſtris ſex. fo. 464.
Añ. Sacra crux extollitur, vir
ga regia erigitur, in qua Salua-
tor triumphauit. Lectio tertia.

CVm extremis Phocæ Im-
peratoris temporib⁹ Co-
ſdroas Perſarum Rex Imperij
Romani prouincias inuaſiſſet,
& Ieroſolyma capta, multiſq;
ibi Chriſtianorũ millibus occi-
ſis, partẽ dñicæ crucis in Calua
riæ loco ab Helena conſtitutã,
in Perſidem trãſtuliſſet: Ægy-
ptus deinde atq; Africa Perſarũ
armis ceſſiſſent, Heraclius qui
Phocæ ſucceſſit, magnis affe-
ctus cladibus, pacẽ à Coſdroa
petiuit, hãc cũ magno Romani
Imperij dedecore accepturus.
Cæterũ cum à barbaro hoſte
victoriis inſolente nullã impe-
traret: Chriſti numine ieiuniis
& ſupplicationibus propitio,
exercitũ cõparauit. Cum quo
in hoſtẽ profectus, tres Coſdroę
duces cum magnis exercitibus
tribus prælius diuina ope ſupe-
rauit. His aũt cladibus fractus
Coſ-

Coſdroas, dum fugam vltra Tigrim parat: Medarſem filiũ regni cõſortẽ declarauit. Quam cõtumeliã Syrochius maior natu filius nõ ferens, patri fratriq; necem, quã paulo poſt ex fuga retractis intulit, molitur, pacẽq; & paternũ regnũ impetrat ab Heraclio, quibuſdam acceptis cõditionibus. Quarũ ea fuit in primis, vt crucẽ dñicã reſtitueret. Heraclius igitur Crucis lignũ, poſt annos. xiiij. quã venerat in poteſtatẽ Barbarorũ, receptũ, ſecum deferens, Ieroſolymam reuertitur. Quam vrbem ingreſſus, in ſolenniſſima pompa, crucẽ ipſam circumtulit, & ſuis humeris ad Caluariæ montem portauit, ſicut illam Chriſtus per eandẽ viã portauerat. Miraculo aũt datum eſt, quod vt erat auro & gemmis cultus, ſubſtitit ante portã, quę in Caluariæ locum foras ducebat: & quo magis exire conabatur, eo immobilior ꝑmanebat. Nam ſibi videbatur diuinitus exitu prohiberi. Cunq; oẽs ſtupor ei⁹ rei teneret, Zacharias Ieroſolymitanus antiſtes, qui eius lateri hęrebat, Imperatorẽ ipſum admonuit, videret, ne parũ Chriſtum imitaretur in ferenda cruce, triũphali nitens cultu, cum ille nudis pedib⁹ atq; humiliter tuliſſet. Tunc Heraclius relicto cultu, quo ornatus erat, veſtem plebeiam ſumpſit, calceoſq; detraxit, atq; ita ſine offenſa confecit reliquum viæ. Vbi vero ad Caluariæ locum eſt ventũ, ibi crucẽ ſtatuit, vnde fuerat à Perſis ſublata. Quã ob rem ſtatutum eſt, vt crucis exaltatio annua feſtiuitate celebretur. Ad laudes añ. Super omnia ligna cedrorũ tu ſola excelſior, in qua vita mundi pependit, in qua Chriſt⁹ triũphauit, & mors mortem ſuperauit in ęternum. Ad veſ. hym. Luſtris ſex. f. 464. vt ſup. Aña. O crux benedicta, quę ſola fuiſti digna portare regem cœlorum, & dñm, Hal'ah. Poſt orationẽ exaltationis pro cõme. oct. Natiui, dicit ejus añ. aſſignata ad primas veſperas, Glorioſæ. cum eius oratione.

Die. 15. F. Octa. Natiui. du. mi. Sermo ſcti Auguſtini epi. L. iij.

ADeſt nobis, dilectiſſimi, optatus dies beatæ ac venerabilis ſemꝑ virginis Mariæ. Ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tantæ virginis illuſtrata natali. Hæc eſt enim flos campi, de qua ortum eſt pretioſum lilium cõualliũ: per cuius partũ mutatur natu-

ra protoplaſtorum, qua deletur & culpa. Præciſum eſt in ea illud Euæ infelicitatis eulogium, de qua dicit, In triſtitia paries filios: qa iſta in lętitia dñm parturiuit. Eua enĩ luxit, iſta exultauit: Eua lachrymas, Maria gaudiũ in vẽtre portauit: quia illa pctõrẽ, iſta edidit innocẽtẽ. Virgo quippe genuit, quia virgo concepit. Inuiolata peperit, quia in cõceptu libido nõ fuit. Vtrobiq; miraculũ. Et ſine corruptione grauida, & in partu virgo puerpera. Aue (inquit angelus ad eam) gratia plena, dñs tecum. Impleta eſt ergo Maria gratia, & Eua euacuata eſt à culpa. Maledictio Euæ, in benedictionẽ mutatur Mariæ. Aue gra plena, Dñs tecum. Tecum dñs in corde, tecũ in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio. Gratulare beata virgo: Chriſt[9] rex ex ſolio ſuo venit in vterũ tuum. Ex ſinu patris, in vterum dignatus eſt deſcẽdere matris.

Die. 16. G Petrus Dorotheus, & Gorgonius martyres. Lcõ. iij.

PEtrus, Dorotheus, & Gorgonius Diocletiani Imperatoris cubicularij fuere. Quorum Petrus cũ de martyrio cuiuſdã viri, qui Nicomedię, vbi hæc geſta ſunt, edicta Imperatorũ aduerſus Chrianos in foro pendentia diſcerpſerat, multa liberius loqueretur, captus diis immolare iubet. Quo recuſante, appenſus, tam crudeliter flagris cæditur, vt conciſa pelle carnes etiã laniarentur. Quo ſupplicio cũ nihil à Chriſti cõfeſſione retraheretur, nudatas carnes aceto, & ſale perfunditur: cũq; hoc etiã cõſtãter toleraſſet, in craticula prunis ſubter ſtrata, lento igni cruciatur, carnificibus eũ ſubinde verſantibus, donec cõſumptis igni carnibus, inuictũ ſpiritũ in fide lætus exhalauit. Quo ſpectaculo permoti Dorotheus, & Gorgonius, Diocletianum cũ ſumma cõſtantia & libertate his verbis alloquuntur, Cur Imperator punis in Petro mentis ſententiã, quæ nobis eſt cũ illo cõmunis? cur in illo crimen ducitur, quod nos itidem cõfitemur? Hęc nobis fides, hic cultus, hæc cõmunis ſententia. Quos ille cõprehenſos ſimilibus ſuppliciis affectos, ad vltimũ laqueo iuſſit appenſos necari quinto Idus Septembris.

Die. 17. A Corneli[9] papa & Cyprianus eps martyres. Lcõ. iij.

COrnelius patria Roman[9] pontificatũ geſſit tempore Decij Imperatoris. Hic cum

Lucina

Lucina matrona ſanctiſſima beatorũ Petri & Pauli corpora à Cathacumbis, vbi minus tuta eſſe videbantur, clam extulit. Quorũ Paulũ Lucina ĩ prædio ſuo via Oſtienſi nõ lõge à loco vbi fuerat occiſus, Petrum vero Cornelius nõ longe à loco vbi fuerat cruci affixus repoſuerũt. Decius autẽ cognito ꝙ Cornelius multos ad fidẽ Chriſti conuerteret, Centũ cellas eũ miſit in exilium. Vbi Cyprianus Carthaginenſis epiſcop⁹, ipſum ꝑ literas cõſolat⁹ eſt. Sed hoc intellecto Decius miſſionẽ & remiſſionẽ literarũ maligne interpretatus, Corneliũ reuocauit, quaſi reum læſæ maieſtatis, ipſumq́; plumbatis cædi, ac deinde ad Martis ſimulachrũ adorandũ duci iubet. Quod cum facere conſtantiſſime recuſaret. xviij. Calẽd. Octob. capite truncatus à beata Lucina cum quibuſdã clericis noctu ſepelitur in arenario prædij ſui nõ longe à cœmeterio Caliſti. Sedit autẽ annos duos, menſes duos, dies tres.

Cyprian⁹ natione Apher Chriſtian⁹ factus, oẽs ſuas facultates pauperibus diſtribuit. Deinde preſbyter, nec multo poſt eps Carthaginẽſis creatus, plurima ſanctitatis documenta præbuit & doctrinæ ſingularis monumenta poſteris reliquit. Imperatore Valeriano accuſatus, ꝙ Chriſtũ coleret, à Paterno proconſule, cum ab inſtituto flecti non poſſet, in exiliũ miſſus eſt. Vnde regreſſus proconſule defuncto, rurſum apud Galerium Maximũ, q Paterno ſucceſſerat accuſat⁹, inuicto animo in vni⁹ veri Dei Chriſtiq́, confeſſione ꝑſeuerãs, obtruncat⁹, martyrio coronatur. xviij. Calẽd. Octob.

Die. 18. B Methodius epiſ. mar.
Die. 19. C Ianuarius & ſocij m.
Die. 20. D Euſtachius & ſoc. m.
Die. 21. E Matthæus apoſtolus duplex maius. Ad veſper. Oro.

BEati apoſtoli & euãgeliſtæ Matthæi dñe precib⁹ adiuuemur: vt quod poſſibilitas nr̃a nõ obtinet, ei⁹ nobis interceſſione donetur. Per. L. iiij.

MAtthæus, qui & Leui dicebatur, ex publicano factus eſt Apoſtolus, Nam cum in vrbe Galilææ Capharnao ad teloniũ ſederet, à Chriſto prætereunte vocatus, ipſum eſt ſequutus, quẽ cum diſcipulis hoſpitio ſuſcepit. Poſt eius vero reſurrectionem Matthæus dum pararet in Æthiopiã proficiſci

ad prædicandum gentibus illis euangelium, patria, hoc eſt, Hebraica lingua euangeliũ, quod in Iudæa prædicauerat, ſcripſit. Profect⁹ igitur in Æthiopiam quã prouinciã fuerat ſortitus, verbum dñi ſequentibus ſignis latiſſime diſſeminauit. Et regio puero à morte ad vitã ope diuina reuocato, regem patrẽ cum vxore & vniuerſa prouincia ad Chriſti fidẽ conuertit. Cui regi defuncto, cũ Hirtacus quidã in regno ſucceſſiſſet, eiusq; filiam Iphigeniã ſibi vellet matrimonio copulare, Matthęus, quo authore virginitatẽ illa vouerat, vt in ſancto virginitatis propoſito perſiſteret, eandẽ hortabatur. Itaq; virginẽ cõſtanter ſuis votis obſiſtere moleſtiſſime ferens Hirtacus, Matthæum, quẽ eius conſilij authorem eſſe ſciebat, ad altare ſacra facientem gladio cõfodi iuſſit. Et ſic apoſtoli, & euangeliſtæ, martyriſq; coronam adeptus Matthæus, ad Chriſtum, beatamq; vitam migrauit. xj. Calendas Octob.

Die. 22. F **Mauricius cum ſociis martyribus. Lectio tertia**

CVm Maximianus Imperator exercitũ, quẽ ingentem ex variis nationibus cõfectum, trãs alpes induxerat, diis ſacrificare in Sedunorũ finibus (qui populi ſunt in Gallia) iuſſiſſet, Thebanorũ legio, quæ à Thebis Ægyptiis miſſa fuerat, à reliquo agmine, ne impiis ſacrificiis intereſſet, diſceſſit. Quo animaduerſo Maximianus denuntiatũ eis mittit, vt ſi ſe ſaluos eſſe velint, protinus in caſtra redeant ad ſacrificia. Illi ſe Chriſtianos eſſe reſpondent, & à talibus ſacrificiis religione, à qua minime ſibi eſſet diſcedendum, prohiberi: proinde precari Imperatorẽ, ne, quod ipſis nefas eſſet, imperaret. Tũc Maximianus maiorẽ irã odio, quod in Chriſtianos gerebat, ſuggerente, thebanos, q numero erãt ad ſex millia ſexcenti ſexagintaſex, immiſſo exercitu, pœnas dare iubet, decimo quoq; truci dato. Quam pœnam ſemel & iterũ Chriſtiani ſubire, & quidem libenter maluerunt authore Mauricio, quã impia imperata facere. Poſtremo Maximiano non ferente Chriſtianorum cõſtantiam, vniuerſi à reliquo exercitu illius imperio conciduntur. Et ſic Thebanorũ legio ad cœleſtẽ militiam cõmigrauit. x. Calendas Octob. **Oratio.**

ANnue q̃s ops Deus, vt ſanctorum martyrũ tuorum Mau-

Mauricij & ſociorum eius, nos lætificet feſtiua ſolennitas: & quorũ ſuffragiis nitimur, eorũ natalitiis gloriemur. Per dñm.

Die.23.G Linus papa m̃.L.iij.

LInus papa natione Thuſcus, ab vltimo Neronis anno vſq; ad Veſpaſiani tẽpora pontificatũ primus poſt Petrũ geſſit, hortante ad id humilitatis gratia Clemẽte, qui quartus à Petro pręfuit eccleſię. Quãuis enim ipſe à Petro ſibi ſucceſſor fuiſſet deſtinatus, ne tamen videretur ambitioſe agere, Lino primum ceſſit, deinde Cleto. Linus igitur cum Dei eccleſiã ſanctiſſime moderaretur, inſtituit, ne qua mulier niſi velato capite templum ingrederetur. Idemq; res geſtas beati Petri, pręſertim cõtra Simonem magum, diligẽter perſcripſit. Tanta erat huius viri ſanctitas & fides, vt nõ ſolum dæmones fugaret, ſed mortuos etiã in vitã reduceret. Sed hominum cæcitate, cordisq; duritia, factũ eſt, vt à Saturnino conſule, cuius filiam à dæmonibus liberauerat, capitali ſupplicio ob Chriſti fidẽ afficeretur. Sepultus eſt autem iuxta beati Petri corpus nono Caléd. Octob. cũ ſediſſet annos.xj.menſes.iij.dies.xij.

Die.24.A Tecla virgo martyr.

Die.25.B Seniorem ne in. 139.

Die.26.C Quicunq; ſunt. 140.

Die.27.D Coſmas & Damianus martyres. Lectio tertia.

COſmas & Damianus fratres in Ægæa Vrbe Arabiæ nati, quanquã erãt arte medicinę docti, magis tamẽ Chriſti virtute ſanabant oẽs infirmitates. Quod audiẽs Lyſias præſes Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, adduci eos ad ſe iubet. Qui cũ ab eo interrogati nomina, patriã, & religionẽ incunctãter expoſuiſſent, manus pedesq; vincti, qm̃ diis ſacrificare recuſauerãt, immaniſſime torquentur. Sed cũ viderentur cruciatus negligere, iuſſu præſidis, vt erãt ligati, in mare deturbantur. Diuino tamen munere ſolutis vinculis è pelago ſunt incolumes egreſſi. Præſes autem hoc magicis artibus aſcribens, iubet eos in carcerem trudi, ac poſtridie eductos, in magnum rogum immitti. In quo cum illæſi nihilo ſecius pmãſiſſent, poſt innumera ſupplicia, capitis obtrũcatione martyrio ſunt coronati: & ibidem à Chriſtianis ſepulti.v. Calendas Octob. Proceſſu vero temporis Romã tranſlati, in eccleſia ipſorũ no-

mine

mine dicata recõduntur. Oro.

PRæſta quęſumus oĩpotens Deus, vt qui ſanctorũ martyrum tuorũ Coſmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per.

Die.28.E Paulus vinctus.141.

Dedicatio Michaelis archangeli duplex maius. Ad veſp.hym.

TIbi Chriſte ſplẽdor patris Vita, virtus cordiũ, In conſpectu angelorũ, votis, voce pſallimus: Alternantes concrepando Melos damus vocibus.

Collaudamus venerantes, Omnes cœli milites: Sed præcipue primatem Cœleſtis exercitus Michaelem in virtute Conterentem Zabulon.

Quo cuſtode procul pelle rex Chriſte piiſſime Omne nefas inimici, Mundo corde, & corpore paradiſo redde tuo Nos ſola clementia.

Gloriã patri melodis perſonemus vocibus, Gloriam Chriſto canamus, Gloriam paracleto. Qui trinus & vnus Deus Extat ante ſecula. Amen. Aña. Dum ſacrum myſteriũ cerneret Ioannes, Michael archangelus tuba cecinit, Ignoſce dñe Deus noſter qui aperis librum, & ſoluis ſignacula eius, haleluiah. Oro.

DEus, qui miro ordine angelorũ miniſteria, hominumq; diſpẽſas: cõcede ꝓpiti⁹, vt quibus tibi miniſtrãtibus in cœlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita nr̃a muniatur. Per.

Die.29.F Ad matutinũ inuita. Regem Archangelorum dominum, venite adoremus. Hym.

CHriſte ſanctorum decus angelorũ, Rector humani generis, & author Nobis ęternum tribue benignus Scandere cœlum.

Angelũ pacis Michael ad iſtã Cœlitus mitti rogitamus aulã, Nobis vt crebro veniente creſcant, Proſpera cuncta.

Angelus fortis Gabriel, vt hoſtem Pellat antiquũ, volitet ab alto, Sæpius templum veniens ad iſtud Viſere noſtrum.

Angelum nobis, medicum ſalutis Mitte de cœlis Raphael, vt omnes Sanet ęgrotos, pariterq; noſtros Dirigat actus.

Hinc Dei noſtri genitrix Maria, Totus & nobis chorus angelorum Semper aſſiſtat, ſimul & beata Concio tota.

Præſtet hoc nobis deitas beata Patris, ac nati, pariterq; ſancti Spiritus, cuius reboat in omni

Gloria

Gloria mundo. Amē. Añ. Cōcuſſum eſt mare,& contremuit terra vbi archangelus Michael deſcendebat de cœlo. Lcō.iij.

QVoniā hodie feſtum Michaelis archāgeli celebramus,non erit ab re pauca de ordinibus & præſtantia angelorum cōmemorare,quos Deus initio mūdi creauit nulla infectos prauitate, licet ipſorū quidā ex oībus ordinib⁹ ſua culpa cū principe diabolo corruerint. Angelorū igitur q in officio perſtātes, fuerunt in gratia cōfirmati, tres omnino eſſe hierarchias grauiſſimis ſanctorū voluminū,& authorū teſtimoniis accepim⁹,ſupremā ſcilicet, mediā, & infimā:quarū ſingulæ ternos ordines cōtineant,ſuprema Seraphinos, Cherubinos:& thronos : media dñationes, principatus, & poteſtates: infima virtutes,archangelos,& qui angeli propriore vocabulo, quod eſt alioquin oībus cōmune nominantur. Cōficitur autē vnuſquiſq; ordo præſtantia & ſimilitudine muneris,& gratię, qua quidā angelorū cōueniūt inter ſe. Nam licet cuncta gratiarum munera oēs acceperint, alia tamen aliis largius tributa ſunt. Itaq; Seraphini appellantur, q̄ cæteris charitate pręſtāt, Cherubini,qui ſapiētia,ac cæteri eodē modo. Sed quanquā angeli quo ſuperiores ſunt, hoc rarius à Deo in miniſterium aliquod mittātur(tutelares enim quorū cuiuſq; fidei ſinguli homines cōmittuntur ex infimo ordine ſunt)tñ ex omni ordine quādoq; mitti teſtatur Paulus, qui oēs(inqt)ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi. Itaq; Michaelē, q nūc princeps eccleſię dicit̃ eſſe, vt olim ſynagogæ,licet tum angelus,tum archangel⁹ nominet̃,eſſe tamē ſupremę Hierarchiæ exiſtimarūt viri nonnulli ſacrarū literarum eruditiſsimi, authore Daniele, qui Michaelē vnū eſſe dicūt de primis principibus. Michaelis igit̃ feſtū, quod.viij.Idus Maij celebratur,ab eius apparitione, & quod. iij. Calend. Octob.ab eius Baſilicæ dedicatione nomen accepit, q̄ ipſi fuit dedicata in antro ad cacumen Gargani montis Apuliæ, qui procurrit in adriaticum mare. Quo in loco propter multa & magna edita miracula cum ab aliis populis religioſe colitur Michael, tum maxime ab accolis Sipontinis, qui ſe patrocinio eius ſæpe adiutos eſſe profitentur.

Ad

Ad lau. añ. Factũ eſt ſilentium in cœlo, dum draco cõmitteret bellũ, & Michael pugnauit cũ eo, & fecit victoriam. Halah. Ad veſperas hym. Tibi Chriſte vt ſupra. Antipho. Princeps glorioſiſſime Michael Archangele, eſto memor noſtri, & hic & vbiq; ſemper precare pro nobis filiũ Dei, haleluiah haleluiah. Poſt orõné ſctĩ Michaelis pro cõme. ſctĩ Hierony. dicitur añ. O doctor optime, eccleſiæ ſanctæ lumen, beatæ Hieronyme diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei. Oro.

Deus, qui eccleſię tuæ in exponendis ſacris ſcripturis beatũ Hieronymũ cõfeſſorem tuũ doctoré glorioſum elegiſti: preſta quęſumus, vt eiuſdé piis ſuffragãtibus meritis, quod ore ſimul & opere docuit, te adiuuã te exercere valeamus. Per dñm.

Die. 30. G Hieronymus presbyter cõfeſſor duplex mi. Lcõ. iij.

Hieronymus Conſtantino Imperatore anno ab orbe redẽpto. cccxxxj. in oppido Stridone (quod eſt ĩ Pannoniæ Dalmatiæq; cõfinio) Chriſtianis parentibꝰ ortus, puer admodum Romam miſſus eſt liberalibus ſtudiis erudiendus. Vbi Donato in grammaticis pręceptore, & (vt quidã volunt) Victorino in rhetoricis vſus, Græcas ac Latinas literas feliciſſime didicit. Cũ aũt ætate proceſſiſſet, Ariſtotelicã, Platonicã, Stoicã ac cæterorũ oĩum philoſophiã attigit. Galliã deinde diſcendi gr̃a perluſtrauit, vnde Romam reuerſus eſt, atq; inde in Syriã profectus. Quã itidé magna ex parte diſcẽdi ſtudio peragrata, in vaſtam eremũ, quæ Syros ab Agarenis diſterminat, ſeceſſit: vbi quatuor annos ab hominũ frequẽtia ſemotus, cũ ſolo Deo librisq; ſuis cõmerciũ habens, adoleſcẽtiæ lapſus lachrymarũ imbre diluebat. Et contractas per ętatis incuriã ſordes, laborũ aſperitate detergebat. Inedia deniq; ac vigiliis, & incredibili auſteritate, rebellanté carné & ſubinde repullulanté ætatis laſciuiã coercens, corpus ſpiritui ſeruire docebat. Viſebatur tamen ĩ ea ſolitudine nõnunquã ab amicis, & vicinos monachos ipſe inuiſebat. Hebraici ſermonis difficultaté indefeſſo labore peruicit. Cuius non ſolũ intelligentiã, ſed & peculiaré ſonum ac vernaculũ ſtridoré eſt aſſequutus, vſus ad eã rem doctiſsimis Hebræorũ, quos ingẽti mercęde conducebat, marſupium

pium exhauriens, vt pectus eruditione locupletaret. nec his cõtentus, Caldaicã item linguam eſt aggreſſus, quã tamẽ hactenus modo ſequutus eſt, vt intelligere poſſet verius quã ſonare. Gregoriũ Nazianzenũ præceptorẽ ſuũ ipſe appellat, & hoc interpretante ſe ſacras didiciſſe literas teſtatur. Cum igitur ingenti iam doctrina, & ſanctitate clarus haberetur, Romã reuocatus, presbyter factꝰ eſt. Vbi cũ probatiſsimæ vitæ exemplo mores hominum caſtigaret, in primisq; clericorũ crimina cõſtanter argueret, non ferens ipſorũ inuidiã, ex vrbe iterũ profectus, Syriã repetiit, & Bethlehẽ iuxta præſepe, quod infantem Chriſtũ exceperat, venturę ſenectuti ſedẽ delegit. Vbi cum piis doctiſq; viris in monaſterio, quod Paula matrona ſancta cõdiderat, ſanctiſsimã vitam multis egit annis. Libros cõplures ſcripſit. Vetus teſtamentum ad veritatẽ Hebraicam tranſtulit. Nouum autẽ reddidit Græcæ fidei. Multa præterea Græcorum opera Latinitate donauit. Tandẽ vitæ curſu ſanctiſsime peracto, multis miraculis clarus, in eodẽ oppido Bethlehem migrauit ad dominum, pridie Calẽd. Octob. anno Chriſti nati. ccccxxij. ſuæ vero ætatis. xcj.

OCTOBER.

Die. 1. A Remigius eps confeſſ.
Die. 2. B Paulus apoſtolus. 426.
Die. 3. C Tu ergo fili mi. 427.
Die. 4. D Franciſcus confeſſor duplex minus. Oratio.

DEus, qui eccleſiã tuam beati Frãciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas; tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per do. Lectio iij.

FRanciſcus natione Italus Aſsiſij natus (quod oppidũ eſt in Vmbria) vir fuit religioſiſsimus, euãgelicę perfectionis ſectator: floruitq; Innocentio Papa tertio. Nam cũ adoleſcẽs mercaturã exercuiſſet, nõ tamẽ abiit poſt aurũ, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Sed ad Chriſtum cõuerſus, cum audiſſet in eccleſia illud euangelicũ: Qui nõ renuntiauerit omnibꝰ, quæ poſsidet, nõ poteſt eſſe meus diſcipulus: cuncta quæ ad manũ habuit, pauperibꝰ erogauit, cętera patri ſuo, idipſum poſtulãti, hæreditario iure coram epiſcopo tradidit. Deinde vt normã ſe-

ſequeretur, quã Chriſtus dedit apoſtolis, dum eos mitteret ad prędicandũ, diſtributa pecunia calceamenta depoſuit, & vnicã cõtentus tunica (vt quatenus liceret Chriſtũ imitaretur) duodecim ſibi ſocios aſciuit. Atq; ad æmulationẽ euãgelicę perfectionis, ordinẽ monaſticũ, qui Minorum appellatur, inſtituit, Romamq́; venit circa annũ à Chriſto nato M.ccviij. quem papa viſione diuina præmonitus benigne recepit, regulãq;, & inſtitutum ab eo viuendi ordinem cõfirmauit. Dimiſsis ergo quoquo verſus fratrib⁹, qui verbũ Dei ſeminarẽt, ipſe in Syriã nauigauit, à Soldanoq; fuit benigne receptus. Sublata tamen prædicandi facultate, coactus fuit ĩ patriã redire. Cui bienniũ ante obitũ cũ.xl.dies ieiunaſſet in monte Aluernæ in feſto exaltationis Crucis oranti apparuit Seraph crucifixus, qui in manibus, & pedibus ipſius ſtigmata plagarũ Chriſti mirabiliter impreſsit. Quib⁹ inſignit⁹ ſummæ admirationi cunctis intuentib⁹ venerationiq; fuit. Tandẽ beatus Frãciſcus plen⁹ bonis operibus & grã, apud Aſſiſiũ moritur. iiij. Nõn. Octob. Quẽ Gregorius nonus cognitis ei⁹ miraculis, catalogo ſctõrũ aſcripſit.

Die.5.E Hoc autem ſcito.428.

Die.6.F Teſtificor coram.429.

Die.7.D Marc⁹ papa ↄfeſ. L.iij.

MArcus patria Romanus magni Cõſtantini tẽpore põtifex fact⁹, inſtituit, vt eps Oſtiẽſis, à quo Roman⁹ pontifex cõſecratur, pallio vteretur. Præterea, vt dieb⁹ ſolennib⁹ ſtatim poſt euangeliũ Symbolum iuxta declarationẽ Niceni cõcilij à clero & populo magna voce decantaretur. Duas eccleſias Romæ cõdidit, vnã via Ardeatina, alterã intra vrbem. Quas Conſtantin⁹ magnis munerib⁹ exornauit, & auxit. Poſtremo cũ ex ſacris ordinibus bis mẽſe Decẽb. habitis, pſbyteros. xxv. diaconos. vj. epos. viij. creaſſet moritur, ac in cœmeterio Balbinæ ſepelit, cũ ſediſſet annos. ij. menſes. viij. dies. xx. Oratio.

EXaudi domine preces noſtras: & intercedente beato Marco confeſſore tuo atque põtifice, ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominũ.

Die.8.G Paul⁹ ſeruus Dei.429.

Die.9.A Dionyſius, Ruſticus, Eleutherius martyres. Lcõ. iij.

DIonyſius patria Athenienſis, vir patricius, & Areopagita, quo nomine illius ciui-

tatis ſenatores appellabantur, traditur eo die, quo Chriſt⁹ crucifixus eſt, animaduerſo ſolis præter ordinē naturæ defectu, cum eſſet vir excellēs omni doctrina, corā multis exclamaſſe, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluitur. Cū aūt Paul⁹ Athenas veniſſet, & ductus eſſet in Areopagum: vt rationē eius doctrinæ redderet, quam prędicabat, in medio ſenatus mirabiliter de vera pietate & reſurrectione Chriſti ac mortuorum diſſeruit. Qua oratione, cum alios, tum in primis Dionyſiū conuertit, eumq; conſtituit epiſcopū Athenienſis eccleſiæ. Poſtea vero cum Romā veniſſet Dionyſius vt Petrū videret & Paulum, quos audierat in vincula cōiectos eſſe, aliquāto poſt tēpore miſſus eſt à Clemente in Galliā ad prędicandū euangeliū, quem ſequuti ſunt Ruſticus preſbyter, & Eleutherius diaconus, vſque ad vrbem Pariſiorū. Vbi cum multos ad fidem Chriſti conuertiſſet, in perſequutiōe Domitiani capti Dionyſius & ſocij, à Feſcenino præfecto vehementer loris flagellati ſunt. Sed cū non poſſent auocari à Chriſtiana pietate, poſtridie Dionyſius in craticula ferrea igni ſuppoſito imponitur, & multis deinde ſuppliciis afficitur. Quibus ſuperatis, idē Dionyſius nonageſimo ætatis ſuæ anno, cum ſociis, ſimiliter cruciatis, capite truncatur. vij. Idus Octob. Qui Dionyſi⁹ ſuū caput ſuſtuliſſe, & manibus per longū ſpatiū portaſſe memoratur. Scripſit autē mirabili quadam doctrina librū de cœleſti Hierarchia, & alterū de diuinis nominib⁹. Itē de myſtica theologia, & alia nonnulla. Orō.

DEus qui hodierna die beatum Dionyſium martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſsione roboraſti, quiq; illi ad prędicandum gentibus gloriam tuā Ruſticum & Eleutherium ſociare dignatus es, tribue nobis quęſumus ex eorū imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per domi.

Die. 10 C Tu autē loque. 430.
Die. 11. D Admone illos. 431.
Die. 12. E Paulus vocatus. 247.
Die. 13. F Videte enim vo. 249.
Die. 14. G Caliſt⁹ papa m. L. iij.

CAliſtus pōtifex patria Roman⁹ vſq; ad Seueri tēpora peruenit. Hic ieiuniū quod ter in anno celebrabat, per quatuor tēpora vt fieret, decreuit.

Vt

Vt ſicut annus per quatuor vol
uitur tẽpora, ſic nos quaterne,
ſolenne agamus ieiunium per
quatuor anni tempora. Quib⁹
temporib⁹ poſtea inſtitutũ eſt,
vt fieret ſacrorũ ordinũ initia-
tio, quæ antea Decẽbri dũtaxat
mẽſe fieri cõſueuerat. Cœmete
rium quoq; de ſuo noĩe condi-
dit via Appia, in loco vbi mul-
torũ martyrũ cineres antea re-
poſiti fuerãt. Poſtremo vbi ex
ordinationibus menſe Decẽbri
quinquies habitis, presbyteros.
xvj. diaconos. iiij. epiſcopos. viij.
creaſſet, martyrio coronat⁹ eſt,
ac ſepultus in cœmeterio Calo-
podij via Aurelia. iij. ab vrbe la
pide, pridie Idus Octob. cũ ſe-
diſſet annos. vj. mẽſes. x. dies. x.

Die. 15. A Et ego fratres. 249.
Die. 16. B Sic nos æſtimet. 250.
Die. 17. C Rogo ergo vos. 251.
Die. 18. D Lucas euãge. du. ma.
Ad veſper. & matuti. hym. aña.
& inuit. de cõmuni apoſt. Oro.

INteruẽniat pro nobis q̃s dñe ſanctus tuus Lucas euãgeliſta, q crucis mortificationẽ iugiter ĩ ſuo corpore pro tui noĩs honore portauit. Per, L. iij.

LVcas medicus Antiochenſis, ſectator Pauli fuit, ac omnis eius peregrinationis comes. Scripſit euangeliũ, de quo idem Paulus, Miſimus (inquit) cum illo fratrẽ, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Aliud quoque edidit volumen egregiũ, quod inſcribitur Apoſtolorum Acta. Cuius hiſtoria vſq; ad bienniũ Romæ cõmorantis Pauli peruenit, hoc eſt vſq; ad quartũ Neronis annũ. Quidã ſuſpicãtur, quotieſcũq; in epiſtolis ſuis Paul⁹ dicit, iuxta euãgeliũ meũ, Lucæ ſignificare volumen. Quanq̃ Lucas nõ ſolũ ab apoſtolo Paulo, qui cũ dño ĩ carne nõ fuerat, ſed à cæteris etiã apoſtolis euãgeliũ didiciſſe, ipſe quoq; ĩ voluminis ſui principio declarat, dicens, Sicut tradiderũt nobis, q à principio ipſi viderũt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igit euãgeliũ ſicut audierat ſcripſit. Acta vero apoſtolorũ, ſicut viderat, cõpoſuit. Vixit octoginta quatuor annos vxorẽ nõ habens. Sepultus eſt Cõſtantinopoli, ad quã vrbem vigeſimo Conſtantij anno oſſa eius cum reliquiis Andreæ apoſtoli tranſlata ſunt ex Achaia.

Die. 19. E Ptol. & Luci⁹ m. L. iij.

ALexandriæ Marco Aurelio Vero & Antonino filio Imperatorib⁹, cũ pudicã ac

Chri-

Chriſtianā vxorem infidelis & ſceleſt⁹ maritus, nec à propoſito Chriſtiano deterrere, nec ream coram iudice conuincere poſſe conſideret, in exitiū Ptolomæi, quē illa magiſtrū religionis habuerat, conuerſus, centurioni amico perſuaſit, vt illū an Chriſtian⁹ eſſet percōtaretur. A quo rogatus Ptolomæus ſine cunctatione Chriſtianum ſe eſſe reſpondit. Quam ob rem in vincula cōiectus, diuq́; carceris ſitu & ſqualore cōfectus, ad Vrbicij iudicis tribunal ꝑducitur. Vbi Chriſtianam pietatē pari conſtantia cum multa Chriſti laudatione profeſſus, capitali ſententia damnatur. Hanc Ptolomæi pręcipitē damnationē Lucius qui aderat, indigne ferens, liberius cœpit temeritatē iudicis increpare. A quo interrogatus, an ipſe quoq; Chriſtianus eſſet, cum id plane aſſeueraſſet, ſimili ſentētia damnatur. Tūc Lucius, Gratias (inquit) ago tibi Vrbici, ꝙ me à ſæuiſſimis dominis aſſeris, ad optimumq́; patrem & regem omniū Deū remittis. Et ſic cū Ptolomæo Lucius interfectus, martyrio coronatur. xiiij. Calend. Nouemb.

Die. 20. F Audet aliquis. 252.

Die. 21. G Vrſula & ſoc. v. & m.

Die. 22. A Hilariō Abbas. L.iiii

Hilarion Abbas in vico Tabatha prope Gazam Palæſtinæ vrbem ortus, ex parentibus gentilib⁹ Chriſtianus ipſe vt roſa de ſpinis effloruit. Qui Alexandriā miſſus, atq; breui Grammaticā edoctus, & Chriſtianus effectus, eccleſiā aſſidue frequentabat. Quo tēpore cum Antonij nomē eſſet per totam Ægyptū celeberrimū, videndi eum ſtudio incenſus, ad eremū contendit. Et cùm illo duobus menſib⁹ verſatus, ipſius vitę rationē, ac motū grauitatem diligenter cōſiderauit. Reuerſuſq́; ad patriā, totū patrimoniū ſibi à defunctis parentibus relictū pauperib⁹ largit⁹ eſt. Et adhuc adoleſcēs. xv. annorū ad eremū reuertitur. Vbi cellula ſtructa paulo ampliore q̃ vt caperet ei⁹ corpuſculū, ſacco indut⁹, ad. xx. ætatis ſuæ annū, teſte Hieronymo, qui vitā eius literis mandauit, tāta abſtinētia corpus afflixit, vt quindenis modo caricis vnoquoq; die poſt ſolis occaſum veſceretur, & ſuper humū iuncis duntaxat ſtratā, ad vltimum vitæ diem ſomno reficeretur. Hic demum orationi & pſalmodię ſemper intētus, poſt incredibilē carnis maceratio-

nem,& cōtinua ieiunia,octogeſimum natus annū, ſanctitate & miraculis clarus, migrauit ad dñm.xij.Calend. Nouemb.
Die.23.B De quibus autē.253.
Die.24.C De virginibus.253.
Die.25.D Chriſan.& Daria m̄.
Die.26.E Euariſt⁹ pp m̄. L.iij.

EVariſt⁹ Papa natione Græcus patre Iudæo Traiani tēpore pręfuit eccleſiæ. Hic, vt Damaſus teſtat̄, titulos in vrbe Roma p̄ſbyteris diuiſit, & ſeptē diaconos ſtatuit,qui cuſtodirēt epiſcopū prædicantē: ne aut ipſe ab inſidiatorib⁹ quoquo modo infeſtetur,aut lędatur à ſuis, aut verba diuina detrahendo, aut inſidiādo polluātur vel deſpiciantur. Idē cōſtituit: ne plebis ī ep̄m accuſatio admitteret̄. Ordinationes ter habuit mēſe Decēbri,quibus preſbyteros.vj. diaconos.ij.epiſcopos per diuerſa loca creauit. Poſtremo cū ſediſſet annos.ix.mēſes.x.dies.ij. anno vltimo Traiani martyrio coronatus eſt,ac ſepultus in Vaticano.vij.Calēd. Nouemb.
Die.27.F De ijs aūt q̄ ido.255.
Die.28.G Simon & Iudas apoſtoli,duplex maius. Oratio.

DEus, qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonem & Iudam, ad agnitionē tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternā & proficiēdo celebrare,& celebrādo proficere. Per do. Lectio.iij.

SImon qui & Simeon Zelotes zelo dñi feruens accepit Ægypti principatū,& poſt Iacobū Iuſtū cathedrā tenuit Ieroſolymorū. Cui eccleſię cū multis annis pręfuiſſet, Atticus conſularis Traiani tēpore cognito q̇ eſſet generis Dauid, & Chriſtian⁹,multis eū ſuppliciis affecit. Quib⁹ mira patiētia toleratis,ad crucē dānat̄,iuſſus vt quē vita coleret, eius exitum morte quoq; imitaret̄. Itaq; cruci affixus eſt,cū.cxx.annos nat⁹ eſſet, cunctis admirātibus in corpore tam ſenili,tam robuſtū animū ad ferenda ſupplicia perſtitiſſe. Iudas Iacobi frater in Meſopotamia,ac interiorib⁹ Ponti euāgelizās,feras & indomitas gentes, ſancto dogmate mitigauit, & fidei diuinitate ſubiugauit. Cuius extat vna parua epiſtola, quæ inter catholicas nominat̄.
Die.29.A Marcellus mar. L.iij.

MArcellus natione Hiſpanus, patria Legionenſis, cum à vita militari, quam multis annis centurio geſſerat, diſceſſiſſet,vt vera religione accepta Chriſto cōmodius inſerui-

ter, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus accuſatus eſt eo noĩe apud pręfectũ Fortunatũ. Cui ſe tanq̃ militię deſertorẽ,& cultorẽ nouæ ſupſtitionis incuſanti clara voce ſe Chriſtianũ eſſe reſpõdit:& Chriſto malle, q̃ terrenis principibus militare. Quo reſpõſo Fortunat⁹ ira ſuccenſus, vinctũ eũ Tingim oppidũ Mauritaniæ ad Agricolanũ præſidem mittit,eiq́, per literas Marcelli cauſam exponit. Qua cognita Agricolanus cõfitentẽ Marcellũ, & in fide Chr̃i perſeuerantẽ capite damnauit. Occiſusq́; eſt.iiij. Calend. Nouemb. Cuius mortẽ duodecim ei⁹ filij ſuſcepto martyrio in diuerſis locis æmulati eſſe memorantur.

Die.30.B Non ſum liber? 255.

Die.31.C Et factus ſum.256.

Aduertendum eſt nunc in indice poſt Penteco. poſito. 295. an ĩ feſto oĩum ſctõrũ interponenda ſit aliq̃ ex dñicis Vagãt.

NOVEMBER.

Feſtum omnium ſanctorũ duplex maius. Ad veſperas hym.

CHriſte redẽptor omnium Cõſerua tuos famulos: Beatæ ſemper virginis Placatus ſanctis precibus.

Beata quoque agmina Cœleſtium ſpirituũ, Præterita, præſentia, Futura mala pellite.

Vates ęterni iudicis, Apoſtoliq́; dñi, ſuppliciter expoſcimus, Saluari veſtris precibus.

Martyres Dei inclyti, Confeſſoresq́; lucidi, Veſtris orationibus Nos ferte in cœleſtibus.

Chorus ſanctarum virginum, Monachorumq́; omnium, Simul cum ſanctis omnibus Cõſortes Chriſti facite.

Gentẽ auferte perfidã Credentiũ de finib⁹: vt Chriſto laudes debitas Perſoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito: Eiuſq́; vnigenito, Vna cũ ſancto Spiritu In ſempiterna ſecula. Amẽ.

Añ. Angeli, archangeli, throni, dominationes, principat⁹, poteſtates, virtutes, Cherubim atq́; Seraphim, patriarchæ, prophetæ, ſancti legis doctores, apoſtoli, omnes Chriſti martyres, ſancti cõfeſſores, virgines dñi, anachoritæ, ſanctiq́; omnes intercedite pro nobis. Oratio.

OMp̃s ſempiterne De⁹, qui nos omniũ ſctõrũ tuorũ merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quęſumus, vt deſideratã nobis tuę propitiationis abundantiã, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per domi-

Die. 1. D Ad matutinũ inuita.
Regem regum dominũ venite adoremus: quia ipſe eſt corona ſanctorũ omnium. Hymnus.
IEſu ſaluator ſeculi Redẽptis ope ſubueni, & pia Dei genitrix Salutem poſce miſeris.
Cœtus omnes angelici, Patriarcharum cunei, Et prophetarũ merita Nobis precentur veniã.
Baptiſta Chriſti præui⁹, Et clauiger ęthere⁹, Cũ cęteris apoſtolis Nos ſoluant nexu criminis.
Chorus ſacratus martyrũ, Confeſſio ſacerdotum, Et virginalis caſtitas Nos à peccatis abluãt.
Monachorũ ſuffragia, Oẽſq; ciues cœlici Annuat votis ſupplicũ, Et vitæ poſcant præmiũ.
Laus, honor, virtus, gloria Deo patri, & filio, Sancto ſimul paracleto In ſeculorũ ſecula. Amen.
Añ. Vidi turbã magnã, quam dinumerare nemo poterat ex oĩbus gẽtib⁹ ſtãtes ante thronũ.
Sermo ſcti Auguſt. epi. Lcõ. iij.
HOdie, dilectiſſimi, omniũ ſanctorũ ſub vna ſolennitatis lætitia celebramus feſtiuitatẽ, quorũ ſocietate cœlũ exultat, quorũ patrociniis terra lætatur, quorũ triumphis eccleſia ſctã coronatur, quorũ confeſſio quãto in paſſione fortior, tãto eſt clarior in honore, qa dum creuit pugna, creuit & pugnantium gloria: & martyrij triumphus multiplici paſſionũ genere adornatur: per quę grauiora tormẽta, gratiora fuere & præmia: dumq; catholica mater eccleſia per totum orbem longe lateq; diffuſa in ipſo capite ſuo Chriſto Ieſu edocta, contumelias crucis, & mortẽ didicit non timere, magis magiſq; roborata nõ eſt reſiſtẽdo, ſed perferendo. Vniuerſos autẽ quos agmine inclyto carcer pœnalis incluſit, pari & ſimili calore virtutis ad gerendum certamen gloria triumphalis inſpirauit. O vere beata mater eccleſia, quam ſic honor diuinæ dignationis illuminat, quã vincentiũ glorioſus martyrũ ſanguis exornat, quã inuiolatæ confeſſionis candida induit virginitas. Floribus eius nec roſæ, nec lilia deſunt. Certent nũc, chariſſimi, ſinguli ad vtroſque honores ampliſſimas accipere dignitatũ coronas, vel de virginitate candidas, vel de paſſione purpureas. In cœleſtibus caſtris pax, & acies habent flores ſuos, qbus milites Chriſti coronãtur. Dei enim ineffabilis & immẽſa bonitas etiã hoc prouidet, vt laborũ quidẽ tempus & agonis nõ extẽderet, nec lon-

longũ faceret aut æternum,ſed breue,& vt ita dicã, momentaneũ, vt in hac breui, & exigua vita,agones eſſent & labores:in illa vero, quę ęterna eſt,corona & præmia meritorũ, vt labores quidẽ cito finirentur, meritorũ vero præmia ſine fine durarẽt. Ad laud. añ. Te glorioſus apoſtolorũ chorus, te prophetarũ laudabilis numerus,te martyrũ candidatus laudat exercitus:te omnes ſancti & electi voce confitentur vnanimes, beata trinitas vnus Deus. Ad veſper. hym. Chriſte redemptor. &c. Añã. O q̃ glorioſum eſt regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes ſancti, amicti ſtolis albis:ſequuntur agnũ quocunq; ierit. Hodie poſt veſpe. diei dicuntur veſpe. defunctorũ, niſi ſit ſabbatum. nã tunc veſpe. defunctorũ dñr die dñica poſt veſper. diei.

Die. 2. E De octaua omnium ſanctorum. Lectio tertia.

LEgimus in eccleſiaſticis hiſtoriis, ꝙ ſanctus Bonifacius, q quartus à beato Gregorio Romanæ vrbis epiſcopatũ tenebat, ſuis precibus à Phoca Cęſare impetrauit,donari eccleſię Chriſti templũ Romę,quod ab antiquis Pãtheon antea vocabatur: quia hoc quaſi ſimulachrum omniũ videretur eſſe deorũ. In quo eliminata omni ſpurcitia,fecit eccleſiam ſanctæ Dei genitricis atq; omniũ martyrum Chriſti: vt excluſa multitudine dæmonũ, multitudo ibi ſanctorũ à fidelib⁹ in memoria haberetur:& plebs vniuerſa in capite Calendarũ Nouẽbriũ ſicut in die Natalis dñi ad eccleſiã in honore oĩum ſanctorum cõſecratã cõueniret: ibiq; miſſarum ſolennitate à pręſule ſedis apoſtolicę celebrata, omnibusq; rite pfectis, vnuſquiſq; in ſua cum gaudio remearet. Nos ergo fratres chariſſimi, in omniũ primordiis ſanctorum nominare & laudare & glorificare cõdecet eum, qui cunctos condidit ſanctos, per quẽ facta ſunt oĩa:per quẽ cuncta ſubſiſtunt elementa:cuius maieſtas nec incipit nec deſinit in ſeculum: vt merito oĩs principium ac finis creaturæ nominetur. Notãdũ, ꝙ hodie pręter officiũ diei dr̃ etiã matu. cũ ſuis laudib. pro defunctis, niſi ſit dñica; nã tũc offĩm defuncto. dr̃ die Lunę.

Die. 3. F De octaua omnium ſanctorum. Lectio tertia.

BEata Dei genitrix & ſemper virgo Maria,templum dñi, ſacrariũ ſpũs ſancti, virgo

ante partum, virgo poſt partũ, præſentis diei ſolennitatis cum ſuis virginib⁹ expers nullo modo credenda eſt, quæ Dei populum faciendo monebat ſpernere perituri luxus ſeculi: à lenocinio mortalis naturæ declinare, carnis pudicitiã cum virginitatis honore intra cordis hoſpitia obſeruare, eamq; omniũ virtutũ reginã fructũ ſalutis perpetuę, ſociam eſſe angelorum ſuis affirmabat exẽplis: ita vt innumerabilis vtriuſq; ſexus multitudo, eius ſequeretur veſtigia.

Die. 4. G De octaua omnium ſanctorum. Lectio tertia.

QVi ſuperna cœlorũ regna ſpiritibus angelicis ad laudem & gloriã atq; honorẽ ſui nominis ac maieſtatis in perpetuũ miro ordine collocauit: Deus eſt. De quib⁹ plura loqui pertimeſcimus, quia ſoli Deo ſcire eſt, quomodo, vel quẽadmodũ eorũ nobis inuiſibilis abſq; contagione ſeu diminutione in ſola ſui puritate conſiſtat natura. Sed tamẽ nouẽ eſſe angelorũ ordines ad Dei iudicia ac miniſteria cõplenda, teſtante ſacro eloquio cognouimus. His oĩbus, fratres chariſſimi, tam decoris ac Deo dilectis angelorũ agminib⁹, huius diei ſolennitatẽ credimus eſſe cõſecratã. Sed ecce dum cœleſtiũ ciuiũ ſecreta rimamur, ſupra modum noſtrę fragilitatis digreſſi ſumus. Taceamus interim de ſecretis cœleſtibus: ſed ante oculos cõditoris tergamus pctõrũ maculas: vt ad eos, de quibus loquimur, peruenire valeamus.

Die. 5. A De octaua omnium ſanctorum. Lectio tertia.

ADhuc tamen aliquid de hac tam pulchra ac præclara feſtiuitate loqui incipiamus, quæ nõ ſolum (vt prędiximus) angelorũ ſpiritibus, verũ etiã ſanctis oĩbus, qui in terra ſunt ab exordio mũdi procreati, honorabiliter prædita conſiſtit. Ex quib⁹ fuerũt patriarchę viri religioſi in vita ſua, patres prophetarũ & apoſtolorũ, quorum memoria nõ relinquetur: & nomẽ eorũ manet in ęternũ. Huic athletæ Dei, elect⁹ cõcordat duoden⁹ apoſtolorũ numerus, quos à primis miraculorũ virtutibus, ad cõponendũ nouę fidei fundamentũ, erigendũq; adhuc tenerę ſtatũ eccleſię, prouidentia diuina ex oĩbus quos capiebat mundus, elegit: vt in omnem terrã ſonus eorũ prædicationis exiret, & in fines orbis terræ, eorũ procederent verba.

Die.6.B De oct. oīum ſan. L.iij.

HIs ſubiectū eſt triumphale martyrum nomen, qui per diuerſa tormētorū genera Chriſti paſſionē non laceſcentibus præcordiorum mentibus imitabātur, alij ferro perempti: alij flammis exuſti: alij flagris verberati: alij vectibus perforati: alij cruciati patibulo: alij demerſi pelagi periculo: alij viui decoriati: alij vinculis mancipati: alij linguis priuati: alij lapidibus obruti: alij frigore afflicti: alij fame cruciati: alij vero truncatis manibus ſiue cæteris cæſis membris, ſpectaculum cōtumeliæ in populis nudi propter nomen domini portantes.

Die.7. C De octaua omnium ſanctorum. Lectio tertia.

CHriſti vero ſacerdotibus atq; doctoribus ſiue confeſſoribus huius feſtiuitatē diei nō ignotam eſſe credimus, qui corda fideliū ſpiritualiter quaſi imbribus irrigāt cœleſtibus: vt feliciter proferre immarceſcibilem bonorū operū poſſint fructum. Qui talenta ſibi credita nō ſolū reddere: verūetiā cum vſura ſine fraude ampliare procurauerunt, quia bonum quod per gratiā ſpūs ſancti intelligēdo didicere, non ſibi tantūmodo, ſed & aliis ſubiectorū mentib⁹ profuturū, ſecundū apoſtolicum præceptū, arguendo, obſecrando, increpando, curamq; faciendo, inſerere nitebantur.

Hodie in veſpe. dicenda eſt añ. aſſigna. ad primas veſ. Angeli.

Die.8.D De octa. oīum ſctōrū du. ma. Ex Apocalypſi. Lcō. iij. ca.7.

VIdi turbā magnā, quā dinumerare nemo poterat, ex oībus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronū, & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo noſtro qui ſedet ſuper thronū, & agno. Et omnes angeli ſtabāt in circuitu throni & ſeniorū, & quatuor animalium: & ceciderunt in cōſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorū. Amen. Et reſpōdit vnus de ſenioribus, & dixit mihi: Hi q amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixi illi: Dñe mi, tu ſcis. Et dixit mihi: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, &

dealbauerunt eas in ſanguine agni, ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiũt ei die ac nocte in templo ei⁹: & qui ſedet in throno, habitabit ſup illos, non eſurient, neq; ſitient amplius, nec cadet ſuper illos Sol, neq; vllus æſtus, quoniã agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum: & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Hodie veſperę dñr de oct. qbus finitis pro cõme. dedicationis dñr añ. & oro infraſcriptæ aña.

Hæc eſt domus Dei, in qua inuocabitur nomen eius, de qua ſcriptũ eſt: Et erit nomen meũ ibi, dicit dominus. Oratio.

DEus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti tẽpli tui conſecrationis reparas diẽ, & ſanctis ſemper myſteriis repręſentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præſta, vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætetur. Per dñm.

Die. 9. E Dedicatio Baſilicę Saluatoris du. mi. Aã matuti. inui.

Domum Dei decet ſanctitudo: ſponſum eius Chriſtum adoremus in ea. Hymnus.

ANgularis fundamentum Lapis Chriſt⁹ miſſus eſt, Qui cõpage parietis in vtroq; nectitur: Quem Sion ſctã ſuſcepit, In quo credens permanet.

Omnis illa Deo ſacra, Et dilecta ciuitas, Plena modulis ĩ laude: Et canore iubilo: trinũ Deũ; vnicũq; Cum fauore prædicat.

Hoc in templo ſumme Deus Exoratus adueni. Et clementi bonitate precum vota ſuſcipe: Largam benedictionem, Hic infunde iugiter.

Hic promereantur oẽs Petita acquirere: Et adepta poſſidere Cũ ſanctis perenniter: Paradiſum introire Trãſlati ĩ requiẽ.

Gloria, & honor Deo vſq; quo.

Aña. Domus mea domus orationis vocabitur. Lectio tertia.

QVanquã veterũ ſcriptorũ monumẽtis, & Pauli etiã epiſtolis conſtet, ipſis quoq; apoſtolicis temporib⁹ loca publica fuiſſe, quæ tum oratoria, tum eccleſiæ dicerentur: vbi popul⁹ Chriſtianus, quæ ad religionẽ & fidẽ Chriſti pertinerent, doceretur, & corpus dñi ſumeretur, tamen Syluester Papa ritum inſtituit cõſecrationis altariũ & eccleſiarum, quem nũc etiã tenet eccleſia Romana, dicato, & cõſecrato tẽplo Lateranenſi nuncupato. Quod Conſtantin⁹ Imperator magnifice inſtru-

inſtruxerat, multiſq; donis ornauerat, & prouentibus dotauerat. Quæ dedicatio facta eſt. v. Idus Nouemb. Hic quoq; pontifex. xiiij. Calend. Decēb. Petri apoſtolorū principis Baſilicam dedicauit, & cōſecrauit. Quam idē Imperator in Vaticano nō longe ab Apollinis tēplo ædificauit, ornauit, & dotauit magnificis muneribus, & prouentibus magnis. Tanta enim fuit pietas ī Chriſtū atq; fides hui⁹ Imperatoris, vt nō ſolū has, de quib⁹ dixim⁹, Baſilicas, ſed multas præterea magnifice ædificauerit cēſibusq; dotauerit. Et in his Pauli Baſilicā ī via Oſtiēſi, Baſilicā ſanctę Crucis ī Ieruſalē in atrio Seſſoriano, Baſilicā ſctī Laurentij extra muros in agro Veranio ſuper arenariū cryptę. Adhæc in via Labicana inter duas lauros Baſilicā Marcellini presbyteri, & Petri exorciſtæ, vt cæterę taceantur, q̄ iuſſu eiuſdē optimi Imperatoris in aliis vrbibus fuerunt ædificatæ. Cuius exēplo multas poſtea pij Chriſtiani per orbem ędificarunt, & conſecrarunt. Ad laudes aña. Bene fundata eſt domus dñi ſupra firmā petrā. Ad veſp. hymn.

Vrbs beata Ieruſalē Dicta pacis viſio, quæ conſtruitur in cœlis. Viuis ex lapidibus, Et angelis coornata, Vt ſponſata comite.

Noua veniens è cœlo Nuptiali thalamo Pręparata vt ſponſata Copuletur dño: Plateæ, & muri eius Ex auro puriſſimo.

Portę nitent margaritis Aditis patentibus: Et virtute meritorum Illuc introducitur Omnis qui ob Chriſti nomen Hic in mundo premitur.

Tunſionibus, preſſuris Expoliti lapides Suis coaptantur locis. Per manū artificis, Diſponuntur permanſuri Sacris ædificiis.

Gloria, & honor Deo vſq; quo altiſſimo, Vna patri filioq; Inclyto paracleto, Cui laus eſt, & poteſtas Per immenſa ſecula. Amē. Añ. O quā metuend⁹ eſt locus iſte, vere non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.

Die. 10. F Triphon & ſocij martyres. Lectio tertia.

AD Saxoniā in vico Abſado Decio Imperatore in Chriſtianos ſæuiente, Triphon à perſecutoribus cōprehenſus, cum ſacrificare renueret, & fidē Chriſti palā profiteret, equuleo appenſus, primum ferreis vngulis exaratur, deinde clauis ignitis cōfixus pedes, & fuſtib⁹ cęſus admotis lampadib⁹ amburitur. Cuius

Cuius tolerantiã, cõſtantiamq; demiratus Reſpicius tribunus ad fidẽ Chriſti conuerſus eſt: ipſamq; cœpit aperte ꝓfiteri, ſtatimq; captus cũ Triphone cruciatur. Deinde ambo ad tẽplũ abſtrahunť, vt Ioui ſacrificarẽť: ſed orãte Triphone, cũ idolum corruiſſet, virgo quędam Nympha noĩe miraculo commota, fideq; ſuffuſa, Ieſum Deũ verũ eſſe ꝓclamare cœpit. Tũc vero iuſſu pręſidis ſctĩ martyres vna cum Nympha virgine plumbatis crudeliter cæſi, nouiſſime trucidantur. iiij. Idus Nouemb.

Martinus eps ꝯfeſ. du. mi. Oro.

DEus, q conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propiti⁹, vt interceſſione beati Martini cõfeſſoris tui, atq; pontificis, cõtra omnia aduerſa muniamur. Per do.

Die. 11. G Ad matutinũ inuita.

Laudemus Deum noſtrũ in cõfeſſione beati Martini. Lcõ. iij.

MArtinus Sabariæ natus (quod oppidũ eſt Pãnoniæ) cũ eſſet annorũ decẽ inuitis parẽtib⁹ ad eccleſiã cõfugit, ſeq; catechumenum fieri poſtulauit. Quintodecimo vero ætatis anno ſe vitæ militari dedit. Quam primũ ſub Cõſtantino geſſit, deinde ſub Iuliano. Hic cum nihil præter arma, & vnã veſtẽ poſſideret, pauperi nudo Chriſti noĩe eleemoſynã ab ſe miſerabiliter petenti in porta Ambianenſi, dimidiũ chlamydis gladio diuiſę tribuit, reliqua parte ad ſe tegendũ reſeruata. Qui nocte cõſequuta Chriſtũ vidit dimidiata veſte, quam is paupi dederat, indutũ, & dicẽtẽ, Martin⁹ cathecumen⁹ hac me veſte cõtexit. Natus vero annos duodeuiginti, baptiſmũ excepit, relictaq; militia ad ſanctũ Hilariũ Pictauieñ. epm perrexit: à quo eſt acolyt⁹ ordinatus. Demũ ad epatũ Turoñ. eccleſiæ aſcitus, monaſteriũ ædificauit, vbi cũ. lxxx. fratrib⁹ ſanctiſſime degens, miraculis claruit. Tãdẽ febri correpť⁹, cũ aſſidua orõne Chriſtũ, vt ſe reciperet, precareť: diſcipulis acclamantibus, Cur nos pater deſeris? cur nos miſeros derelinquis? cõclamauit, Dñe, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, nõ recuſo laborem, fiat voluntas tua. Et dum hęc loqueretur, beatã animã efflauit. iij. Idus Nouemb.

Die. 12. A Martin⁹ pp m. L. iij.

MArtin⁹ papa natione Italus, patria Tudertinus,

initio ſui pontificatus legatos Cōſtātinopolim miſit ad Paulum patriarchā hæreticum, ſi poſſet eum ad ſanitatem reuocare. Ille vero tantū abfuit, vt pontificis adhortationib⁹ obtēperaret, vt abuſus Cōſtantij Imperatoris itidē hæretici authoritate, legatos pontificios in diuerſas inſulas relegauerit. quare cōmotus (vt par erat) Martinus. cl. epiſcoporū Romæ coacta ſynodo Paulum patriarchā anathemate deteſtatus, damnauit. Tunc Conſtantius Olympium Hexarchum in Italiam mittit, eiq; mandat vt monothelitarū ſectam per omnē Italiam diſſeminaret, daretq; operam, vt Martinū Papam aut interficeret, aut captū ad ſe perducendum curaret. A quo Olympio, cum Romā perueniſſet, lictor immiſſus qui Martinū in Baſilica ſanctæ Mariæ maioris caperet, aut occideret repugnātē, Dei miraculo ſubita cæcitate corripit. Et ſic diſcrimen tūc Martin⁹ euaſit. Sed paulo poſt Conſtātius magnis calamitatibus in imperio acceptis, nihilo melior fact⁹, Theodorū Calliopam Romā ad facinus peragēdum mittit. A quo Martinus dolo captus, Conſtātinopolim mittitur. Vnde poſtea in Cherſoneſum Ponti relegatus, calamitatibus & inopia confectus, pridie Idus Nouembris moritur ibidē, pontificatus ſui anno ſexto, menſe primo, die. xxvj.

Die. 13. B Britius epiſcop⁹ cōfeſſ.

Die. 14. C Vitalis & Agricola martyres. Lectio tertia.

Vitalis & Agricola, quorū martyriū ſanct⁹ Ambroſius ſcripſit, Bononiæ Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, propterea ꝙ Chriſtū prædicarent comprehenſi, & morte affecti ſunt. Erat autem Vitalis ſeruus Agricolæ, nunc vero cōſors, & martyrij ſocius. Qui Vitalis cum vrgentibus perſecutoribus, vt Chriſtum negaret, hoc ampli⁹ eiuſdē fidē profiteretur, plurimis variiſq; tormētis cruciatus, quę libēti ac inuicto animo pertulit, fuſa oratione migrauit ad dn̄m. Agricola deinde, cuius mors ſi forte mutaret ſententiā dilata erat, cū nollet aquieſcere perſecutoribus, cruci affixus, martyrio coronatur pridie Nõ. Nouēb. Quorū corpora cōdita ad Iudæorū ſepulchra, poſt aliquot annos à beato Ambroſio in eadē vrbe ſunt cū ſolenni pompa ad honeſtiorem, ſacrumq; locū tranſlata.

Die.15.D Propter quod.257.
Die.16.E Imitatores mei.259.
Die.17.F Ego enim acce.260.
Die.18.G Dedicatio Baſilicę Pe tri & Pauli du.mi. Ad veſ.hym. Vrbs beata. Añ. Hæc eſt dom⁹ Dei. Oro. Deus qui nobis. &c. vt in dedicatione Baſilicæ ſal uatoris, & ſimiliter ad matutí. laudes & veſperas dicuntur in uitato.hymni, añæ. Tertia le ctio & oratio vt in dicto feſto.
Die.19.A Pontian⁹ pp mi. L.iii.

PONtianus patria Roman⁹ pōtifex fact⁹ eſt anno Chri ſti nati.ccxlv.tēpore Alexandri Imperatoris. Qui quāquā ima ginem Chriſti domi habuerit, eiq; templū ædificare, ac inter Deos referre voluerit, tamē ido lorum ſacrificulis efflagitanti bus Pontianum in Sardiniam inſulam cum Philippo preſby tero relegauit. Vbi multas cala mitates, & grauiora tormen ta pro Chriſti fide paſſus, mo ritur.xiij. Calendas Decembris Cuius corpus poſtea à Fabiano pōtifice Romam cum magna veneratione, ac totius cleri ſup plicationibus reportatum eſt: ac ſepultum via Appia in cœ meterio Caliſti. Vixit autem in pontificatu annos nouem, menſes quinque, dies duos.

Die.20.B Eliſabeth vidua.L.iii.

ELiſabeth regis Pannoniæ filia, à teneris annis ſancte ac religioſe vixit, & nupta Lu douico Lanthgrauio viro Tu ringiæ nobiliſſimo, tam caſte, ac pie Deū colebat, vt ſuo exē plo maritū ad ſanctitatē, ac vi tę pfectionē induxerit, orationi aſſidue vacans, pauperūq; indi gentiis liberaliter ſubueniens. Mortuo vero marito xenodo chium maximum cōſtruxit ad pauperes ægrotātes alendos, & curādos, qb⁹ nō ſolū neceſſaria ſubminiſtrabat, ſed ipſamet ſa nioſis etiā vlcerib⁹ admouebat medicamenta. Igitur patrimo nio partim his in rebus abſum pto, partim à cōſanguineis de mortui mariti ſubtracto, ī pau periē redacta, manibus tñ quod egenis tribueret, quęritabat, atq; his operib⁹ intēta, vitā ſan ctiſsime tranſegit, tandē febre abſumpta ad cęleſtia regna mi grauit multis miraculis clara.

Preſentatio Marię virg. duplex maius. In hoc feſto hymni & añæ dicuntur vt in eius natiuī. mutato in añ. nomine natiuit. in nomen Preſentationis. Oro.

DEus qui ſanctā tuam geni tricem tabernaculum ſan cti ſpiritus poſt triennium in

tem-

templo Dei pręſentari voluiſti pręſta quęſum⁹, vt qui eius pręſentationis feſta recolim⁹, ipſi⁹ interceſsione ad templum, qui Chriſtus eſt, in cœleſti gloria pręſentari mereamur. Qui vi.

Die. 21. C Ad matutinũ inuit. Præſentationem virginis Marię celebremus: Chriſtum eius filiũ adoremus dñm. Lcõ. iij.

BEata virgo Maria, quæ peperit mũdi redemptorẽ, vt erat etiã antequã in lucẽ ederetur, plena gratia, ac peccati omnis immunis, ſic in omni ætate præbebat magna documenta inſitæ virtutis & gratię. Pręſentata igit᷑ quaſi mulier iam ætatis prouectę in templo, ſupplex dñm adorabat, ac in Dei laudibus cõſtãtiſsime perſeuerabat: cõuenientib⁹ videlicet initiis vitã inſtituens, qualis eam decebat, quę filiũ Dei ſuperueniẽte ſpiritu ſancto virgo eſſet paritura.

Die. 22. D Cęcilia virg. m̃. L. iij.

CÆcilia virgo Romæ nobiliſsimis parẽtibus orta in fide Chriſti optime inſtructa, ſuã Deo virginitatẽ cõſecrauit. Quæ Marco Aurelio Antonino Imperatore cũ inuita Valeriano deſpõſata fuiſſet, ipſa nuptiarum nocte ſponſum alloquitur, affirmãs ſe angelũ Dei amatorem haberẽ, qui corpus ſuũ nimio zelo impollutũ cuſtodiret. Proinde caueret neq̃d in ſe cõmitteret, quo iram diuinam irritaret. Quibus motus Valerianus nõ auſus eã contingere, libenter ſe angelũ viſurũ reſpondit. Et affirmãte Cæcilia hoc ſine baptiſmo nõ licere, ad Vrbanũ Papam inter martyrũ ſepulchra latitãtẽ peruenit: ab eoq; baptizatur. Reuerſus autẽ Cæciliã orantẽ inuenit, & angelum cũ ea forma decorẽ humanum excedente. A quo ex magno timore cõfirmatus, impetrauit, vt Tyburtium quoq; fratrem ſuũ chariſsimũ ad fidem cõuertẽdũ curaret. Qui Tyburtius ſancto ſpiritu afflatus, fratre & Cæcilia authoribus ab eodem Vrbano baptizatur. Cuius rei Almachius vrbis præfectus certior factus, Tyburtiũ & Valerianũ cõprehendi iubet. Cunq; immolare iuſsi contemnerent, plumbatis cæſos affecit martyrio, ac protinus facultates eorũ exquirẽs, Cæciliã cõprehendit. A qua cum oẽs pauperibus diſtributas eſſe cognoſceret, vehementer cõmot⁹, eam in domũ ſuã abſtractã, flãmis balnearibus cõcremari iubet. Sed cum illęſa p̄maneret, miſit carnificẽ,

qui

qui tertio ictu caput ei⁹ amputare nō valēs, ſeminecē reliquit. Sed paulo poſt. x. Calēd. Decēb. cū palma martyrij migrauit ad dn̄m. Eius autē corpus ſanctus Vrbanus ſepeliuit. Et domum eiuſdem, eccleſiam noīe ipſius nuncupatam cōſecrauit. Orõ.

DEus, qui nos annua beatę Cæcilię martyris tuę ſolēnitate lętificas: da, vt quā veneramur officio, etiā piæ cōuerſationis ſequamur exēplo. Per do.

Die. 23. E Clemens pp̄ m̄. L. iij.

CLemens patria Romanus de regione Cælij montis Imperatoris Domitiani tēpore quartus poſt Petrum Romanę eccleſię pontifex creatus eſt. Quanquā enim Petrus hūc ſibi proximum ſucceſſorē eſſe voluiſſet, ipſe tamē vſus ſingulari quadā modeſtia, Linū & Cletū ſponte ſibi in honore pōtificio præiuit. Cum aūt pietate, religione, ac doctrina multos ad fidem Chriſti cōuertiſſet, iuſſu Traiani Imperatoris in inſulā deportat⁹ eſt, in qua duo millia Chriſtianorū ad ſecanda marmora dānatorū inuenit. Cunq; ibi aquæ penuria laboraretur (à ſexto enī miliario petebat̄) Clemēs collē haud lōge poſitū cōſcendēs, agnū vidit ſub cuius dextro pede fons aquæ dulcis munere diuino ſcaturiebat, qua recreati ſunt oēs, & multi ad fidem Chriſti conuerſi. Sed hoc magis irritatus Traianus miſit, qui Clemētē in mare alligata ad collum anchora deiicerēt. Quo facto ſanctiſſimū corpus non ita multo poſt ad litus delatū eſt, & ibidē ſepultū extructo tēplo, vbi fons diuinitus emanauerat. ix. Cal. Decēb. anno. iij Traiani. Sedit aūt annos nouē, menſes. ij. dies decē. Orõ.

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui, atq; pōtificis ſolennitate lętificas, cōcede propiti⁹, vt cuius natalitia colimus, virtutem quoq; paſſionis imitemur. Per domi.

Die. 24. F Chryſogon⁹ m̄. L. iij.

CHryſogonus Diocletiani imperatoris iuſſu, ꝓpterea ꝙ eſſet Chriſtianus Romę iam bienniū vinculis premebatur, ſancta Anaſtaſia ipſi & multis aliis Chriſtianis alimenta ſuggerente. Cum Diocletianus ex Aquileia Romā ſcripſit, vt cæteris Chriſtianis, qui vincti cuſtodiebātur, interfectis, Chryſogonus ad ſe remitteret̄. Aquileiā igitur delat⁹ Cæſari ꝑfecturas, & magnos honores ſibi, ſi Deos adoraret pollicenti, reſpondit,

Vnũ Deũ mente colo, veneror, & adoro: iſta deorum ſimulachra, tanquã malorũ dæmonũ ſedes execror, & abominor. tũc Imperatoris iuſſu ad locũ, cui nomen erat Aquæ gradatæ, ductus, ibidem decollatus eſt. viij. Calend. Decemb. Cuius corpus in mare proiectum, & poſtea in poſſeſſione, quæ dicit̃ Ad ſaltũ, à Zoilo preſbytero inuentum, in domo ſua ſepultũ eſt. Oro.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per dominum no.

Die. 25. G. Catharina virgo martyr duplex minus. Oratio.

Deus, qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Sinai, & in eodem loco per ſanctos angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocaſti: præſta quęſumus, vt eius meritis & interceſsione, ad montem, qui Chriſtus eſt, peruenire valeamus. Per eundem do. Lcõ. iij.

Catharina virgo Alexãdrina, claris natalibus orta, liberalibus diſciplinis ab ineunte ætate, & ſanctis moribus inſtituta, in eam ſanctitatis & doctrinę magnitudinem euaſit, vt annos nata decem & octo, doctiſsimos etiã viros & grauiſsimos ſuperaret, tanto ſtudio flagrans Chriſtianæ pietatis, vt cũ Maxentij ſæuitia multos Chriſtianorũ ad ſupplicia & necem abſtrahi aĩaduerteret, nõ dubitauerit ipſum adire, eidẽq; immanitatẽ impietatẽq; grauiſsimis & doctiſsimis verbis improperarę. Cuius ſapiẽtiã & cõſtantiam demiratꝰ Maxentiꝰ, aſſeruari eã iubet, & ex variis regionibꝰ viros doctiſsimos cõuocari, magno præmio propoſito, ſi quis Catharinã conuiciſſet, & à religione Chriſtianorũ auertiſſet. Quod longe ſecus euenit. Habita enim lõga cũ quinquaginta, qui cõuenerant, doctiſsimis philoſophis diſputatione, oẽs ſuperatos ad Chriſti fidẽ cõuertit, & ſic in fide cõfirmauit, vt pro ea mori non dubitauerint. Tũc Maxentiꝰ ad blãditias conuerſus, magnis pollicitationibꝰ Catharinam aggreditur. Quas cum virgo repudiaſſet, plũbatis ſcuticis crudeliſsime cæſa, in carcerẽ obſcuriſsimum detruditur, & vndecim diebus continuis fame & ſiti cruciata,

ad

ad gladiorũ rotã extrahitur excarnificãda. Rota aũt cõtinuo ad ipſius preces cõfracta & cõminuta eſt. Quo miraculo multi ſunt ad Chriſti fidẽ conuerſi. Sed cum hæc omnia ſupplicia magno animo diuina ope ſuperaſſet, iubẽte maxẽtio, cui⁹ erat obſtinat⁹ animus, capite plectitur ad. vij. Calend. Decẽb. Eius aũt corp⁹ in Sina mõte Arabiæ miniſterio angelorũ cõditũ eſt.

Die. 26. A Petrus ẽps mar. L. iij.

PEtrus Alexãdrinæ vrbis epiſcopus Theonæ integerrimo viro ſucceſſit, vir omni virtute cumulatus. Qui per vniuerſam Ægyptũ, velut Lucifer qdã effulſit. Duodecim annos epiſcopatũ illius vrbis adminiſtrauit: tres ante perſecutionẽ, quæ Maximino Imperatore ad orientẽ exorta eſt, reliquos in ipſa, diuerſis tentationũ generib⁹ agitatus. Cunq; ſemp in omni agone perſecutionũ poſitus, magnũ faceret in virtute & ſanctitate profectum, vtilitati atq; inſtructioni eccleſię cõſtãtiſsime inſeruiebat. Cũ igit in oẽm ſacerdotij curã diebus ac noctib⁹ inſudaſſet, nono perſecutionis anno, epiſcopatus vero ſui. xvj. Calend. Decemb. eiuſdẽ Maximini tẽpore martyrij coronã capitis obtruncatione prometuit.

Die. 29. D Saturnini & Siſinnij martyres. Lectio tertia.

ROmæ ſub Maximiano Imperatore Saturnin⁹ & Siſinnius diaconus inter alios Chriſti ſeruos ad fodiendã arenam ædificãdis thermis Diocletianis damnati ſunt, licet eſſet ea ætate Saturninus, vt per ſenectutẽ ſarcinã ferre nõ valens, à Siſinnio iuuaretur. Quorũ cũ ſanctitas & fides inter cęteros Chrianos polleret, ambo Laudi tio pręfecto traditi, in carcerem ſunt coniecti, vbi multos gentiles ad ſe veniẽtes fidẽ docuerũt, & ad Chriſtum conuerterunt. Deniq; poſt multos dies vincti catenis, ac nudis pedibus educti, ad tripodem ſacrificare iubentur. At clamãte Saturnino, Cõterat dñs idola gentiũ: ſoluta tripode, duo milites Papias & Maurus, in Chriſtũ crediderũt. Qui paulo poſt fuerũt martyrio coronati. Demũ Saturninus & Siſinni⁹ poſt multos cruciat⁹ iuſſu p̄ſidis in viã Nomentanã abſtracti, ſecundo ab vrbe milliario capite truncati martyrij palmã ſunt cõſecuti. Quorum corpora Tharſon & Ioannes via Salaria in prædio ſuo ſepelierũt tertio Calẽd. Decemb.

Andreas Apoſtolus duplex ma.
Ad veſ.hym. De xp̄i apl'orũ an̄ā.
Vnus ex duobus qui ſecuti ſunt dn̄m, erat Andreas frater Simonis Petri, Haleluiah. Oratio.



MAieſtatẽ tuã dn̄e ſuppliciter exoramꝰ: vt ſicut eccleſię tuę beatꝰ Andreas apoſtolus extitit prædicator & rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dominum no.

Die. 30. E Ad matutinũ inuita. & hym. de cõmuni apl'orũ an̄.

Doctor bonus & amicus Dei Andreas ducitur ad crucẽ, quã à longe aſpiciens dixit, Salue crux, ſuſcipe diſcipulũ eius, qui pependit in te magiſter meus Ieſus Chriſtus. Lectio tertia.

ANdreas Petri frater, in Bethſaida ortus Galilææ vico, piſcatoriã artem cũ fratre exercebat, & tũc piſcabantur in litore Galilçæ, quum Chriſtus præteriens, hos omniũ primos vocauit, dicens, Venite poſt me, & faciã vos piſcatores hominũ. Ad quã vocẽ nullo alio miraculo adducti, relictis retibus, ſecuti ſunt eũ. Poſt paſſionẽ vero & reſurrectionẽ Chriſti, Andreas cũ in Scithia Europæ, quæ ipſi prouincia ad Chriſti doctrinã diſſeminandã obtigerat, multis miraculis editis plurimos ad verũ Dei cultũ perduxiſſet, in Græciã venit, multiſq; ad fidẽ Chriſti cõuerſis Ægeã proconſulẽ ad Patras vrbẽ prædicationibus ſuis obſiſtentẽ, Chriſtianoſq; diis ſacrificare cogentẽ, liberrime cœpit increpare: ꝙ qui iudex hominum haberi vellet, Chriſtũ Deũ atq; oĩum iudicẽ à dæmonibꝰ eluſus nõ agnoſceret. Cui Ægeas iratus reſpõdit, Deſineret Chriſtũ iactare, cui ſimilia verba nihil profuiſſent, quo minꝰ à Iudæis crucifigeretur. Et Andreã multa in laudẽ Chriſti, ſponte ſua pro genere humano crucifixi, dicere incipientẽ, vana & impia oratione interpellatũ, iubet in carcerẽ detrudi. Vnde ab irato in Ægeam populo eductus eſſet, niſi ipſe animos populariũ cõpeſcuiſſet, rogans, ne ſe martyrij deſideratiſſima corona fraudarent. Igitur paulo poſt in tribunal productũ, quum Ægeas in propoſito cõſtantiſſime perſeuerantẽ, & crucis myſteriũ maxime extollentẽ, ſibiq; ſuã impietatem

libera voce exprobraſſet, ei videret, in crucē eum tolli, & Chriſti mortē imitari iuſſit. Adductus igitur Andreas ad locum martyrij, cum multa prius in crucis laudem exclamando dixiſſet, pridie Calendas Decembris in crucem actus, Chriſti mortem imitatus eſt, niſi ꝙ neque manus, neq; pedes eius clauis ſunt affixi, ſed fune ligati, vt diutius deſiderata morte cruciaretur.

Ad laudes aña. O bona crux, quæ decorem, & pulchritudinē de membris dñi ſuſcepiſti, accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit.

Ad veſp. hym. de cõi vt ſup. añ. Cū perueniſſet beatus Andreas ad locum vbi crux parata erat, exclamauit dicēs, O bona crux, diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata: ſecurus & gaudens venio ad te, ita & tu exultans ſuſcipe me diſcipulum eius qui pependit in te.

DECEMBER.

Die. 1. F Nunc aūt fratres. 263.

Die. 2. G Bibiana virg. mr. L. iij.

BIbiana virgo beatorū martyrum Fauſti & Draſoſæ filia, cū parentū exēpla ſecuta ſingulari pietate ac fide Chriſtum coleret, & eius pręcepta ingenti ſtudio ſeruaret, ſeſeq; ad euāgelicę doctrinę normā effingere ſummopere cõtenderet, à Iuliano Imperatore atrociſſimo Chriſtianorū hoſte cõprehenſa, ac Fauſto præſidi tradita eſt. Sed hic cum eā ad idolis ſacrificandū cõpellere aggrederetur, ab eadem eſt ad fidē conuerſus, ſtatimq; martyriū cõſtanti animo ſubiuit. At beata virgo à Iuliano Deos adorare iuſſa, vnū Deū conditorē, moderatoremq; rerum oĩum adorandū aſſerebat. Quā ob rem tandiu plumbatis cæſa eſt, donec corpuſculo miſerabiliter cruciato, ſpiritū emiſit, poſtridie calend. Decemb. Eius aūt corp⁹ à Ioanne presbytero Romæ iuxta palatium Licinianū ſepultū eſt.

Die. 3. A De aduentu.

Die. 4. B Barbara virgo mart.

Die. 5. C De aduentu.

Die. 6. D Nicolaus epiſcopus cõfeſſor duplex minus. Oratio.

DEus, qui beatum Nicolaum põtificem tuum innumeris decoraſti miraculis: tribue quęſumus, vt ei⁹ meritis, & precibus à gehennæ incendiis liberemur. Per dominum. Lc. iij.

NIcolaus illuſtri loco Pataræ natus, quod oppidū eſt in Lycia, orbatus in adoleſcētia

vtroq; patente, omnes ſuas facultates pauperibus diſtribuit. Cuius illud perſancte & benigne factum in primis memoratur. Quod cũ quidã eius ciuis ex diuite pauperrimus factus tres filias iam viro maturas nõ valens præ inopia matrimonio collocare, ſtatuiſſet proſtituere, Nicolaus re cognita, quadã nocte per feneſtrã tantũ pecuniarum clam proiecit in domum illius, quantũ doti vnius filiarũ abunde ſufficeret. Quod cum iterũ, & tertio feciſſet, tres honeſtiſſimæ virgines, dotibus acceptis, honeſtis viris in mattrimonium datæ ſunt. His & talibus virtutũ officiis, cũ magna ſuæ ſanctitatis præbuiſſet documẽta. Myram oppidũ eiuſdẽ prouinciæ à Deo videlicet admonitus cõtẽdit, eo potiſſimũ tempore, quo ei' epiſcopus obierat. Vbi cũ prouinciales epi de eligendo epiſcopo cõſultarẽt, diuinitus admoniti ſunt, vt eũ eligerent, qui poſtridie mane Nicolaus nomine primus eccleſiã ingrederetur. Quod cũ accidiſſet Nicolao, cõprehẽſus ab obſeruantib', magno cũctorũ cõſenſu eps creatur. Quod mun' tam religioſe, tã ſancte, prudenterq; geſſit, vt omnis virtutis ac pietatis clariſſimum fuerit exemplum, maximumq; ſui deſiderium vniuerſæ Lyciæ moriens ætate ſenili. viij. Idus Decemb. reliquerit. Vbi multis etiã miraculis claruiſſe memoratur.

Die. 7. E. Ambroſius eps confeſ. du. miđ. O doctor opti. Orõ.

Deus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Ambroſium miniſtrum tribuiſti, præſta quæſumus, vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorẽ habere mereamur in cœlis. Per do. Lectio. iij.

Ambroſius Mediolanenſis antiſtes, Ambroſio patre ciue Romano Galliam adminiſtrante, natus eſt. Cuius in ore dormiẽtis in cunis examen apũ præſtantiã viri portendens, cõſediſſe memoratur. Sed Romæ liberalibus diſciplinis eruditus, ob ingenii eius acumen, & ſolertiam, à Probo præfecto, vt Liguriam gubernaret, miſſus Mediolanũ venit. Vbi mortuo Auxentio epo Arriano, cum populus in electione præſulis diſſideret, & ipſe ſeditionis ſedandæ ſtudio ad eccleſiã perrexiſſet, ſubita totius populi voce Ambroſiũ epiſcopũ acclamantis, incredibili & catholicorũ & Arrianorũ cõſenſu pontifex eligitur. Quod onus & ſi diu ſubire recuſauerit, tamen Valentiniano

Imperatore electionē libenter approbante, non potuit populi ſimul ac Imperatoris deſiderio & voluntati reſiſtere. Suſcepto igitur epiſcopatu, ea vitæ ſanctimonia, ac morũ integritate, authoritateq; munus obiuit, vt Theodoſius Imperator, quo iubente propter magiſtratus occiſos Theſſalonica ciuitas fuerat occidione cæſa, Mediolani Ambroſio ſe ingreſſu eccleſiæ, prohibēti, & cōmiſſum ſcelus magna cũ libertate improperanti paruerit, & publice pœnitentiã egerit ab eodē iniunctã. Demũ poſt multos exhauſtos labores pro Chriſti eccleſia, poſt multa librorũ volumina ſctē & ſapienter cōſcripta, pietate ac miraculis clarus, quieuit in dño pridie Non. Aprilis anno Chriſti nati. ccclxxx. Cuius feſtũ ab eccleſia celebratur. vij. Idus Decembris, quo die epiſcopus creatus eſt.

Cõceptio virginis duplex ma.

Ad veſper. hymnus. Aue maris ſtella. &c. Añ. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias Adæ, haleluiah. Oratio.

DEus, qui per immaculatã virginis conceptionē dignũ filio tuo habitaculũ ꝑparaſti: præſta qs, vt ſicut eam ab omni labe præſeruaſti, ita nos quoq; mũdos eiꝰ interceſſione ad te ꝑuenire cōcedas. Per eun.

Die. 8. F Ad matutinũ inuitat. Immaculatã conceptionē virginis Mariæ celebremus, Chriſtũ eiꝰ præſeruatorē adoremꝰ dñm.

Hym. O glorioſa dña. &c. Añ. Tota pulchra es Maria, & macula originalis nõ eſt in te, haľah.

Ex dictis ſancto. L. iij. Auguſti.

MAgnifica illum qui te ab omni pctõ reſeruauit. Quis enim, inquit, dicere poterit, ſine peccato ſum natus? aut, mũdus ſum ab omni iniquitate, dicere audebit: niſi illa virgo prudentiſſima animatum templum Dei excelſi? quã Deus ſic elegit & præelegit ante mundi cōſtitutionem, vt ſancta & immaculata mater Dei filia ab æterno reſeruata incorrupta ab omni labe peccati permaneret.

Hilarius. O virgo benedicta ſuper omnes fœminas: quæ angelos vincis puritate: quæ omnes ſanctos ſuperas pietate.

Cyprianus. O virgo iuſta & omni iuſtitia pleniſſima, cuius conceptio ſingularis.

Baſilius. O Maria, tu candoris & decoris forma, cui ĩ terris nõ eſt æqualis, nec in cœlis ianua.

Auguſtinus. O mater dñi ſicut in prima fœmina abũdauit delictũ,

lictum, ita & in te ſuperabundauit omnis plenitudo gratiæ: & ideo ſup omnes ignara delicti. Idem. Charitas feciſti, vt non ſolum Maria non peccaret, ſed nec peccatum cogitare potuit: & ſuper cunctos reſeruaſti ab omni labe peccati.

Origenes. Quæ neq; ſerpentis perſuaſione decepta, nec eius venenoſis afflatibus infecta.

Ambroſius. Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.

Cyrillus. Poſt filiũ, temerariũ eſt in Maria virgine ponere culpam aliquam, vel peccatum.

Bernardus. Caro virginis ex Adam ſumpta, maculas Adæ non admiſit.

Thomas. Maria ab omni peccato originali & actuali immunis fuit.

Dominicus. Sicut prim⁹ Adam fuit ex terra virgine, & nunquã maledicta formatus, ita decuit in ſecũdo Adã fieri. Ad lau. añ. Quàm pulchra es amica mea, colũba mea, immaculata mea: & odor veſtimentorũ tuorũ ſuper omnia aromata, halľah. Ad veſ. hym. Aue maris ſtella. Aña. Quàm pulchri ſunt greſſus tui filia principis: collũ tuũ ſicut turris eburnea: oculi tui diuini, & comæ capitis tui ſicut purpura regis, q̃ pulchra es, & q̃ decora chariſſima, haleluiah.

Die. 10. A Melchia. pp̃ m̃. L. iij.

MElchiades Papa natione Apher, Maxẽtij, Licinij, & Maximini tẽporibus eccleſię præfuit. Hic inſtituit, vt neq; die Dñico, neq; quinta feria ieiunaretur, qm̃ hos dies pagani quaſi ſacroſãctis celebrarẽt. Multa quoq; cõſtituit ad oblationes faciẽdas pertinẽtia, eo q Manicheorũ hæreſis tunc maxime in vrbe Roma inualeſcebat. Quibus peractis Maximini iuſſu martyrio coronat⁹ via Appia ſepelitur, in Caliſti cœmeterio quarto Idus Decemb. cũ ex ſacris ordinibus ſemel habitis presbyteros ſeptem, diaconos ſex, epiſcopos duodecim creaſſet. Sedit autẽ annos quatuor, menſes ſeptẽ dies nouem.

Die. 11. B Damaſus. pp̃ cf. L. iij.

DAmaſus Papa natione Hiſpanus, qui Iuliani Imperatoris tẽpore præfuit eccleſiæ, in publico cõſilio adulterij cauſam dixit, & innocẽs abſolutus eſt, Concordio atq; Caliſto diaconis accuſatoribus damnatis, qui falſum crimen detulerant, lataq; lege, vt in poſterum falſi criminis delatores pœnã talionis ſubirent. Hic otio literario delectatus, res geſtas omnium ſupe-

ſuperiorum pontificum libro, quem ad Hieronymum miſit, memoriæ prodidit. Templa & cultum diuinũ auxit. Baſilicas duas condidit, alteram in honorem diui Laurentij non longe à Theatro Pompeiano, quam fundis, domibusq; dotatã, magnis quoq; muneribus exornauit: alteram via Ardeatina ad Cathacũbas. Dedicauit & Platoniã, vbi corpora Petri & Pauli aliquãdo iacuerant: verſibus quoq; elegantibus corpora ibi ſepulta celebrauit. Ipſe præterea inſtituit, vt pſalmi in eccleſia alternatim canerentur, & in fine cuiuſq; diceretur, Gloria patri & filio, & Spiritui ſancto. Vtque in principio Miſſæ cõfeſſio diceretur, quemadmodum & hodie fit. Hic primus interpretationi Hieronymi ſacræ ſcripturæ autoritatem dedit. Cum autem ſediſſet annos. xix. menſes. iij. dies. xj. moritur tertio Idus Decembris, ac ſepelitur via Ardeatina cum matre & ſorore in Baſilica, quam ipſe condiderat.

Oratio.

Exaudi domine preces noſtras: & interueniente beato Damaſo confeſſore tuo atq; pontifice: ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

Die. 12. C De aduentu.

Die. 13. D Lucia virgo martyr duplex minus. Lectio tertia.

Lucia virgo Syracuſana nobilis generis & egregiæ ab infantia pietatis, cum matre Eutitia, quæ fluxum ſanguinis patiebatur, religionis gratia Catanã, vbi ſanctæ Agathæ corpus magna Siculorum veneratione colitur, peruenit: & fuſis ad Agathæ ſepulchrũ precibus, hac intercedẽte impetrauit à Deo vt Eutitiam ſanaret. Tunc Lucia matrẽ multis precibus exorat, vt facultates quas ſibi dare conſtituerat nomine dotis, cũ ſe cuidã iuueni deſpondiſſet, ſibi ſuo arbitratu collocandas traderet. Cũ igitur Syracuſas rediiſſent, Lucia omnes ſuas facultates vendidit, & pecunias pauperibus diſtribuit. Quod vbi ſpõſus eius reſciuit, factũ ægerrime ferens, ad vrbis præfectum Paſchaſium defert Luciam Chriſtianã eſſe, ac ſuperſtitioni ſeruientẽ bona ſua diſſipaſſe. Paſcaſius autẽ cum nulla ratione potuiſſet eã à vera pietate ad idolorum cultum auertere, multis & magnis tormentis cruciatam, iubet guttur gladio trãsfigi. Sed hoc vulne-

re accepto, virgo nō ante amiſit vocem, nec ſpiritū emiſit, quā diuinitus aliqua futura prędiceret, & in his eccleſiæ tranquillitatem futurā poſt Maximiani & Diocletiani tempora, quibus paſſa eſt Idibus Decemb. Eius autem corpus Syracuſis conditum eſt, & longo poſt tempore Cōſtantinopolim tranſlatum, & hinc poſtremo Venetias.

Die. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. de aduentu.

Die. 21. E Thomas apoſtolus duplex maius. Oratio.

DA nobis quęſumus dñe beati apoſtoli tui Thomæ ſolennitatibus gloriari, vt eius ſemp & patrocinijs ſubleuemur, & fidē cōgrua deuotione ſectemur. Per dñm. Lcō. iij.

THomas, qui & Didymus appellatur, natione Galilæus, fuit de numero duodecim apoſtolorū. Huic Chriſtum à mortuis ſurrexiſſe dubitāti, nec cæteris apoſtolis quib' ipſo abſente apparuerat, eū ſurrexiſſe cōfirmantibus credenti, Chriſtus ipſe tractandū ſe præbuit. Ingreſſus enim foribus clauſis huic profeſſo ſe nō crediturū: niſi digitū in vulnera clauorū: & manū in lanceæ plagam iniſeruiſſet, in medio apoſtolorū cōſiſtens dixit: Infer huc digitū tuū, & vide man' meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, noliq; incredulus eſſe. Quo facto, reſpondēs Thomas, Tu es (inquit) dñs me', & Deus me'. Itaq; ſua dubitatione magnū indubitatæ fidei teſtimoniū poſteris credituris reliquit. Quos beatos fore tūc Chriſtus teſtat' eſt his verbis: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti, beati qui nō viderunt, & crediderūt. Poſt Chriſti vero ad patrē aſcēſum Thomas multū de Chriſtiana pietate meritus, quam in Medos, Perſas, Hircanos, Brachmanos: & Indorū gentē, longe lateq; ꝓpagauit, in internā gentiū prędicatione delatus, multis editis miraculis ab eis, qui lucē veritatis infenſe oderāt, primū eſt candentib' laminis aduſtus, deinde in fornacē iniectus, poſtremo lāceis cōfoſſus, occubuit in Indiæ vrbe Calaminia, ibidēq; ſepult' eſt. xij. Calē. Ianua.

Die. 22. & 23. de aduentu.

Vigilia Natiuitatis Dñi etiā ſi inciderat in ſabbato aut in dñica quarta Aduētus ſemper agitur officium de vigilia. Et dicitur.

Die. 24. A Ad matutinū inuit. Hodie ſcietis quia veniet dñs, & mane videbitis gloriā eius.

Hymni de Aduentu, videlicet: Vox clara ecce. 66. Antipho. Craſtina die delebitur iniquitas terræ, & regnabit ſuper nos Saluator mundi, haleluiah. Secundum Mattheum. Lec. iij.

CVm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, antequã conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de ſpũ ſancto. Et reliqua. Homilia Origenis. Quæ fuit neceſſitas vt deſponſata eſſet Maria Ioſeph, niſi propterea quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur? Et ille malignus, fraudis cõmenta aduerſus deſponſatã virginẽ nulla penitus inueniſſet? Vel ideo deſponſata fuerat Ioſeph, vt nato infanti, vel ipſi Mariæ curam videretur gerere Ioſeph, ſiue in Ægyptum iens, vel inde denuo rediens. Ideo deſponſata fuit Ioſeph: non tamen in concupiſcentia iuncta. Mater (inquit) eius: mater immaculata: mater incorrupta: mater intacta. Mater (inquit) eius: Cuius eius? Mater Dei vnigeniti, dñi & regis omnium, plaſmatoris & creatoris cunctorum. Illius qui in cœlis eſt ſine matre, & in terra eſt ſine patre. Ipſius qui in cœlis ſecundum diuinitatem in ſinu eſt patris: & in terris ſecundum corporis ſuſceptionẽ in ſinu eſt matris. O magnę admirationis gratia, ò inenarrabilis ſuauitas: ò ineffabile magnumq́; ſacramentum. Ipſa eadem virgo, ipſa & mater dñi, ipſa & genitrix, ipſa & eius ancilla, plaſmatio eius ipſa quæ genuit. Quis vnquã audiuit iſta? quis vidit talia? Et quis hoc excogitare potuit, vt mater virgo eſſet? intacta generaret? quæ & virgo permãſit & generauit? Sicut enim quondã rubus cõburi videbatur, & ignis eũ non tangebat: & ſicut tres pueri in camino ignis incluſi habebant, & tamen eos non lędebat incendiũ, nec odor fumi erat in eis: vel quẽadmodum Danieli intra lacũ leonũ incluſo, clauſtris nõ apertis allatum eſt prandiũ ab Abachuc: ita & hæc virgo ſancta genuit dñm, ſed intacta permanſit: genuit infantem, & vt dictum eſt, virgo permanſit. Ad laudes añ. Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, haleluiah. Oratio.

DEus, qui nos redemptionis noſtrę annua expectatione lętificas: pręſta, vt vnigenitũ tuũ, quẽ redemptorẽ læti ſuſcipimus, venientẽ quoq; iudicẽ ſecuri videamus Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Natiui-

Natiuitas dñi noſtri Ieſu Chriſti duplex maius. Ad veſ. hym.



CHriſte redéptor omniũ, Ex pr̃e patris vnice Solꝰ ante principiũ Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu ſplendor patris,
Tu ſpes perennis omnium:
Intende quas fundunt preces,
Tui per orbem famuli.
Memento ſalutis author,
Quòd noſtri quondã corporis:
Ex illibata virgine
Naſcendo formam ſumpſeris.
Sic præſens teſtatur dies,
Currens per anni circulum:
Quòd ſolus à ſede patris,
Mundi ſalus adueneris.
Hunc cœlũ, terra, hunc marę,
Hunc omne, quod in eis eſt:
Authorem aduentus tui,
Laudans exultat cantico.
Nos quoq; qui ſancto tuo
Redempti ſanguine ſumus:
Ob diem natalis tui,
Hymnum nouũ concinimus.
Gloria tibi dñe, Qui natꝰ es dę virgine: Cũ patre & ſancto ſpũ, In ſempiterna ſecula. Amen.

Notandũ, ꝙ in omnibus horis in fine omniũ hymnorũ, tam de Natiuitate, quàm de aliis feſtis vſq; ad Epiphaniã dicitur. Gloria tibi dñe, Qui natus es. Añ. Completi ſunt dies Marię, vt pareret filiũ ſuum primogenitum, haleluiah haľah. Oro.

COncede quęſumus omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua p carnẽ natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eun.

Die. 25. B Ad matutinũ inuita. Chriſtus natus eſt nobis, venite adoremus. Hymnus.

A Solis ortꝰ cardine, Ad vſq; terræ limitem: Chriſtum canamus principem, Natũ Maria virgine.
Beatꝰ author ſeculi, Seruile corpus induit: Vt carne carnẽ liberans, Ne perderet quos cõdidit.
Caſtæ parẽtis viſcera, Cœleſtis intrat gr̃a: Venter puellæ baiulat, Secreta quæ non nouerat.
Domus pudici pectoris, Tẽplũ repente fit Dei: Intacta neſciẽs virum, Verbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera, Quem Gabriel prædixerat: Quem matris aluo geſtiens, Clauſus Ioannes ſenſerat.
Fœno iacere pertulit, Præſepe nõ abhorruit: Paruoq; lacte paſtus eſt, per quẽ nec ales eſurit.

G audet chorus cœleſtiũ, Et angeli canũt Deo: Palamq́; fit paſtoribus, paſtor creator omniũ.

G loria tibi dñe, qui natus es.

Añа. Dñs dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Notandum, ꝙ hodie omittuntur prima & ſecunda lec. occurrentes in Dominicali, & loco earum leguntur infraſcriptæ.

Ex Iſaia. Lectio prima.

ca.9. PRimo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentiũ. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã: habitãtibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentem, nõ magnificaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultãt victores capta præda, quãdo diuidũt ſpolia. Iugum enim oneris eius, & virgã humeri eius, & ſceptrũ exactoris ei⁹ ſuperaſti, ſicut in die Madian. Quia oĩs violenta prædatio cũ tumultu, & veſtimẽtũ miſtũ ſanguine erit in combuſtionem & cibus ignis. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerũ eius: & vocabit̃ nomẽ eius, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis non erit finis. Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodo & vſque in ſempiternum.

Cõſolamini, cõſolamini popule meus, dicit Deus veſter. c.40.
Loquimini ad cor Ieruſalẽ, & aduocate eã, qm̃ cõpleta eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu dñi duplicia pro oĩbus peccatis ſuis.

Conſurge, cõſurge, induere c.52.
fortitudine tua Sion: induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem ciuitas ſancti, q̃a non adiiciet vltra vt pertranſeat per te incircunciſus & immũdus. Excutere de puluere, cõſurge, ſede Ieruſalẽ. Solue vincula colli tui captiua filia Sion. quia hæc dicit dñs, Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

FActum eſt autẽ in diebus ca.2.
illis exiit edictũ à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuã ciuitatem. Aſcendit autẽ & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in

in Iudæā in ciuitatē Dauid, quę vocatur Bethlehē, eo ꝙ eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cū Maria deſponſata ſibi vxore, prægnāte. Factū eſt aūt: cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filiū ſuū primogenitū, & pannis eū inuoluit, & reclinauit eū in pręſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregē ſuū. Et ecce Angelus dñi ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnum, qđ erit omni populo: qa natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum: Inuenietis infantē pannis inuolutū, & poſitū in pręſepio. Et ſubito facta eſt cū angelo multitudo militię cœleſtis, laudātiū Deū & dicētiū. Gloria in altiſſimis Deo: & in terra, pax hominib⁹ bonæ voluntatis. Et factū eſt: vt diſceſſerunt ab eis angeli in cœlū, paſtores loquebantur adinuicē. Trāſeam⁹ vſq; Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factū eſt, quod fecit dñs & oſtendit nobis. Et venerūt feſtinantes: & inuenerunt Mariā & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Videntes autē cognouerunt de verbo quod dictum erat illis, de puero hoc. Et omnes q audierāt mirati ſunt, & de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.

Sermo ſcti Leonis papæ. L. iij.

SAluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt: gaudeam⁹. Neq; enim fas eſt locū eſſe triſtitię, vbi natalis eſt vitæ. Quæ cōſumpto mortalitatis timore ingerit nobis de promiſſa æternitate lætitiā. Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur. Vna cunctis lætitiæ communis eſt ratio: qa dñs noſter peccati mortiſq; deſtructor, ſicut nullū à reatu liberū reperit, ita liberandis omnibus venit. Exultet ſanctus, quia appropinquat ad palmam. Gaudeat peccator, qa inuitatur ad veniam. Animetur gētilis, quia vocatur ad vitā. Dei nanq; filius ſecundum plenitudinē temporis, quā diuini cōſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, recōciliandam au-

authori ſuo naturam generis ſumpſit humani: vt inuentor mortis diabolꝰ, per ipſam, qua vicerat, vinceretur. In quo cõfli ctu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatũ eſt: dum oṕs dñs cũ ſæuiſſimo hoſte, non in ſua maieſtate, ſed in nr̃a humilitate congreditur. Obiiciens ei eandẽ formã, eandemq; naturã: mortalitatis quidem noſtrę participẽ, ſed peccati totius expertẽ. Ad laudes añ. Exortum eſt in tenebris lumen rectis, miſericors, & miſerator, & iuſtus dñs. Ad veſper. hym. Chriſte redemptor. vt ſup. Añ. Hodie Chriſtus natus eſt, hodie Saluator apparuit: hodie in terra canunt angeli: lętantur archangeli. Hodie exultant iuſti dicẽtes: Gloria in excelſis Deo. Haleluiah haleluiah. Oratio. Concede quæſumus. vt ſupra. Deinde pro cõmemora. ſancti Stephani añ. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia, & ſigna magna in populo. Oremus. Orõ.

DA nobis quęſumus dñe imitari quod colimus: vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiã pro perſecutoribus exorare dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ filium tuũ: Qui tecũ.

Stephanꝰ protomartyr du. ma. Die. 26. C Ad matutinũ inuitat. Chriſtũ natũ qui beatũ hodie coronauit Stephanũ venite adoremus. Hym. Martyr Dei. &c. vt in cõi vnius marty. añ. Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Lcõ. iij.

STephanus vnus ex ſeptem diaconis, qui propter fidẽ & ſapiẽtiã fuerũt ab apoſtolis electi, plenus gratia & fortitudine edebat corã populo magna miracula. Cõtra quẽ cum ſynagogæ, quæ dicebãtur Libertinorũ & Cyrenenſiũ ac Alexandrinorum, & eorũ qui ex Cilicia venerant, & Aſia, quidam diſputare cœpiſſent, nec eius ſapiẽntiæ ac ſpiritui, q̃ loquebatur, obſiſtere poſſent, ſubornarũt quoſdam, qui ſe dicerent Stephanum audiſſe, cum verba blaſphemię in Deũ ac Moſen protuliſſet. Itaq; plebe, ac ſenioribus, & Scribis concitatis, concurſuq; facto in Stephanũ manus iniiciunt, ipſumq; ad conciliũ abſtrahunt, ſubmiſſis falſis teſtibus, qui dicerent ipſum in locũ ſanctũ & legẽ ſolitũ eſſe cõtinenter male loqui, & affirmare Ieſum Nazarenum locũ illũ eſſe demoliturũ, & mores, quos Moſes tradidiſſet,

diſſet, mutaturũ. Rogatus igitur à principe ſacerdotũ vtrum vera eſſent, quæ ipſi obiicerentur, longe repetita narratione, multa de figuris veteris teſtamenti, quæ venturũ Chriſtum ſignificabant, multa etiã de Iudæorum inueterata perfidia & peruicacia, ac prophetarũ perſequutione diſſeruit. Quib⁹ auditis, illi magnopere cruciabantur. Spectans porro in cœlum, Ecce (ait) video cœlos apertos, & filiũ hominis ſtantẽ à dextris virtutis Dei. Illi vero exclamantes voce magna comprimebãt aures ſuas, & eum impetu facto extra vrbem eiecerũt, & lapidibus obruebãt inuocantẽ & dicentem, dñe Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meũ. Poſtremo cum genibus flexis clamaſſet voce magna, Dñe, ne ſtatuas illis hoc peccatum, migrauit ad dñm.

Ad laudes añ. Lapidabant Stephanum inuocantẽ, & dicentẽ, dñe Ieſu ſuſcipe ſpiritũ meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Oratio. Da nobis quæſumus. vt ſupra. Deinde pro cõmemoratione natiui. dicitur. Orem⁹. Oro. Concede quæſumus. &c. Ad veſp. hym. Deus tuorũ. Añ. Sepelierunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnũ ſuper eum. Oro. Da nobis. Deinde pro cõmemoratione ſancti Ioannis aña. Iſte eſt Ioãnes, q̃ ſupra pectus dñi in cœna recubuit, Beatus Apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia. Oremus. Oro.

Ccleſiã tuã dñe benign⁹ illuſtra: vt beati Ioannis Apoſtoli tui & euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per domi. Deĩde fit cõme. de natiu. vt ſup. Oremus. Cõcede q̃s oṗs Deus.

Die. 27. D Ioãnes Apoſtolus & Euãgel. du. ma. Ad matu. inui. & hym. de cõi Apoſtolorũ añ. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. Lectio tertia.

IOannes Apoſtolus & Euangeliſta, qui cũ Iacobo fratre Chriſtũ ſe vocantẽ relictis retibus & patre Zebedæo ſequutus eſt, mira charitate Chriſtũ dilexit: eſtq; ab ipſo maxime oĩum diſcipulorũ dilect⁹. Hũc enim Chriſtus ſuę trãsfigurationi voluit cum Petro & Iacobo fratre intereſſe, & cũ eiſdẽ ſe comitari ad Iairi archiſynagogi filiã ſanandã ingredientẽ: idemq; cũ Petro miſſus eſt, vt illi Paſcha pararẽt: in eaq; poſtrema cœna in

in ſinu dñi recubuit, & ſolus eſt
auſus eundem de proditoris no
mine percõtari. Et ꝙ eſt omniũ
maximũ mutuæ dilectionis ar-
gumentũ, Chriſtus cum pende
ret in cruce huic potiſſimũ ma
trem ſuã cõmendauit, ad eam
enim cõuerſus, Mulier (inquit)
ecce filius tuus: & ad illũ, Ecce
mater tua. Hic quoq; primus
omniũ apoſtolorũ poſt reſurre
ctionẽ ad monumentũ perue-
nit. Idem cæteris euangeliis ap
probatis ad aſſerendã Chriſti
diuinitatem cõtra Hebionitas
hæreticos, ſcripſit euangelium
vltimus omniũ in Aſia. Cum
aũt in perſequutione Domitia
ni Epheſi captus, & Romæ (vt
Tertulian⁹ eſt author) in doliũ
feruẽtis olei deiect⁹, incolumis
euaſiſſet, in Pathmon inſulã re
legat⁹ eſt, vbi Apocalypſim con
ſcripſit. Vnde reduct⁹ Epheſum
(actis Domitiani poſt eius mor
tem à ſenatu reſciſſis) Druſia-
nam inſigni religione mulierẽ
nuper defunctã in Chriſti Na-
zareni nomine ad vitam reuo-
cauit, quo miraculo multos ad
verã fidem conuertit, ibiq; vſq;
ad Traianum principẽ perſeue
rans, eccleſias Aſiæ à ſe funda-
tas ſanctiſſime rexit. Tandem
ſenio cõfect⁹, ſexageſimo octa
uo poſt paſſionẽ dñi anno, ſuæ
vero ætatis nonageſimo none
ſtructũ ſibi apud Epheſum ſe-
pulchrũ viuẽs ſubiit. Tum ſplẽ
dor tumulo circũfuſus, loci ho-
minisq; aſpectũ circunſtantib⁹
ademit, quo poſtmodũ remit-
tente, inane apparuit condito-
rium, nec ipſe poſt id tempus
eſt in terris viſus. Ad laud. añ.
Sunt de hic ſtãtibus, qui nõ gu-
ſtabunt mortẽ, donec videant
filiũ hominis ĩ regno ſuo. Oro.
Eccleſiã tuam. &c. Deinde pro
cõme. Natiui. & ſancti Stepha-
ni dicitur. Oremus. Oro. Con-
cede. &c. Oratio. Da nobis. &c.
Ad veſp. hym. Exultet cœlum.
vt in cõmuni apoſtolorũ añ. Exiit
ſermo inter fratres, ꝙ diſcipulus
ille nõ moritur: & non dixit Ie-
ſus, nõ moritur: Sed, ſic eũ volo
manere donec veniam. Oro.
Eccleſiã. &c. Deinde pro cõme.
Inno. añ. Hi ſunt qui cum mu
lierib⁹ nõ ſunt coinquinati, vir
gines enim ſunt: & ſequuntur
agnum quocũq; ierit. Oratio.
DEus cui⁹ hodier-
na die præconiũ
Innocẽtes marty
res nõ loquendo
ſed moriendo cõ
feſſi ſunt: oĩa in nobis vitiorũ
mala mortifica: vt fidem tuã,
quã lingua noſtra loquit', etiã
moribus & vita fateatur. Per.
Deinde

Deinde fit cõmemo. de Natiui. & ſancto Stephano vt ſupra.
Oremus. Cõcede quęſum⁹ oĩps De⁹. Et Da nobis quęſum⁹ dñe.

Innocẽtes martyres duplex mi.

Die. 28. E Ad matu. ĩui. & hym. de cõi pluri. mart. añ. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehẽ Iudæ ciuitate Dauid.

Ex cap. ij. Matth. Lectio tertia.

Angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph, dicẽs Surge, & accipe puerũ & matrem eius, & fuge in Ægyptũ, & eſto ibi vſq; dũ dicã tibi. Futurũ eſt enim vt Herodes quęrat puerũ ad perdendũ eum. Qui conſurgens, accepit puerũ & matrẽ ei⁹ nocte: & ſeceſſit in Ægyptum. Et erat ibi vſq; ad obitũ Herodis: vt adimpleretur quod dictũ eſt à dño per prophetã dicentẽ, Ex Ægypto vocaui filiũ meũ. Tunc Herodes videns qm̃ illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde: & mittens occidit oẽs pueros qui erãt in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, ſecundũ tempus quod exquiſierat à Magis. Tũc adimpletum eſt quod dictum eſt per Ieremiam prophetam dicentem, Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt,

Ad laudes añã. Vox in Rama audita eſt: ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, Oratio Deus cuius. &c.

Deinde pro cõme. Natiuita. ſctĩ Stephani & ſctĩ Ioãnis dicitur. Oremus, Oĩo. Concede. Oĩo. Da nobis. Oĩo. Eccleſiã tuam,

Ad veſperas hymnus de communi plurimorum marty. añ. Innocentes pro Chriſto infantes occiſi ſunt, ab iniquo rege lactentes interfecti ſunt: ipſum ſequuntur agnum ſine macula, & dicunt ſemper: Gloria tibi dñe. Oĩo. Deus cuius. &c.

Deinde fit cõme. de Natiui. ſctĩ Stepha. ſancti Ioãnis vt ſupra. Oremus Concede q̃s oĩps Deus. Et Da nobis q̃s dñe imitari. Et Eccleſiam tuam dñe benignus.

Notandũ q̃ licet feſta ſctĩ Thomæ Cantuariẽſis & ſctĩ Silueſt. ſint ſimplicia, tamẽ ſi aliquod eorũ inciderit in dñica, officiũ fit de feſto, & nihil de dñica.

Die. 29. F Thomas archiepiſc. Cantuarienſis martyr. Lcõ. iii.

Thomas natione Anglus ſuſcepto archiepiſcopatu Cantuarienſi, vt in cancellariæ muneribus obeundis ſtrenue ſe geſſerat, ſic in eccleſia adminiſtranda fortem & conſtantem animũ præſtitit. Nam cum rex Henricus coacta Synodo, leges

qualdã

quaſdã ferre moliretur dignitati, & cõmodis eccleſię pernicioſas, tam ſancte & conſtanter ſe conatib⁹ eius oppoſuit, vt nullis neq; pollicitationibus, neq; minis potuerit deterreri. Itaque miſſus eſt ipſe in exiliũ, & tota eius cognatio regno excedere iuſſa, cunctorũ bonis publicatis. Sexto autem anno papa & Gallorũ rege intercedẽtib⁹, ab exilio cum ingenti totius regni gratulatione reuocat', magno tamẽ ſcelere atq; fraude regis. Qui dolẽs ſacrilegos ſuos conatus Thomæ ſanctitate ad nihilũ recidiſſe, violata fide, mittit armatorũ manũ, qui eũ in ſua eccleſia trucidaret. Quibus ille aduenientibus, portas eccleſiæ, quas clerici ad obſiſtendũ clauſerant, patefecit, ſeq; intrepidũ obtulit iugulandũ, hoc duntaxat precatus, ne ſuorũ quiſquã læderetur. In me (inquit) vnum tela conuertite: non enim recuſo pro Dei eccleſia mortẽ oppetere. Itaq; flexis genibus Deum adorans, gladiis impiorũ confoſſus occubuit, quinto calend. Ianuarij. Cuius corpus in eadẽ eccleſia conditum eſt magnificentiſſimo ſepulchro. Oratio.

Deus, pro cuius eccleſia glorioſus pontifex Thomas gladiis impiorũ occubuit: pręſta q̃s, vt oẽs qui eius implorãt auxiliũ, petitionis ſuæ ſalutarẽ conſequantur effectum. Per.

In laudib⁹ & veſpis pro cõme. Natiui. ſcti Stephani ſcti Ioan. ſctorũ Innocen. dicit. Oremus. Deinde dñr eorũ orones: & ſic fieri debet vſq; ad circũciſionẽ.

Die. 30. G Inuitato. Hymnus, & antipho. dicuntur de natiui. Secundum Lucam. Lectio. iij.

In illo tempore: Erãt Ioſeph & Maria mater Ieſu mirãtes ſuper his quę dicebãtur de illo. ca. 2.

Et reliqua. Homilia Origenes.

Congregemus in vnũ ea, quæ in ortu Ieſu dicta ſcriptaq; ſunt de eo: & tunc ſcire poterim⁹ ſingula quæq; digna eſſe miraculo. Quam ob rem mirabatur & pater (Sic enim appellat⁹ eſt Ioſeph, qa nutritor ei⁹ fuit) Mirabatur & mater, ſuper omnibus quæ dicebantur de eo. Quænã ergo ſunt de paruulo Ieſu dicta? Paſtores erãt in regione illa, vigilãtes & obſeruãtes cuſtodias noctis. Venit angel⁹ ſub ipſa hora natiuitatis Ieſu, & ait ad eos, Ite, & inuenietis infantẽ inuolutũ pannis, & poſitum in præſepio. Necdũ Angel⁹ verba finierat: & ecce multitudo cœleſtis exercit⁹ laudare cœpit & benedicere Deũ. Cũ hoc paſtores trepidi pſpexiſſent, & angelus receſ-

receſſiſſet ab eis, dixerunt ad ſe inuicē. Eam⁹ vſq; Bethleem, & videamus hoc factū quod dn̄s oſtendit nobis. Venerunt, & inuenerunt paruulum. Tam illi q̄ paſtores quæ facta fuerāt mirabantur. Sup hoc & de Simeone ſcribitur, ꝙ rumorem auxerit, & miraculi vel magna pars fuerit. Tenuit enim puerū in brachiis ſuis: & ait, Nunc dimittis ſeruuum tuum dn̄e, ſecundum verbum tuum in pace, Quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Faſtigiū, & (vt ita dicā) culmen ſuper his quæ iactabantur de Ieſu: & pater & mater illius mirabantur, Sermo Simeonis fuit. Non enim ſuffecit ei tenere paruulum, & ea quæ de ſemetipſo ſunt proloqui, ſed benedixit patri illius & matri.

Oratio.

Omp̄s ſempiterne Deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eundē.

Die. 31. A Syluester pp̄ ɔf. L. iij.

SYlueſter patria Roman⁹ ad ſummū pontificatū electus eſt Cōſtātino Imperatore, qui Conſtantinus Chriſtianæ religionis tam ſtudioſus fuit, vt nō alio q̄ crucis ſigno in bellis vteretur: quod inſtāte pugna, qua Maxentiū tyrannū deuicit, ex lumine factū, ipſe & exercitus viderat cœlo ſereno circa meridiem ſole declinante, his verbis inſcriptū: Conſtantine, in hoc ſigno vince, authore Sozomeno in tripartita hiſtoria: qui Euſebiū teſtari refert ſe Cōſtantinum eundē audiuiſſe, cum id palam multis referret, & iureiurando confirmaret. Quā occaſionē nactus Sylueſter, relicto Soracte monte, quo fuerat à tyrannis relegatus, Romā venit. Cōſtātinūq, bene iam in Chriſtianos animatū promptiorem reddidit, ad optime de eccleſia Dei merendū. Longum vtiq; eſſet recenſere, quæ & quāta ad cultū Dei pertinentia optimus Imperator eius ſuaſu fecerit. Cōſtitutiones autem Sylueſtri præcipuæ fuerūt, vt chriſma ab epiſcopo tantū conſecraretur. Vt baptizatū chriſmate liniat preſbyter inſtāte morte. Vt clericus in curia cauſas ne agat, neve ante iudicem ſecularē cauſam dicat. Diaconus in eccleſia celebrandi cauſa dalmatica induatur, & palla linoſtima læua eius tegatur. Cum aūt in pōtificatu annos viginti tres, menſes decem, dies vndecim ſanctiſſime vixiſſet, mortuus in cœmeterio Priſcillæ via Salaria ſepelitur pridie Calend. Ianuarij.

COMMVNE Sanctorum.

Notandum quòd Inuitatoria. Hymni. Añę, Tertię lectiões, & Orones infraſcriptorũ Cõmuniũ, dñr qñ celebratur aliquod feſtũ cui nihil eſt propriũ aſſignatũ, & ſi alicui aliquid fuerit aſſignatũ, qđ defuerit, petendũ eſt ex infraſcriptis Cõmunib⁹. Notãdũ pręterea, ꝙ ſi in aliqua regione, aut ciuitate inciderit feſtũ alicui⁹ ſctĩ, eius regionis, aut ciuitatis patroni, & nõ fuerit de contentis in Calendario huius Breuiarij, celebrabit apud ipſos, eo die quo hactenus celebrari cõſueuit, & offm̃ fiet vt in infraſcriptis cõmunib⁹. Si aũt eo die inciderit in Calẽdario aliud feſtũ ſimplex, fiet cõme. de eo ad Primam: ſi vero fuerit duplex, trãſferatur, queãdmodũ hactenus ipſi transferre cõſueuerũt. Aduertẽdũ inſup, quod licet in quibuſdã Cõmunib⁹ aſſignant duę tertię lectiones, nõ tñ ſunt ambę legẽdę, ſed altera tm̃, quã quiſq; maluerit. Itẽ notandũ ꝙ in Cõmunib⁹ in quibus vna tm̃ aſſignat Aña ad veſp. illa dicenda eſt in vtriſq; veſ. qñ celebratur aliquod feſtũ duplex, & ſimiliter faciendũ de Hymno, ſi dictum feſtum habet vtraſq; veſp. vt in regulis generalibus.

APOSTOLORVM ET euãgeliſtarũ cõe. Ad veſp. hym.



Exultet cœlũ laudib⁹, Reſultet terra gaudiis: Apoſtolorum gloriã Sacra canũt ſolennia.

Vos ſecli iuſti iudices, Et vera mũdi lumina, Votis precamur cordiũ, Audite preces ſupplicũ.

Qui cœlũ verbo clauditis, Seraſq, ei⁹ ſoluitis: Nos à peccatis oĩbus Soluite iuſſu quęſumus.

Quorum præcepto ſubditur Salus, & languor omnium: Sanate ægros moribus, Nos reddentes virtutibus.

Vt cum iudex aduenerit Chriſtus in fine ſeculi, nos ſempiterni gaudij, Faciat eſſe compotes.

Deo patri ſit gloria, Eiuſq; ſoli filio Cũ ſpũ paracleto, Et nunc & in perpetuũ. Amẽ. Añ. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Ad matu. inui. Regẽ Apoſtolorum dñm venite adore. Hym.

AEterna Chriſti munera Apoſtolorum gloriam, Laudes canentes debitas Lætis

cana-

canamus mentibus.

Eccleſiarũ principes, Belli triũphales duces, Cœleſtis aulæ milites, Et vera mundi lumina.

Deuota ſanctorum fides, Inuicta ſpes credentium, Perfecta Chriſti charitas, Mundi triumphat principem.

In his paterna gloria, in his voluntas Spiritus, Exultat in his filius, Cœlum repletur gaudio.

Te nũc redemptor quęſumus, Vt ipſorũ cõſortio: Iungas pręcantes ſeruulos, In ſempiterna ſecula. Amen. Añ. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã, memores erunt noĩs tui dñe.

Ad laud. añ. Vos qui reliquiſtis omnia, & ſequuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitã æternam poſſidebitis. Ad veſpe. añ. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: & ante reges, & præſides ducemini propter me in teſtimonium illis, & gentibus.

VNIVS MARTYRIS commune. Ad matuti. inuita.

Regem martyrum dominum venite adoremus. Hymnus.

MArtyr Dei, q̃ vnicũ Patris ſequendo filium Victis triumphãs hoſtibus, Victor, fruẽs cœleſtibus.

Tui precatus munere noſtrum reatum dilue, Arcens mali cõtagium, Vitæ remouens tædium.

Soluta ſunt iam vincula Tui ſacrati corporis, Nos ſolue vinclis ſeculi Amore filij Dei.

Deo patri ſit gloria &c. Añ. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.

Sermo ſancti Auguſti. Lcõ. iij.

TRiumphalis beati martyris N. dies hodie nobis anniuerſaria celebritate recurrit, cuius glorificationi ſicut congaudet eccleſia, ſic eius proponit ſequenda veſtigia. Si enim compatimur, & conglorificabimur. In cuius glorioſo agone duo nobis præcipue conſideranda ſunt, indurata videlicet tortoris ſæuitia, & martyris inuicta patientia. Sæuitia tortoris, vt eã deteſtemur: Patiẽtia martyris, vt eam imitemur. Coronata itaq; eſt beati martyris patientia, mancipata eſt æternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attendens in agone ſuo glorioſus Chriſti athleta N. non exhorruit carcerẽ, ad imitationem capitis ſui tolerauit probra, ſuſtinuit irriſiones, flagella nõ timuit: & quot ante mortẽ pro Chriſto pertulit ſupplicia, tot ei de ſe obtulit ſacrificia.

cia. Quod enim propinãte apo ſtolo biberat, alte retinebat: qa non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam, quę reuelabitur in nobis.

Secundũ Lucam. Alia. Lcõ. iij.

c. 14. IN illo tpe: Dixit Ieſus turbis, Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuũ, & matrẽ, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autẽ & animã ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.

Et reliq. Hom. ſcti Grego. papæ.

SI cõſiderem⁹, fratres chariſſimi, quę & quanta ſunt quæ nobis promittuntur in cœlis, vileſcunt animo oĩa quę habẽtur in terris. Terrena nãq; ſubſtantia ſupernæ felicitati cõparata, pondus eſt, nõ ſubſidiũ. Tẽporalis vita æternæ vitę cõparata, mors eſt potius dicenda q̃ vita. Ipſe enim quotidianus defect⁹ corruptionis, q̃d eſt aliud quã quędã prolixitas mortis? Quæ aũt lingua dicere, vel quis intellect⁹ capere ſufficit illa ſupernę ciuitatis quãta ſint gaudia? angelorũ choris intereſſe, cũ beatiſſimis ſpiritibus glorię cõditoris aſſiſtere, pręſentẽ Dei vultũ cernere, incircunſcriptũ lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuę muncre lætari? Sed ad hæc audita inardeſcit animus; iamq; illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat fine fine gaudere. Sed ad magna pręmia pueniri nõ põt, niſi per magnos labores. Vnde Paulus egregius prædicator dicit, Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. Delectat igitur mentem magnitudo præmiorũ: ſed nõ deterreat certamen laborũ.

Ad laudes aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum nõ timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt intercedente beato N. martyre tuo, à cunctis aduerſitatib⁹ liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. Per do.

Si fuerit mar. & pontifex. Oro.

INfirmitatẽ noſtram reſpice oĩpotens Deus, & quia pondus ꝓprię actionis grauat, beati N. martyris tui, atq; pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per do. Ad veſper. hym.

DEus tuorũ militum Sors, & corona, præmium, Laudes canentes martyris Abſolue nexu criminis.

Hic nempe mundi gaudia, Et blandimẽta noxia, Caduca rite deputãs, Peruenit ad cœleſtia.

Pœnas cucurrit fortiter: Et ſuſtulit viriliter, Pro te effundens ſan-

ſanguinē ęterna dona poſſidet.
Ob hoc precatu ſupplici Te po
ſcimus piiſſime. In hoc trium-
pho martyris, Dimitte noxam
ſeruulis.
Laus & perēnis gloria Deo pa-
tri, & filio, Sctō ſimul paracle-
to In ſempiterna ſęcula. Amē.
Aña. Qui vult venire poſt me,
abneget ſemetipſum, & tollat
crucem ſuam, & ſequatur me.

PLVRIMORVM MAR-
tyrum cōmune. Ad matu. inui.

Regem martyrum dominum
venite adoremus. Hymnus.

Aeterna Chriſti
munera, Et mar
tyrum victorias
Laudes canentes
debitas Lætis ca
namus mentibus.
Terrore victo ſeculi, Pœniſq;
ſpretis corporis, Mortis ſacrę cō
pendio, Vitā beatam poſſident.
Tradūtur igni martyres, Et be-
ſtiarū dentibus, Armata ſæuit
vngulis Tortoris inſani man⁹.
Nudata pendent viſcera, San-
guis ſacratus funditur, Sed per-
manent immobiles Vitæ peren
nis gratia.
Te nūc redemptor quęſumus,
Vt martyrum conſortio Iungas
precantes ſeruulos, In ſempiter
na ſęcula. Amen. Añ. Tanquā
aurum in fornace probauit ele
ctos dn̄s, & quaſi holocauſta
accepit eos in æternū. Lcō. iij.

Natalē hodie, dilectiſſimi,
celebramus ſanctorū mar
tyrū N. & N. qui cōtemnentes
ſceleratorū iuſſa principū, mo-
do coronantur, & accipiūt pal-
mā laborū: quia fundati erāt ſu
pra firmā petrā, id eſt Chriſtū.
De talibus & huiuſmodi Apo-
ſtol⁹ mente cōpunctus ingemi-
ſcens ait, Sancti ludibria & ver-
bera experti, inſuper & vincula
& carceres, lapidati ſunt, ſecti
ſunt, tētati ſunt: ī occiſione gla-
dii mortui ſunt. Circuierunt in
melotis & in pellibus caprinis
egentes, anguſtiati, afflicti, qui-
bus dignus non erat mundus.
Et beatus Gregorius in expoſi-
tione cuiuſdam euangelij, Ecce
(inquit) electi Dei carnem do-
mant, ſpiritū roborāt, dæmoni-
bus imperant, virtutibus coru-
ſcant, pręſentia deſpiciunt, æter
nam patriā vocibus moribuſq;
prædicant. Eam etiā moriendo
diligūt: atq; ad illā per tormen
ta attingunt. Occidi poſſunt, &
flecti nequeunt. Et ſi coram ho
minibus tormenta paſſi ſunt,
ſpes illorum immortalitate ple
na eſt. In paucis vexati, in mul-
tis bene diſponentur: quoniam
Deus tentauit eos, & inuenit il-
los dignos ſe. Tanquā aurū in

fornace probauit illos: & quaſi holocauſta hoſtię accepit illos.

Sermo ſctĩ Aug. epi. Alia. L. iij.

QVotieſcunq;, fratres chariſſimi, ſanctorũ martyrũ ſolénia celebramus, ita ipſis intercedẽtibus expectam⁹ à dño conſequi temporalia beneficia: vt ipſos martyres imitando accipere mereamur æterna. Ab eis enim ſanctorũ martyrũ in veritate feſtiua gaudia celebrãtur, qui ipſorũ martyrũ exẽpla ſequuntur. Solennitates enim martyrũ exhortationes martyriorũ ſunt: vt imitari nõ pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum ſanctis, & tribulationes mundi nolumus ſuſtinere cum illis. Qui enim ſanctos martyres, vel inquãtũ potuerit, noluerit imitari, ad eorum beatitudinẽ nõ poterit peruenire. Sic & Apoſtolus Paulus prædicat, dicens, Si fuerimus ſocij paſſionũ, erimus & conſolationũ. Et dñs in Euãgelio, Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Recuſat eſſe in corpore, qui odium nõ vult ſuſtinere cum capite. Sed dicet aliquis, Et quis eſt q poſſit beatorum martyrũ veſtigia ſequi? Huic ego reſpondeo, Quia nõ ſolum martyres, ſed & ipſum dominũ cum ipſius adiutorio, ſi volumus, poſſumus imitari.

Ad laudes aña. Iſtorũ eſt enim regnũ cœlorũ, qui cõtempſerũt vitã mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Oratio.

DEus, qui nos annua ſanctorum martyrũ tuorum N. & N. ſolennitate lætificas: concede propitius, vt quorum gaudem⁹ meritis, accendamur exemplis. Per dominum no.

Si fuerint ma. pontifices. Orõ.

BEatorum martyrum pariterq; pontificum N. & N. nos quęſumus dñe feſta tueantur, & eorum cõmendet oratio veneranda. Per dominum noſtrum. Ad veſperas hymnus.

REx glorioſe martyrum,
Corona confitentium:
Qui reſpuentes terrena,
Perducis ad cœleſtia.
Aurem benignam protinus,
Appone noſtris vocibus,
Trophæa ſacra pangimus,
Ignoſce quod delinquimus.
Tu vincis in martyribus,
Parcendo confeſſoribus:
Tu vince noſtra crimina,
Donando indulgentiam.
Deo patri ſit gloria. &c. Aña.

Gaudẽt in cœlis animę ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti, & quia pro eius amore ſan-

ſanguinem ſuum fuderſit, ideo cum Chriſto exultat ſine fine. Notandũ ꝙ ſi ſimul celebrãtur ſetſis, & ſancta martyres, officiũ ſit de cõmuni plurimorũ mar.

CONFESSORIS PONtificis cõmune. Ad matut. inui. Regem cõfeſſorum dominum venite adoremus. Hymnus.

IEſu redẽptor omnium, Perpes corona præſulum, In hac die clementius Noſtris faueto precibus.

Tui ſacri qua nominis Cõfeſſor almus claruit: Hui⁹ celebrat annua Deuota plebs ſolennia.

Qui rite mundi gaudia Huius caduca reſpuẽs: Cũ angelis cœleſtibus Lætus potitur premiis.

Huius benignus annue, Nobis ſequi veſtigia: Hui⁹ precatu ſeruulis, Dimitte noxã criminis.

Sit Chriſte rex piiſſime, Tibi patriq; gloria: Cũ ſpiritu paracleto, Et nunc, & in perpetuum. Amen. Añ. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus.

Ex ſerm. ſctĩ Ambroſij. Lcõ. iij.

AD ſancti ac beatiſſimi patris noſtri N. cuius hodie feſta celebramus, laudes addidiſſe, aliquid decerpſiſſe eſt. Cũ ſiquidẽ virtutũ eius gratia non ſermonibus exponenda ſit, ſed operibus cõprobãda. Cũ enim dicat ſcriptura diuina, Gloria patris eſt filius ſapiens, quantæ huius ſunt gloriæ, qui tantorũ filiorum ſapiẽtia & deuotione lætatur? In Chriſto enim Ieſu per euangeliũ ipſe nos genuit. Quicquid igitur ĩ ſancta plebe hac põt eſſe virtutis & gratiæ, de hoc quaſi de quodã lucidiſſimo fonte omniũ riuulorũ hæc puritas emanauit. Etenim q̃a caſtitatis pollebat vigore, quia abſtinẽtiæ gloriabat anguſtiis, quia blandimẽtis erat præditus lænitatis, oĩum ciuiũ in Deum prouocauit affectũ. Quia põtificis adminiſtratione fulgebat, plures è diſcipulis reliquit ſui ſacerdotij ſucceſſores. Bene ergo & cõgrue in hac die quã nobis beati pr̃is nr̃i N. huius ad paradiſum trãſitus exultabilem reddidit, prẽſentis pſalmi verſiculum decantauim⁹. In memoria æterna erit iuſtus. Digne enim in memoriã vertitur hominũ, qui ad gaudiũ trãſijt angelorũ. Qui iam gratiã Chriſti clarificat⁹ inuenit: quia mundi gloriã nõ quẽſiuit: cauens illud quod dicit ſermo diuinus. Ne laudaueris hominẽ in vita ſua tãquã ſi diceret, Lauda poſt vitã: magnifica poſt cõſummationem.

Ex Eccleſiaſt. Alia. Lectio.iij.

ECce ſacerdos magnus,q̄ in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus,& in tēpore iracundiæ factꝰ eſt recōciliatio. Nō eſt inuentus ſimilis illi, qui cōſeruaret legem Excelſi. Ideo iureiurādo fecit illū dn̄s creſcere in plebē ſuā. Benedictionem oīum gentiū dedit illi:& teſtamētū ſuū cōfirmauit ſup caput eiꝰ. Cognouit eū in bn̄dictionibꝰ ſuis,cōſeruauit illi miſericordiā ſuā, & inuenit gratiā corā oculis dn̄i. Magnificauit eū in cōſpectu regū, & dedit illi coronā glorię. Statuit illi teſtamētū ſempiternū,& dedit illi ſacerdotiū magnū, & beatificauit illū in gloria. Fungi ſacerdotio, & habere laudē in nomine ipſius, & offerre illi incenſum dignū in odorē ſuauitatis. Ad lau.an̄. Euge ſerue bone,& fidelis:q̄a in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cōſtituam,dicit dn̄s. Orō.

DA quęſumus oṕs Deus, vt beati N.cōfeſſoris tui atq; pontificis venerāda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat,& ſalutē. Per do. Ad veſper.hym.

ISte confeſſor domini ſacratus,Feſta plebs cuiꝰ celebrat per orbem:Hodie lætus meruit ſecreta, Scandere cœli.

Qui pius,prudens, humilis,pudicus, Sobrius, caſtus fuit & quietus, Vita dum pręſens vegetauit eius, Corporis artus.

Ad ſacrum cuius tumulū frequenter Mēbra languentū modo ſanitati, Quolibet morbo fuerint grauata Reſtituuntur.

Vnde nūc noſter chorus in honorem Ipſius hymnum canit hunc libenter, Vt piis eius meritis iuuemur, Omne per æuum.

Sit ſalꝰ illi,decus,atq; virtꝰ,Qui ſupra cęli reſidēs cacumē:Totiꝰ mūdi Machinā gubernat Trinus & vnꝰ. Amē. An̄. Sacerdos & pōtifex,& virtutū opifex:paſtor bone ī pplo, ora pro nobis dn̄m. Si fuerit ſummus pōtifex an̄. Dum eſſet ſummꝰ pontifex, terrena nō metuit, ſed ad cœleſtia regna glorioſus migrauit. Infraſcripta an̄.dicēda eſt ī veſ. ſctōrū Gregorij,Ambroſij, Auguſtini, & Hiero.an̄. O doctor optime, eccleſiæ ſanctæ lumen Beate N. diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filiū Dei.

CONFESSORIS NON pōtifi.cōmune. Ad matu.inui. Regē confeſſorum dn̄m venite adoremꝰ. Hym.

IEſu corona celſior,Et veritas ſublimior:Qui cōfitenti ſeruulo, Reddis perenne præmium.

Da

Da ſupplicanti cœtui, Obtentu
huiꝰ optimi: Remiſſionẽ crimi
num, Rumpẽdo nexũ vinculi.
Anni recurſo tp̃e, Dies illuxit
lumine, Quo ſctũs hic de corpo
re, Polum migrauit præpotens.
Proinde te piiſſime, precamur
omnes ſupplices, Vt huius almi
gratia, Nobis remittas debita.
Gloria patri dño, Gloria vnige
nito, Vna cũ ſancto ſpiritu, In
ſempiterna ſecula. Amen. Añ.
Similabo eũ viro ſapiẽti, q̃ ædi-
ficauit domũ ſuã ſupra petrã.
Sermo ſancti Bernardi. Lcõ. iij.

GAudete ĩ dño dilectiſſimi, qui inter cõtinua ſuę pietatis bñficia indulſit beatũ N. mũdo, cuius multi ſaluarentur exẽplo. Iterũ dico gaudete, q̄d ſublatus de medio appropiauit Deo, vt multo plures eius interceſſione ſaluent̃. Habet ex hominibꝰ cui hominũ pctã donet miſericors, & miſerator dñs. Habet tp̃s, & locũ intercedẽdi pius, & miſericors aduocatꝰ, & quidẽ locũ quietũ, & tẽpus feriatũ. In terris viſus eſt: vt eſſet exẽplo, in cœlũ leuatꝰ eſt, vt ſit patrocinio. Hic informauit ad vitã, illic inuitat ad gloriã. Factꝰ eſt mediator ad regnũ, qui fuit incitator ad opus. Bonꝰ mediator, q̃ ſibi iam poſtulãs nihil, totũ in nos trãsferre deſiderat, & ſupplicantis affectũ, & ſupplicationis fructũ. Quid enim quęrat ſibi, qui nullius eget? Dñs conſeruat eũ, & viuificat eũ, & beatũ facit eũ in gloria. Nihil illi deerit, in loco paſcuæ collocato. Hæc dies glorioſæ migrationis eius, dies lætitiæ cordis eius, exultemus, & lętemur in ea. Ad laudes añ.
Dñe, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce, alia quinq; ſuperlucratꝰ ſum. Si fuerit Abbas. Oro.

INterceſſio nos q̄s dñe beati N. abbatis cõmẽdet: vt quod nr̃is meritis nõ valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per do.
Si fuerit cõfeſſor tantum. Oro.

DEus, q̃ nos beati N. cõfeſſoris tui annua ſolẽnitate lætificas, cõcede ꝓpitius: vt cuiꝰ natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per. Ad veſpe hym.
Iſte confeſſor dñi ſacratus. &c.
vt ſup. in confeſſore pontifi. añ.
Hic vir deſpiciens mundum, & terrena, triumphans, diuitias cœlo condidit ore, & manu.

VIRGINVM COMMV.

Ad matuti. inui. Regẽ virginũ dñm venite ado. Ad matu. hyꝰ.

VIrginis ꝓles, opi
fexq; matris, vir-
go quę geſſit, pe-
peritq; virgo, Vir
ginis feſtũ, cani-
mus tropheum, Accipe votum

Hæc

Hæc tua virgo duplici beata, Sorte dum geſtit fragilem domare Corporis ſexum, domuit cruentum, Corpore ſeclum.

Vnde nec mortem, nec amica mortis: Sæua pœnarum genera pauefcens: Sanguine fuſo, meruit ſecreta, Scandere cœli.

Huius obtentu, Deus alme noſtris: Parce iam culpis, vitia remittens: Quo tibi puri, reſonemus almũ, Pectoris hymnum.

Gloria patri, genitæq; proli: Et tibi compar, vtriuſq; ſemper: Spiritus alme, Deus vnus omni: Tempore ſecli. Amen.

Pro vna virgine añ. Hęc eſt virgo ſapiẽs, & vna de numero prudentum. Pro pluribus virginibus. Aña. Prudentes virgines aptate veſtras lampades: ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.

Secundum Matthęum. Lcõ. iij.

14. IN illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc, Simile eſt regnũ cœlorũ decẽ virginibus, q̃ accipiẽtes lãpades ſuas exierũt obuiã ſpõſo & ſponſæ. Et rel. Hom. ſcti Grego. papæ.

Sæpe vos, fratres chariſſimi, admoneo praua opera fugere, mũdi huius inquinamenta deuitare. Sed hodierna ſancti Euãgelij lectione cõpellor dicere, vt & bona quę agitis cũ magna cautela timeatis: ne per hoc quod à vobis rectũ geritur, fauor aut humana gr̃a requiratur. Ne appetitus laudis ſubrepat: & quod foris oſtẽditur, intus à mercede euacuet. Ecce enim redẽptoris voce decẽ virgines, & oẽs dicuntur virgines, & tñ intra beatitudinis ianuã nõ omnes receptæ ſunt. Quia earũ quędã dum de virginitate ſua gloriã foris expetunt, in vaſis ſuis oleũ habere noluerunt. Sed prius quęrendũ nobis eſt, q̃d ſit cœlorũ regnũ: aut cur decẽ virginibus cõparetur: quę etiã virgines prudẽtes, & fatuę dicant. Cũ enim cœlorũ regnũ cõſtat, q̃a reproborũ nullus ingreditur, etiã fatuis virginibus cur ſimile eſſe perhibetur? Sed ſciendũ nobis eſt, ꝙ ſæpe in ſacro eloquio regnũ cœlorũ pręſentis temporis eccleſia dicitur: de quo in alio loco dñs dicit: Mittet fili⁹ hominis angelos ſuos, & colligẽt de regno ei⁹ omnia ſcandala. Neq; enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inueniri ſcandala poterunt, quę colligantur.

Ex Eccleſiaſt. Alia. Lectio. iij.

COnfitebor tibi dñe Rex & collaudabo te Deũ ſaluatorem meũ. Cõfitebor nomini tuo, qm̃ adiutor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meũ à perditione, à laqueo lin- cap. vlti.

guæ iniquæ, & à labiis operantium mendaciũ, & in cõſpectu aſtantiũ fact⁹ es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundũ multitudinem miſericordię nominis tui à rugientibus pręparatis ad eſcã, de manibus quęrentiũ animã meã, & de portis tribulationum quæ circundederũt me: à preſſura flãmę, quę circundedit me, & in medio ignis non ſum æſtuata. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniuſta liberaſti me. Laudabit vſq; ad mortẽ anima mea dñm: qm̃ eruis ſuſtinẽtes te, & liberas eos de manu anguſtiæ dñe Deus noſter. Ad laudes pro vna virgine añ. Hæc eſt virgo ſapiens, quam dominus vigilantem inuenit. Pro pluribus aña. Adducentur regi virgines poſt eam, proximæ eius offerentur tibi. Oro.

INdulgentiã nobis quęſum⁹ dñe beata N. virgo & martyr imploret, quæ tibi grata ſemp extitit & merito caſtitatis, & tuę profeſſione virtutis. Per do. Si fuerit virgo tantum. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę N. feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per do. Pro pluribus. Oratio.

DA nobis, quęſumus domine Deus noſter, ſanctarum virginum & martyrum tuarum N. & N. palmas ineffabili veneratione venerari: vt quas digna mente non poſſumus celebrare, humilib⁹ ſaltem frequentemus obſequiis. Per. Notandum q͞ ſi fuerint virgines tantum, & non martyres, omittitur in prędicta oratione. Et martyrum. Ad veſper. hym.

IEſu corona virginũ, Quem mater illa concipit, Quæ ſola virgo parturit, Hæc vota clemens accipe.

Qui paſcis inter lilia Septus choreis virginum Sponſas decorãs gloria, Sponſiſq; reddẽs p̃mia.

Quocunq; pergis virgines Sequuntur, atq; laudibus poſt te canentes curſitant, Hymnoſq; dulces perſonant.

Te deprecamur largi⁹, Noſtris adauge mẽtibus, Neſcire prorſus oĩa Corruptionis vulnera.

Laus, honor, virt⁹, gloria Deo patri & filio. Sancto ſimul paracleto, In ſeculorum ſecula. Amen. Pro vna virgine aña. Veni ſpõſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dñs pręparauit in æternum. Pro pluribus aña. Glorioſæ virgines venite, accipite coronas, quas dominus præparauit vobis in æternum.

Vnius

VNIVS SANCTÆ NEC virgi. nec mar. Itē martyris tantum cōmune. Ad matu. inuita.

Laudemus Deum noſtrum in cōfeſſione beatæ N. Hymnus.

HVius obtētu Deꝰ alme nr̄is Parce iam culpis vitia remittés, Quo tibi puri reſonemus almū Pectoris hymnum.

Gloria prī, genitęq; ꝓli, Et tibi cōpar vtriuſq; ſemp Spūs alme Deus vnꝰ omni tpe ſecli. Amē.

Añ. Hęc eſt, q̄ neſciuit thorum in delicto, habebit fructū in reſpectione animarū ſanctarum.

Ex Eccleſiaſtico. Lectio tertia.

cap. vlti. DOmine Deus meꝰ, exaltaſti ſup terrā habitationē meā, & pro morte defluente deprecata ſum. Inuocaui dn̄m patrē dn̄i mei, vt non derelinquat me ī die tribulationis meę, & in tpe ſuperborū ſine adiutorio. Laudabo nomē tuū aſſidue, & collaudabo illud ī cōfeſſione, & exaudita eſt oratio mea, & liberaſti me de perditione, & eruiſti me de tpe iniquo. Propterea cōfitebor tibi, & laudē dicam nomini tuo domine Deus noſter.

Ad laudes añ. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Ieruſalem. Oratio.

EXaudi nos Deꝰ ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. feſtiuitate gaudemꝰ; ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

Ad veſp hym Huius obtentu. vt ſupra. Añ. In odorē vnguentorum tuorum currimus, adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.

OFFICIVM BEATÆ virginis Mariæ.

Notandū, ꝙ in oībꝰ ſabbatis totius anni fit offm̄ de btā virgine modo infraſcripto ꝑterquā in ſabbatis Quadrageſimæ, & in ſabbatis occurrētibus, qn̄ fit offm̄ de aliqua octa. & ī ſabbatis in quibus inciderit aliquod feſtū duplex, excipitur etiā ſabbatum in quo inciderit vigilia Natiui. dn̄i, aut vigil. Epipha. Notandū ꝑterea, ꝙ feſta ſimplicia in ſabbatis occurrentia, etiā ſi habuerint ꝓpriā lcōnē omittunt, & fit tm̄ cōme. de eis in fine Primæ, vt ſup ī dn̄ica prima Aduētus explicatū eſt. Et ſimiliter omittūtur tertię lectiones occurrētes in Calēdario ex epiſtolis. Sciendū eſt autē ꝙ in ſingulis horis omnia dicunt vt in aliis diebus, præter infraſcripta.

In aduentu. Ad matutī. inuita.

Aue Maria gratia. Hymnus.

QVem terra pontus, æthera Colunt, adorāt, prædicant Trinā regentem machinam

nam

nam Clauſtrũ Mariæ baiulat.
Cui luna ſol, & omnia Deſeruiunt per tẽpora, Perfuſa cœli gratia Geſtant puellæ viſcera.
Beata mater munere, Cuius ſupernus artifex, Mundum pugillo continens, Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cœli nuntio, Fœcũda ſancto ſpiritu, Deſideratus gentibus Cuius per aluum fuſus eſt.
Maria mater gratiæ, Mater miſericordię, Tu nos ab hoſte protege, Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi dñe. Qui nat⁹ es de virgine, Cũ patre, & ſctõ ſpiritu In ſempiterna ſcl'a. Amen. Añ. Angel⁹ dñi nuntiauit Mariæ: & cõcepit de ſpiritu ſctõ, Hal'ah.
Ad tertiã lectionẽ Benedictio.
Per virginem matrem concedat nobis dominus ſalutem & pacem. ℟. Amen. Lectio. iii.

Lu. a. 1. MIſſus eſt Angel⁹ Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth ad virginẽ deſpõſatã viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit Aue grã plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Quę cũ audiſſet, turbata eſt in ſermone ei⁹, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, & ait angel⁹ ei, Ne timeas Maria, inueniſti enĩ gratiam apud Deũ. Ecce concipies in vtero, & paries filiũ: & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius nõ erit finis. Dixit autẽ Maria ad angelum, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum nõ cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis, ſextus eſt illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deũ omne verbum. Dixit autẽ Maria, Ecce ancilla domini, Fiat mihi ſecundũ verbum tuum.
Poſt tertiã lectionẽ ſemp dicit. Te Deum. &c. Ad laudes aña. Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas habebis in vtero filium Dei, Hal'ah. Orõ.
DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbũ tuũ angelo nuntiante carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicib⁹ tuis, vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Per cun. Ad veſperas hymnus.

A Ve maris ſtella, Dei mater alma: Atq; ſemper virgo, Felix cœli porta.

S umẽs illud aue Gabrielis ore, funda nos in pace, Mutãs Euæ nomen.

S olue vincla reis, Profer lumen cæcis: Mala noſtra pelle, Bona cuncta poſce.

M onſtra te eſſe matrem, Sumat per te preces, Qui pro nobis natus, Tulit eſſe tuus.

V irgo ſingularis, inter omnes mitis, Nos culpis ſolutos Mites fac, & caſtos.

V itam præſta puram, Iter para tutum, vt videntes Ieſum, Semper collætemur.

S it laus Deo pr̃i, Summo Chriſto decus, Spiritui ſancto tribus honor vnus. Amen. Aña. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

POST ADVENTVM reliquo anni tpe. Ad matu. Inuit. Aue Maria gratia plena. Hym.

O Glorioſa dña, Excelſa ſuper ſydera, Qui te creauit ꝓuide, Lactaſti ſacro vbere.

Q uod Eua triſtis abſtulit, Tu reddis almo germine, Intrent vt aſtra flebiles, Cœli feneſtra facta es.

T u regis alti ianua, Et porta lucis fulgida: Vitam datã per virginẽ, gentes redemptę plaudite.

M aria mater gratię, Mater miſericordię, Tu nos ab hoſte protege, Et hora mortis ſuſcipe.

G loria tibi dñe, Qui natus es de virgine, Cũ patre, & ſancto ſpũ. In ſempiterna ſcl'a. Amen.

Añ. Benedicta tu in mulierib⁹: & bñdictus fructus ventris tui.

Ad tertiã lectionẽ benedictio. Per virginẽ matrem. vt ſupra.

Tertia lectio legẽda eſt vna ex infraſcriptis ſecundũ varietatẽ temporũ. Poſt octauã Epiphaniæ vſq; ad quadrageſimã dicatur vna ex duab⁹ proxime infraſcriptis, quam quiſq; maluerit.

Ex Eccleſiaſtico.

I † N omnibus requiẽ quęſi- c.24.
ui, & in hæreditate domini c
morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omniũ: & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante ſecula creata ſum, & vſq; ad futurũ ſeculũ non deſinam: & in habitatione ſancta corã ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalẽ poteſtas mea. Et radicaui in po

pulo

pulo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorũ detentio mea. Quaſi cedr⁹ exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plãtatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum, & balſamũ aromatizans odorẽ dedi: quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatẽ odoris.]

Ex Eccleſiaſt. Alia. Lectio. iij.

24. EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum. Memoria mea in generatione ſeculorũ, Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Poſt octauam Paſchæ vſque ad finem menſis Maij.

Ex ſermone ſctĩ. Augu. Lcõ. iij.

O Beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarũ, ac laudũ præconia rependere, quæ ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuccurriſti perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluet, quæ ſolo tuo cõmercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaq; quaſcunq; exiles, quaſcunq; meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excuſabile, quod per te ingerimus, fiat impetrabile, quod fida mente poſcimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogam⁹, excuſa quod timemus: quia tu es ſpes vnica peccatorum: per te ſperamus veniam delictorũ, & in te beatiſsima noſtrorum eſt expectatio præmiorum. Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu. Sentiant omnes tuũ iuuamen, quicunq, celebrant tuam commemorationem.

In menſibus Iunij & Iulij.
Ex ſermo. ſctī Bernar. Lcō. iij.

ADuertiſtis fratres qm̄ virgo, regia ipſa eſt viā, per quā ſaluator aduenit, procedēs ex ipſius vtero tanquā ſponſus de thalamo ſuo. Tenentes ergo hanc viā ſtudeam⁹ dilectiſſimi, ad ipſum per eā aſcendere, qui per ipſam ad nos deſcendit, per eam venire in gratiā ipſius, qui per eā in noſtrā miſeriā venit. Per te acceſſum habeamus ad filiū ò benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis: vt per te nos ſuſcipiat, q per te dat⁹ eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas tua, culpam noſtrę corruptionis, & humilitas Deo grata noſtrę veniam impetret vanitatis, copioſa charitas tua, noſtrorū cooperiat multitudinē peccatorū, & fœcūditas glorioſa, fœcunditatē nobis cōferat meritorū. Dn̄a noſtra, mediatrix noſtra, aduocata noſtra tuo filio nos recōcilia, tuo filio nos cōmenda, tuo nos filio repręſenta. Fac ò bn̄dicta, per gratiam, quā inueniſti, ꝑ prærogatiuā, quam meruiſti: per miſericordiā, quā peperiſti, vt qui te mediante fieri dignat⁹ eſt particeps infirmitatis, & miſeriæ noſtræ, te quoq; intercedēte participes faciat nos glorię, & beatitudinis ſuæ Ieſus Chriſt⁹ filius tuus dn̄s noſter, qui eſt ſup omnia benedictus in ſecula. Amē.

In menſe Auguſto.
Ex ſermo. ſancti Augu. Lcō. iij.

LOquamur aliquid fratres in laudib⁹ ſacratiſſimę virginis Mariæ. Sed qd nos tātilli, quid actione puſilli, quid in ei⁹ laudibus referemus? Cum & ſi oīum noſtrū mēbra verterētur in linguas, eā laudare ſufficeret nullus? Altior cœlo eſt, de qua loquimur, abyſſo profundior, cui laudes dicere conamur. hęc eſt enim quæ ſola meruit mater & ſpōſa vocari. Hæc primę matris damna reſoluit. Hęc homini perdito redēptionē adduxit. Mater enim generis noſtri pœnā intulit mundo, genitrix dn̄i noſtri ſalutē edidit mūdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Hæc enim mirabili, atq; inæſtimabili modo omniū rerum & ſuū peperit ſaluatorē. Quę hęc virgo tam ſancta, ad quā venire dignaretur Spiritus ſanctus? Quæ tam ſpecioſa, vt eā Deus ſibi eligeret ſpōſam? Quę tam caſta, vt eſſe poſſet virgo poſt partū? Hæc eſt Dei tēplū, fons ille ſignatus, & porta in domo

Dei

Dei clauſa. Ad hanc nanq; ſpiritus ſanctus deſcendit, hác virtus Altiſſimi obumbrauit. Hæc eſt immaculata coitu, fœcunda partu, virgo lactãs: angelorũ & hominũ cibũ nutriens. Merito nanq; beata, ſingulari à nobis præconio extollitur, quæ ſingulare cõmerciũ mundo prębuit. Deniq, tãtũ ſe ad cœli faſtigia ſubleuauit, vt verbũ ĩ principio apud Deũ de ſuperna cœli arce ſuſciperet. O felix Maria: & omni laude digniſſima. O virgo Dei genitrix glorioſa. O ſublimis puerpera, cui⁹ viſceribus authur cœli, terræq; cõmittitur.

In menſe Septembri.

Sermo ſancti Bernard. Lcõ. iij.

SIgnum magnũ apparuit in cœlo: mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarũ duodecim. Vehementer quidẽ nobis, dilectiſſimi, vir vnus & mulier vna nocuere: ſed gratias Deo, per vnum nihilominus virũ, & mulierẽ vnã omnia reſtaurantur: nec ſine magno fœnore gratiarũ. Neq; enim ſicut delictum, ita & donum: ſed excedit damni æſtimationem beneficij magnitudo. Sic nimirũ prudentiſſimus & clementiſſimus artifex, quod quaſſatum fuerat nõ confregit, ſed vtilius omnino refecit: vt videlicet nobis nouũ formaret Adã ex veteri, & Euã transfunderet in Mariã. Et quidem ſufficere poterat Chriſtus, ſiquidẽ & nũc omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt: ſed nobis bonum nõ erat eſſe hominem ſolum. Congruum magis, vt adeſſet noſtræ reparationi ſex⁹ vterque, quorum corruptioni neuter defuiſſet. Fidelis plane & potens mediator Dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus, ſed diuinã in eo reuerentur homines maieſtatem. Opus eſt enim mediatore ad mediatorẽ iſtũ: nec alter nobis vtilior q̃ Maria. Crudelis nimirũ Eua, per quã ſerpens antiquus peſtiferũ etiã ipſi viro virus infudit: ſed fidelis Maria, quæ ſalutis antidotum & viris & mulieribus propinauit. Illa enim miniſtra ſeductionis, hæc propitiationis. Illa ſuggeſſit pręuaricationem, hæc iniecit redemptionem.

In menſe Octobri.

Ex eodem ſermone. Lectio. iij.

AMplectamur Mariæ veſtigia, fratres mei, & deuotiſſima ſupplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam: nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Potens eſt enim. Nempe vellus eſt mediũ inter rorẽ & aream mu-

mulier inter ſolem, & lunam: Maria inter Chriſtum & eccleſiam conſtituta. Sed forte miraris non tam vellus opertum rore, q̃ amictã ſole mulierem. Magna ſiquidem familiaritas: ſed mira omnino vicinitas ſolis & mulieris. Quomodo enim in tam vehementi feruore tam fragilis natura ſubſiſtit? Merito quidem admiraris Moyſes ſancte & curioſius deſideras intueri. Veruntamen ſolue calceamenta de pedibus tuis: & inuolucra pone carnalium cogitationum, ſi accedere cõcupiſcis. Vadã (inquit) & videbo viſionẽ hanc magnam. Magna plane viſio, rubus ardens ſine combuſtione, magnum ſignum: mulier illæſa manens amicta ſole. Non eſt rubi natura, opertum vndiq; flammis, manere nihilominus incombuſtũ, nõ mulieris potentia vt ſuſtineat ſolis amictum. Non eſt virtutis humanæ, ſed nec angelicæ quidẽ: ſublimior quędã neceſſaria eſt. Spiritus ſanctus (inquit) ſuperueniet in te. Et tanq̃ reſpondeat illa, Quoniã ſpiritus eſt Deus & Deus noſter ignis conſumens eſt. Virtus (ait) non mea, nõ tua ſed altiſſimi obumbrabit tibi. Nihil itaq; mirum ſi ſub tali obũbraculo, talis etiã à muliere ſuſtineatur amictus. In mẽſe Nouembri vſq; ad Aduentum. Ex eodem ſermone. Lectio.iij.

Mihi ſane ſingularis rutilat fulgor, primo quidẽ in Marię generatione: ſecundo in angelica viſitatione: tertio in ſpiritus ſuperuentione. quarto in filij Dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoque ſydereum plane irradiat decus, quod virginitatis primiceria, ꝙ ſine corruptione fœcunda, ꝙ ſine grauamine grauida, & ſine dolore puerpera. Nihilominus etiam ſpeciali quodam ſplendore in Maria coruſcant manſuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyriũ cordis. Veſtræ quidem ſedulitatis erit, ſingula quæq; diligentius intueri. Nos interim ſatisfeciſſe videbimur, ſi breuiter ea potuerim⁹ demonſtrare. Quid ergo ſydereum micat in generatione Mariæ? Plane ꝙ ex regibus orta, ꝙ ex ſemine Abrahæ, ꝙ generoſa ex ſtirpe Dauid, ſi id parum videtur, adde ꝙ generatio illi ob ſingulare priuilegium ſanctitatis diuinitus noſcitur eſſe cõceſſa, ꝙ longe ante eiſdem patribus cœlitus repromiſſa, ꝙ myſticis præfigurata miraculis, ꝙ oraculis prænuntiata propheticis.

Hanc enim ſacerdotalis virga dum ſine radice floruit, hanc Gedeonis vellus dum in medio ſiccæ areæ maduit: hanc in Ezechielis viſione orientalis porta quæ nulli vnquã patuit, præſignabat. Hanc deniq; præ cæteris Iſaias nunc virgam de radice Ieſſe orituram promittebat, nunc euidentius virginem parituram. Merito ſignum hoc magnum in cœlo apparuiſſe ſcribitur, quod tãto ante de cœlo noſcitur fuiſſe promiſſum: Dominus (ait) ipſe dabit vobis ſignum, Ecce virgo concipiet. Magnũ profecto ſignũ dedit: quia & magnus ipſe qui dedit.

Ad laudes añ. Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua, templum Domini, ſacrarium ſpiritus ſancti, ſola ſine exemplo placuiſti Domino noſtro Ieſu Chriſto, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu. Oratio.

Beatæ, & glorioſę, ſemperq; virginis Mariæ quęſumus domine ĩterceſſio glorioſa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per dominum no.

Ad veſperas hymnus. Aue maris ſtella. &c. vt ſupra. Antipho. Beata mater, & intacta virgo glorioſa, regina mundi, intercede pro nobis ad dominum.

SEPTEM PSALMI pœnitentiales.

Notandum quòd infraſcripti ſeptem Pſalmi cum Litania & Orationibus, dicuntur in Feria quarta Cinerum & in quibuſdam ſe̅tis Feriis Quadrageſimæ, vt in eis adnotatur. Aña. Ne reminiſcaris. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei dñe qm̃ infirm⁹ ſum: ſana me dñe, qm̃ conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo?

Cõuertere domine & eripe animam meã: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam nõ eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meũ: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me oẽs, qui operamini iniquitatem: qm̃ exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dñs deprecationem meã: dñs orõnẽ meã ſuſcepit.

Erubeſcãt & cõturbentur vehe mẽter oẽs inimici mei: cõuertã tur & erubeſcãt valde velociter.

Gloria patri, & filio. Pſalmus.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

Beat⁹ vir cui nõ imputauit dñs pctm̃: nec eſt in ſpũ eius dolus.

Quõniã tacui inueterauerunt oſſa mea: dũ clamarẽ tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: con uerſus ſum in erumna mea, dũ configitur ſpina.

Delictũ meũ cognitũ tibi feci: & iniuſtitiã meã nõ abſcondi.

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam dño: & tu re miſiſti impietatẽ peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me.

Intellectũ tibi dabo, & inſtruã te in via hac, qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus.

In chamo, & fręno, maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperantes autem in domino miſericordia circundabit.

Lętamini in dño, & exultate iuſti, & glꝛiamini oẽs recti corde.

Gloria patri, & filio. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuę: nõ eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorũ meorũ.

Qm̃ iniquitates meę ſupgreſſę ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea; & lumen

men oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.

A mici mei & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

E t qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant, qui quęrebant animam meam.

E t qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

E go autem tanq̄ ſurdus, non audiebam: & ſicut mutus, non aperiens os ſuum.

E t factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Q uoniam in te dn̄e ſperaui: tu exaudies me dn̄e Deus meus.

Q uia dixi nequādo ſupergaudeāt mihi inimici mei: & dum cōmouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Q uoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Q m̄ iniquitatē meā annuntiabo: & cogitabo pro pctō meo.

I nimici aūt mei viuunt, & cōfirmati ſunt ſup me: & multiplicati ſunt, q oderunt me inique.

Q ui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniā ſequebar bonitatem.

N e derelinquas me dn̄e Deus meus: ne diſceſſeris à me.

I ntende in adiutoriū meum: domine Deus ſalutis meæ.

G loria patri, & filio. Pſalmus.

M Iſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam.

E t ſecundum multitudinē miſerationum tuarū: dele iniquitatem meam.

A mpli⁹ laua me ab iniquitate mea: & à pctō meo munda me.

Q uoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatū meū contra me eſt ſemper.

T ibi ſoli peccaui, & malū corā te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cū iudicaris.

E cce enim in iniquitatibus cōceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

E cce enim veritatem dilexiſti, incerta, & occulta ſapiētię tuę, manifeſtaſti mihi.

A ſperges me domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

A uditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

A uerte faciē tuā à pctīs meis: & oēs iniquitates meas dele.

C or mundū crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

N e proiicias me à facie tua: & ſpm̄ ſctm̄ tuū nę auferas à me.

Redde mihi lętitiam ſalutaris tui : & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas : & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinib⁹ Deus Deus ſalutis meæ : & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Dñe labia mea aperies : & os meũ annunciabit laudẽ tuam.
Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtiq; : holocauſtis non delectaberis.
Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus:cor cõtritum,& humiliatum, Deus non deſpicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion:vt ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta : tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.
Gloria patri, & filio. Pſalmus.

Domine exaudi orationẽ meam : & clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuã à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunq; die inuocauero te : velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumus dies mei : & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum, vt fœnum, & aruit cor meum : quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei:adhęſit os meum carni meæ.
Similis factus ſum pellicano ſolitudinis : factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui : & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei : & qui laudabant me,aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanq̃ panẽ manducabam : & poculum meum cum fletu miſcebam.
A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt:& ego ſicut fœnũ arui.
Tu autem dñe in æternũ permanes:& memoriale tuũ in generationem, & generationem.
Tu exurgẽs miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius : & terræ eius miſerebuntur.
Et timebũt gentes nomen tuũ domine : & omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia ædificauit dñs Sion : & videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humilium:& nõ ſpreuit preces eorũ.
Scribantur hæc in generatio-

ne altera: & populus, qui creabitur, laudabit dominum.
Q uia proſpexit de excelſo ſctõ ſuo: dñs de cœlo ĩ terrã aſpexit.
V t audiret gemit⁹ cõpeditorũ: vt ſolueret filios interemptorũ.
V t annuncient in Sion nomen dñi:& laudẽ eius in Ieruſalem.
I n cõueniẽdo populos in vnũ: & reges, vt ſeruiant domino.
R eſpõdit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
N e reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationẽ & generationem anni tui.
I nitio tu dñe terrã fundaſti:& opera manuũ tuarũ ſunt cœli.
I pſi peribũt tu aũt ꝑmanes: & oẽs, ſicut veſtimẽtũ, veteraſcẽt.
E t ſicut opertorium mutabis eos,& mutabũtur: tu aũt idem ipſe es,& anni tui nõ deficient.
F ilij ſeruorũ tuorũ habitabũt: & ſemẽ eorũ in ſeculũ dirigetᷓ.
G loria patri,& filio. Pſalmus.

D E profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
F iant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
S i iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?
Q uia apud te ꝓpitiatio eſt: & ꝓpter legẽ tuã ſuſtinui te dñe.
S uſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit aĩa mea in dño.
A cuſtodia matutina vſque ad noctẽ: ſperet Iſrael in domino.
Q uia apud dñm miſericordia: & copioſa apud eũ redemptio.
E t ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
G loria patri,& filio. Pſalmus.

D Omine exaudi orationẽ meã: auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.
E t nõ intres in iudiciũ cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.
Q uia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
C ollocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.
M emor fui dierum antiquorũ, meditatus ſum in omnib⁹ operibus tuis:& in factis manuum tuarum meditabar.
E xpandi man⁹ meas ad te: aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi.
V elociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.
N on auertas faciẽ tuã à me:& ſimilis ero deſcẽdentib⁹ in lacũ.
A uditã fac mihi mane miſericordiam tuã: quia in te ſperaui.
N otã fac mihi viã, ĩ qua ambulem: qa ad te leuaui aĩam meã.

E ripe me de inimicis meis, dñe: ad te cõfugi: doce me facere voluntaté tuá, qa Deus meꝰ es tu.
S piritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.
E duces de tribulatione animã meã: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.
E t perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.
G loria patri. Aña. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neq; vindictam ſumas de peccatis noſtris.
K Yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. C hriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
P ater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
F ili redemptor mundi Deus Miſerere nobis.
S piritus ſancte Deus, miſerere nobis.
S ancta trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
S ancta Maria ora.
S ancta Dei genitrix ora.
S ancta virgo virginum ora.
S ancte Michael ora.
S ancte Gabriel ora.
S ancte Raphael ora.
O mnes ſancti Angeli, & Archangeli Dei orate.
O mnes ſancti beatorum ſpirituum ordines orate.
S ancte Ioannes Baptiſta ora.
O mnes ſancti patriarchæ & prophetæ, orate pro nobis.
S ancte Petre ora.
S ancte Paule ora.
S ancte Andrea ora.
S ancte Iacobe ora.
S ancte Ioannes ora.
S ancte Iacobe ora.
S ancte Philippe ora.
S ancte Thoma ora.
S ancte Bartholomæe ora.
S ancte Matthæe ora.
S ancte Simon ora.
S ancte Thadæe ora.
S ancte Mathia ora.
S ancte Barnaba ora.
S ancte Luca ora.
S ancte Marce ora.
O mnes ſancti apoſtoli, & euangeliſtæ orate.
O ẽs ſancti diſcipuli dñi orate.
O ẽs ſancti Innocentes orate.
S ancte Stephane ora.
S ancte Laurenti ora.
S ancte Vincenti ora.
S ancte Fabiane ora.
S ancte Sebaſtiane ora.
S ancti Ioannes & Paule, orate pro nobis.
S ancti Coſma, & Damiane, orate pro nobis.
S ancti Geruaſi & Protaſi, orate pro nobis.

Omnes ſancti martyres orate.
Sancte Silueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti pontifices & cõfeſſores orate pro nobis.
Omnes ſancti doctores, orate.
Sancte Antoni ora.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Franciſce ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Bernarde ora.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ orate pro nobis.
Omnes ſancti ſacerdotes, & leuitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cæcilia ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Catharina ora.
Sancta Barbara ora.
Omnes ſanctę virgines & viduæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti, & Sanctæ Dei intercedite pro nobis.
Propiti⁹ eſto, parce nobis dñe.
Propitius eſto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo, libera nos dñe.
Ab omni peccato, libera nos.
Ab ira tua, libera nos dñe.
A ſubitanea & improuiſa morte, libera nos domine.
Ab inſidiis diaboli, libera nos.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera nos dñe.
A ſpiritu fornicationis, libera.
A fulgure, & tempeſtate, libera.
A morte perpetua, libera nos.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuæ, libera nos dñe.
Per aduentũ tuum libera nos.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptiſmũ & ſanctum ieiunium tuum, libera nos dñe.
Per crucẽ & paſſionẽ tuã, libe.
Per mortẽ & ſepulturã tuam, libera nos domine.
Per ſanctã reſurrectionẽ tuam, libera nos domine.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera nos domine.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracleti, libera nos dñe.
In die iudicij, libera nos dñe.
Peccatores, te rogamus audi.
Vt nobis parcas, te rogamus.
Vt nobis indulgeas, te roga.
Vt ad veram pœnitentiã nos perducere digneris, te roga.
Vt eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt domnũ Apoſtolicũ, & omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris, te rogamus audi.

Vt inimicos ſanctæ Dei eccleſię humiliare digneris, te ro.

Vt regibus, & principibus Chriſtianis, pacē & veram cōcordiam donare digneris, te ro.

Vt cuncto populo Chriſtiano pacem & vnitatem largiri digneris, te rogamus audi nos.

Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare & conſeruare digneris, te rogamus.

Vt mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas, te rogamus.

Vt omnibus benefactorib⁹ noſtris, ſempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.

Vt animas noſtras, fratrum, propinquorū, & benefactorum noſtrorum, ab æterna damnatione eripias, te roga.

Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris, te rogamus.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternā donare digneris, te rogamus audi.

Vt nos exaudire digneris, te ro.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos à malo. Pſalmus.

Deus in adiutoriū meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina.

Confundantur, & reuereantur, qui quęrunt animam meam.

Auertantur retrorſum, & erubeſcāt, qui volunt mihi mala.

Auertātur ſtatim erubeſcētes: qui dicunt mihi, Euge, Euge.

Exultent, & lętentur in te oēs, qui quęrunt te: & dicant ſemper, magnificetur domin⁹, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator me⁹ es tu: domine ne moreris.

Gloria patri. Sicut. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis. ℣. Domine nō ſecundum peccata noſtra facias nobis. ℟. Neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Oremus pro pontifice noſtro. ℟. Dn̄s conſeruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & nō tradat eum in animam inimicorū eius. ℣. Oremus pro benefactorib⁹ noſtris.

ſtris. ℟. Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomẽ tuum vitam æternã. Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternã dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcãt in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratrib⁹ nr̃is abſentibus. ℟. Saluos fac ſeruos tuos Deus meus ſperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliũ de ſctõ. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. Oremus. Orõ.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorũ catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Orõ.

EXaudi quęſumus dñe ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem. Alia Orõ.

INeffabilẽ nobis dñe miſericordiã tuã clementer oſtẽde: vt ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias. Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte. Oratio.

OMñs ſempiterne De⁹ miſerere famuli tui papæ noſtri, & dirige eum ſecundũ tuã clementiã in viã ſalutis ęternę: vt te donãte tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Orõ.

DEus à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare nõ poteſt, pacẽ: vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Orõ.

VRe igne ſancti ſpũs renes nr̃os, & cor noſtrũ dñe: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mũdo corde placeamus. Orõ.

FIdelium Deus omniũ conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumq́; tuarum remiſſionẽ cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Oratio.

ACtiones noſtras quęſumus dñe aſpirãdo præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Oratio.

OMñs ſempiterne De⁹, qui viuorũ dominaris, ſimul & mortuorũ, omniumq́; miſereris,

reris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoram⁹, vt pro quib⁹ effundere preces decreuimus, quosq; vel pręſens ſeculū adhuc in carne retinet, vel futurū iā exuſtos corpore ſuſcepit, inteecedētib⁹ oībus ſanctis tuis, pietatis tuæ clemētia, omniū delictorū ſuorū veniā cōſequant. Per do. &c. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

OFFICIVM Defunctorum.

Sciendū, ꝙ officiū defunctorū dicitur tantū in craſtino oīum ſanctorū, & in quibuſdā ſextis Feriis Quadrageſimę, vt ſuis locis adnotatur. Aduertendū tamen ꝙ in craſtino omniū ſanctorū dñr Veſperæ cū Matutino & Laudibus, vt ibi videbis. In ſextis aūt Feriis prędictis nō dicuntur Veſperæ, ſed tantum Matutinū cum ſuis Laudibus. Notandum præterea, ꝙ Añæ dñr integræ in principio, & in fine, quemadmodū in feſtis duplicibus. Veſperæ omnib⁹ aliis prætermiſſis abſolute incipiuntur ab antiph. infraſcripta. Añ. Collocet eos dñs cum principibus populi ſui. Deinde dicūtur tres infraſcripti pſalmi. Dilexi quoniam. fol. 19. Ad dñm cum tribula. folio. 38. De profundis. fol. 64. quibus adiungitur canticum. Magnificat. folio. 11. Sciendum eſt autē, ꝙ in officio Defunctorū in fine cuiuſlibet pſalmi dicit ℣. Requiē æternā dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis. finito cantico. Magnificat repetitur añ. ſupra ſcripta. Collocet eos. deinde dicit. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorū. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. Poſtea dicūtur tres infraſcriptæ orationes ſub vna terminatione. Oremus. Orõ.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere, pręſta quęſumus, vt eorū quoq; perpetuo aggregentur conſortio. Orõ.

Deus veniæ largitor, & humanę ſalutis amator, quęſumus clementiā tuā, vt noſtræ congregationis fratres, propinquos, amicos, & benefactores, qui ex hoc ſeculo trāſierūt, beata Maria ſemp virgine intercedente cū omnibus ſanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis cōſortium peruenire cōcedas. Orõ.

Fidelium Deus omniū conditor, & redemptor, animabus

bus famulorum famularumq; tuarũ remiſſionẽ cunctorũ tribue peccatorũ, vt indulgentiã, quã ſemp optauerũt, piis ſupplicationibus cõſequãtur, Qui viuis & reg. &c. ℣. Requiẽ æternam dona. &c. ℟. Et lux perpetua. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. Matutinum abſolute incipit ab inuitatorio infraſcripto. Inuita. Regem cui omnia viuunt venite adoremus. Deinde dicitur pſalm⁹. Venite exultemus. &c. quo finito cum. Requiem æternam. &c. repetitur Inuitato. Deinde ſtatim dicitur añа. Audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Beati mortui, qui in domino moriuntur. Poſtea dicuntur tres pſal. infraſcripti Verba mea. fo. 24. ps 6. Dñe ne in furo. fol. 33. Quemadmodum deſiderat. folio. 35. Finitis pſal. repetitur antipho. & ſtatim dicitur. Pater noſter. Deinde tres infraſcriptę lectiones incipiuntur, & finiuntur abſolute ſine benedictionibus, & ſine. Tu autem do. Ex cã 19. Iob prophetæ. Lectio prima.

PElli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum: & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei: Quis mihi det vt exarentur in libro ſtilo ferreo, & plũbi lamina, vel certe ſculpãtur in ſilice? Scio enim ꝙ redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Deinde dicitur ℟. Qui Lazarũ reſuſcitaſti à monumento fœtidum, Tu eis dñe dona requiẽ & locũ indulgentię. ℣. Qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & ſeculũ per ignẽ. Tu eis. Ex ca. 5. Ioannis Lectio ſecũda.

AMen Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit: ſed tranſit à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic

ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo, & poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis eſt, Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei. Et procedent qui bona fecerũt, in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerũt, in reſurrectionẽ iudicij. ℟. Requiem æternã dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Animæ eorum in bonis demorentur, & ſemen eorũ hæreditet terram. Et lux perpetua.

Ex cap. 15. Epiſtolę primę Pauli ad Corinthios. Lectio tertia.

Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionẽ: & mortale hoc, induere immortalitatem. Cum autẽ mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autẽ mortis peccatum eſt; virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ. ℟. Libera me domine de morte æterna in die illa tremenda, quando cœli mouendi ſunt & terra. Dum veneris iudicare ſeculũ per ignem. ℣. Dies illa dies iræ, calamitatis & miſeriæ, dies magna, & amara valde. Dum veneris.

Finitis lectionibus cum ſuis reſponſoriis ſtatim dicitur abſolute ad laudes antipho. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Poſtea dñr pſalmi. Pſalm⁹. 50. Miſerere mei. &c. folio. 50. Te decet hymnus Deus. fo. 35. Ego dixi in. fol. 24. Canticum Benedictus dominus. folio. 5. Deinde repetitur añ. Ne tradas beſtiis. & poſt eam dicitur. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus ad. Oremus. Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes. Cum reliquis orationibus, vt ſupra in veſperis.

FINIS.

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
1974